BEATI
RAYMUNDI
LULLI
DOCTORIS ILLUMINATI
ET
MARTYRIS
OPERUM
TOMUS V.

In quo continetur

Instrumentum Intellectivæ Potentiæ, *seu* Ars Intellectiva:

Id est

Ars Inventiva Veritatis.
Tabula Generalis.
Brevis Practica Tabulæ Generalis.

Lectura Compendiosa Tabulæ Generalis.
Lectura Artis Inventivæ & Tabulæ Generalis.



Cum Privilegio Sacræ Cæsareæ Majestatis & Permissu Superiorum.

Anno Salutis Domini MDCCXXIX.

MOGUNTIÆ,
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA MAYERIANA,
Per JOANNEM GEORGIUM HÄFFNER.

(c) 2008 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

CENSURA ET APPROBATIO CENSORIS ARCHI-EPISCOPALIS MOGUNTINI.

QUàm parum, prô dolor! æſtimationis, affectionis & propenſionis atque ſtudioſæ efficacísque voluntatis comparandi, legendi, addiſcendi, experiendi, docendi ac promovendi Magnum & longè pretioſiſſimum Opus Lullianum ſive Magnam & incomparabilem Artem, Scientiam & Sapientiam univerſalem B. RAYMUNDI LULLI Doctoris cœlitùs Illuminati à tenebroſo Intellectu humano nunquam ſatìs penetrandi & deprædicandi Mundus Literatus ſuis, quibus regitur, opinionibus relictus poſt tot & tantos in firma ſpe meliorum certiſſimè conſequentium temporum non in vanum in Domino exantlatos à puſillo grege labores hactenus oſtendit, tam parum ſive Diſcipulos à continuando ſtudio & labore, ſive Cenſorem ab iteranda Approbatione propterea abſterrendum eſſe exiſtimo, & tam multùm è contra me nunc tandem per victricem Gratiam DEI omnipotentis evicturum eſſe confido, ubi altefatæ Artis, Scientiæ ac Sapientiæ Lullianæ, cujus ignotæ nulla cupido, Poſſibilitatem, Facilitatem, Jucunditatem, Neceſſitatem, Univerſalitatem atque Utilitatem ſtupendam invictis Rationibus ad oculum demonſtravero.

Ac primò quidem Poſſibilitas & ex parte Primæ & Supremæ Cauſæ & ex parte Subjecti ſive Intellectûs humani & ex parte habitûs & ex parte objecti & finîs elucеſcit: ex parte Primæ Cauſæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſæ efficientis, quia cùm DEUS convincente coadunato lumine naturali Rationis & ſupernaturali Fidei ſit prima ſuprema, univerſaliſſima, æterna, infinita & immenſa omnis Veritas potentiſſima & largiſſima in ſe ipſa & in Mundo comprehendens omnem Veritatem poteſt elargiri Spiritum Veritatis, qui doceat omnia, & ſimilitudinem ſuorum Principiorum univerſalium ſive Attributorum in humano Intellectu cauſare & imprimere, ut hic in virtute primi Intellectûs Agentis mediante habitu naturali & artificiali primorum univerſalium Principiorum poſſit particulares Veritates intelligendo attingere; & quis Sapiens poterit negare infinito Intellectui hanc Poteſtatem & Virtutem, quâ Univerſalem Artem & Scientiam utpote Univerſaliſſimæ & Simpliciſſimæ Sapientiæ ſuæ increatæ creatam majorem imaginem Intellectui finito communicare valeat, cùm rationabiliter innegabilis Cauſæ proprietas ſit, poſſe ſibi cauſando aſſimilare effectum; ſed & eadem etiam poſſibilitas ex parte ſubjecti ſive Intellectûs humani manifeſtè demonſtratur, quemadmodum enim DEI Intellectus, Scientia & Sapientia uno ſimpliciſſimo Intuitu omnium comprehenſiva activè poteſt vel concreare naturalem vel infundere vel per viam coinfluentiæ & coacquiſitionis comproducere artificialem habitum primorum Principiorum generalium convenientium in eſſendo & prædicando omnibus ſigillatim vel diſtributivè & ſimul collectivè, quæ ſunt, ita Intellectus humanus divino Intellectui ſecundùm gradum finitum aſſimilatus eſt aptus natus vel ad recipiendum vel coefficiendum & cooperandum ſub & cum prædicto habitu tanquam Inſtrumento generali in Lumine ſuo extenſo revelante particularia ſibi ſubjecta, ſicut Sol ob luminoſam altitudinem ſuam poteſt infundere lumen aëri, & hic illud recipere, ut in virtute luminis dati & recepti omnia humano oculo fiant corporaliter viſibilia & oculo ſe actu applicante etiam de facto viſa, ita generali Virtute & Lumine à Supremo Sole Intellectuali humano Intellectui communicato particularia fiunt intelligibilia, & Intellectus applicando practicus poteſt intelligendo fieri omnia, tanquam tabula raſa, in qua poſſunt pingi diverſæ figuræ. Unde etiam patet poſſibilitas media ex parte habitûs, qui à Divino Intellectu Univerſali Agente & ab Intellectu humano vel nudè patiente vel ſimul coagente principiabilis eſt & principiatur vel concreativè à ſolo DEO, ſicut habitus naturalis congenitus primorum Principiorum naturalium generalium, vel ſolùm infuſivè, ſicut quando prædicto habitui naturali à DEO ſuperinfunditur habitus artificialis novo lumine illuminans principia generalia naturalia vel cooperativè,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rativè, ſicut quando humanus Intellectus divino coinfluenti ſtudiosè & laboriosè cooperando habitum primum naturalem per reflexionem ac ſignaturam mentis reducit ad artificialem. Ex quibus omnibus etiam apparet Poſſibilitas ex parte objecti, quod eſt Ens verum intelligibile in genere & deinde in ſpecie, & finîs, qui proximus & immediatus eſt intelligere Veritates generales, & ex his particulares, ultimus autem glorioſa Cognitio & Viſio Supremæ Univerſaliſſimæ Veritatis Primæ. Atque hanc ex omni parte demonſtratam Poſſibilitatem in-& extrinſecam Artis, Scientiæ & Sapientiæ Lullianæ

Secundò conſequitur Facilitas, ſicut enim Intellectui humano nihil eſt prius, ita nihil eſt planius ac facilius intelligere, quàm prima Principia generalia innata, ex quo facilè etiam eſt primum habitum naturalem per induſtriam reducere ad primum habitum artificialem, ſicut ſanis oculis ſenſualibus apertis & applicatis mediante lumine ſolari generali facile eſt videre viſibilia; facillimum autem eſt, quamvìs ſinè mortificatione inordinatè prædominantis ſensûs non contingat, à ſolo DEO in nobis ſinè nobis activè concurrentibus Scientiam univerſalem Intellectui infuſam recipere; omnis autem difficultas deſcendit originaliter exinde, quòd per lapſum Intellectus ſubjaceat ſenſui & falſis præconceptis opinionibus & præoccupationibus, qui ſenſus eſt inordinatè inclinatus ad particularia ſenſibilia, ſicut Intellectus ordinatè naturaliter propendere deberet ad intelligibilia generalia; & hæc eſt vera Eclypſis intellectualis generalis figurata per Tenebras in myſterioſiſſima Paſſione Domini factas ſuper univerſam terram ab hora ſexta uſque in nonam, ſcilicet à quinque ſenſibus particularibus & ſexto ſenſu communi imaginativa uſque in tres Potentias intellectuales, quæ ſunt ſex & novem; unde & Sapientiſſimus & Illuminatiſſimus Author à Chriſto Crucifixo quinquies apparente vocatus totam Artem Generalem Compendioſam contraxit in Figuram Crucis, per quam Veritas eſt recreata.

Alia difficultas præter prætactam interiorem apparet exterior in Figuris, Circulis, Alphabetis, Literis & Algebra ſpecioſa, ſed hæc revera non eſt difficultas, ſed facilitas, dum ſenſus cogitur ordinatè ſubſervire Intellectui, ſicut Intellectus inordinatè ſerviebat ſenſui; & dato, minimè conceſſo, in hoc revera difficultatem fore, veruntamen inertibus ſemper cauſantibus nullum juſtæ excuſationis locum præberet, cùm totam etiam Artem, Scientiam & Sapientiam univerſalem absque Figuris, Coloribus, Circulis, Alphabetis & Algebra, ût Antiqui vocabant, ſpecioſa nobis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

incognita de plano & finè hoc ſtrepitu imaginariam multorum poſterorum difficultatem ſpiritu prævidens Illuminatiſſimus Doctor Catholicus, hoc eſt, Univerſalis conſultò tradiderit, ſicut manifeſtum eſt intuenti primum Tractatum hujus Tomi, ſcilicet Artem Inventivam Veritatis, in qua infirmitati multorum Figuras & Alphabeta ſinè ratione abhorrentium condeſcendit.

Quod autem totum Opus Lullianum mirificæ Sapientiæ ſtudioſis bonæ voluntatis facile ac planum reddit, eſt, quòd Principia primitiva univerſalia & in ſe ipſis & in particularibus toties uniformiter recurrant, ut Memoriâ ea frequentiſſimè recolente Intellectus, niſi planè ſtupidus ſit, non poſſit non tandem & Principia generalia & connexa cum his ſpecialia vel particularia intelligendo aſſequi, maximè in & ex tot variegatis Operibus pro diverſitate Ingeniorum ſervato ſemper uniformi eóque optimo ordine compilatis, quo mediante venis, quò non licet ire labore; quibus experimento potiùs & fructuoſiùs, quàm verbo probatis ex Poſſibilitate & Facilitate

Tertiò de per ſe facilè fluit in diſcendo & docendo ſuavis Jucunditas, quid enim jucundius, quàm ſimplici intuitu conſpicere prima Principia generalia, & ex his & in his tam innumerabiles Veritates particulares, & has inde poſſe infallibiliter deducere, atque ſecurâ facilitate eò reducere, ſicut flumina, unde exeunt, eò revertuntur, & Mare non redundat. Atque hic eſt primitivus Fons Scientiæ univerſalis aſcendens ex Paradiſo Voluptatis Intellectualis & inde diviſus in quatuor Flumina quatuor Scientiarum maximè neceſſariarum & utilium in vita humana, videlicet Philoſophiæ, Theologiæ, Juris & Medicinæ.

Et hic eſt Theſaurus abſconditus in Agro Eccleſiæ & Corporis & Animi humani, quem, qui invenit, præ gaudio illius vadit & vendit univerſa, quæ habet & emit agrum illum. Plus dicere non valeo, quàm guſtate & videte, quia Suavitas & Jucunditas faciliùs ſentitur, quàm dicitur: qui autem guſtare non vult, non eſt dignus, & libentiùs comedit de Arbore Scientiæ boni & mali, quàm Ligno vitæ; ſi autem comederis hoc Volumen, venter tuus carnalis voluptatis amaricabitur quidem, ſed erit in ore tuo ſicut mel dulce. Unde &

Quartò Univerſalitas atque Neceſſitas convincitur, quia ſinè primitiva Generali Arte, Scientia & Sapientia nulla conſequens particularis poteſt eſſe perfecta & abſoluta, cùm illam ignorans nullam concluſionem particularem poſſit ad Principia primò nota ultimatò demonſtrativè reducere; quemadmodum igitur Intellectus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tellectus & habitus primorum Principiorum naturalium eſt neceſſarius ad naturaliter intelligendum, ita inde immediatè ortus primus habitus artificialis generalis eſt neceſſarius ad intelligendum artificialiter ; quare hic eſt Ordo Neceſſitatis & ſimul Utilitatis entium & habituum naturalium & artificialium : *primò* Intellectus Divinus & Ars & Scientia & Sapientia Divina ad intra & ad extra operans Intellectum creatum & in eo habitum concreatum primorum Principiorum naturalium , ex quo *ſecundò* exit habitus primitivus generalis artificialis , & denique *tertiò* aliæ Artes & Scientiæ particulares, puta, Logica, Phyſica & cæteræ particulares , quarum aliæ concernunt Neceſſitatem & Utilitatem Animæ & Spiritûs, aliæ Corporis, & aliæ utriusque ; ſicut autem impoſſibile eſt eſſe Logicam Naturalem ſinè habitu naturali primorum Principiorum, ita impoſſibile eſt eſſe veram & perfectam Logicam artificialem ſinè priori habitu generali artificiali primorum Principiorum generalium artificialiter intelligibilium , ſinè quo omnes aliæ Artes & Scientiæ claudicare ſolent, nulla enim Concluſio particularis Philoſophica, Theologica, Juridica vel Medica ſinè illa ad prima Principia infallibilia reduci valet. Ex quo primo generali defectu fluunt tot particulares in omnibus Artibus ac Scientiis, imò & in Religionibus, & miſerandis híſce temporibus noſtris, in quæ incidimus, contingit, quòd ſint, quot capita, tot ſententiæ , & quidlibet ſentiendi & pro pruritu ſuo problematicè defendendi libertas, temeritas, libido. Unde deploranda babyloñica opinionum confuſio & deteſtanda in Fide & Moribus diſſonantia ortum ſuum duxit, adeò ut homines ſibi pro libitu ſuo Sententiam vel Religionem confingant. Quam plagam quaſi inſanabilem quis alligabit & curabit ? Prima autem Radix hujus communis morbi alia non eſt , quàm quòd humanus Intellectus à tenebroſo ſenſu carnis excæcatus debitè non reſpiciat ad primam Cynoſuram & Regulam Scientiarum & Religionum & Morum, nempe ad primas primò notas , primò veras , primò certas, primò neceſſarias, primò infallibiles Veritates Generales, neque ſecundùm propriam naturam ſuam univerſalem ſed ſecundùm alienam naturam ſenſuum particularium falsò opinando operetur, ex quo capite prodiêrunt tot ſectæ & prælia opinionum & diviſiones Scholarum, quæ monſtra & bicipites hydræ non interibunt , niſi mediante unâ primitivâ , primò notâ , primò verâ , primò neceſſariâ Arte , Scientiâ & Sapientiâ Univerſali Llullianâ, quæ eſt Medicina Univerſalis omnium Artium & Scientiarum particularium ſinè ipſa quaſi infinitis defectibus laborantium. Hic

 enim

(c) 2006 Ministerio de Cultura

enim penetrantiſſimus Doctor & expertiſſimus Medicus univerſalis & radicem morbi detegit, & Medicinam efficacem præſcribit, dum omnes Sententias Philoſophicas, Theologicas, Juridicas & Medicas ſecundùm prima generalia Principia primò nota, primò vera, primò neceſſaria exactiſſimè examinat & cum illis concordantes probat & iisdem contrariantes jure merito reprobat, quod eſt infallibile Indicium Veritatis. Atque absque hac una Univerſali Arte recepta, intellecta & tradita nunquam tot Scholæ, nunquam tot Sententiæ, nunquam tot ſectæ abjectâ damnosâ & probrosâ diviſione ad optabilem Unitatem Fidei & Scientiæ redire valebunt. Recipient autem illam in tempore prædefinito certiſſimè, tenebunt firmiſſimè, & hæreſes & errores ſimul interibunt, dum prima Principia ordinatiſſima recognita omnia in Eccleſia & Schola deordinata reordinabunt & regulabunt, neque ampliùs vento variarum peregrinarum Doctrinarum circumferemur, ſed occurremus & ſtabiliemur in vera Unitate Fidei & Scientiæ Univerſalis. Ex quibus omnibus abundè patet unius Artis Univerſalis ſumma Neceſſitas, cui etiam

Suffragatur Utilitas, quæ duplex eſt, ſpiritualis, & corporalis, prima major, ſecunda minor; unde, quamvìs mediante Arte & Scientiâ univerſali Lullianâ non omnes Librum Secretorum Naturæ ſeptem ſigillis ſignatum aperire & abſconditos Theſauros univerſales nempe Tincturam, quam Sacræ Scripturæ Veritas vocat mundiſſimam, & Lapidem pretioſum in ſanitatem humanorum Corporum & Metallorum invenire valeant, dummodò Theſauros ſpirituales, videlicet Veritates, Virtutes, Merita, Gratiam & Amicitiam DEI & perennem in Cœlis Gloriam ſibi conquirant, per hoc ſatis divites & felices ex profectu ſuo erunt. Quapropter etiam valde mirandum eſt, quòd multa humana Ingenia etiam naturaliter alta ſe fruſtra torqueant in perfecta Logica artificiali & aliis Scientiis artificialiter diſcendis & docendis, quin priùs habitum artificialem primorum Principiorum ex naturali eruerint & applicare didicerint; cui malo unicè perfectè medetur Panacea omnium Artium ac Scientiarum Lulliana, cujus etiam partes ſunt in hoc Tomo quinto contenti quinque Tractatus; videlicet

Primò *Ars Inventiva Veritatis*, in qua Diviniſſimus Author clarâ & præclarâ Methodo docet invenire primitiva generalia primò vera & primò nota Principia tam ſimplicia, quàm complexa, & mediantibus iſtis etiam particulares Veritates ſuccedentium Artium

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tium ac Scientiarum, quem in finem ſecurè absque periculo erroris ordinatiſſimè conſequendum etiam reliqui quatuor intelligenti ſubſervire poterunt, nempe

Secundò *Tabula Generalis* Tabulam raſam capaciſſimam humani Intellectûs omnigenis Veritatibus realibus generalibus & particularibus uſque ad ſummum ſuperabundanter adimplens.

Tertiò *hujus Tabulæ Practica*, cujus extenſione Intellectus fit practicus generaliter in Una Generali Arte, & particulariter in multis conſequentibus particularibus Artibus ac Scientiis.

Quartò *Lectura Compendioſa Tabulæ Generalis* ſinè diſpendio breve Compendium & Anima & Pharus Scientiarum.

Quintò *Lectura* compoſitu utriusque coaleſcens in unam perfectam Scientiam, cujus Termini & Modi ſignificandi, loquendi & exprimendi non amplius quaſi abſoni, heterocliti & barbari diſplicebunt priùs intelligenti Grammaticam Naturalem & Artificialem Univerſalem, quæ potiùs ſpectat brevis ſermonis connaturaliter exprimentis Neceſſitatem & Utilitatem, quàm ethnicam inanemque phraſilogiam.

Ego quidem finaliter pro clauſula ſalutari humiliter denuo confiteri debeo, quòd tenues meæ vires non ſint commenſuratæ tam immenſo Operi in Sanitatem Animæ & Corporis à DEO ter Optimo, ût credo, ante perditiſſima tempora Filii perditionis ad clementiſſimè præſervandum ab hora Tentationis Antichriſtianæ, quæ ventura eſt in orbem univerſum tentare habitantes in terra Apoc. 3. providentiſſimè præordinato adæquatè penetrando, cenſurando & pro merito ſuo condignè commendando, veruntamen per quinque lucidiſſima Vulnera JESU Chriſti ex occaſione hujus quinti Tomi omnes cordatos Veritatis Amatores enixiſſimè obteſtor, ut, ſi Veritati teſtimonium perhibeo, credant, accedant & mécum defendant; ſi autem falſum ſcripſiſſe arbitrentur, falſitatem ex grandi charitate Veritatis oſtendant. Et ſi nos Teſtimonium Veritatis non receperimus, Dominus omnipotens malos malè perdet, & Scholam Veritatis elocabit aliis, qui facient dignos fructus ejus in tempore ſuo; & ſi hoc Opus ex hominibus eſt, interibit; ſi autem, ût ſcio, ex DEO eſt, quis impedire

(c) 2006 Ministerio de Cultura

pedire poterit? Quare conſulite, quæſo, veſtræ, meæ & aliorum ſaluti, & pro Juſtitia & Veritate usque ad mortem agonizare non pertimeſcite. Quod vehementer opto & optimum eſſe cenſeo.

Dabam Moguntiæ 27. Martii 1731.

FRANCISCUS PHILIPPUS WOLFF
Sacroſanctæ Theologiæ Doctor, Reverendiſsimi Eminentiſsimi & Sereniſsimi Archi-Epiſcopi & Electoris Moguntini Conſiliarius Eccleſiaſticus Sigillifer, Seminarii Regens & Cenſor Ordinarius.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

PRIMA FIGURA.



SECUNDA FIGURA.



TERTIA FIGURA

B	C	C	D	D	E	E	F	F	G	G	H	H	I	I	K
B	D	C	E	D	F	E	G	F	H	G	I	H	K		
B	E	C	F	D	G	E	H	F	I	G	K				
B	F	C	G	D	H	E	I	F	K						
B	G	C	H	D	I	E	K								
B	H	C	I	D	K										
B	I	C	K												
B	K														

QUARTA FIGURA.



BEATI
RAYMUNDI LULLI
DOCTORIS ILLUMINATI
ARS INVENTIVA VERITATIS
SEU
ARS INTELLECTIVA VERI.
QUÆ EST
INSTRUMENTUM INTELLECTIVÆ POTENTIÆ.

DEUS Potentiſſime & Benigniſſime, cujus Sapientiæ & Amoris non eſt numerus neque finis, ut te cognoſcere ſciamus & amare, incipit *Ars Inventiva.*

DE PROLOGO

1. ARs præſens deſcendit ab *Arte Demonſtrativa;* & licèt exiſtentia vel eſſentia hujus & illius ſit una & eadem, tamen eſt carum Modus procedendi diverſus: nam illa procedit per Terminos redactos in Literas, iſta verò eſt contenta ſuis propriis Terminis ſeu Principiis, nec indiget aliâ notâ Literarum, ſicut illa, ut illi, qui volunt evitare Alphabetum Demonſtrativæ Artis, attingant Terminos ſeu Principia hujus Artis ſub ſuis propriis ſignificatis. Veruntamen oportet nos neceſſariò uti Literis pro Terminis in iſta eadem Arte in Figuris, non autem in proceſſu: nam aliter non poſſet fieri Inquiſitio nec Inventio in duabus ultimis Figuris hujus Artis.

2. „ Et cùm eſſentiæ & operationes rerum, „ de quibus intenditur, ſint majores & plu„ res in ſe ipſis, quàm earum ſimilitudines in „ intellectu, & ipſæ ſimilitudines majores & „ ampliores in intellectu, quàm earum ſigni„ ficata in verbis, eſt magna diſtantia ſigni-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

„ficatorum à ſuis rebus; ideo debemus fin-
„gere verba propter paucitatem ſignificato-
„rum, & debemus aliquoties propter vim &
„neceſſitatem Artis proferre inuſitata ver-
„ba, velut infrà patebit: & ut etiam expri-
„mamus majora & à ſuis rebus minùs di-
„ſtantia ſignificata, tranſumimus quando-
„que verba, & quod eſt proprium alicujus
„rei, attribuimus alteri propter expreſſio-
„nem majoris ſignificantiæ, ût infrà patebit:
„ût cùm dicitur: Bonitas bonificat, Magni-
„tudo magnificat, & cætera hujusmodi,
„quia, quod eſt proprium boni ſuppoſiti,
„ſcilicet bonificare, attribuimus Bonitati,
„propter quam ipſum bonum bonificat, ut
„vehementiùs exprimamus, quòd bonum
„bonificet propter ſuam Bonitatem, & ma-
„gnum magnificet propter ſuam Magnitu-
„dinem: ſicut, cùm dicitur: Finis movet
„efficientem ad bonum, hoc eſt dictum,
„quòd efficiens propter bonum Finem ſe
„moveat ad bonificandum. Et ſi debemus
„impropriè loqui de creatis rebus, ût jam
„dictum eſt, poſſumus multò minùs propriè
„loqui de DEO; quia, cùm ejus Eſſentia &
„Exiſtentia ſit immenſa in omnibus Perfec-
„tionibus, quid poſſunt noſtra ſignificata de
„illo bene & propriè repræſentare?

3. Quapropter devotè ſupplicamus acce-dentibus ad hanc Artem, ſeu ſtudentibus in eadem, ut ardore ſcientificæ charitatis moti attendant ad tutiorem partem in noſtris im-propriis dictis, ſi fortè in ea inciderimus, & non ad ea, quæ videmur dicere, ſed quæ in-tendimus dicere; ac etiam, ſi fortè induci-mus falſam concluſionem, hunc errorem attribuant noſtræ imperitiæ: quoniam, ſi Artifex ignoranter errat, non eſt attribuen-dum ipſi Arti, cùm ipſa Ars ſit neceſſaria, ût intendimus declarare. Et adhuc etiam ſi nimia improprietas noſtrorum verborum, ut ſententioſiùs loquamur, vel inſufficientia noſtri ingenii, aut etiam translationis videa-tur prætendere aliquem errorem contra ſanctam Catholicam Fidem, imploramus ſuppliciter Correctionem Sacroſanctæ Ro-manæ Eccleſiæ, quia contingit nos errare non ratione Artis ſeu artificii, ſed ratione i-gnorantiæ; nam aliquoties videmur con-tra nóſmet dicere, tamen infrà manifeſtabi-tur, quòd non contradicimus nobis. Nunc igitur accedamus ad propoſitum.

De Diviſione hujus Libri.

1. DIviditur præſens Liber in *quatuor Di-ſtinctiones*, quarum *prima* eſt de *Fi-guris*: *ſecunda* de *Conditionibus Princi-piorum*: *tertia* de *Regulis*: *quarta* & ul-tima de *Quæſtionibus*.

2. Ratio autem, quare prædictæ Figu-ræ ſint poſitæ in hac Arte, ſtat in hoc, ut ſenſus apprehendat ſitum & diſpoſitionem il-larum, ut in illa apprehenſione imaginatio ſit ſpeculum, in quo intellectus attingat dis-poſitionem Figurarum Principiorum hujus Artis & ejus Diſcurſivum & Inveſtigativum Modum.

3. Intentio etiam, quare in hac Arte ſint Principia ſeu Conditiones vel Cameræ, eſt, quia ad illa Principia eſt reducenda conclu-ſio, & quia per ea invenitur Medium conclu-ſionis, & quia ſub illis Principiis regulantur alia Principia, & inde reſultant Rationes & Multiplicitas Argumentorum contrahendo unumquodque Principium cum quolibet Principio & ejus Definitione.

4. Ratio item, quare in iſta Arte ſint Re-gulæ, eſt hæc, ſcilicet quia ad inquirendum Particulare in Univerſali regulantur poten-tiæ animæ & per eas deducuntur ad Proces-ſum hujus Artis & inſuper ad alias implicitas Regulas.

5. Intentio, quare Quæſtiones in hac Arte ſubduntur, eſt hæc, videlicet ut per eas appa-reat Modus practicandi & exemplificandi in hac Arte ad inveniendum id, quod quæritur; nam, quemadmodum exemplificamus in præſentibus Quæſtionibus hujus Artis, & in eis tradimus ipſam Artem, ſic eſt intelligen-dum de cæteris faciendis Quæſtionibus.



INCI-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

INCIPIT PRIMA DISTINCTIO, QUÆ EST De Figuris.

ET PRIMO DE I. FIGURA.

PRima Figura est constituta de *novem Principiis*, quæ sunt hæc: videlicet *Bonitas*, *Magnitudo*, *Æternitas* seu *Duratio*, *Potestas*, *Sapientia*, *Voluntas*, *Virtus*, *Veritas*, *Gloria* seu *Delectatio*, ita, quòd in hac Figura describamus per B. Bonitatem, per C. Magnitudinem, per D. Æternitatem seu Durationem, per E. Potestatem, per F. Sapientiam seu Intellectum, per G. Voluntatem, per H. Virtutem, per I. Veritatem, per K. Gloriam seu Delectationem. Nunc igitur veniamus ad Definitionem & Explicationem horum Principiorum & ad Rationes, quare ponantur in hac Arte: & primò ad Bonitatem isto modo.

De Bonitate. B.

1. DEfinitio. *Bonitas est id, ratione cujus bonum agit bonum; & sic bonum est* esse, *& malum est* non esse.

2. Explicatio. Sic igitur bonum ens existens suppositum est Principium ipsius *esse* ratione suæ Bonitatis & ratione Bonitatis ipsius principiati *esse*, ita, quòd Bonitas sit Principium, extra quam nullum *esse* potest principiari, ut omne *esse* sit essentialiter bonum. Unde, secundùm quòd unum bonum est majus, quàm aliud, est unum bonum Principium alterius boni, & una Bonitas Principium alterius Bonitatis, & hoc gradatim usque ad Summum Bonum, quod est ipsa Summa Bonitas existens Supremum Principium omnium aliorum bonorum & Bonitatum & omnium aliorum entium. Supremum Bonum autem movet cætera bona, sicut Finis movet ad se efficientem & formam & materiam, ipso efficiente movente ratione suæ Bonitatis formam ad bonum Finem, & formâ movente materiam ad eundem, quem siquidem Finem impossibile est esse extra Bonitatem. Istud Supremum Bonum autem est Finis suæmet Bonitatis & è converso, abundans in se tantâ Bonitate, quòd non indigeat ullius exterioris Bonitatis.

3. Ratio quidem, quare Bonitas adducatur ad hanc Artem, ut sit unum de Principiis illius, est, ut per Conditiones, quas habet Bonitas ratione suî, & quas etiam ratione suî influit in alia Principia hujus Artis, & quas similiter habet ratione aliorum Principiorum ejusdem Artis, possit Artista investigare particulare, & invenire medium conclusionis, eò quòd una Bonitas secundùm Conditiones, quas essentialiter vel accidentaliter habet, denotat aliam Bonitatem; & eodem modo unum bonum denotat aliud.

De Magnitudine. C.

1. DEfinitio. *Magnitudo est id, ratione cujus Bonitas, Æternitas seu Duratio & cætera Principia sunt magna, ambiens omnes extremitates essendi.*

2. Explicatio. Igitur extra Magnitudinem est nullus Finis efficientis, formæ & materiæ, cùm Finis sit id, quod existit ratione Magnitudinis. Magnitudo ergo est diffusivum Principium ratione Finîs, efficientis, formæ & materiæ, cùm Magnitudo sit major in Fine, quàm in efficiente, & major in efficiente, quàm in forma, & in forma, quàm in materia, & similiter sequitur de accidentibus suppositorum. Est autem Magnitudo in se unum Principium tantùm, & est considerabilis tanquam una; tamen sunt multæ Magnitudines distinctæ essentiâ & naturâ, quarum alia major est, quàm alia, & alia æqualis alteri, &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& hoc diverſimodè usque ad illamSummam Magnitudinem, quæ eſt cæterarum Magnitudinum Ultimum Principium exiſtens *ſimpliciter Magnitudo* ſive *Magnum Ens*, ſub quo regulantur & ordinantur cæteræ Magnitudines cæterorum entium, exiſtentes ſimilitudines & imagines, in quibus humanus intellectus ſpeculatur Summam Magnitudinem; nam, quemadmodum ſpeculatur in figura extenſitatis Mundi Intenſam Formam ût infinitam ſinè quantitate, quæ forma quidem eſt ût Summa Magnitudo, ſic apprehendit intellectus in inferioribus Magnitudinibus ſuperiorem Magnitudinem.

3. Ratio autem, quare Magnitudo ordinatur eſſe unum Principium hujus Artis, eſt, eò quòd Artiſta per Magnitudinem poteſt invenire medium pertinens ad concluſionem affirmando vel negando, ſemper ſalvo hoc, quod eſt ſimilius Magnitudini ſeu Majoritati Supremæ Magnitudinis. Eſt autem Majoritas impreſſio & aſſimilatio Magnitudinis, in qua humanus intellectus ſpeculatur Summam Magnitudinem & cæteras Magnitudines; unde ratione omnium prædictorum eſt neceſſe, quòd Magnitudo ſit unum de Principiis hujus Artis.

De Duratione. D.

1. DEfinitio. *Duratio eſt proprietas, ratione cujus durant Bonitas, Magnitudo, Poteſtas & cætera Principia.*

2. Explicatio. Duratio habet ſe *duobus modis*, ſcilicet *ſinè Succeſſione* & *in Succeſſione*: Duratio ſinè *Succeſſione* eſt infinita, & hæc eſt Æternitas, quæ eſt Principium Durationis exiſtentis in ſucceſſione, quæ Duratio eſt figura Æternitatis, ut humanus intellectus in ea apprehendat formam Æternitatis, quæ forma exiſtit actu absque ſucceſſione temporis & quantitatis, cùm ſucceſſiva Duratio non ſit de eſſentia Æternitatis, ſicut nec quantitas de eſſentia Infinitatis. Eſt autem hæc Æternitas Principium principians principiabile, ut non exiſtat otioſa, & ût etiam Bonitas, Magnitudo, Poteſtas &c. non conſiſtant otioſæ in ipſa Æternitate. Unde manifeſtatur, quòd Æternitas ût Suppoſitum ſit Principium principians & principiare & principiatum & principiabile: hic tamen eſt punctus tranſcendens & intellectui difficilis. De Punctis tranſcendentibus autem intendimus declarare in *tertia Diſtinctione* & *octava Regula.*

3. Ratio verò, quare Æternitas ſit ûnum Principiorum hujus Artis, eſt hæc, quia Artiſta cognoſcens Conditiones Æternitatis etiam attingit Conditiones ſucceſſivæ Durationis, quemadmodum effectum per cauſam & è converſo. Unde debet Artiſta ſub æterna Duratione regulare ſucceſſivam Durationem tendentem ad ſuum Finem, velut incompletum ad ſuum completum: nam per hanc regulationem poteſt Artiſta invenire media competentiâ Durationi; Conditiones autem Æternitatis declarantur in tertia Figura & in *ſecunda Diſtinctione.*

De Poteſtate. E.

1. DEfinitio. *Poteſtas eſt id, ratione cujus Bonitas, Magnitudo, Æternitas & alia Principia poſſunt exiſtere & agere.*

2. Explicatio. Eſt igitur Differentia inter Poteſtatem & poſſe, ſicut exiſtere & agere; nam poſſe eſt actus Poteſtatis, quemadmodum intelligere eſt actus Sapientiæ, & ideo ratione ipſius agere eſt Poteſtas Principium, poſſe verò illius principiatum, ac etiam quando Poteſtas eſt ût ſuppoſitum actu potens, tunc eſt poſſe & eſt poſſibile: & ita poſſibile eſt Principium veniens de potentia in actum transeundo per habitum; hoc Principium autem eſt cauſatum & ſucceſſivum ratione Potentiæ, habitûs & actûs, quemadmodum Duratio in tempore. Sed ſi eſt aliquod ens exiſtens ſimpliciter Poteſtas, poſſe, poſſitum & poſſibile in eſſentia & natura Poteſtatis, poſſe, poſſiti & poſſibilîs ſinè ſucceſſione, illud eſt Summum in Poteſtate, imò etiam ipſa Summa Poteſtas eſt ipſum ſummum poſſe, poſſitum & poſſibile, movens cæteras Poteſtates & cætera poſſe, poſſita & poſſibilia, exiſtens eis formalis Finis ſimpliciter. Si autem hoc Summum Ens non eſſet, eſſet impoſſibile, quòd in Æternitate eſſet Summa Poteſtas principians ſinè ſucceſſione & privatione Poteſtatis & Æternitatis ac etiam Bonitatis, Infinitatis & Virtutis: imò etiam eſſet impoſſibile, quòd aliquod ens eſſet ſuppoſitum, quod ſit ſimpliciter Poteſtas per ſe ipſum.

3. Ratio autem, quare Poteſtas ſtatuitur eſſe unum Principium hujus Artis, eſt, quia Artiſta cognoſcendo Conditiones Poteſtatis, quæ cognoſcuntur etiam in tertia Figura & in Proceſſu hujus Artis, perpendit invenire media, quibus indiget ratione Poteſtatis: nam cognitis Conditionibus Poteſtatis attingi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tingitur modus, per quem Potestas potest ratione suæ essentiæ & naturæ, aut etiam ratione alterius essentiæ & naturæ, quemadmodum suppositum alio modo potest ratione Potestatis & alio modo ratione Bonitatis, & alio modo ratione Magnitudinis, & sic de aliis Principiis hujus Artis.

De Sapientia. F.

1. DEfinitio. *Sapientia est proprietas, ratione cujus sapiens intelligit.*

2. Explicatio. Est ergo Sapientia Principium extensum in intelligente, intelligere, intellecto & intelligibili, & ultra hos terminos non potest Sapientia extendere suas vires. Est autem Sapientia Principium intensum in quolibet prædictorum terminorum simpliciter considerato; & hæc Sapientia est effectus. Est autem alia Sapientia Suprema, in qua intelligens & intellectum, intelligere & intelligibile sunt idem in Essentia & Natura Sapientiæ, & hæc Sapientia est Principium in se & in suis propinquis terminis simpliciter intensum, cùm sit idem cum eis in Essentia & Natura, alioquin esset limitata per suos terminos in Bonitate, Magnitudine, Æternitate, Potestate & Virtute, nec per consequens posset esse infinitum Principium finiti Principii: sed potiùs participaret cum ignorantia, quod esset privatio Bonitatis &c., quæ privatio esset major in ipsa Summa Sapientia, quàm illa Sapientia, quæ est extensa & limitata in suis terminis.

3. Ratio, quare Sapientia sit unum de Principiis hujus Artis, stat in hoc, scilicet, ut Artista informet suum intelligere de Sapientia, quæ existit supremum Principium, & de illa sumat exemplar intelligendi, de quo deducat bonum, magnum, durans, potens &c. intelligens & intellectum, intelligere & intelligibile; & ita regulato ipso intelligere secundùm Processum hujus Artis potest ab intellectivo faciliter inveniri intellectum optatum à volitivo.

De Voluntate. G.

1. DEfinitio. *Voluntas est proprietas, ratione cujus Bonitas, Magnitudo &c. sunt desiderabiles & amabiles, & per quam bonum, magnum &c. suppositum est volens.*

2. Explicatio. Unde illa Voluntas, quæ volendo est volens suppositum, ipsa est summa, & ratione suppositi est ipsa Principium volito, existente ipso volito cum volente eadem natura & essentia Voluntatis; & quidem ultra hoc tale voluntarium Principium non potest esse ullum aliud altius de essentia Voluntatis, eò quòd volens & volitum non possunt ulteriùs participare Bonitatem &c. ipsius Voluntatis; ex ipsis autem, scilicet volente & volito consequitur velle ratione ejusdem formæ volentis & voliti, quæ scilicet forma est ipsa essentia Voluntatis. Hæc Principia autem jam prædicta appetuntur effectivè à cæteris appetitivis Principiis, cùm ipsa Summa Voluntas sit causa omnium appetituum sui effectûs.

3. Secundùm hanc formam, quæ de Principio Voluntatis dicta est, debet Artista formare & regulare suum velle de bono, magno, &c. volente & volito, ut citiùs & veraciùs inveniat id, quod affectat intelligere; nam quantò volens & volitum sunt magìs propinqua in essentia & natura Voluntatis Bonitatis &c., tantò magìs attingit intellectus volitum intellectum. Itaque considerando supremum volens & volitum extollit considerans suam considerationem ad altitudinem considerati voliti, unde suscipit virtutem ad considerandum creata volita. Unde ratione istorum prædictorum est Voluntas necessarium Principium in hac Arte.

De Virtute. H.

1. DEfinitio. *Virtus est origo Unitatis Bonitatis, Magnitudinis, Durationis & aliorum Principiorum in uno bono, magno &c.*

2. Explicatio. Virtus igitur est Principium sui existere & sui agere, ut ipsa sua agere & existere sint magìs virtuosa, & ut etiam Virtus & virtuosum sint magìs in essentia & natura Bonitatis &c. Unde Suprema Virtus est hæc, quæ ût suppositum est principians, quod scilicet suppositum ratione Virtutis est virtuosum principians super illam Virtutem, quæ principiat non ût suppositum, sed ût pars ipsius suppositi, cùm illud suppositum sit unum constitutum numero de pluribus diversis essentiis & naturis; ratione cujus diversitatis est possibile, quòd virtus agens particulariter periclitetur, & est possibile, quòd sit Vitium in subjecto Virtutis ratione temporis, quantitatis &c., in quibus est illa Virtus.

3. Ratio, quare Virtus est unum de Principiis hujus Artis, extat in hoc, videlicet, ut Artista cognoscendo Conditiones Virtutis cognoscat ipsam suam Virtutem, quam habet

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in exiſtendo&agendo principiativè;nam per hanc cognitionem erit intellectus promptus ad inquirendum & inveniendum Virtutem objecti, & per ipſam Virtutem Veritatem illius. Nam, ſicut Virtus ſubſtantialiter oritur ex conjunctioneBonitatis,Magnitudinis &c., ſic oritur accidentaliter Virtus ex conjunctione Bonitatis, Magnitudinis &c. conſtituentium Intellectum,per quamVirtutem attingit Artiſta in ſua mente deſideratum objectum.

De Veritate. I.

1. DEfinitio. *Veritas eſt id, quod eſt verum de Bonitate, Magnitudine, Duratione & aliis Principiis.*

2. Explicatio. Eſt igitur verificare id,quod eſt verum de bonificare &c., & ſic eſt Concordantia inter Veritatem & verificare,ſicut inter exiſtere & agere; ratione cujusConcordantiæ ipſorum exiſtere & agere Veritatis in ſe & inBonitate,Magnitudine &c. eſtVeritas Principium ipſi verificato & ipſi verificare & verificabili, ut prædicta Concordantia non pereat, nec Finis ipſorum exiſtere & agere Veritatis in Bonitate &c., & per conſequens Finis ſuî ipſius nec Bonitatis &c. in Veritate: quæ Concordantia eſſet in privatione, niſi Veritas eſſet Principium ſui actûs. Eſt autem una Suprema Veritas habens prædictas Conditiones,quæ eſt Principium cæteris Veritatibus tanquam Cauſa, ad quam ſe dirigunt cæteræ Veritates.

3. Attingens Artiſta ConditionesVeritatis attingit verum objectum,quoniam,ſicut verificatum eſt imago verificantis, & ſicut verificare eſt imago verificantis & verificati & etiam verificabilîs, ſic cognitio, quam Artiſta habetdeConditionibusVeritatis,eſtimago in mente ipſius, in qua ſciat ſpeculari verum inventibile objectum. Itaque ratione hujus eſt Veritas Principium adductum ad hanc Artem, ut eo mediante attingat Artiſta quæſitum objectum.

De Gloria. K.

1. DEfinitio. *Gloria eſt ipſa Delectatio, in qua Bonitas, Magnitudo & alia Principia quieſcunt.*

2. Explicatio. Unde illa Gloria, quæ eſt major in ſe, quàm in alio, eſt Principium illius Gloriæ, quæ eſt major in alio, quàm in ſe ipſa; cujus ratio eſt, quia Finis major eſt in ſe, quàm in alio. Hæc Gloria autem, cujus Finis eſt in ſe ipſa,eſt Suprema ratione ſuî & ratione ſuæBonitatis &Magnitudinis &c., & ad eam tendunt cæteræGloriæ,& ſunt ejus effectus, & hæc non indiget extra ſe gloriari, ut hoc, quod eſt extrà, non ſit ſibi materia gloriandi, ſed in ſe & per ſe tantùm ſit glorians ratione Finîs ſuæBonitatis &c,; ipſe glorians autem habet in ſe gloriatum, gloriari & gloriabile, ut Finis Gloriæ non permaneat otioſus in Infinitate Bonitatis, Æternitatis &c. Gloriæ. Igitur illa Gloria, quæ tantum Finem non poteſt habere in ſe neque in Bonitate &c., eſt infima, exiſtens imago, in qua noſter practicus intellectus ſpeculatur ipſam Supremam Gloriam tanquam ſuam Beatitudinem.

3. Habitâ cognitione de Gloria & de ejus Conditionibus eſt diſpoſitus & directus intellectus Artiſtæ ad inveniendum ſolutiones, quæ aut explicitè aut implicitè ſunt inferendæ ratione Gloriæ ſeu Delectationis comparativè ſeu aſſimilativè ſecundùm aſcenſum aut deſcenſum intellectûs inveſtigativi per ſuperiorem vel inferiorem Gloriam. Et hæc eſt ratio, quare Gloria ſumitur eſſe unum Principium hujus Artis.

4. Dictum eſt de Principiis primæ Figuræ, declarando, quare Bonitas, Magnitudo &c. ſumantur eſſe Principia hujus Artis, & hoc, ut Artiſta ſub his Principiis ſciat uti hac Arte. Et eſt ſciendum, quòd ideo adduximus Bonitatem & cæteras conſequentes Rationes eſſe Principia hujus Artis, ut ita intelligatur de omnibus Bonitatibus, Magnitudinibus &c., hujus Artis,id eſt,quòd ſub prædictaBonitate regulentur omnes Bonitates, & ſub prædicta Magnitudine omnes Magnitudines, & ſic de cæteris Principiis hujus Artis.

****

DE II. FIGURA.

1. SEcunda Figura eſt conſtituta de *tribus Triangulis* ſumptis ab Arte Demonſtrativa, qui ſunt *Trianguli Viridis, Rubeus* & *Croceus* implicantes novem Principia hujus Artis. *Primus Triangulus*, qui eſt *Viridis*,eſt compoſitus de*Differentia,Concordantia* & *Contrarietate*. *Secundus* verò, qui eſt *Rubeus*,eſt conſtitutus de*Principio*, *Medio* & *Fine*. Sed *tertius*, qui eſt *Croceus*, eſt conſtitutus de *Majoritate*, *Æqualitate* & *Minoritate*. Per hos Triangulos fitDiſcurſus & Inventio in hac Arte, miſcen-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

miscendo alium istorum Triangulorum cum alio, & etiam alium Angulorum in eis contentorum cum alio, & hoc in prima, tertia & quarta Figuris, ad hoc, ut medium solutionis in prædicta mixtione possit reperiri.

2. Octo Angulos verò alios à Principio deducimus ad Principium, appellantes eos Principia, ac etiam gratiâ mixtionis eorum possumus eos vocare novem Differentias, novem Concordantias, novem Contrarietates, ac similiter novem Media, novem Fines, & etiam novem Majoritates, novem Æqualitates, novem Minoritates, cum quibus hæc tota Ars discurrit, & secundùm eorum Conditiones & Mixtiones est concludendum affirmativè vel negativè secundùm exigentiam Conditionum prædictorum Triangulorum & aliorum Terminorum hujus Artis. Hoc est dictum, quoniam, si non potest concludi affirmativè salvis in prædicta Mixtione Conditionibus prædictorum Terminorum hujus Artis, concludatur ex hoc negativè; vel, si ipsæ prædictæ Conditiones non possunt salvari negativè, ex hoc est concludendum affirmativè.

3. Sed ut sub certis Literis denotemus prædictos Terminos seu Angulos ad ponendum eos in Figura, sumimus per B. *Differentiam*, per C. *Concordantiam*, per D. *Contrarietatem*, per E. *Principium*, per F. *Medium*, per G. *Finem*, per H. *Majoritatem*, per I. *Æqualitatem*, per K. *Minoritatem*. Unde quælibet istarum Literarum est æquivoca ad duo Principia: videlicet B. ad Bonitatem in prima Figura, & ad Differentiam in secunda Figura: & C. ad Magnitudinem in prima Figura, & ad Concordantiam in secunda Figura, & sic de aliis. Et hoc oportet ita fieri ratione tertiæ & quartæ Figuræ, ad hoc, ut per eas possimus investigare & invenire.

De Differentia. B.

1. DEfinitio. *Differentia est id, per quod Bonitas, Magnitudo &c. sunt Rationes reales & inconfusæ, & per quam bonificans, bonificabile & bonificare & cætera sunt inconfusa & distincta unum abalio.*

2. Explicatio. Est autem omnis *Differentia* necessarium Principium aut *inter sensuale & sensuale*, aut *inter sensuale & intellectuale*, aut *inter intellectuale & intellectuale*, per quod aliud sensualium differt ab alio & aliud intellectualium ab alio, & etiam per quod omne sensuale differt ab omni intellectuali, quia sinè Differentia esset impossibilis alietas, nec aliquod ens esset agens nec patiens, nec esset nec se haberet ad Finem, sed potiùs omne, quod est, esset idem numero absque aliqua specificatione, atque Bonitas & cætera Principia carerent Fine & consisterent in otiositate carentes omni Concordantiâ. Quare manifestè sequitur, quòd dato, quòd non esset Differentia, plùs consisteret omne ens in Privatione Bonitatis & cæterorum Principiorum, quàm in *esse* eorum; sed quoniam hæc omnia sunt impossibilia, ergo est Differentia seu Distinctio necessarium Principium in omnibus rebus.

3. Ratio, quare Differentiam accipimus esse unum Principiorum hujus Artis, est, ut in Mixtione Differentiæ cum aliis Principiis attingat Artista Conditiones Differentiæ inter aliud & aliud subjectum Differentiæ semper salvando Conditiones Differentiæ, quas invenit in subjecto Differentiæ; & ut etiam cognoscat suppositum ex pluribus differentibus constitutum differenter agens ratione Differentiæ, quemadmodum suppositum de Bonitate, Magnitudine &c. constitutum est agens ratione Bonitatis, Magnitudinis &c.

De Concordantia. C.

1. DEfinitio. *Concordantia est id, per quod Bonitas, Magnitudo &c. in uno & in pluribus concordant.*

2. Explicatio. Sicut dictum est de Differentia, quòd sit *Differentia inter sensuale & sensuale* &c., sic est etiam de Concordantia. Concordantia igitur est Principium, ut differentians possit habere Concordantiam cum bonificato bono, magno &c., & bonificans cum differentiato bonificato, magnificato &c., sic de aliis Principiis hujus Artis. Nam, si Concordantia nihil esset, foret impossibile, quòd Virtus Bonitatis, quæ est in Principio, se haberet ad Finem, cùm sinè Concordantia Finis esset nihil, nec etiam Principium nec Croceus Triangulus essent aliquid, atque privatâ Concordantiâ in bono &c. esset naturaliter Contrarietas contradicens Fini: & ita haberet *esse* ratione Contrarietatis, & haberet *non esse* ratione Concordantiæ in bono &c., quod est impossibile: quare relinquitur, quòd Concordantia sit necessarium Principium. Concordantia est ens consideratum in abstracto, & contractum in concreto constituto de pluribus concordantibus Rationibus.

3. Et

(c) 2006 Ministerio de Cultura

3. Et idcirco, ut Artiſta habeat cognitionem de Suprema & infima Concordantia, de Suprema quidem tanquam de Cauſa, de infima verò tanquam de effectu, eſt Concordantia aſſumpta in unum Principiorum hujus Artis, ut Artiſta inveniat Conditiones Supremæ Concordantiæ, quæ ſunt hæ, ſcilicet: quòd concordans in bono, magno &c. concordet ſinè aliqua Contrarietate cum concordato, & è converſo, hoc eſt dictum, quòd concordans concordet bonificantem cum magnificante, æternante &c., quia iſti concordant in uno bono, magno, æterno &c.; hoc idem dicendum eſt de bonificato, magnificato, æternato &c., & de bonificare, magnificare, æternare &c. Ultra hanc Concordantiam eſt impoſſibile, quòd ſit Concordantia in Summitate Bonitatis, Magnitudinis, Æternitatis &c., quia ſic eſſet Summa Concordantia extra ſuam eſſentiam & extra eſſentiam Bonitatis, Magnitudinis &c., quod eſt impoſſibilile. Habitâ cognitione Supremæ Concordantiæ poteſt cognoſcere Artiſta Conditiones inferioris Concordantiæ, quemadmodum per cauſam cognoſcitur effectus.

De Contrarietate. D.

1. DEfinitio. *Contrarietas eſt quorundam mutua reſiſtentia propter diverſos fines;* ſicut è contrario Concordantia eſt quorundam mutua adhærentia ad unum finem.

2. Explicatio. Eſt autem *Contrarietas inter ſenſuale & ſenſuale &c.* quemadmodũ & Concordantia: inter *ſenſuale & ſenſuale*, ſicut inter albedinem & nigredinem, calidum & frigidum, ponderoſum & leve & cætera hujusmodi, aut etiam ſicut inter Bonitatem & Malitiam ſenſualem ſive ſenſualis naturæ in ſenſuali ſubjecto ſeu concreto: eſt etiam Contrarietas *inter ſenſuale & intellectuale*, ſicut inter corpus & animam ratione viſibilitatis & inviſibilitatis, corruptionis & incorruptionis: & *inter intellectuale & intellectuale*, ſicut inter velle & nolle, intelligere & ignorare, & ſic de aliis hujusmodi. Eſt autem Contrarietas *duobus modis*, ſcilicet *realiter* & *objectivè*: *realiter* quidem, ſicut inter ignem & aquam, aërem & terram in eodem elementato ſubjecto, aut ſicut inter ſcire & ignorare in dubitatione, & ſicut inter diligere & odire, & cætera hujusmodi: *objective* verò, ſicut inter *eſſe* & *non eſſe*, aliquid & nihil, vel ſicut inter ignem & aquam in diverſis ſubjectis, ubi unum alteri non reſiſtit. Eodem modo eſt intelligendum per oppoſitum de Concordantia.

3. Eſt autem Contrarietas neceſſarium Principium in hac Arte, ut Artiſta per Conditiones alterius contrariorum attingat Conditiones alterius ſibi contrarii & è converſo, eò quòd aſcendit ad cognitionem ſummæ Contrarietatis contrariantis Summæ Concordantiæ: eſt autem ſumma ideo, quia contrariatur Fini Summæ Concordantiæ in Principio & Medio inferioris Concordantiæ, ut non ſequatur Finis ipſius inferioris Concordantiæ in bono, magno &c.; inferior Contrarietas verò eſt, ſicut inter ignem & aquam & cætera hujusmodi, ut in generatione ſit Concordantia, & in corruptione Contrarietas, & ſic de aliis ſimilibus iſtis.

De Principio. E.

1. DEfinitio. *Principium eſt id, quod ſe habet ad omnia alia ſub ratione alicujus Prioritatis.*

2. Explicatio. Unde eſt Principium multiplex, ſeu poteſt ſumi multipliciter, ſecundùm quòd traditur in hac Arte: Igitur illud Principium, quod eſt Finis, eſt Principium illius Principii, quod ſe habet ad illum Finem, & illud Principium eſt Principium & Finis ſimpliciter in eſſentia & natura Principii & Finîs, iſtud Principium autem eſt Supremum Principium, quod, ſi non eſſet Principium & Finis eſſentialiter & naturaliter, eſſet Principium & Finis per accidens, & inde ſequeretur, quòd Principium & Finis haberent Majoritatem accidentaliter & Minoritatem ſubſtantialiter, quod eſt impoſſibile & ſummum inconveniens. Sub iſto Principio autem ſunt cætera inferiora Principia *cauſativè*, quemadmodum in inferioribus Finis eſt Principium, quia movet formam, & ipſa forma ſimiliter eſt Principium, quia informans materiam dat eidem eſſe: materia etiam eſt Principium, eò quòd de ipſa ratione paſſionis pariter cum forma ratione actionis in eadem conſtituitur ſuppoſitum. Sunt etiam alia accidentalia Principia, quæ ſunt *Tempus*, *Quantitas*, Qualitas & cætera hujusmodi, nam ſinè iſtis non poteſt forma & materia pervenire ad conſtitutionem ſuppoſiti, nec ſinè ipſis poteſt eſſe generatio & corruptio, nec materia poſſet eſſe Principium reſiſtens ſuæ formæ.

Habitâ cognitione de Summo Principio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

pio & de infimo & de Conditionibus eorum habet Artista directionem ad inveniendum medium conclusionis hujus, quod de Principio quæritur, & ratione hujusmodi cognitionis est necessarium, quòd Principium sic propriè sumptum sit simul cum aliis Principiis Principium in hac Arte.

De Medio. F.

1. DEfinitio. *Medium est illud subjectum, per quod Finis influit Principio, & per quod Principium refluit Fini, sic quòd Medium sapiat naturam utriusque, & est imago illorum.*

2. Explicatio. Quocirca respicit omne substantiale Medium Principium & Finem, quia, sicut nullum Principium est sinè Fine, sic etiam nullum substantiale Medium est sinè Fine, sic igitur ipsum Medium non est sinè Fine, nec per consequens sinè Principio; unde est Medium quoddam ens aggregatum de similitudinibus duorum valde differentium, videlicet sui Principii & sui Finîs. Quare est Medium imago sui Principii & sui Finîs, in quo consideratur transitus de Principio ad Finem, & per quod venit influentia de Fine ad Principium, ût dictum est. Illud Medium autem est Principium, Medium & Finis omnium aliorum Mediorum, in quo & cum quo sunt Principium & Finis una eadem essentia & natura Bonitatis, Magnitudinis, Æternitatis &c.; nam nulla alia Media possunt esse suprema sinè hac conditione, sed sunt infima, quia eorum Bonitates, Magnitudines, Durationes &c. sunt majores in Medio, quàm in Principio, & majores in Fine, quàm in Principio & Medio; nec etiam possunt esse summæ in Fine, quia de infimitatibus sunt productæ ad Finem. Medium autem sumitur multipliciter, quia se habet multipliciter: nam aliud est *Medium Conjunctionis*, quod conjungit diversa seu distincta in unum, sic Virtus progrediens de forma & materia conjungit ipsam formam & ipsam materiam in unum esse substantiæ, ut ipsæ sint essentiæ & Principia illius *esse*, & ipsum *esse* sit Finis earum. Est etiam *Medium Mensurationis*, sicut punctus in medio lineæ æqualiter distans ab extremis, vel sicut centrum in medio circuli æqualiter distans ab unaquaque parte circumferentiæ, vel sicut tantum in bonitate, quantum in magnitudine & è converso, & sic de aliis. Est similiter *Medium Extremitatum*, sicut linea existens in medio suarum extremitatum, aut sicut id, quod totum clauditur infra convexam superficiem alicujus sphæræ, aut sicut Bonitas continuans totum medium usque ad ultima Magnitudinis, Durationis, Potestatis, Sapientiæ &c., Differentiæ, Concordantiæ &c., Principii, Medii & Finîs, Majoritatis, Æqualitatis, Minoritatis &c.

3. Istud Principium, quod dicimus Medium, est multùm necessarium in hac Arte, nam habente Artistâ cognitionem de Conditionibus Supremi Medii & infimi cognoscet inventionem conclusionis, attingens Medium proportionatum inter Principium & Finem illius Principii, transeunte Virtute Principii per Medium illius Principii ad suum Finem.

De Fine. G.

1. DEfinitio. *Finis est id, in quo Principium quiescit.*

2. Explicatio. Quoniam Fines sunt diversi sumpti diversis respectibus, ideo debet Finis considerari in Differentia: nam alius est *Finis Causæ*, de quo jam dictum est in Principio, qui Finis Causæ etiam dicitur *Finis Perfectionis;* & alius est *Finis Terminationis*, sicut termini viæ, vel campi, vel alicujus quantitatis, ultra quos terminatum non protenditur, & sicut etiam termini intellectûs, ultra quos intelligere non procedit: est etiam alius *Finis Privationis*, quia ratione corruptionis facit ens finire in *non esse*, id est, desinere ab *esse*. Supradictus causativus Finis autem est multùm necessarius, nam sinè ipso posset nullum ens esse in essentia Bonitatis, Magnitudinis, Durationis &c. Finium quidem alius est Finis alteri ascendendo de Fine ad Finem usque ad ultimum Infinitum Finem, ultra quem est impossibilis alius Finis, hic Finis autem ratione Infinitatis suæ Essentiæ Bonitatis, Magnitudinis &c. est in se & per suam naturam ipse Finis non indigens, quòd sit causa eorum Finium, qui se habent ad eum: & iste Finis est supremus, ad quem cæteri Fines diriguntur, & quem omnia entia appetunt; protenditur autem in tantum esse, quòd habeat suos terminos infinitos, videlicet infinitam Bonitatem, infinitam Magnitudinem &c., quibus cætera entia comprehenduntur & terminantur ita & plùs etiam, quàm contentum in continente; & habet in se ipso simpliciter suam Intrinsecam Operationem, ut sua Bonitas, Magnitudo &c. non sint otiosæ, nec consistant sinè Fine. Sub isto Fine sunt omnes cæteri inferiores

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Fines, ût dictum eſt, in quibus humanus intellectus ſpeculatur Summum & Ultimum Finem.

3. Hoc Principium, quod eſt Finis, eſt multùm neceſſarium in hac Arte, nam Artiſta habens cognitionem de Conditionibus illius habet viam ad inveniendum Medium concluſionum illius, quo indiget ad ſolutionem quæſitorum de Fine; quare, ſi quæratur de Supremo Fine, debet recurrere ad Conditiones, quas habet in Summa Bonitate, Magnitudine &c. ratione ipſius Supremi Finîs; ſi verò quæratur de inferiore Fine, debet ſimiliter recurrere ad Conditiones, quas habet in inferiore Bonitate &c., hoc idem ſequitur de Fine Terminationis & Privationis.

De Majoritate. H.

1. DEfinitio. *Majoritas eſt imago Immenſitatis Magnitudinis Bonitatis, Æternitatis &c.*

2. Explicatio. Majoritatem debemus conſiderare *ſubſtantialiter* & *accidentaliter:* nam *ſubſtantialis Majoritas* eſt, dum alia ſubſtantiarum exiſtit major, quàm alia, in Bonitate &c.; de quibus eſt conſtituta ipſa ſubſtantia, ſicut ſubſtantia cœli, quæ major eſt, quàm ſubſtantia ignîs, & ſubſtantia animæ, quàm ſubſtantia cœli. Majoritas autem *inter ſubſtantiam & Accidens* invenitur, quia ſubſtantia ſimpliciter eſt major accidente ratione Bonitatis, Magnitudinis &c., de quibus utrumque habet eſſe; veruntamen ratione finîs invenitur in quibusdam accidentibus Majoritas ſuper quasdam ſubſtantias, ſicut intelligere & amare, quæ ſunt majora in Bonitate &c. Finîs, quàm aſinus vel lapis. Et quemadmodum ſubſtantiarum alia major eſt, quàm alia, ût dictum eſt, ſic etiam unum *Accidens* eſt majus, quàm aliud, ratione ſuæ Bonitatis, Magnitudinis &c., ſicut intelligere eſt majus, quàm audire, & audire majus, quàm videre, &c. hujusmodi.

2. De Majoritate autem ſubſtantiarum in Majoritatem eſt gradatim aſcendendum usque ad illam Majoritatem Immenſæ Subſtantiæ, ſub qua ſunt cæteræ Majoritates, quæ neceſſariò debet eſſe, ne Majoritas ſubſtantiæ ſit major in Privatione, quàm in *eſſe*, & per conſequens major ſimpliciter in accidente, quàm in ſubſtantia, quod eſt falſum; hæc Summa Subſtantia autem, cùm ſit immenſa, ratione ſuæ immenſæ Bonitatis &c. ſtat ſuper omnia creata entia, nec ſubſtat alicui, ſed omnia præter ipſam ſubſtant illi: & per hanc Summam Subſtantialem Majoritatem reguntur cæteræ Majoritates exiſtentes imagines & ſimilitudines, in quibus humanus intellectus ſpeculatur Summam Magnitudinem.

3. Ideo eſt neceſſarium, quòd Majoritas ſit Principium in hac Arte, ut habitâ cognitione de Conditionibus illius diſcurrat Artiſta cum illa per omnes Terminos hujus Artis, & inveſtigando concludat in quæſtionibus, faciens judicium de quolibet illorum ſecundùm magìs & minùs, id eſt, ſecundùm Differentiam, Concordantiam & Contrarietatem, Principium, Medium & Finem, Majoritatem, Æqualitatem & Minoritatem, & attribuat majorem Bonitatem, Magnitudinem &c. illi, quod per prædicta Principia invenit majus, de quo fit quæſtio ſeu inveſtigatio, ſive illud ſit ſubſtantiale ſive accidentale, ita quòd in quolibet Principiorum ſalvet Conditiones Majoritatis & cujuslibet Principii. De hoc autem dabitur doctrina in Solutionibus Quæſtionum.

De Æqualitate. I.

1. DEfinitio. *Æqualitas eſt ſubjectum, in quo quieſcit Finis Concordantiæ Bonitatis, Magnitudinis &c.:* unde definitur Æqualitas contra Majoritatem & Minoritatem.

2. Explicatio. Æqualitas eſt *ſubſtantialis* & *accidentalis*, ſicut etiam ſua oppoſita, & hoc in exiſtere & in agere, quæ coæquat, quantum poteſt, ipſa exiſtere & agere contra majorificare & minorificare; Æqualitas eſt *ſubſtantialis*, ſicut inter Bonitatem, Magnitudinem &c., quæ venientes ad conſtitutionem ſuppoſiti de ſuámet entitate coæquantur in eſſentia Æqualitatis: aut ſicut inter formam & materiam, quæ coæquantur iſta in actione illi in paſſione & è converſo, ut ambæ de ſuámet entitate, quæ eſt ſubſtantialis, actione æquali ipſi paſſioni & è converſo conſtituant ſubſtantiale eſſe ſuppoſiti: aut etiam ſicut inter elementa, quantum eſt de ratione cujuslibet eorum, nam ignis, quantum eſt de ratione ſuî, igniendo eſt æqualis aëri aërificanti & aquæ aqueïficanti &c., aut etiam ſicut inter individua ejusdem ſpeciei ratione ipſius ſpeciei, ſicut inter hominem & hominem, nam homo generans hominem coæquat ſe homini ſub ratione hominis, & ſic de aliis hujusmodi. Eſt etiam *ſubſtantialis* & *accidentalis* Æqualitas, ſicut in coæquatione, quam ignis facit coæquans, quan-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quantum potest, suo ignito suam caliditatem & suam siccitatem, quam habet à terra: & sicut etiam in coæquatione, quæ est inter visum & suum videre, visu coæquante, quantum potest, sibi suum videre, & visivo propinquum visibile, vel propinquo visibili remotum visibile: idem sequitur de intellectivo & intelligibili, volitivo & volibili & hujusmodi. Æqualitas etiam similiter potest considerari *accidentalis*, sicut in coæquationibus, quæ fiunt in accidentibus: nam ignis, quantum potest, coæquat suam siccitatem caliditati, & in aëre suam caliditatem humiditati, & sic de aliis hujusmodi.

Omnis substantialis Æqualitas est simpliciter major, quàm accidentalis, & substantialium Æqualitatum aliæ sunt majores, quàm aliæ, gradatim usque ad illam Supremam Æqualitatem, in qua est omnino impossibilis Majoritas vel Minoritas. Hæc autem necessariò debet esse, ne Summa Æqualitas & summa Privatio concordent, & ne accidentalis Æqualitas sit simpliciter major, quàm substantialis, & ne forma in actione & materia in passione se coæquando inadæquent se: & sic de quibuscunque aliis se coæquantibus, quod est summè impossibile seu contradictio. Hæc Summa Æqualitas est de suámet essentia & natura, ut in ipsa sua essentia sint æqualia existere & agere & Bonitas & bonificans, bonificatum, bonificare & bonificabile, quæ scilicet est essentia Bonitatis, Magnitudinis, Æternitatis &c., & quod dictum est de Bonitate, idem est de Magnitudine, Æternitate &c., etiamsi ipsa Summa Æqualitas consideretur in essentia aliorum Summorum Principiorum, quæ debent esse in summa essentia Æqualitatis & è converso, cùm etiam sint unum idem. Est ergo Summa Æqualitas in essentia Summæ Concordantiæ & in essentia Summi Principii, Medii & Finîs, & per consequens in essentia Summæ Distinctionis; & omnis inferior Æqualitas, in quibuscunque inferioribus Principiis sit, descendente Majoritate ad Minoritatem, & Minoritate ascendente ad Majoritatem, subest ipsi Summæ Æqualitati existenti causativo Principio coæquationis sui effectûs.

3. Est autem istud Principium, scilicet Æqualitas, valde necessarium in hac Arte, ut Artista cognoscens illius Conditiones, sciat coæquare species abstractas in imaginatione & intellectu, & invenire Medium conclusionis illius, quod quæritur, coæquans actus suarum potentiarum earum objectis, assumendo formam & exemplar in conditionibus prædictæ Æqualitatis, & deducendo Æqualitatem per omnes Terminos hujus Artis, & è converso, secundùm quòd in *tertia Figura* significatur.

De Minoritate K.

1. DEfinitio. *Minoritas est ens circa non esse sive nihil;* unde definitur Minoritas directè contra Majoritatem.

2. Explicatio. Habet se igitur Minoritas *substantialiter*, vel *accidentaliter*, vel utroque modo, sicut etiam Majoritas: Minoritas est *Substantialis*, ût in forma ignîs existente per totum ignitum in essentia Minoritatis, quam habet ipsum ignitum ratione Minoritatis Bonitatis &c., de quibus ipsum ignitum est constitutum, & illa Minoritas provenit in ignito ratione quantitatis suæ Bonitatis, suæ Magnitudinis & suæ Durationis &c., nam ratione quantitatis suæ Bonitatis, Magnitudinis &c. non distat tantùm à Malitia & Parvitate &c., quantùm ipsum Immensum Ens, in quo non est quantitas propter ipsius Immensitatem; & ratione quantitatis suæ Durationis est corruptibile. Hoc idem simili modo est de Minoritate vegetativæ & sensitivæ, cùm sint deductæ de *non esse* in *esse*, & de potentia in habitum, & de habitu in actum. Similiter etiam est Minoritas in rationali anima, nam potest opinari falsum esse verum & è converso, & diligere malum & odire bonum, & quia etiam est constituta de Minoritate Bonitatis, Magnitudinis &c., non autem de illa Majoritate Bonitatis &c., quæ est Summum Ens existens in Majoritate respectu sui effectûs, qui, ût jam dictum est, consistit in Minoritate.

Minoritas est *accidentalis*, sicut quantitas, qualitas &c., quæ sunt constituta de Minoritate substantiæ progrediente de Majoritate substantiæ, sicut de intensa quantitate Bonitatis, Magnitudinis &c. progreditur extensa quantitas substantiæ, & de intensa qualitate Bonitatis &c. extensa qualitas substantiæ, sicut de intensa caliditate ignîs extensa caliditas igniti, & sic de reliquis hujusmodi. Hoc idem sequitur suo modo de potentia sensuali & intellectuali.

Est autem Minoritas, scilicet, ut omnia cætera entia alia à Summo Ente non sint summa entia, quod est summè impossibile. Est etiam Minoritas in entibus de gradu in gradum descendendo usque juxta *non esse*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſive nihil,& quantò plùs deſcendit,tantò plùs accedit ad ſuam naturam,& quantò plùs aſcendit,tantò plùs recedit à ſua natura&accedit ad ſuum oppoſitum ſcilicetMajoritatem. Minoritas eſt Principium difficulter attingibile,eò quia,quantò plùs accedit ad ſuam naturam, tantò magìs eſt circa *non ens*, idcirco poteſt vix attingi propter ejus minimam entitatem. Eſt tamen neceſſarium ens,quia per ejus *non eſſe* ſequeretur impoſſibile, ſcilicet, quòd omnia entia eſſent ſuma,ût dictum eſt.

3. Quare eſt ipſaMinoritas multùm neceſſarium Principium in hac Arte, nam cognitio Conditionum illius ſubtiliat intellectum Artiſtæ; aliquando tamen efficit phantaſticam imaginationem eis, qui neſciunt ſibi præcavere, & qui ignorant deducere Terminos hujus Artis. Cognoſcendo etiam eſſentiam & naturam & conditiones Minoritatis cognoſcit Artiſta ex illo principio medium ſibi conveniens ad concluſionem ſibi factæ quæſtionis; & habet viam ſpeculandi per contrarium Summam Majoritatem vel Æqualitatem, cùm Minoritas ſit tanquam obliquum ſpeculum,in quo intellectus ſpeculatur diſſimilitudinesMajoritatis ſeuMagnitudinis: nam per unum contrariorum cognoſcitur etiam aliud, quemadmodum per concordantiam unum ſimile denotatur ab alio ſimili. Unde eſt iſtud Principium deducendum per cætera Principia,&è converſo.Quælibet autem Definitionum generalium Principiorum hujus Artis contrahitur ad invicem cum alia, ut inde formetur univerſale de earum contractione,ut ſequatur concretum,ſicut Bonitas, quæ magna eſt ratione Magnitudinis, & ſic eſt magna in bono, magno, & in bonificante & magnificante,& ſic de aliis; & ſic in hoc univerſali poteſt inveniri ſuum particulare, quod quæritur.

****

DE III. FIGURA.

1. TErtia Figura eſt compoſita de prima & ſecunda Figura, & de Regulis, & etiam de Quæſtionibus, Principiis utriusque ſimul mixtis in combinatione,ita,quòd quodlibet Principium ſit deductum in quodlibet Principium, ut cognitis Conditionibus, quas quodlibet eorum habet per ſe,cognoſcantur Conditiones, quæ reſultant ex alio juncto cum alio. Unde ex tali deductione facta de quolibetPrincipiorum implicantur *triginta ſex Cameræ*. Cameras autem dicimus ſingulas Combinationes factas de Principio ad Principium,ſicut in præſente Figura deſcriptum eſt per additionem Literæ ad Literam.

2. Ad hasCameras autem recurrat Artiſta, inquirens media concluſionis illius, quod quæritur. Et ipſæ Cameræ ſunt allegandæ, ſecundùm quòd jacent in *ſecunda Diſtinctione* hujus Artis, quæ Cameræ ſunt *Univerſalia* ipſius Artis, unde *Particulare*, quod quæritur, eſt depurandum, ſalvo textu hujus Artis. Elicitur autem quæſitum Particulare ab ipſo Univerſali applicando Terminos quæſtionis ad illos Terminos hujus Figuræ, qui ſunt magìs proportionati ſeu ſimiles terminis ipſius quæſtionis, & concludendo diſcurſivè per eorum indeſtructibiles Conditiones.

****

DE IV. FIGURA.

1. QUarta Figura eſt volubilis conſtituta de tribus Circulis, quorum duo inferiores ſunt volubiles uno alium continente, & in quolibet eorum ſunt novem Literæ,quæ ſunt B. C. D. E. F. G. H. I. K., de quibus etiam cæteræ Figuræ ſunt deſcriptæ, & Regulæ, & Quæſtiones primæPartis. Hæc Figura igitur eſt conſtituta ex literis tertiæ Figuræ, & quælibetLitera poteſt ſumi pro quatuorPrincipiis. Unde, de quocunque fiat quæſtio, ſive ſub quocunque Principio cadat quæſtio, ſunt prædictæ Literæ ordinandæ in hac Figura recto ordine,ſupponendo aliam earum alteri: ût ſi quæſtio caderet ſub Bonitate, Magnitudine & Æternitate, deducatur C. ſecundi Circuli ſub B. primi, & D. tertii infimi Circuli ſub C. ſecundi, ut fiat Camera de B.C D., & ſecundùm id, quod iſtæ Literæ ſignificant in prima Figura, recipiantur earum ſignificata in ſignificata ſecundæ Figuræ, quæ per easdem Literas deſcribuntur, & hoc fiat, ſi Termini quæſtionis plùs ſe habeant ad B.C.D. primæ Figuræ; ſi ſe autem habeant plùs ad B.C.D. ſecundæFiguræ,recipiantur ſignificata ipſorum B.C D. ſecundæ in ſignificata ipſorum B. C. D. primæ. Hoc idem ſequitur ſuo modo de E. F. G. &c. Si etiam Termini quæſtionis cadant ſub B. D. E., eſt peragendum ſimili modo, qui dictus eſt. Etiam ſimili ratione ſunt reducendæ conſequentes cæteræ octo Cameræ ad primam concordando eas ad invicem cum prima, & tunc eſt ita concludendum, quòd Conditiones cujuslibet illarum Figurarum in ſecunda Diſtinctione integræ & illæſæ conſiſtant; nam ad eas, cùm ſit quæſtio,

eſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

est recurrendum, & concludendum secundùm earum convenientiam.

2. Si autem Artista indigeat Multiplicationibus argumentorum, volvat circulos; nam revolutio illorum mutat Terminos, quibus mutatis accipiat eorum significationem: ût, si primò habuit B. C. D. & C. D. E. &c., volvat ultimum Circulum per unam Cameram, & habebit B. C. E. & C. D. F. &c., quorum significata sunt diversa & Conditiones diversæ à primis, artificialiter reducibiles ad eandem vel oppositam conclusionem ejusdem quæstionis; unde per primam adoptationem potest Artista elicere novem argumenta, & per secundam potest multiplicare novem alia, & per tertiam alia novem, & sic deinceps, donec necessariò redeat ad primam, quam formavit. Per hanc Artem igitur confluit magna multitudo argumentorum & sic habetur copia argumentorum pro utraque parte conclusionis.

3. Veruntamen argumenta, quæ sive affirmativè sive negativè fortificant falsam partem per aliquam apparentiam, videntur quidem conservare Conditiones in secunda Distinctione hujus Artis, non tamẽ omnes, nam secundùm existentiam sunt contra situm & Conditiones omnium Principiorum hujus Artis; quocirca sunt eorundem solutiones investigabiles in significationibus Camerarũ.

ALPHABETUM Artis Inventivæ.

Principia.	Principia.	Regulæ.	Novem Quæstiones.
B. Bonitas.	Differentia.	Suppositio.	Utrùm DEUS est tantus agendo, quantus existendo?
C. Magnitudo.	Concordantia.	Modus essendi & intelligendi.	Quomodo attingunt separatæ Substantiæ?
D. Duratio.	Contrarietas.	Investigatio.	Utrùm DEUS movet Firmamentum ad per se movendũ?
E. Potestas.	Principium.	Specificatio generalîs.	Quomodo attingit humanus seu conjunctus Intellectus?
F. Sapientia.	Medium.	Contradictio.	Quomodo sunt Virtutes & Vitia?
G. Voluntas.	Finis.	Necessarium & Contingens.	Utrùm est alia perpetua Vita hominum?
H. Virtus.	Majoritas.	Demonstratio.	Quomodo attingit Sensus?
I. Veritas.	Æqualitas.	Puncti transcendentes.	Quomodo existunt & agunt Elementa in Elementato?
K. Gloria.	Minoritas.	Majoritas Finîs.	Quomodo hæc Ars est inventiva?

INCIPIT SECUNDA DISTINCTIO, QUÆ EST De Conditionibus Principiorum.

1. ADdito unoquoque Terminorum hujus Artis alteri inde resultant Conditiones hujus Artis, de quibus in hac sequente Distinctione intendimus prosequi, elicientes ex unaquaque Combinatione seu Camera tres Conditiones implicitas in tribus propositionibus, mutando unumquodque ipsorum Principiorum de unoquoque omnium illorum in aliud, secundùm quòd patet in processu.

In

(c) 2006 Ministerio de Cultura

In Camera igitur de Bonitate & Magnitudine ordinamus explicitè ſedecim Conditiones, quarum prima elicitur de natura Bonitatis, Magnitudinis, Æternitatis: ſecunda de natura Bonitatis, Magnitudinis, Poteſtatis: tertia de natura Bonitatis, Magnitudinis, Sapientiæ, & ſic de aliis. Similiter ex Camera Magnitudinis & Æternitatis habentur quindecim Conditiones, quarum prima eſt de natura Magnitudinis, Æternitatis, Poteſtatis: ſecunda de natura Magnitudinis, Æternitatis, Sapientiæ: tertia de natura Magnitudinis, Æternitatis, Voluntatis, & ſic de aliis hujusmodi procedendo per cæteras combinatas Cameras.

2. Ratio autem hujus proceſsûs, qui dictus eſt, eſt hæc, ut Artiſta recurrat ad Cameras tertiæ vel quartæ Figuræ, dum indiget mediis ad ſolutionem ſibi propoſitæ quæſtionis, vel ad interimenda vel diſtinguenda argumenta contraria veritati. Si autem fortè neſcit elicere ſua media ex eisdem, recurrat ad Definitiones & Conditiones Principiorum hujus Artis & ad Regulas in prima & in hac ſecunda & in tertia Diſtinctione, ita quòd applicet ad eaſdem terminos quæſtionis, & inveniet ea. Si autem applicetur quæſtio ad aliquam Conditionem, nec inveniatur, inquiratur propoſitum in alia, donec habeatur; vel ſi fortè illa Conditio, cui fit applicatio, eſt nimis contracta ad quid ſpecificum, ratione cujus non facit ad propoſitum hujus, quod quæritur, fiat nova Conditio de Principiis hujus Artis contracta ad propoſitum ſecundùm ordinationem primæ & ſecundæ & tertiæ Diſtinctionis, reſpiciendo ſimilitudinem aut diſſimilitudinem illius Conditionis, in qua propoſitum credebatur inveniri, & ſic eſt inventibile medium ad concluſionem.

3. Fit autem applicatio Terminorum quæſtionis *tribus modis*, ſcilicet *explicitè* & *implicitè* & *utroque modo*: *explicitè* quidem ſeu propriè, quando quæſtio continet aliquos Terminos hujus Artis, ût ſi quæratur, utrùm Bonitas & Magnitudo poſſint eſſe idem numero? quia tunc eſt inquirendum medium ſeu media in Camera ſeu in Conditionibus Bonitatis, Magnitudinis, Poteſtatis, & ſic de omnibus aliis Cameris, in quibus fit mentio aut de Bonitate aut de Magnitudine aut de Poteſtate. Eodem modo eſt intelligendum de ſingulis Principiis hujus Artis, ſi de illis ſic accidat. *Implicitè* verò, utrùm Divina Juſtitia juſtificando aliquid in ſe perficiat, & tunc ſunt Juſtitia & Perfectio applicandæ ad illa Principia hujus Artis, per quæ poſſunt meliùs & faciliùs explicari, ſicut ad Bonitatem, Magnitudinem, Poteſtatem vel ad illorum Principiorum & ipſius Juſtitiæ & Perfectionis vel alicujus alterius Bonitatem, Magnitudinem, Sapientiam &c. *Utroque modo* fit ſimiliter applicatio, quando Termini quæſtionis cadunt in Principia hujus Artis partim explicitè, partim implicitè, ût ſi quæratur, utrùm creata Voluntas ſit DEUS, quia tunc id, quod eſt implicitum, eſt ita explicandum, ſicut prædictum eſt, per explicitos Terminos hujus Artis, videlicet, quòd aſſumantur Bonitas, Magnitudo &c. DEI & creaturæ, & applicentur ad Voluntatem & ejus Conditiones, & è converſo; & de hoc eſt in generali data doctrina in novem Quæſtionibus, & ad hoc ſunt allegandæ Definitiones & Conditiones Principiorum hujus Artis, & Regulæ, ſicut in ipſis Quæſtionibus allegantur.

Bonitas, Magnitudo.

1. BCD. QUia DEUS eſt Bonitas, Magnitudo, Æternitas &c., eſt ipſe infinitum Ens exiſtendo & agendo.

2. BCE. Illa Bonitas, quæ eſt potens in eſſentia Magnitudinis, eſt bonificans & magnificans.

3. BCF. Nulla Bonitas ſcitur in Magnitudine cum Malitia & Parvitate.

4. BCG. DEUS eſt Bonitas, Magnitudo, Voluntas, & ejus Bonitas eſt Magnitudo, Voluntas, & è converſo.

5. BCH. Nulla Virtus deficit in Bonitate, quæ poteſt eſſe idem cum Magnitudine.

6. BCI. Illa Bonitas, quæ ſimpliciter convertitur cum Veritate, eſt in ſumma Magnitudine.

7. BCK. Illa Bonitas eſt magna, quæ in eſſentia Gloriæ eſt glorians & gloriatum.

8. BCTB. Nulla Bonitas poteſt eſſe magna ſinè Diſtinctione bonificantis & bonificati.

9. BCTC. Bonitas & Magnitudo non poſſunt concordare ſinè Concordantia.

10. BCTD. Bonitas & Magnitudo in concordando diſtant à Malitia, Parvitate & Contrarietate.

11. BCTE. Illa Bonitas eſt magna, quæ in eſſentia Magnitudinis principiat bonum.

12. BCTF. Illa Bonitas eſt major, quàm alia, in Magnitudine, quæ in Medio eſt Principium & Finis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

13. BCTG. Nulla bonitas potest esse magna sinè Fine.
14. BCTH. Bonitas bonificat suam Magnitudinem in Majoritate.
15. BCTI. Bonitas & Magnitudo in coæquando distant ab Inæqualitate.
16. BCTK. Illa Bonitas est parva, quæ extra essentiam Magnitudinis participat cum Minoritate.

Bonitas, Æternitas.

1.BDE. BOnitas, quæ potest esse bonum & æternum, est summa in Potestate.
2. BDF. Impossibile est, quòd sciatur, quòd Bonitas sit causa Malitiæ in Æternitate.
3. BDG. Non omne bonum est volibile in Æternitate.
4. BDH. Illa Bonitas est summa, quæ in Æternitate distat à Vitio.
5. BDI. Illa Bonitas est summa in Veritate, quæ in Æternitate contradicit Falsitati.
6. BDK. Est inconveniens, quòd æternum sit sinè Bonitate & Gloria.
7. BDTB. Impossibile est, quòd Æternitas realiter differat à sua Bonitate.
8. BDTC. Bonum est, quòd in Æternitate sit Concordantia in existendo & agendo.
9. BDTD. Impossibile est, quòd Contrarietas existat inter summam Bonitatem & Æternitatem, quia esset summum malum.
10. BDTE. Ita decens est, quòd æternus principiet æternum ratione Æternitatis, sicut bonus bonum ratione Bonitatis.
11. BDTF. Illa Bonitas est summa & æterna, quæ in esse Medii est sinè extremitatibus.
12. BDTG. Impossibile est, quòd in Æternitate Bonitas contradicat Fini.
13. BDTH. Impossibile est, quòd in Æternitate existat bonum cum Majoritate.
14. BDTI. Non est malum coæquare Principium & Finem in esse Æternitatis.
15. BDTK. Illa Bonitas non est æterna, quæ est in Minoritate.

Bonitas, Potestas.

1.BEF. BOnum est scire, quòd bonificare & posse sint idem in essentia & natura.
2. BEG. Malum est nolle actum Bonitatis & Potestatis.
3. BEH. Impossibile est, quòd bonum sit in Virtute Potestatis sinè bonificare & posse.
4. BEI. Impossibile est, quòd inveniatur Falsitas in essentia Bonitatis & Potestatis.
5. BEK. Nullum bonum potest habere Gloriam sinè posse.
6. BETB. Bonum non potest agere de Potestate sinè Distinctione.
7. BETC. Bonitas & Potestas concordant in bonificante & bonificato, potente & possito.
8. BETD. Bonitas contrariatur Malitiæ cum Potestate.
9. BETE. Illa Bonitas est Potestas, quæ in suo Principio & Medio attingit suum Finem.
10. BETF. Nullum malum est, quòd Bonitas producat suum simile sinè extremitate.
11. BETG. Bonitas & Potestas sinè Fine essent in Privatione.
12. BETH. Bonitas & Potestas ratione substantiæ sunt in Majoritate.
13. BETI. Esset nulla alteratio de bono in malum, si Bonitas & Potestas possent habere Æqualitatem in accidentibus.
14. BETK. Illa Bonitas est in Minoritate Potestatis, quæ extra se indiget alicujus.

Bonitas, Sapientia.

1.BFG. ILla Voluntas est defectiva in Bonitate, quæ plùs amat actum Sapientiæ, quàm Bonitatis.
2. BFH. Illud intelligere, quod non est de essentia Intellectûs, deficit in Virtute Bonitatis.
3. BFI. Quia bonum est scire Veritatem & Falsitatem, concordat Veritas Bonitati & Sapientiæ in Magnitudine.
4. BFK. Si esset malum scire gloriantem & gloriatum, esset bonum ignorare gloriantem & gloriatum.
5. BFTB. Est Differentia inter illam Bonitatem & illam Sapientiam, in quibus differunt bonificare & intelligere.
6. BFTC. Est impossibile, quòd sinè bonificare & intelligere concordent Bonitas & Sapientia inter se.
7. BFTD. Bonitas contrariatur Ignorantiæ in bonificare ipsum intelligere.
8. BFTE. Bonum est, quòd principietur intelligere.
9. BFTF. Si malum esset, quòd intelligere consistat in Medio Principii & Finîs, esset bonum, quòd Ignorantia sit in Fine.
10. BFTG. Quia bonificare & scire convertuntur in essentia Finîs, est omne scire appetibile.
11. BFTH. Bonitas & Sapientia sunt majores in Æqualitate, quàm in Majoritate.
12. BFTI. Illa Bonitas est in Minoritate, quæ contrariatur Æqualitati in Sapientia.
13. BFTK. Impossibile est, quòd Minoritas sit causa Bonitatis & Sapientiæ.

Boni-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Bonitas, Voluntas.

1.BGH NUlla Voluntas poteſt amare bonum ſinè Virtute.

2. BGI. Bonum eſt velle & nolle ratione Magnitudinis Veritatis.

3. BGK. Melior eſt Voluntas in velle Gloriam, quàm in nolle Pœnam.

4. BGTB. Bonum eſt, quòd Voluntas amet Differentiam, ut Bonitas poſſit agere.

5. BGTC. Quia Voluntas habet concordativam Virtutem, eſt ipſa Voluntas bona in Bonitate & in Virtute & in Concordantia.

6. BGTD. Odiens Voluntas eſt bona, eò quòd per odire contrariatur malo.

7. BGTE. Quia bonum eſt amabile, eſt bonificans Principium bonificato.

8. BGTF. Volens Voluntas eſt bonum Medium Conjunctionis.

9. BGTG. Bonificatum eſt Finis Bonitatis, & volitum Finis Voluntatis.

10. BGTH. Si eſſet Minoritas velle inceſſans bonum, eſſet Majoritas nolle ceſſans bonum.

11. BGTI. Ita decens eſt, quòd bonificare & velle coæquentur, ſicut intelligere & velle.

12. BGTK. Eſt impoſſibile, quòd inveniatur Complementum cum Minoritate in Bonitate & Voluntate.

Bonitas, Virtus.

1.BHI. RAtione Veritatis convertuntur bonum & virtuoſum.

2. BHK. In Virtute Gloriæ eſt bonus glorioſus, ſicut in Virtute Bonitatis eſt glorioſus bonus.

3. BHTB. Illa Diſtinctio eſt in ſummitate Virtutis, in qua bonificans & bonificatus diſtinctè permanent idem in natura & eſſentia.

4. BHTC. Sinè Concordantia Virtutis poteſt nullum bonum eſſe virtuoſum.

5. BHTD. Quia eſt impoſſibile, quòd Contrarietas ſit inter Bonitatem & Virtutem, eſt neceſſe, quòd Concordantia ſit inter eas.

6. BHTE. Illa Virtus, quæ in Principio eſt bonum, eſt ſinè tempore & quantitate.

7. BHTF. Si eſſet Vitium, quòd conjungatur bonificans & bonificatum in bonificare, eſſet Virtus, quòd diſtinguatur bonificare ab eſſentia bonificantis & bonificati.

8. BHTG. Quia Finis eſt in interioritate Bonitatis, eſt Virtus in Medio Bonitatis.

9. BHTH. Sicut Bonitas & Virtus Magnitudinis imprimunt ſuas ſimilitudines in imaginem Majoritatis, ſic imprimunt ſuas diſſimilitudines in imaginem Minoritatis.

10. BHTI. Quia eſt impoſſibile, quòd Bonitas & Virtus æqualificentur vel participent cum Malo & Vitio, eſt neceſſaria Æqualitas inter eas.

11. BHTK. Bonitas & Virtus participant in minorificare cum Malo & Vitio.

Bonitas, Veritas.

1.BIK. ILla Veritas eſt ſumma, cum qua Bonitas & Gloria convertuntur.

2. BITB. Sicut Bonitas diſtat à Falſitate per Differentiam, ſic participat Veritas cum Bonitate per Differentiam.

3. BITC. Quia bonus ratione Bonitatis eſt bonificans, & verus ratione Veritatis verificans, eſt Concordantia inter Bonitatem & Veritatem.

4. BITD. Impoſſibile eſt, quòd Bonitas & Veritas contrarientur Magnitudinibus ſuarum ſimilitudinum.

5. BITE. Bonitas & Veritas ſinè Principio, Medio & Fine carent formâ.

6. BITF. Illa Bonitas & illa Veritas ſunt in ſummitate, quæ in Medio ſunt Principium & Finis.

7. BITG. Nullum bonum poteſt habere Veritatem ſinè Fine.

8. BITH. Quia Bonitas eſt major ſubſtantialiter, quàm accidentaliter, eſt impoſſibile, quòd in accidentibus attingatur major Veritas, quàm in ſubſtantiis.

9. BITI. Humanus intellectus ſecundùm naturam habet ſe æqualiter ad Bonitatem & Veritatem.

10. BITK. Illa Minoritas eſt major, quæ contradicit Majoritati Bonitatis & Veritatis.

Bonitas, Gloria.

1.BKTB. BOnitas Diſtinctionis ſupplet Magnitudini Gloriæ, quòd non ſit Diſtinctio eſſentiæ Gloriæ in aliquo gloriante & gloriato ente.

2. BKTC. Bonum eſt, quòd in eſſentia Gloriæ Bonitas & Gloria concordent.

3. BKTD. Nullum bonum contradicit Bonitati Gloriæ.

4. BKTE. Quia Bonitas & Gloria ſunt Principium, diſtat Bonitas à Malitia, & Gloria à Pœna.

5. BKTF. Bonitas eſt appetibilis mediante Gloriâ.

6. BKTG. Gloria eſt ita appetibilis in Fine Bonitatis, ſicut Bonitas in Fine Gloriæ.

7. BKTH. Si eſſet impoſſibile, quòd inveniatur Majoritas inter Bonitatem & Gloriam, eſſet poſſibile, quòd Gloria inveniatur ſinè Bonitate.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

8. BKTI. In æqualitate bonitatis & gloriæ impoſſibile eſt pœnam & malitiam inveniri.
9. BKTK. Ratione gloriæ eſt bonitas magis appetibilis in majoritate, quàm in minoritate.

Bonitas Differentia.

1. BTBC. IMpoſſibile eſt in eſſe bonitatis eſſe concordantiam ſine diſtinctione.
2. BTBD. In eſſe intellectualis bonitatis impoſſibile eſt inveniri contrarietatem.
3. BTBE. Nullum bonum poteſt eſſe ſummum principium ſine diſtinctione.
4. BTBF. In bonitate & diſtinctione, quæ convertuntur, impoſſibile eſt inveniri medium extremitatum.
5. BTBG. In eſſe bonitatis impoſſibile eſt ſine diſtinctione inveniri finem.
6. BTBH. Si differentia eſſet in majoritate ſine bonitate, eſſet in majoritate cum malitia.
7. BTBI. Impoſſibile eſt inveniri malum in bonificare diſtinctivè & coæquativè.
8. BTBK. Si diſtinctio bonificantis & bonificati eſſet materialiter in eſſentia bonitatis: bonificare concordaret minoritati & malificare majoritati.

Bonitas Concordantia.

1. BTCD. IN converſione bonitatis & concordantiæ impoſſibile eſt inveniri contrarietatem.
2. BTCE. Nullum bonum ſine concordantia principium eſſe poteſt.
3. BTCF. Illud medium eſt bonum, in quo principium & finis concordant.
4. BTCG. Bonitas per omnes ſuos terminos fini concordat.
5. BTCH. Major eſt bonitas in concordantia, quàm in contrarietate.
6. BTCI. Major eſt bonitas in concordantia æqualitatis, quàm majoritatis & minoritatis.
7. BTCK. Quia bonum & eſſe convertuntur: eſt in majoritate bonitas & in minoritate contrarietas.

Bonitas Contrarietas.

1. BTDE. IN principiando bonum præcedit concordantia contrarietatem.
2. BTDF. Malum eſt contrariari medium principio & fini.
3. BTDG. Malum eſt in fine exiſtere contrarium,
4. BTDH. Ratione concordantiæ poſſibile eſt bonitatem & contrarietatem eſſe ad invicem cauſam majoritatis.
5. BTDI. Impoſſibile eſt inveniri ſupremum, in quo bonitas & contrarietas ſint æquales.
6. BTDK. Bonitas contradicendo contrarietati contradicit minoritati.

Bonitas Principium.

1. BTEF. MEdium, quod eſt de eſſe bonitatis, menſurat æqualiter principium & finem in bonitate.
2. BTEG. Quia finis eſt de eſſentia bonitatis & principii, bonum principium eſt appetibile.
3. BTEH. Quia bonum eſt principiari principiatum, eſt bonum principium magis appetibile in majoritate, quàm in minoritate.
4. BTEI. Appetibilis eſt coæquatio bonitatis in principiante & principiato.
5. BTEK. Nullum bonum cum minoritate in principio completum eſt.

Bonitas Medium.

1. BTFG. NUllum bonum eſt in medio ſine fine.
2. BTFH. Minoritas in medio contradicit majoritati finis bonitatis.
3. BTFI. Illa bonitas non eſt defectiva, quæ bonificatum & bonificabile coæquat in medio.
4. BTFK. Ut majoritas ſit finis imago: bonum eſt minoritatem eſſe imaginem medii.

Bonitas Finis.

1. BTGH. QUia bonitas & finis ſunt majores ratione ſubſtantiæ, quàm accidentis, eſt ſubſtantia finis accidentis.
2. BTGI. Bonitas & finis plùs contradicunt minoritati cum æqualitate, quàm cum majoritate.
3. BTGK. Illa bonitas eſt in minoritate finis, quæ otioſa conſiſtit.

Bonitas Majoritas.

1. BTHI. IMpoſſibile eſt majorificans & majorificatum in bonitatis eſſe coæquari.
2. BTHK. Sicut bonum contrariatur malo cum majoritate, ſic malum bono cum minoritate.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Bonitas Æqualitas.

BTIK. ILla bonitas est in majori majoritate, in qua est æqualitas sine minoritate.

Bonitas Minoritas.

IN minoritatis esse impossibile est perfici bonitatem.

Magnitudo Æternitas.

1.CDE. SIcut ratione identitatis potestatis & æternitatis esse potest æternitas infinita, sic & magnitudo ratione identitatis suî & potestatis potest extensitate esse immensa.

2. CDF. Ille intellectus, qui scit magnitudines in infinitate æternitate, infinitus est & æternus.

3. CDG. Illa voluntas est infinita in magnitudine & æternitate, quæ in tantùm extensa est in volendo infinitum & æternum, quantùm intensa.

4. CDH. Sicut magnitudo distat à parvitate cum virtute, sic æternitas distat à tempore cum magnitudine.

5. CDI. Illa veritas est magna, quæ in infinitate verificat verum.

6. CDK. Impossibile est gloriam esse infinitam in magnitudine & æternitate absque magnificare & æternificare & glorificare magnificato & magnificabili æternificato & æternificabili glorificato & glorificabili.

7. CDTB. Impossibile est inveniri infinitatem in differentia essentiæ magnitudinis & æternitatis.

8. BDTC. Sine concordantia impossibile est inveniri infinitates in magnitudine & æternitate.

9. CDTD. Impossibile infinitatem inveniri in contrarietate magnitudinis & æternitatis.

10. CDTE. Nullum principium quantum potest esse in infinitate magnitudinis & æternitatis.

11. CDTF. Impossibile est inveniri mensurationes & extremitates in magnitudine & æternitate.

12. CDTG. Extra essentiam finis impossibile est inveniri magnitudiem & æternitatem.

13. CDTH. In esse magnitudinis & æternitatis non est inveniri majoritatem.

14. CDTI. Extra æqualitatem magnitudo & æternitas non possunt esse, ut non deficiat magnitudo.

15. CDTK. In esse impossibilitatis non possunt esse magnitudo & æternitas.

Magnitudo Potestas.

1.CEF. ILle intellectus est magnus, qui est identitatis magnitudinis & potestatis.

2. CEG. Voluntas non est magna, nisi sit volens & habens magnitudinem & potestatem.

3. CEH. Illa magnitudo habet omnes perfectiones, quæ est virtus in potestate.

4. CEI. Magnitudo & veritas se convertunt in esse potestatis.

5. CEK. Quia potestas est magna ratione magnitudinis & glorioſa ratione gloriæ, potest esse suppositum potens magnum glorioſum.

6. CETB. Illud suppositum, quod ratione magnitudinis potestatis per se potest esse magnum, est sine differentia essentiæ & naturæ magnitudinis & potestatis.

7. CETC. Sine concordantia magnitudinis & potestatis non posset esse potestas suppositum magnum ratione suî & ratione magnitudinis.

8. CETD. Impossibile est contrarietatem contradicere concordantiæ magnitudinis & potestatis.

9. CETE. Absque principio finali efficiente & formali impossibile est potestatem posse suppositum esse ratione magnitudinis magnum.

10. CETF. Mediante conjunctione magnitudinis & potestatis potest esse potestas suppositum magnum & possitum.

11. CETG. Finis magnitudinis & potestatis est, ut magnitudo & potestas possint esse suppositum magnum & possitum, & è converso.

12. CETH. In supposito existente magno ratione magnitudinis potestas majoritatem existere non permittit.

13. CETI. Supremitas suppositi est æqualitatem existere in eo ratione magnitudinis & potestatis.

14. CETK. In potestate, quæ sine magnitudine potest, consistit minoritas.

Magnitudo Sapientia.

1.CFG. MAgna est illa sapientia, quæ volita est & volibilis.

2. CFH. Æternitas absque magnitudine non sufficeret virtuti intelligibilitati & sapientiæ.

3. CFI.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

3. CFI. Magna eſt illa ſapientia, quæ eſt veritas.
4. CFK. Quoniam aliqua magna ſapientia eſt gloria, eſt ſapientia in magnitudine deſiderabilis.
5. CFTB. Quoniam in aliquo ente magno eſt aliqua diſtinctio, eſt intellectus intelligens diſtinctivè.
6. CFTC. Quoniam concordantia eſt in aliquo ente magno, eſt intellectus diſcurſivus concordativus productivus.
7. CFTD. Quia non eſt contrarietas in aliquo ente magnitudo, eſt humanus intellectus incorruptibilis.
8. CFTE. Non ſufficit magnitudo principio intellectûs ſine intellectivo & intelligibili.
9. CFTF. Quoniam in aliquo magnitudo eſt intellectus in infinitate magnitudinis extenſus, eſt humanus intellectus intelligens menſurando abſtractas ſpecies.
10. CFTG. Ille intellectus eſt magnus finis, qui in ſuo proprio intelligibili intelligit omnia.
11. CFTH. Nullus intellectus eſt major illo, qui infinitâ magnitudine intelligit intelligentem, intellectum, intelligere & intelligibile.
12. CFTI. Nullus intellectus eſt magnus absque æqualitate intelligentis & intelligere & intelligibilitatis.
13. CFTK. Sicut intellectus ſuas habet magnitudines in ſuo proprio intelligibili, ſic habet minoritates ſuas in intelligibili remoto.

Magnitudo Voluntas.

1.CGH. IN magna voluntate impoſſibile eſt inveniri virtutem otioſam.
2. CGI. Magna eſt illa voluntas, quæ veritatem diligit odiendo falſitatem.
3. CGK. Illa voluntas eſt gloria, quæ eſt magnitudo.
4. CGTB. Sicut voluntas ratione magnitudinis diſtinguit inter volentem & volitum, ſic ratione magnitudinis non permittit, quòd in eſſe & natura ſuî & magnitudinis volens & volitum diſtinguantur.
5. CGTC. Magna eſt illa voluntas, quæ in eſſentia ſua ſuppoſita diſtincta concordat.
6. CGTD. Magna eſt illa voluntas, quæ volendo conſiſtit ſuppoſitum absque contrarietate.
7. CGTE. Magna eſt illa voluntas, quæ in ſuo principio obtinet ſuum finem.
8. CGTF. Nulla voluntas absque magnitudine poteſt conjungere principium fini.
9. CGTG. Impoſſibile eſt voluntatem eſſe magnitudinem, niſi ſit magnum voluntati finis.
10. CGTH. Impoſſibile eſt aliquam voluntatem majoritatem habere, niſi ratione magnitudinis.
11. CGTI. Nulla voluntas eſt magna ſine æqualitate volentis & voliti volendi & volibilis.
12. CGTK. Naturaliter illa voluntas, quæ in minoritate conſiſtit, non eſt ratione magnitudinis volens.

Magnitudo Virtus.

1.CHI. MAgna eſt in veritate illa virtus, quæ ſimpliciter à vitio diſtat.
2. CHK. Quia magnitudo & virtus & gloria ſunt unum idem, eſt via gloriæ in magnitudine virtutis.
3. CHTB. Magna virtus eſt diſtinguere & concordare.
4. CHTC. Virtus ratione magnitudinis major eſt in concordantia, quàm in contrarietate.
5. CHTD. Impoſſibile eſt contrarietates inveniri inter magnitudinem & virtutem.
6. CHTE. Impoſſibile eſt virtutem eſſe in magnitudine finis ſine principio.
7. CHTF. Magnitudo & virtus conjungunt principium & finem, bonum & bonum, bonum & magnum, magnum & virtuoſum.
8. CHTG. Nulla virtus eſt magna, quæ priùs eſt in principio, quàm in fine.
9. CHTH. Major eſt virtus in magnitudine, quàm in majoritate.
10. CHTI. Nulla virtus poteſt eſſe magnitudo, niſi æqualiter in principio & fine conſiſtat.
11. CHTK. Nulla virtus eſt in minoritate magna.

Magnitudo Veritas.

1.CIK. QUoniam in aliquo ente ſunt unum idem magnitudo & virtus & gloria, eſt magna veritas via gloriæ.
2. CITB. Impoſſibile eſt veritatem eſſe magnum intellectûs objectum absque diſtinguere inter verum & verum exiſtente in eſſe veritatis & magnitudinis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

3. CITC. Veritas in esse magnitudinis concordantiæ contrariari non potest.
4. CITD. Nulla veritas est magna, in qua est contrarietas.
5. CITE. Magna est illa veritas, quæ in principio intelligitur.
6. CITF. Magnitudo veritatis est major ratione æternitatis infusivè, quàm successivè.
7. CITG. Illa magnitudo, quæ est veritas, est finis intellectûs.
8. CITH. Quia magnitudo & veritas sunt unum idem in esse libertatis, majoritates intellectûs humani in libertate consistunt.
9. CITI. Magnitudo & veritas plùs imprimunt similitudines suas in æqualitatem, quàm in minoritatem.
10. CITK. Si veritas posset esse causa majoritatis sine magnitudine, posset utique consistere in falsitate & minoritate.

Magnitudo Gloria.

1. CKTB. Impossibile est intelligi magnam gloriam absque distinctione reali.
2. CKTC. Magnitudo & gloria sine concordantia influere non possunt.
3. CKTD. Magnitudo concordantiæ contradicit magnitudini pœnæ.
4. CKTE. Dissimilitudo magnitudinis & gloriæ est contrarietas.
5. CKTF. Impossibile est inveniri in principio magnitudinem gloriæ sine fine & è converso.
6. CKTG. Magna gloria sine medio non posset in principio & fine stare.
7. CKTH. Gloria ratione magnitudinis suæ major est propter se, quàm propter aliud.
8. CKTI. Magna est illa gloria, quæ in esse suo æqualitatem habet gloriantis & gloriati.
9. CKTK. Si gloria posset esse cum magnitudine sine majoritate, posset esse sine parvitate in minoritate.

Magnitudo Differentia.

1. CTBC. Differentia ratione magnitudinis major est in concordantia, quàm in contrarietate.
2. CTBD. Plùs potest magnitudo in differentia concordare, quàm parvitas contrariari.
3. CTBE. Cùm sine distinctione magna concordantia esse non possit, est differentia magnum principium.
4. CTBF. Magna est illa differentia, quæ in medio principii & finis habet perfectiones suas.
5. CTBG. In magnitudine principii medii & finis consistit magnitudo differentiæ.
6. CTBH. Illa distinctio est in majori magnitudine, in qua potestas distinguere potest absque distinctione essentiæ.
7. CTBI. Illa distinctio est in magnitudine, in qua potest esse distinguere in æqualitate sine majoritate & minoritate.
8. CTBK. In differentia est minoritas ratione parvitatis.

Magnitudo Concordantia.

1. CTCD. Magnitudo est, ut sit concordantia & è converso, sed hoc non sequitur de contrarietate.
2. CTCE. Impossibile est principium & finem sine magnitudine concordare.
3. CTCF. Illud concordare est magnum medium, in quo principium & finis sine contrarietate concordant.
4. CTCG. Nulla concordantia est magna sine fine.
5. CTCH. Nulla concordantia major est illâ, quæ est magnitudo.
6. CTCI. Impossibile est in essentia magnitudinis esse æqualitatem sine concordantia.
7. CTCK. Illa magnitudo, quæ minoritati concordat, cum parvitate participat.

Magnitudo Contrarietas.

1. CTDE. Magnitudinem contrarietatis impossibile est esse summum principium.
2. CTDF. Inconveniens est medium contradicere magnitudini principii & finis.
3. CTDG. Impossibile est magnitudinem contrarietatis esse finem.
4. CTDH. Inter majoritatem & minoritatem divisa est contrarietatis magnitudo.
5. CTDI. Impossibile est æqualitatem esse in magnitudine contrarietatis.
6. CTDK. Magnitudo & contrarietas per majoritatem & minoritatem opponuntur.

Magnitudo Principium.

1. CTEF. Nulla magnitudo potest esse principium sine medio.
2. CTEG. Principium ratione magnitudinis potest in se principiare finem.
3. CTEH. Magnitudo ratione substan-

tiæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tiæ eſt majus principium ſubſtantialiter, quàm accidentaliter.

4. CTEI. Nullum principium coæquare poteſt magnitudinem ſubſtantiæ & magnitudinem accidentis.

5. CTEK. Magnitudo & principium contradicunt parvitati & minoritati.

Magnitudo Medium.

1.CTFG. MAgnitudo ratione finis conſiſtit in medio.

2. CTFH. In medio, in quo conſiſtit majoritas, impoſſibile eſt inveniri magnitudinem ſine parvitate.

3. CTFL. Illud eſt medium magnum, in quo æqualitas eſt magnitudo.

4. CTFK. Illud medium eſt magnitudo, quod eſt ſine minoritate.

Magnitudo Finis.

1.CTGH. IMpoſſibile eſt magnitudinem finis eſſe de eſſentia majoritatis.

2. CTGI. Neceſſarium eſt eſſe æqualitatem in magnitudine finis.

3. CTGK. Finis diſtat à minoritate in magnitudine.

Magnitudo Majoritas.

1.CTHI. IMpoſſibile eſt inveniri æqualitatem inter magnitudinem & majoritatem.

2. CTHK. Sicut majoritas eſt imago magnitudinis, ſic minoritas eſt imago parvitatis.

Magnitudo Æqualitas.

CTIK. MAgnitudo & æqualitas contradicunt minoritati.

Magnitudo Minoritas.

CTK. MAgnitudo ſine Juſtitia periclitatur in minoritate.

Æternitas Poteſtas.

1.DEF. NOn eſt inconveniens intelligi, quòd ſicut æternum eſſe poteſt ratione poteſtatis, ſic poſſit eſſe potens ratione æternitatis.

2. DEG. Voluntas ab æterno & in æterno velle non poteſt ſine actu æternitatis & poteſtatis.

3. DEH. Virtus in potentia eſt imago poteſtatis æternæ.

4. DEI. Poteſtas æternaliter eſt potens, quòd veritas & æternitas convertantur.

5. DEK. Æternus glorioſus absque poſſe non eſt potens.

6. DETB. Si differrent eſſentialiter æternitas & poteſtas, impoſſibile eſſet æternitatem exiſtere per ſe ipſam.

7. DETC. Æternitas & poteſtas ſunt inconfuſæ rationes in concordantia totius & ejusdem unitatis eſſentiæ earundem & cujuslibet earum.

8. DETD. Impoſſibile eſt æternitatem & poteſtatem eſſe in contrarietate.

9. DETE. Sine principio potens & poſſe non eſſent ipſius æternitatis eſſentiæ.

10. DETF. Æternitas & poteſtas conjunguntur in fine.

11. DETG. Infinita eſt illa poteſtas, quæ poteſt infinitum in infinitate finis immenſitatis & æternitatis.

12. DETH. Si æternitas extra eſſentiam ſuam poſſet æternum producere, eſſet major, quàm ſuámet poteſtas, quæ extra ſuam eſſentiam non poteſt producere potens poteſtate infinitum.

13. DETI. Si in æternitate potens & poſſe æqualiter non conſiſterent, non eſſet in ſuo fine poteſtas infinita.

14. DETK. Si poteſtas eſſet in æternitate ſine poſſe, eſſet in infinitate durationis cum minoritate.

Æternitas Sapientia.

1.DFG. SIcut ſumma voluntas eſt æterna durando, ſic ſumma ſapientia durans in ſciendo.

2. DFH. Non eſt ſcibile, quòd æterna virtus non æternum in æternitatis fine convertat.

3. DFI. Quia veritas eſt magìs ſcibilis, quàm falſitas, contradicit æternitas falſitati.

4. DFK. Gloria eſt ſcire æternitatem.

5. DFTB. Æternitas & ſumma ſapientia ſunt diſtinctæ rationes realiter in intellectu humano absque diſtinctione eſſentiæ & naturæ earundem, & quælibet earum idem, quod alia non obſtante ipsâ diſtinctione.

6. DFTC. Æternitas & ſapientia durando & ſciendo concordant.

7. DFTD. Quia æternitas & ſapientia concordant, æternitas contrariatur ignorantiæ.

8. DFTE. Non eſt ſcibile in æternitate principium quantum.

9. DFTF. Succeſſio temporis eſt ſpeculum,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

lum, in quo speculativus intellectus æternitatem mensurat.

10. DFTG. Finis intelligibilitatis est intelligere æternitatem æternificabilem.

11. DFTH. Impossibile est inter æternitatem & ejus scibilitatem esse majoritatem.

12. DFTI. Quia æternitas & ejus sapientia sunt æquales, producunt æqualiter similitudines suas, scilicet durationem & scibilitatem.

13. DFTK. Privatio & ignorantia sunt minoritates dissimiles æternitati & sapientiæ.

Æternitas Voluntas.

1. DGH. Sicut voluntas habet durando virtutem, sic & æternitas habet virtutem volendo.

2. DGI. Æternitas & voluntas, quia sunt, consistunt veritas.

3. DGK. In tantùm est æternitas volibilis, quòd ipsa est gloria, & tanta est gloria, quòd ipsa est voluntas.

4. DGTB. Sicut voluntas volendo distinguit æternaliter volens & volitum, sic & æternitas æternando distinguit volenter æternans & æternatum.

5. DGTC. Concordanter in unitate essentiæ agunt æternitas & voluntas.

6. DGTD. Si voluntas volendo æternum volens contradiceret æternitati, contradiceret æternitas sibi ipsi.

7. DGTE. Quia æternitas & voluntas sunt idem numero, ita est in essentia æternitatis æternans principium personale, sicut volens est principium personale in essentia voluntatis.

8. DGTF. Tantùm est æternitas volibilis, quòd voluntas vult esse sine extremitatibus æternitas ipsa.

9. DGTG. Sicut voluntas vult ratione finis æternitatis, sic est æternitas æternans ratione finis voluntatis.

10. DGTH. Impossibile est æternitatem esse majorem æternando, quàm sit volendo voluntas.

11. DGTI. Ratione naturæ æqualitatis tantum vult voluntas ratione æternitatis, quantum ratione sui ipsius.

12. DGTK. Sicut voluntas non optat in æternitate minoritatem esse, sic æternitas magnitudinem in voluntate non privat.

Æternitas Virtus.

1. DHI. Virtus est speculum, in quo æternitas suum existere & agere virtuosum ostendit.

2. DHK. Quia æternitas & virtus & gloria sunt in essentia unum idem, acquirunt cum duratione & delectatione virtutes.

3. DHTB. Sicut æternitas & virtus non sunt distinctæ in existere, sic nec in agere distinguuntur

4. DHTC. Sicut æternitas & virtus agendo concordant, sic etiam existendo.

5. DHTD. Sicut privatio est æternitatis dissimilitudo, sic vitium dissimilitudo virtutis.

6. DHTE. Assimilando sunt æternitas & virtus principia effectibus suis.

7. DHTF. Intellectus cum virtute similitudinis æternitatis mensurat æternum.

8. DHTG. Sicut in fine æternitatis est finis virtutis appetibilis, sic & in fine virtutis finis æternitatis.

9. DHTH. Ratione magnitudinis æternitatis & virtutis est virtus appetibilis in majoritate.

10. DHTI. Ratione æqualitatis æternitatis & virtutis sunt virtutes coæquabiles in duratione.

11. DHTK. Æternitas privando vitium resistit minoritati virtutis.

Æternitas Veritas.

1. DIK. Sicut esse æternitatem est veritas, sic esse gloriam est veritas.

2. DITB. In differentia concordantiæ producunt æternitas & veritas similitudines suas.

3. DITC. Intellectualiter concordantia inter verum & verum magis durabilis est, quàm sensualiter.

4. DITD. Æternitas & veritas compellunt contrarium infinitum non esse in ente æterno & vero.

5. DITE. Si omnis veritas est principiata, fuit æternitas sine veritate.

6. DITF. Tantùm est mensurabilis veritas in vero, quantùm æternitas in æterno & è converso.

7. DITG. Non est inconveniens produci in fine æternitatis principiatum in fine veritatis.

8. DITH. Nullum impossibile est majus, quàm æternitatem esse sine veritate.

9. DITI. Æqualiter sunt considerabiles æternificabilis & verificabilis in infinitate æternitatis & virtutis.

10. DITK. Veritas ratione magnitudinis præcedit omnes minoritates.

Æter-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Æternitas Gloria.

1.DKTB. INfinitè glorioſum diverſas æternitates ſuſtinere non poteſt.

2. DKTC. Sine concordantia impoſſibile eſt æternum gloriari.

3. DKTD. Sicut impoſſibile eſſe contrarietatem in infinita gloria, ſic & in æternitate.

4. DKTE. Quia unus eſt finis æternitatis & gloriæ, una forma eſt æternitas & gloria.

5. DKTF. Impoſſibile eſt eſſe conjunctionem formæ & materiæ in æterna gloria.

6. DKTG. Sicut ſufficit unus finis in gloria, ſic & in æternitate.

7. DKTH. Impoſſibile eſt actum æternitatis eſſe majorem actu gloriæ.

8. DKTI. Æqualiter ſunt appetibiles gloria & æternitas.

9. DKTK. Quia gloria & æternitas in ſuppoſito ſunt unum idem, minor gloria eſt in accidente, quàm in ſubſtantia.

Æternitas Differentia.

1.DTBC. SIcut concordant æternitas & æternum, ſic diſtinctio & diſtinctum.

2. DTBD. Si æternitas & diſtinctio eſſent in contrario, eſſent in contrarietate æternum & diſtinctum.

3. DTBE. Si inconveniens eſt, quòd æternum ſit in diſtinguendo principium, inconveniens eſt, quòd aliquod principium permaneat in eſſentia ſua, dum eſt in fine.

4. DTBF. Sicut in æternitate medium extremitatum temporis non eſt de eſſentia æternitatis, ſic nec illud medium eſt de eſſentia diſtinctionis infinitæ.

5. DTBG. Si ſunt plures æternitates eſſentialiter diſtinctæ, eſt aliquod ens diſtinctum & de ipſis æternitatibus poſitum ratione finis.

6. DTBH. Si æternitas contradicit majoritati diſtinctionis, contradicit majoritati concordantiæ.

7. DTBI. Æqualitas in æterna diſtinctione non eſt contra actum æternitatis.

8. DTBK. In differentia æternitatis inconveniens eſt eſſe minoritatem.

Æternitas Concordantia.

1.DTCD. SI æternitas non eſt in concordantia & è converſo, eſt contrarietas ſuppoſitum æternum.

2. DTCE. Si non eſt dari principium æternum in concordantia, eſt dari illud in contrarietate.

3. DTCF. Sicut in æternitate non eſt conjunctum extremitativum, ſic nec in æternitate concordantia.

4. DTCG. Impoſſibile eſt eſſe in æternitate ſine concordantia finem.

5. DTCH. Impoſſibile eſt, quòd ſumma concordantia contradicat majoritati æternitatis.

6. DTCI. Concordantia & æqualitas ſunt in duratione æternitatis ſimilitudines.

7. DTCK. Concordantia in minoritate non contradicit in æternitate concordantiæ.

Æternitas Contrarietas.

1. DTDE. QUia impoſſibile eſt in æternitate contrarietatem eſſe, impoſſibile eſt in æternitate concordantiam non eſſe principium.

2. DTDF. In æternitate conjunctio æterna principii & finis non contradicit æternitati.

3. DTDG. Niſi eſſet in æternitate concordantia, nulla contrarietas exiſteret ſine fine.

4. DTDH. Quia in æternitate eſt concordantia, eſt contrarietas in minoritate.

5. DTDI. Inæqualitas eſt imago contrarietatis æternitatis.

6. DTDK. Quia in æternitate non eſt inæqualitas, eſt inæqualitas in minoritate concordans contrarietati.

Æternitas Principium.

1.DTEF. ÆTernitas non poteſt in tempore comprehendere ſine medio principium & finem.

2. DTEG. Æternitas ratione finis eſt principium.

3. DTEH. Si æternitas eſſet major principio, non eſſet principium.

4. DTEI. Æternitas ſine æqualitate æternantis æternati æternare & æternabilis non poſſet eſſe principium.

5. DTEK. Quia non poteſt eſſe majus principium æternitate, repugnat æternitas minoritati.

Æternitas Medium.

1. DTFG. IMpoſſibile eſt aliquod medium cum privatione participans eſſe æternum.

2. DTFH. Nullum medium, in quo conſiſtit minoritas, æternum eſſe poteſt.

3. DTFI. Æternitas conjungendo ſimilitudines ſuas eſt durationis cauſa.

4. DTFK.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

4. DTFK. Æternitas in minoritate non potest esse finis.

Æternitas Finis.

1. DTGH. QUia in æternitate non est majoritas, non potest esse cum majoritate finis.
2. DTGI. Quia in æternitate sunt rationes reales habentes realiter æquales operationes, est cum æqualitate finis.
3. DTGK. Ab æternitate & fine distat omnis minoritas.

Æternitas Majoritas.

1. DTHI. IMpossibile est minoritatem esse in æqualitate existendi & agendi æternitatis.
2. DTHK. Majoritas in minoritate repræsentat æternitatis dissimilitudines.

Æternitas Æqualitas.

1. DTHK. QUia in æternitate non est æqualitas minor, sunt æqualitas & majoritas in concordantia.

Æternitas Minoritas.

1. DTK. IN æternitate non est cum minoritate largitas.

Potestas Sapientia.

1. EFG. QUia sapientia & voluntas non possunt existere & agere sine potestate, est ipsa potestas potens in existere & agere sapientiæ & voluntatis.
2. EFH. In virtute sciendi consistit virtus possendi.
3. EFI. Impossibile est potestatem habere sine verificare posse.
4. EFK. Sciri potestatem est gloria intellectûs.
5. EFTB. Non est scibile potestatem habere sine distinguere posse.
6. EFTC. Sicut intellectus intelligit objectando, sic potestas concordando potest.
7. EFTD. Impossibile est illi enti resistentiam fieri, in quo potestas & intellectus sunt unum idem.
8. EFTE. Sicut in essentia intellectûs sunt intellectivum & intelligibile principia, sic in essentia potestatis possitivum & possibile.
9. EFTF. Sicut intellectivum conjungit & convertit remotum intelligibile ad propinquum, sic possitivum sive potens, remotum possibile ad propinquum.
10. EFTG. Sine posse & sine intelligere non posset intellectus acquirere finem suum.
11. EFTH. Majoritas potestatis & intellectûs consistunt in substantia.
12. EFTI. Quantum est intellectui scibile, tantum est eidem possibile.
13. EFTK. Deficit intellectus in minoritate potestatis.

Potestas Voluntas.

1. EGH. CUm virtute potestatis voluntas bonum adoptat.
2. EGI. Voluntas diligendo falsum contradicit veritati potestatis.
3. EGK. Sicut voluntas non potest habere gloriam sine velle, sic nec potestas sine posse.
4. EGTB. Sicut in existere & agere voluntatis consistit differentia, sic & in existere & agere potestatis.
5. EGTC. Ita concordant in essentia voluntatis potestas & voluntas, quòd potestas non potest sine voluntate nec voluntas sine potestate.
6. EGTD. Quia in essentia voluntatis non potest potestas contra voluntatem, nec voluntas contra potestatem, est in voluntate liberum arbitrium.
7. EGTE. In essentia voluntatis volens & potens sunt unum principium volito & possito.
8. EGTF. posse & velle sunt unum medium, in quo potens & volens conjunguntur.
9. EGTK Ratione finis est voluntas subjectum potestatis cum deliberatione.
10. EGTH In essentia voluntatis non est majoritas inter posse & velle.
11. EGTI. In æqualitate possendi & volendi speculatur intellectus æqualitatem primorum actuum potestatis & voluntatis.
12. EGTK Ratione minoritatis potestatis & voluntatis potestas & voluntas constringuntur.

Potestas Virtus.

1. EHI. VIrtus potestatis consistit in virtute possendi & verificandi.
2. EHK. Per virtutem potestatis consequitur gloria & èconverso.
3. EHTB. Virtus Potestatis infunditur ex distinctione potentiæ habitûs & actûs.
4. EHTC. Nisi potestas haberet distinguendo virtutem, non haberet virtutem concordando.
5. EHTD. Impossibile est potestatem & virtutem esse oppositа.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

6. EHTE. Sicut poteſtas eſt principium cum virtute; ſic & virtus cum poteſtate.
7. EHTF. Cum poteſtate & virtute eſt medium conjungibile.
8. EHTG. Virtus eſt poteſtatis inſtrumentum & è converſo, per quod manuducitur principium ad finem.
9. EHTH. In majoritate actûs poteſtatis conſiſtit majoritas actûs virtutis.
10. EHTI. Non eſt indigentia in illa poteſtate, quæ virtuti eſt æqualis.
11. EHTK. In minoritate virtutis eſt poteſtatis defectus, & è converſo.

Poteſtas Veritas.

1.EIK. CUm poteſtas & veritas ſint idem, nulla gloria cum falſitate poteſt acquiri.
2. EITB. In diſtinctione producunt poteſtas & veritas ſimilitudines, quas habent.
3. EITC. Sine poſſibili & verificabili concordare non poſſunt veritas & poteſtas.
4. EITD. In veritate contradicit poteſtas falſitati.
5. EITE. In forma veritatis conſiſtit forma poteſtatis & è converſo.
6. EITF. In poſſe & verificare conſiſtit medium poteſtatis & veritatis.
7. EITG. In fine veritatis conſiſtit finis poteſtatis.
8. EITH. Poteſtas & veritas cum majoritate minoritatem impugnant.
9. EITI. Poteſtas & veritas cum æqualitate impugnant inæqualitatem.
10. EITK. Minoritas poteſtatis eſt in veritate minoritas.

Poteſtas Gloria.

1.EKTB. DIfferentia eſt poteſtatis potentia, per quam lætitia dari poteſt.
2. EKTC. Poteſtas cum concordantia dat lætitiam.
3. EKTD. Poteſtas cum contrarietate dat pœnam.
4. EKTE. Quia poteſtas major eſt ratione formæ, quàm materiæ, acquiritur magis gloria cum principio formali, quàm materiali.
5. EKTF. Poteſtas in medio delectationis eſt cum intenſitate & in extremitatibus cum extenſitate.
6. EKTG. Non eſt indigentia in illo fine, in quo poteſtas & gloria ſunt unum idem.
7. EKTH. Poteſtas, quæ gloriatur, & gloria quæ poteſt, ſunt in ſummitate.
8. EKTI. Poteſtas & gloria coæquando agunt cum æqualitate.
9. EKTK. In minoritate poteſtatis deficit majoritas gloriæ.

Poteſtas Differentia.

1.ETBC. IMpoſſibile eſt poteſtatem poſſe agere per concordantiam ſine differentia, nec è converſo.
2. ETBD. Poteſtas ſine differentia non poteſt agere cum contrarietate nec è converſo.
3. ETBE. In differentia formæ & materiæ poteſtas agit & patitur.
4. ETBF. Poteſtas cum differentia conjungit & disjungit operationes ſuas.
5. ETBG. Sine differentia privaretur eſſentia poteſtatis à poſſibili & impoſſibili.
6. ETBH. Poteſtas ſine differentia non poteſt eſſe in majoritate.
7. ETBI. Ratione differentiæ poteſt habere poteſtas æqualitatem in eſſentia potentis poſſiti, poſſe & poſſibilis.
8. ETBK. Sine differentia non poſſet eſſe poteſtas in minoritate accidentaliter, nec in majoritate ſubſtantialiter.

Poteſtas Concordantia.

1.ETCD. POteſtas ratione concordantiæ contradicit contrarietati & è converſo.
2. ETCE. Sine concordantia non poteſt eſſe poteſtas principium formale & materiale.
3. ETCF. Poteſtas concordando conjungit bonum bono & bonum magno & poſſibile poſſibili & ſic de aliis hujusmodi.
4. ETCG. Poteſtas concordando eſt concordantiæ finis.
5. ETCH. Poteſtas ratione concordantiæ majorificat bonum cum bono, bonum cum magno intellectualiter & ſenſualiter.
6. ETCI. Poteſtas de concordantia producit æqualitatem & è converſo.
7. ETCK. Poteſtas in concordantia introducit Juſtitiam, per quam majorificat illud & minorificat iſtud.

Poteſtas Contrarietas.

1.ETDE. POteſtas contrariando eſt principium finitivum & effectivum formativum, materiativum, temporativum, quantificativum &c. hujusmodi.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. ETDF. Ratione differentiæ essentiæ potestatis potest alia potestas contra aliam potestatem construere medium.
3. ETDG. Diffinitio & finis non contradicunt potestati.
4. ETDH. Potestas cum majoritate & majoritas cum potestate sunt contra minoritatem.
5. ETDI. Potestas & contradictio æqualiter opponuntur.
6. ETDK. Illa potestas in minoritate consistit, quæ contradicit majoritatibus suis.

Potestas Principium.

1. ETEF. IN medio est potestas aliud principium & in fine aliud.
2. ETEG. Potestas est principium de fine suarum conditionum & conditionum aliorum principiorum hujus artis constitutum.
3. ETEH. Majoritas potestatis in principii majoritate consistit.
4. ETEI. Quorum principia sunt æqualia potestate, aliud alii contradicere non potest.
5. ETEK. In summo principio est sine minoritate potestas.

Potestas Medium.

1. ETFG. ILla est summa potestas, quæ in medio habet suum finem.
2. ETFH. Potestas conjungens in medio implicat majoritatem finis.
3. ETFI. Potestas in medio æqualitatis suæ majoritates suas servat.
4. ETFK. Odibilis est minoritas in medio potestatis.

Potestas Finis.

1. ETGH. MInoritas est similitudo finis potestatis.
2. ETGI. Finis potestatis major est in æqualitate & in majoritate minor.
3. ETGK. Minoritas finis potestatis in accidentibus invenitur.

Potestas Majoritas.

1. ETHI. POtestas in æqualiate sua non tantùm distat à majoritate quantùm à minoritate.
2. ETHK. Illud posse est corruptibile, quod de majoritate & minoritate constitutum est.

Potestas Æqualitas.

ETIK. IN potestatis æqualitate non est minoritas, nisi ratione minoritatis æqualitatis.

Potestas Minoritas.

ETK. ILlud potens, quod simpliciter est potestas, sine minoritate consistit.

Sapientia Voluntas.

1. FGH. VIrtus sapientiæ consistit in intelligente intellecto intelligere & intelligibili, & virtus voluntatis in diligendo illud, in quo sapientiæ virtus consistit.
2. FGI. Sicut impossibile est veritatem in sapientia & voluntate cogi, sic impossibile est in veritate cogi sapientiam & voluntatem.
3. FGK. Impossibilis est diminutio gloriæ in intelligibilitate & volibilitate.
4. FGTB. In illa sapientia, quæ à voluntate non differt, impossibile est ignorantiam & odium inveniri.
5. FGTC. In sapientia & voluntate est concordantia inter intellectivum & volitivum inter intelligibile volibiléque.
6. FGTD. Inter sapientiam & voluntatem immediatè contrarietas esse non potest.
7. FGTE. Sicut intellectus ratione formæ est intellectivus, & ratione materiæ intelligibilis, sic voluntas ratione formæ est volitiva & ratione materiæ volibilis.
8. FGTF. Intellectus mediante voluntate appetit intelligere volitum, & voluntas mediante intellectu appetit velle intellectum.
9. FGTG. Impossibile est esse finem intellectûs sine fine voluntatis & è converso.
10. FGTH. In intellectu & voluntate non est majoritas substantialiter.
11. FGTI. Intellectus & voluntas magìs participare possunt in æqualitate, quàm in majoritate & minoritate.
12. FGTK. Quia minoritas intellectûs est odibilis, æqualitas intellectûs & voluntatis amabilis.

Sapientia Virtus.

1. FHI. INtellectus virtute suî & veritatis intelligit veritatem.
2. FHK. Via gloriæ est scire cum virtute.
3. FHTB. Intellectus virtutem intelligendi consequitur distinguendo.

4. FHTC.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

4. FHTC. Intellectus in virtute concordantiæ facit ſtare concordes ſpecies abſtractas ab intellectu conſideratas.
5. FHTD. Nullus intellectus virtuti ſuæ contradicit.
6. FHTE. Virtus intellectûs à fine incipit & infunditur effectivè formæ & materiæ.
7. FHTF. In medio virtutis intellectivum & intelligibile conjunguntur.
8. FHTG. Termini intellectûs & virtutis ſunt bonitas & magnitudo duratio poteſtas &c. differentia concordantia contrarietas &c.
9. FHTH. In majoritate virtutis conſiſtit majoritas intellectûs.
10. FHTI. Intellectus magìs eſt diſcurſivus in adæquatione virtutis, quàm in inadæquatione.
11. FHTK. In minoritate virtutis conſiſtit minoritas intellectûs.

Sapientia Veritas.

1.FIK. SIcut voluntas optat gloriam in volendo, ſic intellectus in verificando.
2. FITB. Ut intellectus verificando veritatem attingat, diſtinguit & concordat plures res in uno ente vero.
3. FITC. Quia intellectus & veritas concordant, eſt veritas objectum intellectûs.
4. FITD. Intellectus falſificando contradicit veritati.
5. FITE. Intellectus verificando format intelligere ſuum.
6. FITF. Intellectus plures veritates conjungit, ut unum verum attingat.
7. FITG. Quia intellectus de veritate conſtitutus eſt, conſiſtit in veritate finis ejus.
8. FITH. Nullus intellectus repugnat naturaliter majoritati finis veritatis.
9. FITI. Intellectus in coæquatione veritatum abſtractarum ex bonitate magnitudine &c. multiplicat veritatem.
10. FITK. Intellectus in minoritate veritatis incipit ignorare.

Sapientia Gloria.

1.FKTB. GLoria intellectûs conſiſtit in diſtinguendo & concordando plures rationes & actus earum.
2. FKTC. Intellectus in concordantia gloriæ contradicit contrarietati.
3. FKTD. Intellectus ſuæ gloriæ contradicit contradicendo ſibi ipſi.
4. FKTE. Gloria intellectûs eſt principiare intelligere.
5. FKTF. In conjunctione intellectivi & intelligibilis conſiſtit gloria intellectûs.
6. FKTG. Cum principio & medio acquirit intellectus finem gloriæ.
7. FKTH. Omnis gloria quantò major eſt, tantò magìs eſt intelligibilis.
8. FKTI. Quantò magìs intellectus in eſſentia gloriæ coæquat glorians & gloriatum, tantò magìs gloriam attingit.
9. FKTK. Intellectus in ſuis minoritatibus minorem gloriam acquirit.

Sapientia Differentia.

1.FTBC. SApientia diſtinguendo & concordando diſtat à contrarietate.
2. FTBD. Intellectus diſtinguit, ut contradicere poſſit.
3. FTBE. Intellectus diſtinguendo principiat ſuum intelligere.
4. FTBF. Eſſentiæ intelligendi ſunt plures res diſtinctæ & conjunctæ in intellectu.
5. FTBG. Intellectus diſtinguendo conſequitur finem ſuum.
6. FTBH. In magna diſtinctione habet intellectus majores operationes, quàm in modica.
7. FTBI. Coæquare intellectivum & intelligibile eſt contra ignorare.
8. FTBK. Intelligendo minorem diſtinctionem intellectus ad confuſionem accedit.

Sapientia Concordantia.

1.FTCD. INtellectus contradicit, ut concordare poſſit.
2. FTCE. In concordantia intellectivi & intelligibilis oritur & formatur intelligere.
3. FTCF. Intellectus conjungendo concordat & menſurando demonſtrat extremitates ſuas.
4. FTCG. Intellectus concordat, ut finem ſuum attingat.
5. FTCH. Majus eſt intelligere in concordantia, quàm in contrarietate.
6. FTCI. Quia intellectus eſt de pluribus concordantibus principiis conſtitutus, eſt ejus concordantia potentia, per quam coæquat & concordat.
7. FTCK. In minoritate concordantiæ eſt intellectus circa contrarietatem.

Sapientia Contrarietas.

1.FTDE. PRincipium contrarietatis intellectûs eſt ignorantia.
2. FTDF. Intellectus diſtinguendo contradicit.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

3. FTDG. In privatione finis est intellectus in contrarietate.
4. FTDH. In majoritate ignorantiæ consistit major contrarietas intellectûs.
5. FTDI. Nullus intellectus coæquando suppositum contradicit.
6. FTDK. Intellectus contradicit, ut à minoritate distet.

Sapientia Principium.

1.FTEF. SUppositio est medium, in quo intellectus principiat suum intelligere.
2. FTEG. Intellectus incipit inquirere ratione finis.
3. FTEH. Bonitas magnitudo duratio &c. sunt principia, ratione quorum intellectus suum intelligere majorificat.
4. FTEI. Coæquatio est principium, in quo intellectus successionem suam habet.
5. FTEK. Intellectus incipit cum minoribus, ut cum majoritatibus se multiplicet.

Sapientia Medium.

1.FTFG. INtellectus mensurat, conjungit & disjungit, ut infra suas extremitates attingat finem suum.
2. FTFH. Intellectus infra suas extremitates habet majoritates suas.
3. FTFI. Intellectus ratione medii æqualitates suas acquirit.
4. FTFK. Intellectus in medio consistit in minoritate.

Sapientia Finis.

1.FTGH. INtellectus, quantò majores terminos attingit, tantò magìs distat à privatione.
2. FTGI. Impossibile est, quòd intellectus possit secundarium finem & primarium coæquare.
3. FTGK. Nunquam intellectus in minoritate finis quiescere potest.

Sapientia Majoritas.

1.FTHI. SIcut intellectus multas intelligit æqualitates, ut intelligat unum æquale, sic intelligit multas majoritates, ut intelligat unum majus.
2. FTHK. Intellectus in minoritate sua majoritatem suam speculatur.

Sapientia Æqualitas.

1.FTIK. SIcut intellectus est minor in minoribus, sic è contrario est major æqualibus.

Sapientia Minoritas.

FTK. QUia intellectus est nobilis, odit ratione voluntatis minoritatem nobilitatis.

Voluntas Virtus.

1.GHI. VOluntas ratione virtutis consistit in veritate.
2. GHK. Voluntas ratione virtutis optat beatitudinem.
3. GHTB. Virtus volentis est distincta, in quantum volens est suppositum distinctum constitutum de voluntate, virtute, bonitate, magnitudine, duratione &c.
4. GHTC. Virtus voluntatis consistit in concordantia bonitatis magnitudinis &c.
5. GHTD. Quia voluntas diligit ratione virtutis ipsius bonitatis magnitudinis &c. odit etiam vitium ratione ejusdem virtutis.
6. GHTE. Quia voluntas habet virtutem volendi, incipit in virtute sua suum velle virtuosum.
7. GHTF. Virtus voluntatis est ens de virtute bonitatis magnitudinis &c. conjunctum.
8. GHTG. Virtus ratione voluntatis appetit volitum, & ratione virtutis voluntas virtuosum.
9. GHTH. Voluntas major est in virtute, sed in vitio minor.
10. GHTI. Voluntas ût volens coæquat virtutes suas in volendo æqualiter ratione bonitatis magnitudinis &c.
11. GHTK. Voluntas volendo minoritatem restringit suam virtutem.

Voluntas Veritas.

1.GIK. ILla est summà voluntas, quæ non est falsitas, & quia eam non esse falsitatem est veritas, est voluntas ratione suæ infinitatis id non esse.
2. GITB. Illud suppositum, in quo est differentia ratione voluntatis & veritatis, alio modo agit ratione voluntatis, alio modo ratione veritatis.
3. GITC. Illa voluntas est summa, quæ est concordantia verificantis & verificati, volentis & voliti.
4. GITD. Impossibile est, quòd voluntas volendo verum intellectui contradicat.
5. GITE. Voluntas volens veritatem informat de veritate velle suum.
6. GITF. Illa voluntas distat à falsitate, quæ in volito plures veritates conjungit.

7.GITG.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

7. GITG. Nullum verum caret fine exiſtente de eſſentia voluntatis.
8. GITH. Voluntas quantò magìs diligit veritatem, tantò majorificat velle ſuum in bonitate &c.
9. GITI. Quantò plùs voluntas diligit verificans & verificatum, tantò plùs coæquat in veritate.
10. GITK. Quantò plùs voluntas diligit falſitatem, tantò plùs minorificat exiſtere ſuum in agere ſuo.

Voluntas Gloria.

1. GKTB. ILla gloria, quæ eſſentialiter à voluntate non differt, habet magnitudines ſuas ratione voluntatis.
2. GKTC. In ente, in quo voluntas & gloria ſunt concordantia, eſt gloria appetibilis ratione ſuî & ratione voluntatis, & eſt voluntas glorificabilis ratione ſuî & ratione gloriæ.
3. GKTD. Illa voluntas, quæ odit gloriam, agit in contrarietate.
4. GKTE. Illa gloria eſt ſine forma, quæ in fine non eſt volibilis.
5. GKTF. Voluntas, quæ in medio gloriam habet, non indiget illâ.
6. GKTG. Illa voluntas, quæ de gloria ſuos terminos habet, non indiget gloriâ.
7. GKTH. Voluntas majorem gloriam acquirit ſubſtantialiter, quàm accidentaliter.
8. GKTI. Quia æqualitas volentis & voliti eſt appetibilis, eſt æqualitas gloriæ appetibilis.
9. GKTK. Illa voluntas eſt in minoritate, quæ plùs minorem gloriam diligit, quàm majorem.

Voluntas Differentia.

1. GTBC. ILla voluntas, quæ eſt concordantia entium diſtinctorum, habet in ſe, quidquid vult.
2. GTBD. Voluntas ad invicem diſtinguit velle & nolle, ut contradicere poſſit.
3. GTBE. Voluntas diſtinguit, ut in ſuo velle volendo poſſit volitum principiare.
4. GTBF. Voluntas diſtinguit, ut in medio de principio & fine agere poſſit.
5. GTBG. Illa voluntas eſt diſtinctio, quæ in eſſe principii medii & finis eſt diſtincta.
6. GTBH. Nulla voluntas eſt major illâ, in qua ſine illius diſtinctione volens à ſe volitum diſtinguit.
7. GTBI. Voluntas ût volens diſtinctum coæquat ſibi volitum.
8. GTBK. Voluntas in minoribus ſuis volentis & voliti diſtinctionem abſcondit.

Voluntas Concordantia.

1. GTCD. ILla voluntas, in qua non eſt contrarietas, eſt concordantia bonitatis magnitudinis &c. & ſic habet, quidquid vult.
2. GTCE. Voluntas eſt concordativa & concordabilis ratione eſſentiæ & naturæ principii medii & finis.
3. GTCF. Sicut voluntas concordat in medio principium & finem, ſic in principio & fine concordat medium.
4. GTCG. Sicut voluntas ſuas habet majoritates in fine concordantiæ, ſic habet minoritates ſuas in privatione finis concordantiæ.
5. GTCH. Voluntas per majoritatem concordantiæ ſuperat contrarietatis minoritatem.
6. GTCI. Voluntas per concordantiam diſtat ab inæqualitate, & per contrarietatem ab æqualitate.
7. GTCK. In minoritate concordantiæ privat voluntas finem ſuum.

Voluntas Contrarietas.

1. GTDE. NAturaliter voluntas ût finis principio non contradicit.
2. GTDF. Voluntas odit medium contradicens fini.
3. GTDG. Impoſſibile eſt, quòd voluntas ſuum finem inveniat in contrarietate.
4. GTDH. Voluntas major eſt in concordando, ſed minor eſt in contrariando.
5. GTDI. Impoſſibile eſt concordantiam & contrarietatem in voluntate coæquari.
6. GTDK. Voluntas cum minoritatibus ſuis contradicit ſuis majoribus.

Voluntas Principium.

1. GTEF. ILla voluntas non caret medio, quæ in eſſentia ſua & de ipſa eſſentia ſua habet principiantem principiatum principiare & principiabile.
2. GTEG. Nullum principium eſt diligibile ſine fine.
3. GTEH. Si majus principium eſſet odibile, eſſet odibilis major finis.
4. GTEI. Inconveniens eſt, quòd voluntas odiat in principio æqualitatem bonitatis magnitudinis &c.
5. GTEK. Sicut voluntas ratione majoritatis diligit magnum principium, ſic ratione minoritatis diligit principium parvum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Voluntas Medium.

1. GTFG. PRimâ intentione voluntas finem diligit & secundâ medium.
2. GTFH. Bonum medium cum majoritate est diligibile, malum verò medium cum minoritate.
3. GTFI. Voluntas in æqualitate similitudines medii producit.
4. GTFK. Voluntas odiens minoritates medii, diligit minoritates principii & finis.

Voluntas Finis.

1. GTGH. OMnis voluntas naturaliter diligit majoritatem sui finis.
2. GTGI. Voluntas ratione finis diligit inter volentem & volitum æqualitatem.
3. GTGK. In minoritate finis consistit minoritas voluntatis.

Voluntas Majoritas.

1. GTHI. PLùs coæquat voluntas cum majoritate, quàm cum minoritate.
2. GTHK. Voluntas hujus rationis est, quòd agat bonum magnum &c. cum majoritate, & malum parvum &c. cum minoritate.

Voluntas Æqualitas.

GTIK. QUia voluntas in se diligit æquale, odit in se minus.

Voluntas Minoritas.

GTK. VOluntas odiens majoritatem justitiæ, diligit minoritatem misericordiæ.

Virtus Veritas.

1. HIK. IN existendo virtutem veritatem & è converso est existere gloriæ.
2. HITB. Sine distinctione impossibile est virtutem & veritatem esse rationes reales.
3. HITC. In concordantia virtutis & veritatis consistit virtuosum verum & concors.
4. HITD. Per virtutem suam veritas contradicit falsitati.
5. HITE. Ens verum formificat de virtute infusa bonitati magnitudini &c.
6. HITF. In conjuncto virtus & veritas bonitatis magnitudinis &c. conjunguntur.
7. HITG. In summo ente convertuntur finis virtutis & finis veritatis.
8. HITH. Nulla virtus est in veritate major illâ, quæ est veritas.
9. HITI. In diffinitione coæquantur virtus & veritas existente virtute hoc, per quod potentia naturam habet agendi.
10. HITK. In æqualitate consistit minoritas virtutis & veritatis.

Virtus Gloria.

1. HKTB. VIrtus gloriæ est distinctionem esse inter glorians & gloriatum sine distinctione gloriæ & virtutis.
2. HKTC. Quantum ad identitatem virtutis & gloriæ non potest esse concordantia inter virtutem & gloriam, concordant autem virtus & gloria ratione virtuosi glorificantis & virtuosi glorificati.
3. HKTD. Virtus & gloria non sunt contrarietas, & hoc non esse est infinitum in unitate gloriæ & veritatis.
4. HKTE. In forma bonitatis speculatur intellectus formam gloriæ.
5. HKTF. Virtus est medium, quo acquiritur gloria.
6. HKTG. Virtus gloriæ consistit in fine.
7. HKTH. Illa gloria est in majoritate virtutis, quæ est virtus virtutis, & est suámet virtus ac etiam virtutis bonitatis magnitudinis &c.
8. HKTI. Illa virtus & illa gloria, in quibus est impossibile esse majoritatem & minoritatem, est æqualitas.
9. HKTK. Cum minoritatibus non acquiritur virtus & gloria.

Virtus Differentia.

1. HTBC. VIrtuosum distinctum concordans ratione virtutis distinctionis concordantiæ distinguit & concordat.
2. HTBD. Distinguendo inter virtutem & vitium virtuosum per virtutem & distinctionem contradicit vitio.
3. HTBE. Finis, efficiens, forma & materia diversimodè in virtute consistunt.
4. HTBF. Ratione virtutis diversificatur & conjungitur forma & materia.
5. HTBG. Sine distinctione impossibile est consequi virtutis finem.
6. HTBH. Sine distinctione nulla esset in majoritate virtus.
7. HTBI. Ratione virtutis consistit æqualitas in distinctione.
8. HTBK. In minoritate distinctionis diminuitur virtus.

Vir-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Virtus Concordantia.

1.HTCD. COncordantia ratione virtutis contradicit vitio.

2. HTCE. Virtus & concordantia ſunt principia, ratione quorum virtuoſum concordans agit.

3. HTCF. Virtus ratione concordantiæ conjungit & è converſo.

4. HTCG. In concordando virtutem bonitatis magnitudinis &c. conſequitur finis concordantiæ & virtutis.

5. HTCH. Virtus ratione magnitudinis major eſt in concordantia, ſed in contrarietate minor.

6. HTCI. Major eſt virtus, & ratione concordantiæ in æqualitate, quàm in majoritate.

7. HTCK. In minoritate concordantiæ periclitatur virtus.

Virtus Contrarietas.

1.HTDE. VIrtus formæ & materiæ contradicit vitio.

2. HTDF. In medio virtutis impoſſibile eſt inveniri contrarietatem.

3. HTDG. Virtus ratione finis diſtat contrarietate.

4. HTDH. Illa virtus eſt in majoritate, quæ plùs contradicit vitio.

5. HTDK. In contrarietate participat virtus cum minoritate.

Virtus Principium.

1.HTEF. ILla virtus eſt ſummum principium, quæ eſt medium conjunctionis ratione virtutis bonitatis magnitudinis &c.

2. HTEG. Nullum præcedit principium illam virtutem, quæ eſt finis.

3. HTEH. Illud principium eſt in majoritate virtutis, quod eſt ſine minoritate.

4. HTEI. Priùs incipit virtus coæquare ſubſtantialiter, quàm accidentaliter.

5. HTEK. Virtus ex majoritate ſubſtantiæ principiat minoritates, de quibus accidentia conſtituuntur.

Virtus Medium.

1.HTFG. RAtione finis conſiſtit in medio virtus.

2. HTFH. Ratione finis major eſt virtus in medio, quàm in principio.

3. HTFI. Illa virtus principium & finis, quæ æqualiter conſiſtit in medio, ſuma eſt.

4. HTFK. Illa virtus, quæ eſt in medio ſine fine, conſiſtit in minoritate.

Virtus Finis.

1.HTGH. RAtione ſuî eſt virtus appetibilis in majoritate.

2. HTGI. Sine æqualitate nulla virtus eſt finis.

3. HTGK. In minoritate finis corrumpitur virtus.

Virtus Majoritas.

1.HTHI. MAjoritas virtutis in æqualitate exiſtendi & agendi conſiſtit.

2. HTHK. Ratione minoritatis non eſt inter virtutem & minoritatem proportio.

Virtus Æqualitas.

HTIK. ÆQualitas virturis magìs diſtat à minoritate ſubſtantialiter, quàm accidentaliter.

Virtus Minoritas.

HTK. RAtione magnitudinis virtutis nullum dominium eſt appetibile in minoritate.

Veritas Gloria.

1.IKTB. VErus glorioſus non poteſt ſine diſtinctione tantum agere ratione veritatis & gloriæ, quantum per diſtinctionem.

2. IKTC. Veritas & gloria cum eſſe concordant contradicentes non eſſe.

3. IKTD. Virtus contradicit gloriæ, dum ratione falſitatis agit.

4. IKTE. Ratione eſſendi eſt veritas forma gloriæ & è converſo.

5. IKTF. In eſſentia veritatis & gloriæ poſſunt conjungi meliùs verus & glorioſus, quàm extra eſſentiam veritatis & gloriæ.

6. IKTG. Sine terminis à quo & ad quem exiſtentibus de eſſentia veritatis & gloriæ impoſſibile eſſet finem veritatis & gloriæ inveniri.

7. IKTH. veritas & gloria ſunt majores in intrinſecitate, quàm in extrinſecitate.

8. IKTI. Illa eſt ſumma coæquatio, in qua veritas & gloria coæquantur.

9. IKTK. Ratione falſitatis & pœnæ veritas & gloria contradicunt minoritati.

Veritas Differentia.

1.ITBC. VEritas & differentia majorem habent concordantiam intellectualiter, quàm ſenſualiter.

2. ITBD.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. ITBD. Si distinctio esset contra veritatem, esset major ratione contrarietatis, quàm ratione concordantiæ.
3. ITBE. Distinctio est principium, ratione cujus verificans distinguit à se verificatum.
4. ITBF. Ratione distinctionis & conjunctionis possunt esse verificans & verificatus in verificare & unire.
5. ITBG. Veritas & verum sine distinctione non posset existere & agere ratione finis.
6. ITBH. Illa veritas, quæ est verum sine distinctione essentiæ, est majoritate.
7. ITBI. Illud verum, quod est essentialiter distinctio & æqualitas, potest distinguere & coæquare in essentia veritatis & distinctionis.
8. ITBK. Omnis veritas sine distinctione esset in minoritate bonitatis &c.

Veritas Concordantia.

1.ITCD. QUantò veritas & concordantia distant à contrarietate, tantò magìs est veritas in concordantia & è converso.
2. ITCE. Verum ratione concordantiæ similitudinum format verum.
3. ITCF. Verum ratione concordantiæ conjungit verum de bonitate magnitudine &c.
4. ITCG. In veritate non potest existere verum sine concordantia finis.
5. ITCH. Veritas & concordantia implicant majoritatem.
6. ITCI. Si veritas & æqualitas essent in contrarietate, essent concordantia & æqualitas in contrario.
7. ITCK. Veritas concordando distat à minoritate.

Veritas Contrarietas.

1.ITDE. NEcessarium est ratione concordantiæ, quòd in principio veritas præcedat contrarietatem.
2. ITDF. Intellectus veritatem & contrarietatem æqualiter non mensurat.
3. ITDG. Contrarietas erga veritatem caret fine.
4. ITDH. Veritas ratione magnitudinis est in majoritate & contrarietas ratione parvitatis in minoritate.
5. ITDI. Impossibile est veritatem intellectualiter de contrariis coæquari.
6. ITDK. Veritas cum contrarietate consistit in minoritate.

Veritas Principium

1.ITEF. VEritas ratione medii est principium veritatis, bonitatis, magnitudinis, æternitatis &c.
2. ITEG. Impossibile est veritatem in principio esse sine fine.
3. ITEH. Quantò major est veritas in principio, tantò principium plùs distat à falsitate.
4. ITEI. Impossibile est inæqualitatem veritatis inveniri in principio de veritate æqualitate constituto.
5. ITEK. Ratione materiæ consistit in minoritate veritas in principio de forma & materia constituto.

Veritas Medium.

1.ITFG. VEritas ratione finis conjungit & mensurat & extendit per omnes extremitates suas verum cum vero, bonum cum bono.
2. ITFH. Veritas majorificat medium ratione majoritatis finis.
3. ITFI. Veritas ratione æqualitatis suæ coæquat in medio.
4. ITFK. Quia veritatum alia est finis & alia se habet ad finem, est aliqua veritas in minoritate in medio.

Veritas Finis.

1.ITGH. ILla veritas est finis, quæ est in majoritate æqualitatis.
2. ITGI. Sine verificante & verificato non potest veritas esse finis.
3. ITGK. Quia finium alius est major alio, consistit aliqua veritas in minoritate ratione finis.

Veritas Majoritas.

1.ITHI. VEritas æqualitates suas repræsentat in majoritate.
2. ITHK. Veritas ratione majoritatis contradicit minoritati.

Veritas Æqualitas.

ITIK. IN minori æqualitate repræsentat veritas majoritatem suæ æqualitatis.

Veritas Minoritas.

ITK. IN illa veritate, in qua est minus de unitate, minus est de essentia.

Gloria

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Gloria Differentia.

1.KTBC. CUm ſine diſtinctione non poſſit eſſe concordantia, eſt ideo diſtinctio, ut gloria ſit concordantia inter gloriantem & gloriatum.

2. KTBD. Ut gloria multùm diſtet à contrarietate, habet diſtinctionem in concordantia.

3. KTBE. Ratione diſtinctionis poteſt eſſe glorians principium gloriato.

4 KTBF. Diſtinctio eſt medium, cujus ratione poteſt eſſe conjungere in eſſentia gloriæ.

5. KTBG. Sine conjungere & diſtinguere non poteſt habere glorioſum de principio gloriæ ad finem.

6. KTBH. Impoſſibile eſt ſine diſtinctione gloriantis & gloriati eſſe gloriam in majoritate.

7. KTBI. Ratione diſtinctionis poteſt eſſe in gloria æqualitas.

8. KTBK. Absque diſtinctione nulla eſſet gloria ſpecifica & ſine minoritate.

Gloria Concordantia.

1.KTCD. RAtione concordantiæ gloriantis & gloriati diſtat gloria à contrarietate.

2. KTCE. Sine concordantia impoſſibile eſt eſſe gloriam ratione formæ & finis.

3. KTCF. Glorioſum ratione concordantiæ conjungere poteſt.

4. KTCG. Concordantia eſt principium, per quod gloria habet terminos ſibi competentes.

5. KTCH. Impoſſibile eſt,quòd concordantia majoritati gloriæ contradicat.

6. KTCI. Impoſſibile eſt eſſe in gloria æqualitatem ſine concordantia.

7. KTCK. Gloria & concordantia repugnant minoritati ratione bonitatis magnitudinis &c.

Gloria Contrarietas.

1.KTDE. IMpoſſibile eſt gloriam eſſe principium cum contrarietatè.

2. KTDF. Extra gloriæ extremitates conſiſtit contrarietas.

3. KTDG. Impoſſibile eſt finem gloriæ eſſe in contrarietate.

4. KTDH. Quantò magìs virtuoſus contradicit vitio, tantò majorem gloriam acquirit.

5. KTDI. Quia impoſſibile eſt contrarietatem eſſe æqualitatem, impoſſibile eſt gloriam eſſe in contrarietate.

6. KTDK. Contrarietas cum minoritate contradicit gloriæ.

Gloria Principium.

1.KTEF. GLoria ût gloriari eſt principium & medium.

2. KTEG. Finis gloriæ in principio ſuo conſiſtit.

3. KTEH. In majoritate principii gloriæ conſiſtit gloriæ majoritas.

4. KTEI. Æqualitas gloriantis & gloriati eſt principium gloriæ.

5. KTEK. Sine principio gloria & minoritas concordantiam haberent,pœna verò & majoritas.

Gloria Medium.

1.KTFG. IMpoſſibile eſt, quòd medium glorioſum impediat gloriæ ſuæ finem.

2. KTFH. In majoritate gloriantis & gloriati conſiſtit gloriæ majoritas.

3. KTFI. Gloriari eſt medium, in quo intellectus attingit æqualitatem gloriæ.

4. KTFK. Omne medium impediens gloriam conſiſtit in minoritate.

Gloria Finis.

1.KTGH. ILla gloria, quæ eſt finis, eſt appetibilis in majoritate.

2. KTGI. Sine æqualitate gloriantis & gloriati non eſſet finis gloriæ in majoritate.

3. KTGK. In minoritate conſiſtit illa gloria, quæ eſt ſine fine.

Gloria Majoritas.

1.KTHI. ÆQualitas gloriantis & gloriati & gloriari & gloriabilis eſt in majoritate gloriæ.

2. KTHK. Cum minoritate non acquiritur majoritas gloriæ.

Gloria Æqualitas.

KTIK. GLoria cum æqualitate diſtat à minoritate.

Gloria Minoritas.

KTK. GLoria creaturarum eſt in minoritate ratione minoritatis earum.

Differentia Concordantia.

1.TBCD. QUia concordantia concordat generationi & contrarietas corruptioni, eſt differentia major ratione concordantiæ, quàm contrarietatis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. TBCE. Sine concordantia impossibile est differentiam ût distinctum esse principium distinguens.
3. TBCF. Natura ratione differentiæ & concordantiæ distinguit & concordat & specificat medium.
4. TBCG. Sine differentia & concordantia nullus finis esset appetibilis, nec aliqua potentia appetitum haberet.
5. TBCH. Plùs potest concordantia distare à contrarietate in majoritate differentiæ, quàm in minoritate.
6. TBCI. Differentia & concordantia sunt principia æqualiter necessaria.
7. TBCK. Illud ens sine minoritate consistit, in quo distinctio & concordantia sunt unum idem essentia & natura.

Differentia Contrarietas.

1. TBDE. Differentia & contrarietas sunt principia corruptionis.
2. TBDF. Differentia & contrarietas sunt media essendi generationi.
3. TBDG. Ratione finis generationis est concordantia in differentia finis contrarietatis.
4. TBDH. Quia differentia participat cum concordantia, major est, quàm contrarietas.
5. TBDI. Quia differentia & concordantia ratione finis sunt æquales, impossibile est differentiam & contrarietatem ratione finis æquales esse.
6. TBDK. Impossibile est differentiam & contrarietatem esse sine minoritate.

Differentia Principium.

1. TBEF. IN rerum natura differentia situat in medio formam ex parte finis medii & materiam ex parte principii medii.
2. TBEG. In generatione & corruptione est differentia principium sive potentia, per quam agens naturale entium fines distinguit.
3. TBEH. Ratione differentiæ potest esse aliud principiorum majus alio.
4. TBEI. Impossibile est sine differentia æqualitatem esse in principio.
5. TBEK. Quantò majoritas major est, tantò magìs distat à differentia & principio.

Differentia Medium.

1. TBFG. Differentia & medium fini non contradicunt.
2. TBFH. Major est differentia in medio, quàm in principio carente fine.
3. TBFI. Medium est subjectum, in quo differentia coæquat virtutem suam.
4. TBFK. In minoritate medii est diminutio differentiæ.

Differentia Finis.

1. TBGH. SIne fine differentiæ nulla esset majoritas.
2. TBGI. Æqualitas finis differentiæ consistit in distinctivo distincto distinguere & distinguibili.
3. TBGK. In minoritate differentiæ consistit minoritas finis differentiæ.

Differentia Majoritas.

1. TBHI. VIlla differentia est major, quæ est æqualitas sine compositione.
2. TBHK. Illa differentia est in minoritate, quæ contradicit majoritati suæ.

Differentia Æqualitas.

TBIK. Differentia in minoritate æqualitatis suæ concordat minoritati.

Differentia Minoritas.

TBK. Differentia in operationis minoritate cum confusione participat.

Concordantia Contrarietas.

1. TCDE. PRincipium proprietatem habet concordativam, ratione cujus est concordativum & concordabile, & proprietatem contrarietativam, ratione cujus est contrariativum & contrariabile.
2. TCDF. Finis in medio conjungit ratione concordantiæ, sed ratione contrarietatis disjungit & corrumpit.
3. TCDG. Finis ratione concordantiæ influit, & recipit ratione contrarietatis.
4. TCDH. Concordantia proprietatem habet majorificativam & contrarietas proprietatem minorificativam.
5. TCDI. Concordantia naturam habet coæquativam, & contrarietas naturam inæquativam.
6. TCDK. Concordantia ratione majoritatis majorificat minoritatem, & contrarietas ratione minoritatis minorificat majoritatem.

Concordantia Principium.

1. TCEF. COncordantia ratione finis est principium in medio conjunctionis.

2. TCEG.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. TCEG. Finis infundit concordantiam inter efficientem, formam & materiam.
3. TCEH. Ratione majoritatis principii consistit in concordantia majoritas & è converso.
4. TCEI. Principium ratione concordantiæ proprietatem habet coæquativam.
5. TCEK. Sicut ratione formalis principii consistit in majoritate concordantia, sic ratione principii materialis consistit in minoritate.

Concordantia Medium.

1. TCFG. IDeo concordantia consistit in medio, ut sit in fine.
2. TCFH. Major est concordantia in medio ratione finis substantialiter, quàm accidentaliter.
3. TCFI. Concordantia coæquat in medio, & in fine quiescit.
4. TCFK. Concordantia in minoritate consistit in medio, ut in fine sit in majoritate.

Concordantia Finis.

1. TCGH. FInis ratione concordantiæ consistit in majoritate.
2. TCGI. Ideo coæquat concordantia, ut ratione coæquationis sit in fine.
3. TCGK. Omnis concordantia fini contraria est in minoritate.

Concordantia Majoritas.

1. TCHI. ILla concordantia est major, quæ est æqualitas.
2. TCHK. Concordantia in adæquando consistit in minoritate contra majoritatem.

Concordantia Æqualitas.

TCIK. IMpossibile est minoritatem esse in ente, in quo concordantia & æqualitas sunt unum idem.

Concordantia Minoritas.

TCK. IN minoritate entis consistit impossibilitas concordantiæ.

Contrarietas Principium.

1. TDEF. IN rerum natura est contrarietas in principio, ut concordantia sit in fine.
2. TDEG. Ratione nobilitatis ultimi finis contrarietas non habet medium, per quod de principio transeat ad finem.
3. TDEH. Quia contrarietas est principium disjunctivum, ut concordantia sit principium conjunctivum, existit concordantia in majoritate principii & contrarietas in minoritate.
4. TDEI. Contrarietas est principium inadæquabile, ut concordantia sit principium in æqualitate.
5. TDEK. Impossibile est principium inveniri, in quo contrarietas sit sine minoritate.

Contrarietas Medium.

1. TDFG. ALteratio contrarietatis est, dum ipsa contrarietas concordat fini in principio & contradicit eidem in medio.
2. TDFH. Quantò magìs contrarietas contradicit in medio fini, tantò major est in concreto.
3. TDFI. Contradictionis coæquatio consistit in medio.
4. TDFK. Contrarietas contradicit concordantiæ in medio, ut finis sit in minoritate.

Contrarietas Finis.

1. TDGH. COntrarietas plùs contradicit fini in majoritate substantiæ, quàm accidentis.
2. TDGI. Contrarietas contra finem contraria coæquat.
3. TDGK. Contrarietas contr adicens fini consistit in minoritate.

Contrarietas Majoritas.

1. TDHI. MAjor contrarietas consistit in coæquatione contradictionis.
2. TDHK. Contrarietas cum majoritate contradicit minori concordantiæ.

Contrarietas Æqualitas.

TDIK. COntrarietas & inæqualitas & minoritas concordant.

Contrarietas Minoritas.

TDK. COntrarietas & minoritas per non ens & impossibile contradicunt enti & possibili.

Principium Medium.

1. TEFG. PRincipium se habet ad medium ratione finis.
2. TEFH. Ex magnitudine principii & medii implicatur majoritas.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

3. TEFI. Ratione æqualitatis finis consistunt principium & medium in æqualitate.

4. TEFK. Principium & medium ratione minoritatis æqualitatis finis consistunt in minoritate æqualitatis.

Principium Finis.

1. TEGH. NUllus finis movet principium contra majoritatem suam.

2. TEGI. Principium & finis cum æqualitate sunt inalterabiles.

3. TEGK. In minoritate finis materiæ consistit minoritas finis formæ.

Principium Majoritas.

1. TEHI. IMpossibile est inveniri majoritatem & æqualitatem in principio esse idem.

2. TEHK. Minoritas oritur in principio & consumitur in majoritate finis.

Principium Æqualitas.

TEIK. IN principio & fine, in quibus est æqualitas, non est minoritas.

Principium Minoritas.

TEK. PRincipium affirmationis est principium minoritatis negationis.

Medium Finis.

1. TFGH. MAjoritas medii se habet ad majoritatem finis.

2. TFGI. Æqualitas finis attrahit ad se medii æqualitatem.

3. TFGK. Minoritas durat in medio & consumitur in fine.

Medium Majoritas.

1. TFHI. NUllum medium majus est illo, quod est æqualitas.

2. TFHK. Successio medii sunt majoritas & minoritas.

Medium Æqualitas.

TFIK. IMpossibile est in medio, quod est æqualitas, esse minoritatem.

Medium Minoritas.

TFK. MInoritas medii existit in minoritate principii & finis.

Finis Majoritas.

1. TGHI. MAjoritas finis consistit in majoritate æqualitatis & è converso.

2. TGHK. Finis ratione majoritatis distat à minoritate.

Finis Æqualitas.

TGIK. FInis ratione æqualitatis distat à minoritate.

Finis Minoritas.

TGK. MInoritas finis consistit in minoritate principii & medii,

Majoritas Æqualitas.

THIK. MAjoritas æqualitatis consistit sine minoritate.

Majoritas Minoritas.

THK. IMpossibile est majoritatem esse sine minoritate.

Æqualitas Minoritas.

SIcut majoritas æqualitatis consistit in majoritate coæquationis principii & finis, sic minoritas æqualitatis consistit in minoritate coæquationis principii & finis.

* * * * * * * *

INCI-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

INCIPIT

TERTIA DISTINCTIO

De Regulis.

REgula est quædam utilis ordinatio ex necessariis principiis procedens tanquam via compendiosa seu medium veniendi ad finem optatum. Regulæ quidem hujus artis multæ sunt, quidquid enim est in hac arte, stat tanquam regula perquirendi & inveniendi medium solutionis; quod quamvis ita sit, nihilominus in hoc præsenti opere novem regulas ordinamus, ut etiam per eas perpendat artista leviùs inquirere & de quæsitis judicium invenire ac ipsas allegare.

Prima quidem istarum regularum est de suppositione & ponitur esse B.

Secunda est de modo essendi & intelligendi, & ponitur esse C.

Tertia de investigatione, & ponitur esse D.

Quarta de specificatione generali, & ponitur esse E.

Quinta de contradictione, & ponitur esse F.

Sexta de necessario & contingentia, & ponitur esse G.

Septima de demonstratione, & ponitur esse H.

Octava est de punctis transcendentibus, & ponitur esse I.

Nona & ultima est de majoritate finis, & ponitur esse K. Ita quòd quælibet istarum literarum ponitur esse prima litera capitùli sui, sicut patet. Hoc autem ita ordinatum est, ut istæ regulæ in tertiam & quartam figuram intrare possint, & per eam multiplicari ad multiplex solutionis medium informandum.

Est autem prima regula, ut intellectus speculando B. in tertia & quarta figura intelligat se supponere debere affirmativè aut negativè, ut in investigandis non impediatur.

Secunda regula est, ut intellectus speculans C. in tertia & quarta figura distinguat inter rem & modum, ut attingat, quæ conditio procedit secundùm rem vel modum vel secundùm utrumque.

Tertia est, ut speculando D. in prædictis figuris reducat ad memoriam modos investigandi tertiæ regulæ, ût doctrina data est in eadem.

Quarta regula denotat, quòd intellectus viso E. in prædictis figuris advertat ad investigationem proprietatum rerum in universalibus suis specificando ipsa universalia per contractionem eorum ad ipsas proprietates, eliciendo inde indestructibiles conditiones ad conclusionem particularem.

Quinta regula est, ut videndo F. in prædictis duabus figuris recolat artista species & modos contradicendi, ut in conclusionibus caveat sibi ab eisdem.

Sexta est, ut attincto G. in prædictis figuris consideret necessarium & contingens secundùm modos in ipsa sexta regula datos.

Septima est, ut per H. in prædictis figuris sciat modis demonstrandi in prædictis conclusionibus uti.

Octava est, ut per I. in prædictis figuris ad conclusiones faciendas de quacunque materia punctis transcendentibus recordetur.

Nona & ultima regula est, ut speculato K. in prædictis duabus figuris sciat discernendo eligere in conclusionibus suis majoritatem finis.

Regula Prima,

Quæ est de Suppositione B.

BOnum est igitur primam regulam esse in principio investigationis, supponere utramque partem contradictionis possibile esse veram sive falsam; ad quam siquidem suppositionem ordinentur potentiæ animæ, ita quòd agendo sint æquales, id est, quòd memoria tantum recolat & non frequentiùs, quantum intellectus intelligit, & è converso. Et quòd voluntas nihil supponatim possibile vel necessarium in absentia intelligendi, ultra tamen impossibilitatem intelligendi supponere potest ad placitum. Unde sicut in suppositione actus voluntatis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

præcedit actum memoriæ & intellectûs quoad id, quod supponitur, ita in inquisitione memoriæ & intellectûs præcedere debet actus memoriæ & intellectûs actum voluntatis, & omnes tres actus simul æqualiter concurrere in judicio faciendo; ita scilicet quòd si objectum est verum, inquisitione factâ voluntas diligat illud in tantùm, quantùm affirmativè intellectus & memoria illud attingunt & è converso; si autem sit falsum, odire debet illud in tanta quantitate, quantâ intellectus & memoria negativè attingunt & è converso. Unde necessariò has conditiones habemus, videlicet, quòd memoria est retentiva in virtute intellectûs & voluntatis, & intellectus discretivus in virtute memoriæ & voluntatis, & voluntas electiva in virtute memoriæ & intellectûs, & quælibet istarum potentiarum aliam movet & se ipsam ad finem suî & aliarum. Unde si quantò plùs poterunt ipsæ potentiæ ad invicem coæquantur in suorum objectorum acceptione, tantò majore principio, majore medio, majori fine procedent ratione suî ad conclusionem, quia sic magìs paratæ sunt ad objecta sua veriùs acceptanda. Utilissima est ergo hæc prima regula in principio investigationis.

Secunda Regula,
Quæ est de modo essendi & intelligendi C.

CUm sit differentia inter modum essendi rei & modum eam intelligendi, considerandum est, quâ ratione procedit medium conclusionis, an per concordantiam utriusque modi, an per contrarietatem conservando principium & medium & finem & cætera hujus artis principia & eorum conditiones & regulas.

Est autem modus essendi rei per sua propria principia & in suis necessariis principiis substantialibus & accidentalibus, sine quibus ipsa res esse non potest, seu per quæ & de quibus ipsa res ad perfectum esse deducta est. Hæc autem principia & substantialiter & accidentaliter sunt ipsa principia hujus artis, scilicet bonitas, magnitudo, duratio, potestas &c. Quocirca ipse modus essendi est id, quod resultat ex existentia conditionum principiorum hujus artis in secunda distinctione, retinens tantum necessariæ & convenientis entitatis, quanta est existentia ipsarum conditionum.

Modus verò intelligendi sunt ipsæ similitudines modi essendi per sensum & imaginationem, aut quandoque sine sensu & imaginatione ab intellectu abstractæ. Unde cùm modus intelligendi ad modum essendi rei dirigatur, quantum potest, tanquam ad terminum ad quem, ut ipse modus essendi per modum intelligendi attingatur, formanda est major proportio & concordantia inter utrumque modum, & contrarietas inter eos (ut meliùs poterit) evitanda. Si autem accidat inevitabilis contrarietas inter illos (quæ patet in punctis transscendentibus) concludendum est necessariò per modum essendi, ne conditiones in secunda distinctione pereant, quod est impossibile; & per ipsas conditiones inquirendum, in quo deviat proportionaliter modus intelligendi à modo essendi.

Tertia Regula,
Quæ est de modo investigandi. D.

DUobus modis est in hac arte investigatio facienda.

Quorum primus consistit in speculatione figurarum & secundæ distinctionis hujus artis, & iste subdividitur in quinque modos: quorum primus consistit in prima figura, si quæstio in terminos ejus cadat, accipiendo diffinitiones & determinationes illorum principiorum, secundùm quod traditum est in distinctione prima.

Secundus modus est inquirere in secunda figura eo modo secundùm se sicut in prima, si quæstio in terminos ejus cadat.

Tertius est inquirere in tertia figura, quæ composita est ex cameris, quarum quælibet diversimodè duas litteras continet significantes aliqua quatuor principia & duas regulas & duas quæstiones hujus artis, ût dictum est; hæc autem inquisitio sic debet fieri, recipiat intellectus inquisitivus significationem literarum alicujus cameræ, in quam meliùs cadant termini quæstionis, vel hujus, quod inquirit: deinde videat affirmationem vel negationem, si destruat, vel conservet conditiones illius cameræ & aliarum camerarum consequentium transferendo de alia ad aliam, & si ad non esse affirmationis sequatur conditionum camerarum destructio, affirmativè concludendum est, quoniam affirmatio vera est, & ejus contra-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

contradictoria negatio falſa. Eodem modo ſequitur de negatione, ſi ad non eſſe illius ſequatur prædictarum deſtructio conditionum; & ſic tranſeundo de camera ad cameram, & de conditionibus ad conditiones conſervando & fortificando eas ſecundùm diffinitiones & determinationes principiorum hujus artis in prima ſecunda tertia & quarta diſtinctione attingitur vera concluſio hujus, quod quæritur, & ſolutiones ad oppoſita argumenta. Si autem non invenerit quæſitum, non eſt hujus artis defectus, ſed potiùs inquirentis.

Quartus modus inquirendi eſt volvere circulos quartæ figuræ in recta linea literarum formando cameras (ût jam eſt dictum in diſtinctione prima) & receptis ſignificationibus literarum per reſpectum alterius cameræ ad alteram, & alterius lineæ camerarum ad alteram ſecundùm antecedens & conſequens, applicanda eſt affirmatio & ejus contradictoria negatio ad conditiones & regulas & quæſtiones ipſarum camerarum, & concludendum eſt, ſicut in tertio modo dictum eſt.

Quintus modus diſcurrendi eſt in ſecunda diſtinctione medium concluſionis inquirere in cameris ſecundùm mutuas conditiones principiorum, diſcurrendo de camera in cameram & de §. in §. ſecundùm quod termini camerarum quæſtionis proportionem & ſimilitudinem habent: ita videlicet, ut ſi quæratur de bonitate ſeu de aliquo vel aliquibus ad bonitatem pertinentibus, inquirantur conditiones, quas bonitas habet cum magnitudine mediante æternitate, poteſtate, ſapientiâ &c. aut ſi quæratur de differentia concordantia, recurrendum eſt ad cameram differentiæ & concordantiæ, & inquiratur in ea conditio; & ſi fortè propoſitum non inveniatur, inquiratur conditio in camera bonitatis differentiæ & in camera bonitatis concordantiæ, & ſi fortè adhuc non inveniatur, inquiratur in camera magnitudinis differentiæ, & in camera magnitudinis concordantiæ, & ſic de aliis, quousque habeatur. Ita ſimiliter fieri poteſt de omnibus illis terminis, in quos quæſtio cadit, & concludatur accipiendo ſic affirmationem, aut ejus contrariam negationem in iſtis conditionibus, ſicut in tertio modo dictum eſt, unde iſte quintus modus magis infallibilis eſt, quàm alii præcedentes.

Eſt autem alius modus ſecundus inveſtigationis, qui conſiſtit ſolùm in intellectu & iſte in quinque modos eſt diviſus, videlicet, quòd intellectus ſimpliciter, dupliciter, triangulariter, quadrangulariter & circulariter per terminos hujus artis diſcurrat.

Primò quidem ſimpliciter, accipiendo unumquemque terminum ſecundùm ſuas proprietates & diffinitiones, & variando ſeu declinando illum per illas, ſicut bonitatem, quæ de ratione ſuî habet in bono bonificativum bonificabile, bonificare bonificatum; & ſic de magnitudine & de quibuscunque aliis terminis.

Secundò verò dupliciter ſumendo duos terminos reſpectivos, & hoc duobus modis, aut ſecundùm concordantiam, vel contrarietatem, ſecundùm concordantiam quidem ût formam & materiam, actionem & paſſionem, formam & figuram, intenſum & extenſum, longitudinem & latitudinem, antecedens & conſequens, primam intentionem & ſecundam, maſculinum & fœmineum, patrem & filium, rem ſimilem & rem ſimilatam, & ſic de aliis hujusmodi. Secundùm contrarietatem verò, ut ens & non ens plenum & vacuum ſeu verum & falſum, bonum & malum, album & nigrum &c. hujusmodi. Sunt etiam quidam termini correſpectivi, quorum uno poſito ponitur & reliquum & non è converſo, ût poſitâ lineâ ponitur punctus, & non è converſo, & poſitâ ſpecie ponitur genus & non è converſo.

Tertiò etiam triangulariter, ſumendo tres terminos reſpectivos tantùm, ut formam materiam & conjunctionem, potentiam habitum & actum, ſeu tres potentias animæ vegetativam, ſenſitivam & intellectivam, Deum creaturam & operationem, affirmationem dubitationem & negationem, & ſic de aliis; aut ſumendo ipſos terminos triangulares concordanter & contrariativè, & hoc tribus modis: nam aut unus trium concordat duobus contrariis, vel contrariatur duobus concordantibus, vel contrariatur duobus contrariis. Si igitur unus trium terminorum concordet duobus contrariis, ſic eſt differentia concordantia, contrarietas, dubitatio affirmatio negatio circa idem ſubjectum, & in elementis aër, ignis, aqua, & aqua aër terra, & terra aqua ignis, & ignis terra aër; ſi autem contrarietur duobus concordantibus, ſicut eſt forma & materia, & disjunctio, ſeu corruptio, principium finis, & medii deviatio ſeu privatio,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vatio, fortitudo castitas & luxuria, & sic de aliis; si verò contrarietur duobus contrariis: sic est æqualitas majoritati & minoritati, & largitas avaritiæ & prodigalitati. Præterea istorum triangulorum alii habent terminos, quorum uno posito ponuntur alii duo & è converso, sicut positâ formâ ponitur materia & conjunctio & è converso; alii verò sunt, quorum termini sic se habent, quòd posito superiore ponuntur necessariò alii duo, & non è converso, sicut posito actu ponitur potentia & habitus illius actûs & non è converso, & sicut posita rationativa in animali mortali ponuntur sensitiva & vegetativa, & posito tecto ponitur paries & fundamentum, & sic de aliis hujusmodi; unde secundùm istas prædictas conditiones termini triangulati sunt investigatione conspiciendi.

Quarto autem modo discurrit intellectus per terminos quadrangulariter secundùm concordantiam sumendo quatuor terminos concordantes: sicut in causa, finem efficientem formam & materiam, & in virtute morali justitiam prudentiam fortitudinem temperantiam; & in corpore sursum deorsum antrorsum & retrorsum; aut etiam sicut bonitatem concordantiam magnitudinem differentiam, & sic de aliis.

Secundùm autem concordantiam & contrarietatem habet intellectus in quadrangulo discurrere quatuor modis, aut enim ita est, quòd unus quatuor terminorum contrariatur tribus concordantibus, sicut esse privationi defectui aut non esse; aut concordabit tribus contrariis, sicut quantitas majoritati æqualitati & minoritati, aut contrariabitur duobus concordantibus & concordabit uni contrarianti illis duobus, sicut esse privationi & defectui & perfectioni, vel sicut privatio esse & perfectioni & defectui, vel sicut defectus perfectioni & esse & privationi, vel sicut perfectio defectui & privationi & esse; aut concordabit duobus contrariantibus, & contrariabitur uni concordanti illis duobus contrariantibus; sicut ignis terræ & aëri & aquæ, vel sicut aër igni aquæ & terræ, vel sicut aqua aëri & terræ & igni, vel sicut terra aquæ igni & aëri. Similiter istorum quadrangulorum alii sunt, quorum posito uno ponuntur & reliqui, sicut de triangulo dictum est. Alii sunt, quorum superiore posito ponuntur inferiores: ût posito corpore ponitur superficies linea & punctus, & non è converso, & sic de aliis hujusmodi. Unde secundùm istos modos termini quadrangulati investigandi sunt.

Quinto verò & ultimo modo investigandum est intellectualiter per circulum impressum in unoquoque prædictorum quatuor modorum, ita quòd in primo antè dicto talis circulatio consideranda est: sicut bonum ratione bonitatis & bonificati & bonificandi & bonificabilis est bonificans, & ratione bonitatis & bonificantis & bonificandi & bonificabilis est bonificatum, & ratione bonitatis & bonificantis & bonificati est bonificare, & ratione hujus circuli multiplicantur proprietates seu conditiones. Est etiam circulatio in secundo modo prædicto, eò quòd forma ratione materiæ est in esse, & è converso, & effectus ratione causæ & è converso, & minoritas ratione majoritatis & è converso, & corruptio ratione generationis & è converso, & sic de aliis. Et in tertio modo etiam, ita quòd finis èst in principio, & principium in medio & medium in fine & è converso, & majoritas in æqualitate & æqualitas in minoritate & minoritas in majoritate & è converso, & differentia in concordantia & concordantia in contrarietate & è converso. Et in quarto modo similiter, eò quòd finis movet efficientem & efficiens formam & forma materiam & materia ratione passionis finem, & similiter esse existens in defectu ratione ipsius defectûs movet perfectionem ad privationem, & perfectio ratione essendi movet privationem ad deficiendum, & privatio ratione perfectionis movet defectum ad esse, defectus ratione privationis movet esse ad perfectionem: sicut patet in generabilibus & corruptibilibus, aliter enim nec generatio nec corruptio posset esse. Est etiam ignis in aqua, quia est in aëre existente in aqua, & aër in terra, quia est in aqua existente in terra, & aqua in igne, quia est in terra existente in igne, & terra in aëre, quia est in igne existente in aëre; aliter enim elementata misceri, generari, corrumpi non possent. Præterea unumquodque generalium principiorum est in alio, & quodlibet eorum per alterum est in alio secundùm proprietates suas, ût bonitas in magnitudine & magnitudo in potestate, & sic aliis: & bonitas etiam ratione magnitudinis est in æternitate, & magnitudo ratione æternitatis est in potestate &c. & sic de omnibus principiis generalibus

hujus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

hujus artis. Aliæ etiam circulationes ſunt conſiderabiles,ſcilicet cœli & impreſſionum illius in inferioribus, unde hæc intellectualis inquiſitio multùm eſt utilis & artificioſa ad attingendum particulare & ſpecificandum generale.

Quarta Regula,
Quæ eſt de Specificatione Generalis. E.

EX generali omnino generali & ſpeciali omnino ſpeciali tertium conſtituitur ſapiens naturam utriusque, eſt enim iſtud tertium membrum magni ambitûs tanquam medium extremitatum. Speciale ſiquidem omnino ſpeciale eſt tanquam medium menſurationis, id eſt, tanquam punctus in medio totius ſuſtinens tanquam cauſa finalis quidquid eſt de ipſo usque ad finem terminationis,qui eſt omnino generalis. Eſt autem omnino generale unumquodque principiorum hujus artis ſcilicet bonitas magnitudo &c. differentia concordantia &c. ſenſualitas intellectualitas quantias &c.& quodlibet eorum principiorum, quod implicitè ſub quolibet iſtorum principiorum continetur, & diffinitio ſeu conditio à quolibet eorũ tam implicitorum, quàm explicitorum ſimpliciter ſumpta. Non omnino verò generale ſeu ſpeciale eſt connexio vel remotio, quam unumquodque prædictorum omnino generalium habet cum alio, ſine qua ipſa omnino generalia eſſe non poſſent, & hæc eſt tota ſecunda diſtinctio hujus artis. Habet enim hoc ita eſſe, quia prædicta connexio vel remotio contrahit unumquodque principiorum prædictorum de generalitate ad minorem generalitatem: ût bonitas eſt magna ratione magnitudinis, vel non eſt magna ratione parvitatis, & eſt differens ratione differentiæ, vel non eſt differens ratione unitatis,& eſt concordans ratione concordantiæ, vel non eſt concordans ratione contrarietatis,& ſic de aliis;ita quòd bonitas, quæ generalis ſtabat ad contrahendum vel diſtrahendum, ſpecificatur ratione illorum principiorum,quibus contrahendo nectitur, vel à quibus diſtrahendo removetur, & ſic de aliis principiis generalibus, ût in ſecunda diſtinctione patet. Habet autem fortificari hæc ſpecificatio aſcendendo & deſcendendo in ſecunda diſtinctione de camera ad cameram, & de §. in §. & hoc tribus modis, ſcilicet ſimpliciter, & ſecundùm quid & utroque modo mixtim: Aſcendendo quidem utroque modo, ſicut de minoritate ad æqualitatem, cùm in plus ſe habeat æqualitas, quàm minoritas; & de æqualitate ad majoritatem, cùm æqualitatum alia ſit major, quàm alia, & de majoritate ad finem, qui major eſt, quàm ipſa majoritas, vel ad quem ipſa majoritas ſe habet, & de fine ad medium, quod eſt majus, quàm ipſe finis; & de medio ad principium, & ſic de principio usque ad differentiam ſimpliciter, vel ſecundùm quid, ſecundùm quod evenit. Et eodem modo de differentia ad gloriam & de gloria ad veritatem, & deinde usque ad magnitudinem bonitatis diſtinguendo ſecundùm quid & ſimpliciter. Et in iſto tertio modo patet,quomodo aſcendendum eſt ſimpliciter, & ſecundùm quid de principio ad principium, & reſultant inde multæ diverſæ conditiones neceſſariæ. Deinde deſcendendo recolligantur,& recolligendo eas ad invicem connectentur reſpectu illius rei omnino ſpecialis, quæ concludenda eſt, per rectam lineam venient in majorem ſpecificationem usque ad ultimam ſpecificationem ſeu ſpecialitatem, ſcilicet usque ad omnino ſpeciale ſpecificè, quod ex neceſſitate earum concludetur affirmativè vel negativè. Eſt autem omnino ſpeciale aliud verum affirmativè vel negativè ſumptum: ût Deum eſſe ſummum bonum vel non eſſe ſummum malum, aut ſummam cauſam cauſaſſe bonum vel non cauſaſſe malum, aut ignem calefacere & non frigefacere & ſic de aliis.

Habet autem fieri hoc tribus modis, videlicet de Deo ſimpliciter per ſe, vel de Deo in relatione ad creaturam vel è converſo, vel de ipſa creatura ſimpliciter per ſe ſumpta, ita quòd unumquodque omnino ſpecialium in aliquem iſtorum trium modorum de neceſſitate verſatur, & per eum ſpeciales ſortitur conditiones per ſe notas.

Ita quòd ſicut Deus habet immenſitatem, & æternitatem, & per conſequens immenſam & æternam bonitatem magnitudinem ſapientiam &c. & per conſequens nullam habet contrarietatem majoritatem minoritatem tempus quantitatem, nec limitatum terminum nec limitatam extremitatem, & ſic de aliis, quæ conveniunt privationi & defectui, & ſic de neceſſitate iſtæ proprietates, quas intellectus attingit eſſe ſolius Dei, contrahunt omnino generale per non omnino generale ſeu ſpeciale ad omnino ſpeciale, quod eſt Deus, videlicet bonitatem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tatem magnitudinem &c. quæ distant à privatione per magnam bonitatem in magna potestate sapientia voluntate gloria &c. & distrahunt à se ipsis & ab eisdem omnino generalibus, quæ sibi contrahuntur cætera omnino generalia, quæ privationi & defectui concordant.

Si autem omnino speciale sit de summa causa & defectu, contrahuntur similiter omnino generalia seu specialia ad illud omnino speciale, ita quòd illa contractio, & distractio, quæ de Deo dictæ sunt, quantum ad id, quod est summa causa, permanent illæsæ; & ab effectu distrahuntur, quia de necessitate effectus aut est id, quod est summa causa, quod est impossibile, aut bonitas magnitudo &c. omnino generalia, quæ quantum est de se, sonat esse & perfectionem contracta ad minoritatem majoritatem contrarietatem &c. privationi concordantia, & è cóverso contrahuntur ad ipsum effectum; ita quòd similitudo & imago secundùm magis & minus, quantò plùs potest in proposito & in oppositio in effectum restat impressa; ita, quòd quantum effectus habet de esse bonitatis in magnitudine &c. & è converso, in tantum est imago & similitudo Dei, sed in quantum habet de esse minoritatis & contrarietatis in magnitudine bonitatis &c. in tantum est dissimilitudo Dei; ita quòd major est similitudo, quàm dissimilitudo, quia similitudo est ex parte causæ, dissimilitudo verò ex parte hujus, quod est effectus.

Si verò omnino speciale extra Deum sumatur, accipiatur necessariò ipsum esse alicujus determinatæ speciei, & illa species alicujus determinati generis, quorum proprietates ipsum omnino speciale manifestè ad se contrahit, & per eas distrahuntur ab eodem proprietates oppositæ vel disparatæ speciei, vel oppositi vel disparati generis. Et quoniam omnia genera & species per contractionem seu distractionem primæ & secundæ distinctionis contrahunt sibi ipsi omnino generalia & proprietates istorum proprietates eorum, aliter nihil essent, contrahuntur ideo ipsa omnino generalia & eorum proprietates aliud eorum per aliud, & proprietates hujus per proprietates illius ad ipsum omnino speciale; & fiunt multæ & diversæ conditiones ad ipsum omnino speciale contractæ, seu distractæ ab eodem, ût in secunda distinctione manifestè patet, unde medium conclusionis sumitur necessarium: videlicet ipsæ conditiones, quæ sunt ipsæ contractiones seu distractiones, quæ omnino generalia habent ad invicem ratione suæ necessariæ connexionis vel remotionis, quam habent, & concluditur in omnino speciale; aliter sequeretur, quòd non esset ex ipsis omnino generalibus principiis constitutum; & sic esset sine bonitate & malitia & sine magnitudine parvitatéque &c. & sine differentia & unitate & sine concordantia & contrarietate & sic de aliis omnino generalibus, quod est impossibile. Ad unumquodque igitur omnino specialium inferiorum contractum est de necessitate unumquodque omnino generalium per aliud & proprietates alterius eorum per proprietates alterius. Unde ad inquirendum proprietates seu conditiones alicujus rei dictæ per aliquod nomen, id est alicujus omnino specialium sumendæ sunt proprietates illius, quas habet per se notas, & videndum est per eas, quomodo se habent ejus bonitas cum magnitudine & cum duratione &c. ejus &c. & è converso, & per quam differentiam & concordantiam & contrarietatem &c. & ad quid deducit unumquodque principiorum aliud secundùm necessarias conditiones, quas unumquodque eorum habet per aliud. Et sic deducetur intellectus ad non omnino speciale, seu generale, contractum illi rei, quæ dicitur per nomen; & per ipsas conditiones prædictas multimodè secundùm eas concludet in eisdem omnino speciale: eò quòd ad necessariam positionem ipsarum conditionũ seu ipsius non omnino generalis vel specialis ponitur effectivè ipsum omnino speciale, de quo quæritur, & è converso causativè; & ad quarum seu ad cujus destructionem destruitur ipsum omnino speciale prædictum effectivè & è converso causativè. Unde illud particulare seu omnino speciale, cujus destructio destruit ipsas conditiones necessarias, hoc est ipsum non omnino speciale vel generale, necessarium est. Et illud particulare, cujus positio eas destruit, est impossibile. Exemplum hujus longum est & diffusum. Potest enim tota secunda distinctio ad hoc applicari secundùm tres prædictos modos omnino specialium, quare supersedendum est.

Quinta Regula,
Quæ est de contradictione. F.

FALlitur intellectus ignorantis aliquoties in his, quæ contradicere videntur, nec tamen

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tamen contradicunt, vel in his, quæ non videntur esse in contradictione, & sunt. Quocirca artistam oportet contradictionem, & ejus species & modos considerare, ut ex utraque parte contradictionis concludere sciat, videlicet positivè & privativè. Est autem contradictio affirmatio vel ejus opposita negatio, modo penitus eodem confluentes ad idem objectum, aut affirmatio seu negatio modo penitus eodem confluens ad duo penitus contraria objecta: ût summam bonitatem esse & summam bonitatem non esse, aut summam bonitatem esse & summam malitiam esse, seu summam bonitatem non esse & summam malitiam non esse. Itaque tres sunt contradictionis species, quarum prima est extensa, cæteræ verò duæ intensæ, sunt enim causa primæ contradictioni. Nam ex hoc, quia summa bonitas est, oritur hæc negatio scilicet summam malitiam non esse contradictoriè ad summam malitiam esse; & ex hoc, quia summa malitia est, oritur hæc negatio scilicet summam bonitatem non esse contradictoriè ad summam bonitatem esse; aut etiam, quia summa malitia non est, oritur hæc affirmatio scilicet summam bonitatem esse contradictoriè ad summam bonitatem non esse; vel quia summa bonitas non est, hæc affirmatio oritur scilicet sum̃am malitiam esse contradictoriè ad summam malitiam non esse. In prima igitur implicantur cæteræ duæ causativè, & in ipsis duabus prima effectivè.

Habet autem esse contradictio tribus modis, quorum primus est secundùm realitatem objecti, & rationem potentiæ sumptam ex illa realitate, ût in prædictis exemplis dictarum specierum patet, & hæc est vera contradictio, cujus contradictionum multiplicatio in secunda distinctione consistit; sicut differentia concordantia contrarietas, quæ tendentes ad unum specificum finem per naturam medii sapientis naturam sui principii & sui finis contradicunt in eodem medio seu per idem medium suis contradictoriè oppositis tendentibus ad contradictorium finem; atque magnitudo earum contradicit parvitati suorum contradictoriorum, & earum bonitas earum malitiæ & sic de aliis hujusmodi: ita quòd medium earum & medium suorum contradictoriorum eodem modo simul stare non possunt, nec per consequens utriusque partis contradictorii fines. Et hoc patet in cameris secundæ distinctionis.

Secundus verò modus contradictionis est secundùm rationem potentiæ, & non secundùm realitatem objecti, & hoc causantur puncta transcendentia. Est autem punctus transcendens altitudo, seu difficultas realitatis objecti implicans in potentia contradictionem, eò quòd ipsa potentia de natura suî eam penitus attingere non potest. Ut in octava regula dicetur. Ideo sumitur contradictio punctus transcendentis in Deo de aliquibus divinis conditionidus imperfectè attinctis ab intellectu, & consimili modo de Deo in creatura & è converso; & in creatura simpliciter ex secretis conditionibus realitatis educentibus effectus suos usque ad rationem intellectûs. Si sit in Deo, sic est, dum intellectus investigat, utrum Deus possit facere id, quod ipse vult impossibile fieri; vel utrum velit se posse facere id, quod non potest fieri: nam ad hoc concludit ratio intellectûs, ne potestas & voluntas limitentur in Deo, quod potest & non potest, vult & non vult, quod videtur contradictio, quæ tamen secundùm realitatem nulla est. Nam ex hoc, quòd intellectus ex natura receptionis suæ recipit prædictas dignitates differentes, quæ in realitate, quantum est de se, non differunt, sed inconfusæ sunt unum idem, quam siquidem identitatem totalem ex qualibet earum de natura suî non potest attingere, facit ideo contradictionem secundùm naturam suî. Et nisi ista contradictio esset in ratione intellectûs, ita quòd non in realitate objecti, esset utique in realitate objecti ita, quòd non in ratione intellectûs, & sic esset in tertio modo contradictionis. Nam sicut intellectus prædictam non contradictionem id est, prædictam identitatem ipsarum dignitatũ non potest propter earum altitudinem sine contradictione attingere, ita nec sine opposito contradictionis posset earum contradictionem (si esset in eis) attingere propter earum altitudinem contradicendi. Hoc idem est de prædestinatione & libero arbitrio, & de aliis, quæ sunt de Deo ad creaturam, cùm dicitur: sapientia Dei est perfecta & imperfecta ratione prædestinationis & liberi arbitrii, & similiter justitia perfecta & imperfecta. Similiter in operationibus supernaturalibus, quæ sunt de Deo ad creaturam, attingitur contradictio punctus transcendentis: quia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cùm intellectus naturales attingit propriecùm attingit proprietates & conditiones divinarum dignitatum ad illud opus, attingit necessarium, quod patet in creatione & in resurrectione, & sic de cæteris operibus supernaturalibus, quæ Deus habet supra naturam creaturarum. Sed tunc intellectus se denudat à conditionibus creatis, quod est ei improprium, & conditionibus increatis adhæret, judicans de inferioribus per easdem, & per prædictam contradictionem rationis devenit in gradum altiorem ad cognitionem operis supernaturalis. Sumitur etiam contradictio (sicut est Reubarbarum, quod est calidum & siccum, curat tertianam, quæ est de humore calido & sicco, & cura debet fieri per contrarium, sicut est de lapide Lazuli respectu quartanæ & de aliis similibus) punctus transcendentis quandoque in rebus creatis ex secretis conditionibus realitatis educentibus effectus suos usque ad experientiam, & ratio intellectûs per aliquas apparentes similitudines vel figuras dictat contradictoriè oppositum; sicut etiam contingit sæpe in medicinis. Et tunc intellectus ex illis similitudinibus se denudat attingens plus esse entitatis in re, quàm similitudines ab ea abstractæ repræsentent, deinde illum effectum per conditiones principiorum hujus artis in secunda distinctione deducit & aliquoties secreta naturæ attingit.

Tertius autem modus contradictionis scilicet secundùm rem & non secundùm rationem intellectûs est illud impossibile secretum in natura, quod sequeretur, si non esset ille effectus, de cujus præsentia admiramur. Quod patet in ampulla aquâ plena & eversa, cujus foramen strictum & apertum remanet deorsum, nec potest egredi aqua, quoniam si aqua de ampulla prædicta egrederetur, posito, quòd sit causa hujus ignota, sequeretur contradictio in re nobis ignota. Contradictio autem in re stare non potest, nec per consequens in re & ratione; ratio verò ad contradictionem nihil operatur, quare si sit in ratione sine re, nulla est contradictio, quamvis videatur. Multæ etiam aliæ videntur contradictiones, quæ tamen non sunt, quæ peccant contra definitionem suprà dictam in hoc, quòd utraque pars contradictionis non penitus eodem modo procedit; secundùm quod patet apud sophisticè disputantes.

Multùm autem utilis est hæc regula & generalis ad ostendendum necessitatem vel impossibilitatem rerum investigabilium. Et si addatur in cameris secundæ distinctionis, & ex ea quidem in magna copia necessariæ affluent rationes valentes ad id, quod investigatur, vel de quo certando disputatur.

Sexta Regula,
Quæ est de necessario & contingenti G.

GEneraliter autem omne, quòd est, aut est necessarium aut contingens, quare inter ea discurrere est multùm utile, nam aut esse sive agere uniuscujusque rei in aliquid istorum duorum de necessitate versatur.

Est autem necessarium, quod nulla ratione aliter esse potest, ût Deum esse immensum, & æternum in immensa & æterna magnitudine bonitatis &c. & hominem esse rationalem & eum esse animal & sic de aliis hujusmodi, seu etiam impossibile aliquid non esse, ex quo jam est, vel non fuisse, ex quo jam fuit.

Contingens autem est alicujus duorum contradictoriorum affutura necessitas: ût aliquam animam venturam esse ad gloriam vel non venturam; vel istos victuros inimicos vel non victuros, & sic de aliis hujusmodi. Inter necessarium autem & contingens hoc interest. Quia necessario proprium est præsens & præteritum, actus & habitus, utrique verò potentia & futurum. Nam futurorum aliud inevitabile, quantum est de vi naturæ, ût solem cras oriri, & generabile corrumpi: & quantum est de vi divinarum conditionum: ût mortuos resurrecturos, & animam rationalem in perpetuum vivituram. Aliud verò futurorum bene quidem est evitabile, aut esset possibile duo contradictoria modo penitus eodem simul & semel affutura in esse; quod est impossibile, cùm alterum duorum contradictoriorum cogat necessitas esse futurum, præterea in utraque parte contradictionis necessitatis stat æqualitas necessariò: & impossibilis est in ea majoritas vel minoritas: cùm tantùm sit impossibile aliud non esse, quantùm est necessarium illud esse & è converso. Sed cum necessitas utramque partem contradictionis contingentis sub disjunctione cogat, hoc quidem dupliciter habet esse. Nam aut coget eas ambas æqualiter, & his talibus nullum potest consilium adhiberi, aut coget plùs partem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tem affirmativam & minùs partem negativam vel è converſo, & in his juvat conſilium, quia tunc diſcurrendum eſt per ſecundam diſtinctionem ad conditiones & per primam ad diffinitiones & per tertiam ad regulas & per quartam ad quæſtiones, per has enim manifeſtabitur neceſſariò, quæ duarum partium contingentis eſt magis neceſſitati propinqua, & etiam quantùm ſuam contradictoriam partem excedit. Et ſi bene diſcurrat per prædictas diſtinctiones, ſi contingens ſit apparens & non exiſtens, revelabitur eſſe neceſſarium, vel ſi neceſſarium ſit apparens & non exiſtens revelabitur eſſe contingens. Unde hæc ars de futuris ſeu contingentibus nullo alio modo à prædictis ſe intromittit.

Septima Regula,
Quæ eſt de demonſtratione. H.

HUmanum intellectum ſummæ utilitatis eſt, inter cætera (quæ dicta ſunt) bene cognoſcere demonſtrationis ſpecies, ejúsque modum eſſendi, nam omnia, quæ dicta ſunt in regulis, ſunt tanquam multiplex medium veniendi de ſuppoſitione ad demonſtrationem. Eſt autem demonſtratio neceſſaria ſeu conveniens apprehenſio alicujus particularis poſitionis vel privationis proveniens ex neceſſaria vel convenienti poſitione, ſeu ex impoſſibili privatione diffinitionum & proprietatum univerſalium principiorum & conditionum & regularum hujus artis.

Demonſtrationum autem alia eſt ſimilitudinaria, alia propria: ſimilitudinaria eſt illa, quæ per exempla ſimilia vel per metaphoras habetur; & hæc datur maximè ad dirigendum intellectum ad propriam demonſtrationem.

Hujus etiam ſunt duæ ſpecies, quarum prima eſt ſimilitudo ſeu metaphora ad propoſitum, ût ſi quis non leviter poſſit intelligere, quomodo quatuor elementa ſunt unum mixtum, ſumatur iſta ſimilitudo: de ſaccaro zinzibere melle & croco fit ita zinzibratum, quòd minimum cujuslibet iſtorum tangit minimum cujuslibet alterius, & de quatuor formis iſtorum educitur una forma zinzibrati, & de quatuor materiis iſtorum una materia ejusdem; à ſimili de quatuor elementis poteſt fieri quoddam mixtum.

Alia verò ſpecies metaphoricæ demonſtrationis eſt ſimilitudo in contrarium: ût ſi quis non leviter intelligat aliud elementorum eſſe continuè per quodlibet aliud eorum, quamvis ſint mixta; ſumatur iſta ſimilitudo in contrarium: ſi vinum & aqua ſeparata ſunt, impoſſibile eſt aliud eorum eſſe continuè per aliud; à ſimili per contrarium elementa ſimplicia, cùm ſint magis ſubtilia, quàm vinum & aqua, cùm ſint conjuncta, poteſt quodlibet eorum eſſe continuè per quodlibet eorum. Valent autem metaphoræ multùm ad obſervandum intellectus diſputantium in eodem medio ad unum finem, & valent etiam ut plurimum quandoque ad inveniendum per conditiones earum conditiones illius rei, cui aſſimilantur. Et ſciendum eſt, quòd metaphoræ non inferunt neceſſitatem, ſed convenientiam, & ſi inferant neceſſitatem, tranſeunt in propriam demonſtrationem ad ſpeciem æquiparantiæ, de qua inferiùs dicetur. Cavendum eſt autem ad metaphoras faciendas, quòd ſint magis claræ intellectui, quàm ea, ad quæ inducuntur, aliter enim eſſent inutiles, & ne plùs prætendant diſſimilitudinis, quàm ſimilitudinis, quoniam ſimiliter eſſent in vanum.

Demonſtratio verò propria in tres ſpecies (partes) eſt diviſa, nam dum ita eſt, quòd aliquid notum ratione ſuarum conditionum notarum habet aliud neceſſariò notificare, hoc habet fieri duobus modis, nam aut demonſtrativum & demonſtrabile inæquales habent conditiones aut æquales, ſi inæquales, aut ſuperiores iſtius notificabunt inferiores illius, & ſic eſt demonſtratio propter quid, causâ probante effectum, ût propter hoc, quia neceſſarium eſt bonitatem nihil eſſe ſine veritate, impoſſibile eſt ſuppoſitum eſſe bonum, niſi ſit verum, & ſic de aliis, aut affirmativè aut negativè.

Aut ita erit, quòd inferiores illius notificabunt ſuperiores iſtius, & ſic eſt demonſtratio, quia, effectu probante cauſam ſuam, ût quia manifeſtè videmus eſſe ſuppoſiti, & ſub illo eſſe pati, quod ſuſtinet illud eſſe, per quod ipſum pati eſt, manifeſtè devenimus in cognitionem alicujus eſſentiæ ipſius ſuppoſiti, unde procedit tale eſſe, ſic cum pati proportionatum & in cognitionem alterius ſimiliter eſſentiæ, unde procedit ipſum pati ſic proportionatum, cùm eſſe aliter procederet de nihilo, quod eſt impoſſibile, & ſic forma & materia cum proportione earum, quæ ſunt cauſæ ipſius ſuppoſiti, probantur ex conditionibus ipſius ſuppoſiti, quas manifeſtè videmus, ſeu intelligimus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Si verò demonstrativum & demonstrabile æquales habent conditiones, tunc oportet, quòd conditiones demonstrativi sint notæ, demonstrantes ex suî manifestatione ignotas conditiones demonstrabilis, & hoc maximè habet locum in Deo, & sic est demonstratio per æquiparantiam, ût si per conditiones divinæ magnitudinis velimus æqualitatem in divinis probare, sumatur sic ratio: manifestum est, de conditionibus divinæ magnitudinis esse scilicet eam immensam, & ratione suæ immensitatis id esse in Deo, per quod major est in eo distantia à majoritate & minoritate, sed cum æqualitate plùs distat à majoritate & minoritate, quàm sine æqualitate, ergo &c. Si autem æqualitas est in Deo ratione conditionum immensitatis, ipse est ipsa magnitudo immensitatis, & conditiones immensæ magnitudinis sunt suæmet conditiones, ut per eas plùs possit distare à majoritate & minoritate. Unde hoc sciendum est, quòd sola demonstratio æquiparantiæ habet realiter esse in Deo: & de Deo ad creaturam habet esse propter quid solùm, & de creatura ad Deum habet esse quia, ita quòd non alia, demonstratio verò per æquiparantiam de Deo in ratione intellectûs potest esse propter quid aut quia, in creaturis autem potest esse propter quid & quia; & per æquiparantiam. Per æquiparantiam quidem duobus modis, aut in proposito, aut in opposito.

In proposito quidem, ût si vellemus per conditiones bonitatis demonstrare conditiones veritatis, ût sic: de conditionibus bonitatis est, eam esse contrariam malitiæ, & bonum contrarium malo, & bonum esse verum & è converso, & malum esse falsum & è converso, ergo conditiones veritatis sunt eam esse contrariam falsitati, & verum contrarium falso, & falsum esse malum & è converso, cùm sit ita, quòd veritas creata in tantùm sit similitudo veritatis increatæ, quantùm bonitas creata bonitatis increatæ. In opposito verò, ût si per conditiones bonitatis vellemus conditiones malitiæ demonstrare: ût sic, de conditionibus bonitatis est eam non esse sine magnitudine virtute veritate &c. ergo de conditionibus malitiæ est, ipsam malitiam non esse sine parvitate vitio & falsitate & sic de aliis.

Sumitur autem demonstratio æquiparantiæ tribus modis: primò per se & simpliciter, ût jam dictum est, secundò sumitur pro causa, ût cùm æquiparantia sumitur esse causa alicujus effectûs demonstrans eum, & hoc duobus modis, nam aut ille effectus erit æquiparantia: ût sic, propter hoc, quòd igneïtas in tantum est igniti sub ratione passivi, quantum est ignientis sub ratione activi, habemus quòd ignire tantum est agendo, quantum igniti patiendo, & è converso. Aut etiam effectus æquiparantiæ poterit esse non æquiparantia, & demonstrabitur propter æquiparantiam: ût suppositum, quod demonstratur habere esse ratione æquiparantiæ formæ & materiæ in actione & passione. Tertiò sumitur pro effectu, & tunc quot modis æquiparantia ratione causæ probat effectum, tot modis æquiparantia ratione effectûs probat causam. Sicut æquiparantia formæ & materiæ, quæ demonstratur, quia est æquiparantia agendi & patiendi, aut quia est igniens & ignitum, oportet esse igneïtatem. Et è converso causa sine æquiparantia demonstrare potest æquiparantiam esse effectum: ût una eadem bonitas animæ intellectivæ causat bonitatem intelligendi non posse separari à bonitate volendi. Et è converso similiter effectus sine æquiparantia demonstrare potest æquiparantiam esse causam: ût quia unitas ejusdem suppositi est, demonstratur æquiparantia esse inter bonitatem magnitudinem &c.

Præterea causa potest demonstrare effectum suum tribus modis, primò simpliciter ût dictum est, secundò dum demonstrat eum esse causam alterius effectûs, ût bonitas, magnitudo &c. constituentes formam & materiam demonstrant ipsam formam & materiam esse causam suppositi. Tertiò, cùm causa demonstrat suum effectum esse effectum alterius causæ: ût finis, perfectionis demonstrans id, cujus est finis, esse effectum majoritatis.

Et è converso effectus totidem modis causam suam similiter demonstrat, primò simpliciter, ût dictum est, secundò quando probat causam suam esse effectum alterius causæ, ût imago seu figura vel quæcunque res artificiata demonstrans imaginationem, unde educta est, esse effectum talis artificis. Tertiò, quando demonstrat eam esse causam alterius effectûs: ût bonum est demonstrans bonitatem suam esse causam magni & magnum magnitudinem suam esse causam boni. Sed cùm propter quid, aut ex parte intrinsecitatis rei habeat esse, quia verò

(c) 2006 Ministerio de Cultura

verò ex parte extrinsecitatis & æquiparantia utramque partem comprehendat, idcirco distinguendum est inter existentiam intrinsecam & extrinsecam, & operationem intrinsecam & extrinsecam, nam intrinseca est causa extrinsecæ, & extrinseca est effectus intrinsecæ. Per has siquidem tres species colligitur omne medium demonstrans necessariam conclusionem.

Octava Regula,

Quæ est de Punctis transcendentibus I.

IN omni materia punctum transcendentem dicimus inveniri posse. Causatur enim punctus transcendens ex excessu, quem alia potentiarum hominis habet supra aliam, aut aliquando supra se ipsam: eò quòd confluentes ad objectum, quælibet secundùm suam propriam rationem attingunt inæqualiter ipsius objecti realitatem, ita quòd de natura cujuslibet earum est ultra quantitatem suam attingendi negare. Itaque negat id, quod alia potentia per excessum attingit super illam. Excessus quidem earum cùm sit naturalis, per se est manifestus, nam quantumcunque sensus sentiendo attingit, tantundem imaginatur imaginatio & ultrà; & quantumcunque imaginatur imaginatio, tantundem intelligit intellectus & ultrà, & quantumcunque realitatis intelligit intellectus in objecto, tantundem est in eo & ultrà. Quod si non, impossibilis esset suppositio ultra intellectum, & per consequens nec fides nec opinio essent. Et hic transcendit intellectus se ipsum intelligens aliqua esse necessariò, quæ non intelligit.

Quædam ergo punctorum transcendentium causantur ex hoc, quòd potentiarum alia aliam excedit (ût dictum est) nam ex hoc, quòd intellectus, qui est superior potentia, imaginationi & sensui naturaliter est unitus, & per eas plurima intelligendo affirmat vel negat, quæ sine ipsis attingere non posset naturaliter, ideo habet inclinationem negandi ea, quæ negant, vel affirmandi ea, quæ affirmant duæ inferiores potentiæ prædictæ. Et tunc (dum ita agit) & necessaria ratio illius excessûs, quem habet super eas, distrahit eum ad oppositum, transcendit coactus prædictam inclinationem, quam habet naturalem ad prædictas potentias, & remanet in ratione & necessitate sui excessûs, affirmans ea, quæ prædictæ potentiæ negant, vel negans ea, quæ affirmant.

Quidam verò ipsorum punctorum transcendentium causantur ex hoc, quòd intellectus transcendit per rationem objecti, rationem suî ipsius (ût dictum est) & ista sunt fortiora, quàm prima. Quomodo autem in omni materia ejusmodi puncta inveniantur, ad præsens exemplificare volumus, & primò à natura elementali incipimus, deinde gradatim procedendo, secundò de natura vegetativa, tertiò de sensitiva, quartò de imaginativa, quintò de intellectiva, sextò de morali, septimò de cælesti, octavo de angelica, nono de divina. De elementari quidem isto modo.

De Elementativa.

IMaginatio & intellectus confluentes ad elementorum circulationem attingunt, quòd ignis calefaciendo, caliditatem suam calefactam infundit aëri, & aër humefaciendo humiditatem suam humefactam & calefactam infundit aquæ, & aqua frigefaciendo frigiditatem suam humefactam & calefactam infundit terræ, & terra desiccando siccitatem suam frigefactam humefactam & calefactam infundit igni. Itaque recuperat ignis caliditatem suam confractam & remissam præ qualitatibus aliorum elementorum, & aër similiter humiditatem suam, & aqua frigiditatem suam, & terra siccitatem suam. Hic autem est punctus transcendens, quia imaginatio ex hoc, quòd non potest apprehendere motum, nisi de loco ad locum, negat, quantum est de ratione suî, prædictam circulationem & receptionem. Et intellectus, cùm sit eidem unitus, libenter consentiret, sed illa natura, quam ipse habet super imaginationem, attingit necessariò prædictam circulationem & receptionem esse, cùm attingat necessariò unumquodque elementorum esse de alio activum, aliter non esset generatio nec corruptio, nec exterior qualitas, nec figura, nec localis motus, nec alteratio, quæ sensus & imaginatio in rebus elementatis attingunt.

Item est hic punctus transcendens in hoc, quòd imaginatio negat ipsa elementa simplicia unita simul consistere simplicia, eò quòd attingit extensionem, ubi elementa simplicia non possunt esse, sed mixta & confracta scilicet composita, & non attingit intensionem, quam per ipsam extensionem attingit intellectus, ubi scilicet in qua extensio-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tensione oportet necessariò ipsa elementa esse simplicia, quoniam si essent in intensione composita, esset extensio de nihilo composita, nec essent aliqua principia simplicia in elementato, unde ipsum compositum sequeretur, nec esset generatio nec corruptio in compositis elementorum, & multa alia impossibilia sequerentur.

Item est hic punctus transcendens, eò quòd in ipso mixto intellectus elementa secundùm magìs & minus gradata attingit. Nam imaginatio quantitates & gradus eorum apprehendit: negat autem primum gradum alicujus eorum esse per totum quartum gradum sui oppositi, quia videtur sibi impossibile, ex quo aliud habet quantitatem determinatam, quòd possit extendi in plùs amplum latum & profundum. Deficit hìc quidem imaginatio, quia similiter (ût dictum est) ejus actus non transit in intensitatem, & ideo quantitatem intensam non attingit, sed extensam; quam scilicet quantitatem intensam minoris, dum ipsum minus additur majori, attingit intellectus reduci in extensam, in tantum, quòd ambæ majoris & minoris sunt æquales; cùm sit impossibile naturaliter, quòd de nihilo reducatur esse.

Similiter hic est punctus transcendens, dum in ipso suppositò elementato attingit visus rotunditatem, sicut in oculis & in capite hominis & in pomo & in cæteris his similibus & quadrangularitatem, per quam ipsum suppositum habet longitudinem & latitudinem & triangularitatem, per quam habet amplum latum & profundum. Quia dum intellectus gratiâ visûs negat alia in ipso suppositò præter hæc, quæ videt visus, quia in plus non potest ei visus testimonium perhibere, miratur tunc intellectus, unde talia processerunt. Sed tunc transcendit ultra illam naturam, quam habet à visu, cujus scilicet visus non est naturæ suæ videre intensum (licèt videat intensi effectum) & transit ad naturam intensi, unde situs extrinsecus est causatus: & attingit circulum elementorum aliorum, alio intrante in alterum (ût jam dictum est) & eorum quadrangulum & triangulnm per totum ipsum circulum, & è converso; & totum triangulum per totum quadrangulum, & è converso, ut latum longum & profundum sint in toto amplo, & è converso, & totum ipsum amplum in circulo & è converso, ad hoc, quòd totum suppositum elementatum in omni dimensione sit plenum, & magìs à vacuo distans. Unde secundùm quod istarum dimensionum alia est à prædominio inter alias in elementatis, seu in membris eorum, contrahit cæteras ad situm suum, sicut ignis cætera elementa in colerico ad calidum & siccum, & producuntur illi diversi situs seu figuræ, de quibus cum visu priùs mirabatur intellectus.

Postquam autem intellectus substantiam cum circumstantiis suis attinxit, transit ad accidentia in substantia, quæ visus & imaginatio de nihilo processisse affirmant, cùm natura sensûs & imaginationis scit se attingere non posse id, de quo ipsa accidentia processerunt; & quia naturale est ei sensui & imaginationi consentire & innaturale seu contra naturam ferri in nihilum; & ex his quidem duobus extremis oritur ei admiratio: & quantò magìs sunt æqualia ipsa extrema, tantò vehementiùs eum admirari contingit, sed dum convertitur ad se ipsum, & natura accipiendi ens plùs cogit eum, quàm participatio suî cum imaginatione & sensu: cogitur transcendere illam participationem, ut se transferat ad ens, fugiendo contradictionem, & attingit id extensum, quod sensus & imaginatio attingunt non posse esse sine intenso, quia ex intenso influitur extensum, uti ex forma &materia esse; & sic attingit duobus modis substantiam scilicet extensam, quæ est influxa, & intensam, quæ est influens: & duobus modis similiter accidentia, scilicet extensa, quæ sunt influxa, & intensa, quæ sunt influentia de se ipsis ipsa accidentia extensa. Substantia quidem extensa ab intensa & accidentia extensa ab intensis generata sunt, & est corruptibilis ipsa substantia extensa cum suis accidentibus extensis, ut ipsa substantia intensa aliam substantiam extensam producat, & accidentia intensa hujusmodi alia accidentia extensa, quæ habent in se potentialiter. Unde ipsa substantia intensa cum suis accidentibus intensis ingenerabilis est & incorruptibilis. Unde autem derivetur ipsa substantia intensa cum accidentibus suis materialiter quidem à nihilo, & hîc cùm ipse intellectûs non possit se ferre super nihil: devincit hîc intellectus naturam suî ipsius & transcendit ad rationes summi efficientis, & in eis attingit hoc ita esse. Et est iste punctus in secundo modo transcendendi.

De

(c) 2006 Ministerio de Cultura

De Vegetativa.

ATtinguntur etiam puncta tranſcendentia conſimili modo in vegetativa in hoc, quòd potentia vegetativa conſtituta de vegetativo & vegetabili propinquo convertit in ſe vegetabile remotum, videlicet elementorum mixtionem, de qua vegetativum vivit quemadmodum lumen de oleo, & convertitur eſſentia & natura elementorum in eſſentiam & naturam vagetativæ potentiæ, ita quòd forma in formam & materia in materiam & accidentia in accidentia convertuntur. Et ſic habet fieri generatio transmutando ſpeciem in ſpeciem.

In hac quidem materia punctus tranſcendens multimodè ſumi poteſt in hoc, quòd imaginativa imaginatur: cùm ſpecies in ſpeciem convertitur, videlicet ſpecies elementalis in ſpeciem vegetationis, quòd forma ſpeciei convertibilis factâ converſione reducatur in nihilum. Et in hoc, quòd imaginatur, quòd humidum radicale de nihilo habet eſſe, eò quòd non attingit medium, per quod deſcendit à generante. Et in hoc, quòd imaginatur, quòd humidum radicale ipſius ſuppoſiti, in quo fit converſio, augmentum quantitatis ſuæ de nihilo recipiat, cùm extenditur ratione materiæ advenientis. Et in hoc, quòd viſus negat motum augmenti ſuppoſiti vegetantis: videlicet, quia non videt vegetatum creſcere, & ſic de multis aliis. In his enim omnibus tranſcendit intellectus illam naturalem inclinationem, quam habet cum ſibi unita potentia fallente, & attingit in natura & virtute ſuî, quòd elementalis ſpecies quamvìs in vegetativam ſpeciem convertatur, quòd remanet intenſa induta ſpeciem vegetatam, quam ſenſus & imaginatio attingere non poſſunt, aliter deſtruerentur principia naturæ, quod eſt impoſſibile. Et attingit humidum radicale eſſe habitu in ſuo generante, priùsquam procedat in actum. Et quia imaginatio habitum intrinſecùs non attingit, affirmat humidum radicale de nihilo principiatum eſſe, & attingit augmentum quantitatis ipſius humidi radicalis eo modo, ſicut de gradibus elementorum dictum eſt. Atque attingit motum augmenti ratione concordantiæ & generationis ſucceſſivè ponentis in eſſe ſecundùm motum intenſum & ſucceſſivum prædictorum circuli & quadranguli & trianguli in ipſis elementis.

Ac etiam in ipſa materia vegetativa habet eſſe punctus in ſecundo modo tranſcendendi in hoc, quòd intellectus plura principia & plura media attingit reducibilia & reducta ad unum finem, qui eſt vegetatum eſſe. Sicut primam formam, primam materiam, ſemina cauſalia & unumquodque elementum in alio ſecundùm circulum quadrangulum & triangulum eorum & principia exteriora, ſicut ea, de quibus chaos conſtitutum eſt, & motum cœli & ſolis & lunæ beneficium & aliorum corporum ſupercœleſtium.

Eſt autem hic punctus tranſcendens, quia cùm ſatìs ſit intellectui ſecundùm naturam ſuam ſe ferri ſupra unum, tranſcendit naturam ſuî ipſius, cùm ratione prædictorum principiorum conditionum attingit ſimul ipſa principia prædicta unumquodque eorum per ſe, quantum eſt de natura ſuî, & per quemlibet aliorum operari ad conſtitutionem vegetati.

De Senſitiva.

AScendendo de vegetativa ad ſenſitivam ſimiliter attinguntur multimodè puncta tranſcendentia ex parte ipſius ſenſitivæ. Eſt enim potentia ſenſitiva de ſenſitivo formaliter & ſenſibili materialiter conſtituta, & iſtorum duorum utrumque de bonitate magnitudine &c. ſenſibilibus conſtitutum. Hæc autem potentia in quinque potentias ſpeciales diſtincta eſt, quæ ſunt viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus, operante formâ cujuslibet iſtarum potentiarum ſuper ſuam propinquam materiam & per conſequens ſuper remotam. Eſt autem cujuslibet ſenſûs forma ſenſitivum, ſcilicet viſivum auditivum &c. & materia ſenſibile ſcilicet viſibile audibile &c. ſed duplex eſt ſenſibile ſcilicet propinquum & remotum, propinquum quidem ſcilicet propinquum viſibile audibile &c. Eſt autem ſenſibile propinquum, de quo cum ipſo ſenſitivo conſtitutum eſt humidum radicale ſentiens; ſenſibile verò remotum eſt duplex: ſcilicet intenſum & extenſum, intenſum quidem eſt ipſum humidum nutrimentale converſum cum ipſo humido radicali in ſubſtantiam animalis; ſed extenſum, quidquid ſenſus uniti in ipſum animal attingunt extrà: ût ſonum, colorem, ſaporem, odorem, calorem, frigiditatem &c. Cùm autem hæc omnia recolligit intellectus, & attingit per ſe horum ſingula ſecundùm ſuas differentias concordantias & contrarietates, principia, media & fines, majoritates æqualitates

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tes & minoritates, attingit multimodè se ipsum distrahi à suis præambulis potentiis & aliquando etiam, quod fortiùs est, à natura suî ipsius distorqueri propter objectorum realitates naturam ipsius intellectûs superantes; quia sensus & imaginatio non consentiunt, cùm vegetatum sit sensatum formam vegetati posse permanere, ex quo à sua propria actualitate dejecta est, & forma sentitiva venit in finem & in Dominium essendi. Et licèt intellectus naturam habeat consentiendi illis, tamen dissentit hic ab eis in hoc, quòd attingit, quòd minus naturaliter appetit esse majus. Et quoniam ex parte formæ sensitivæ sit majus esse, & ex parte formæ vegetativæ minus esse, & hoc ad unum finem, gaudet (ut ita loquamur) ipsa forma vegetativa se esse sub forma sensitiva, ut per eam majus habeat esse. Et quoniam forma formæ hîc non repugnat, sed applaudet potiùs ratione unius finis, ad quem tendunt: habent ambæ unum esse à majoritate essendi denominatum, videlicet à sensitiva. Et hîc transcendit intellectus naturam suî ipsius intelligens de necessitate rei plura unum esse & unum plura esse, cùm de natura suî sit intelligere unum ût unum, & plura ût plura.

Consimili modo transcendit naturam suî ipsius, cùm intelligit quinque sensus penitus diversos esse intensè una sensitiva potentia in hoc, quòd diversi fines extrà ad unum esse sui principii sine aliqua repugnantia concordant.

Item attingitur punctus transcendens in hoc, quòd quinque sensuum quatuor negant veritatem: illam scilicet, quam quintus attingit; nam visus non videt sonum, nec saporem, & sic de aliis hujusmodi excepto colore; nec auditus audit colorem nec odorem & sic de aliis excepto sono; & sic de aliis sensibus. Unde cùm intellectus cum his quinque sensibus unitus per quintum sensum attingit veritatem ab illo sentiendo attinctam & transcendit naturalem inclinationem, quam habet cum reliquis quatuor ad negandum, quoniam si negaret ea, quæ quatuor negant procedendo per inductionem, negaret utique, quidquid ipsi quinque sensus affirmant; & si sic, sequeretur, cùm ipse intellectus naturalem habeat inclinationem ad affirmandum id, quod sui quinque sensus affirmant, & ad negandum id, quod negant, quòd sic haberet inclinationem naturalem ad contradictionem, quod falsum est, & contra naturam intellectûs.

Item habet esse punctus transcendens in operatione cujuslibet sensûs, habet enim esse in visu isto modo: cùm visus coloratum attingit, non potest videre, nec imaginatio perfectè imaginari, quomodo oculus & coloratum participant, & intellectus sequens earum naturam tunc admiratur, sed cùm ipsum modum participandi attingere conatur, transcendit illam naturam, attingens diaphanitatem medii, quod est inter oculum & objectum prædictum, inhærentem immediatè colori ipsius objecti participare immediatè cum diaphanitate oculi, ita quòd ex duabus diaphanitatibus est una diaphanitas, & ex duobus diaphanis unum diaphanum continuum. Sicut ex aëre & cristallo seu vitro. Et quoniam diaphanum oculi est sensatum, & ex ipso & ex diaphano extrà non sensato est unum diaphanum continuum, & eorum diaphanitas una, oportet de necessitate ratione unius diaphanitatis eorum & unius continui, quòd ille color, qui immediatè inhæret diaphano exteriori, à diaphano interiori sensato sentiatur.

Est autem hic alius punctus in secundo modo transcendendi in hoc, quòd intellectus attingens hæc jam dicta, attingit ratione necessitatis rei supra se ipsum attingendo duo distincta esse unum continuum, & unam diaphanitatem sine contradictione existere sensatam & non sensatam.

Eodem modo secundùm se intelligendum est de auditu, quia cùm auditus sonum attingit, miratur intellectus, quia nullus sensuum nec perfecta ipsa imaginatio attingere possunt medium, per quod sonus & auditus participant simul, sed dum transcendit eodem modo (sicut de visu dictum est) attingit, quòd de moto, quod est extrà non sensatum, & de moto, quod est intra aures sensatum, fit unum motum & mobile continuum, & unus est eorum motus, quare cùm motum extra immediatè sono inhæreat, de necessitate ratione unitatis motûs & continui sentitur sonus à moto interiori sensato. Et hic est punctus similiter ultra intellectum. Ita similiter sequitur de cæteris tribus sensibus suo modo. Item transcendit intellectus sensum & imaginationem, cùm attingit, quomodo dulcedo in amaritudinem convertitur in gustu ægritudine deviato in hoc, quòd per gustum recipit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

recipit humidum radicale animalis nutrimentum, corrumpendo extrinſecum, ut intrinſecum generetur. Unde quemadmodum per tactum humidum & calidum faciunt ad generationem, & ſiccum & frigidum ad corruptionem: ſic ſimiliter per guſtum dulce conducit ad generationem & amarum ad corruptionem. Et quoniam hoc ita eſt, quòd illud corpus, cujus guſtus eſt à dulcedine deviatum, magìs eſt corruptioni, quàm generationi ſubjectum, & pars ſequitur naturam ſui totius, ſequitur ex hoc, quòd generatio lapſa eſt de habitu & actu in potentiam & corruptio progreſſa de potentia in habitum & actum, quòd dulcedo, quæ ſolebat eſſe intenſa in guſtabili ſenſato, lapſa eſt in potentiam, & ſuccedit loco illius amaritudo corrumpens; & fit ita, ut dum guſtabile dulce extrinſecum non ſenſatum unitur guſtabili intrinſeco ſenſato, quòd dulce induit ſe amaritudinem amari intrinſeci ſenſati, ſicut modica aqua mixta multo vino ſaporem vini induit & colorem, & ſicut aqua dulcis adveniens in mare induit dulcedinem ſuam ſalſedine; & ſic guſtus guſtabile remotum ſentit amarum ſentiens ſuámmet amáritudinem intrinſecam in ſuo guſtabili remoto: & miratur dulcedinem, quam in illa ſpecie guſtabili ſentire ſolitus erat, eſſe converſam in amaritudinem, aſſerens pomum aut aliud dulce ſimiliter eſſe amarum.

Idem ſimiliter ſuo modo eſt de tactu & odoratu ægritudine deviatis in hoc, quòd tactus deviatus tangens calidum ſentit frigidum. Et odoratus deviatus olfaciens odorabile non ſentit alium odorem, præter illum, qui extenſus eſt in odorabili propinquo ſenſato.

De Imaginativa.

ATtingitur etiam punctus tranſcendens in unitate ſenſûs & imaginationis. Nam in hoc, quòd imaginatio attingit id, quo ſenſus appetit delectari propter imaginationem movetur ſenſus ad delectationem. Unde cùm nec ſenſus nec imaginatio attingere poſſit, quâ ratione ſenſus ita movetur, miratur intellectus conſentiens ſenſui & imaginationi. Sed dum tranſcendit eorum conſenſum, attingit ſenſum & imaginationem tantâ unitate eſſe unitos, quòd eorum motus eſt unus ratione ſuæ continuæ unitatis, & ſic de neceſſitate motâ imaginatione continuatur motus ad ſenſum. Et eſt hic punctus in ſecundo modo tranſcendendi in hoc, quòd de una unitate & uno motu diverſæ cauſantur operationes ratione concordantiæ in differentia. Nam hoc eſt ſupra rationem intellectûs diverſarum potentiarum aliam ita eſſe in alia, quòd non habeant niſi unum continuum & unum motum.

Attingitur ſimiliter punctus tranſcendens, quando intellectus imaginationem ſuperat per aliam oppoſitam imaginationem, ût quando imaginatur imaginatio antipodes deorſum cadere debere, cùm ſint nobis in recta linea deſcendente, quia tunc intellectus aliam reſumit imaginationem, denudans eam à ſitu, in quo ſumus, & applicans eam ad ſitum, ubi ſunt ipſi antipodes, & hoc reſpectu motûs ad centrum. Et ſic per rectam lineam motûs imaginatur nos venire versùs firmamentum eo modo, ſicut de ipſis priori imaginationi videbatur. Et ſic per veritatem alterius harum duarum imaginationum ſuperat intellectus alterius falſitatem.

De Rationativa.

POſt hæc verò aſcendit intellectus ad rationativam potentiam in homine, ubi multimode attingit puncta tranſcendentia, attingens ejus modum eſſendi & agendi iſto modo. Potentia rationalis conſimili modo (ſicut de ſenſitiva dictum eſt) ex rationativo propinquo tanquam ex forma propinqua & ex rationabili propinquo tanquam ex materia propinqua conſtituta eſt, in qua ſcilicet materia propinqua cùm ipſum rationativum agat, habet neceſſariò agere ſuper materiam remotam, quam invenit in eadem. Eſt autem ipſa materia remota duplex ſcilicet intrà intenſa, & extrà extenſa. Intrà intenſa eſt ſenſatum imaginatum, quod ipſum rationativum in ſuo proprio rationabili facit eſſe rationatum induens illud de ſuo proprio rationabili, ita quòd ipſum rationabile remotum & rationabile propinquum cum ſuo rationativo permanent continuè per totum ſubjectum humanum unus homo. Sed materia remota extrà extenſa ſunt ſimilitudines objecti ipſius potentiæ rationalis, quas attahit ipſa potentia per tres demonſtrationis ſpecies, de quibus infrà tractatur. Et ſic concipitur verbum rationis de ſimilitudinibus exterioribus non rationatis, & de ſimilitudinibus interioribus rationatis loco formæ; ita quòd unus eſt motus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& unum continuum inter has & illas. Habet autem istud verbum tribus speciebus: quarum prima est verbum rationativum sensatum, quod potentia rationalis per sensualem potentiam constituit; secunda verò verbum rationatum imaginatum, quod ipsa rationalis potentia per imaginationem constituit; & tertia est verbum rationatum non sensatum nec imaginatum, quod ipsa sola rationalis per virtutem suî supra sensum & imaginationem concepit. Est autem ipsa rationalis potentia in tres potentias distincta scilicet in memoriam, intellectum & voluntatem: & quælibet istarum de forma & de materia propinqua & remota eodem modo est constituta ratione suî, quemadmodum & suum totum. Et quoniam ita est, dum ipsæ tres potentiæ confluunt ad objecta, quòd aliud ipsorum objectorum magìs est proportionabile voluntati, quàm reliquis duabus, aliud verò intellectui magìs, quàm aliis, & aliud similiter magìs memoriæ, sed aliud æqualiter, ideo concipitur verbum rationabile his quatuor modis prædictis: ita, quòd primum est suppositionis, secundum investigationis seu inquisitionis, tertium frequentis recordationis, quartum veræ & discretæ indicationis. Dum autem intellectus resumit singula, quæ nunc dicta sunt, miratur, cùm sensus imaginatio & ratio sint unum esse & unum continuum, quare sensus & imaginatio non attingunt ipsam rationem sécum unitam & moventem eas sine medio extremitatum. Sed dum attingit, quòd prædictæ tres potentiæ intensè sunt distinctæ, & extensè sunt unum esse continuum, intelligit, quòd in intenso immediatè nullam habent participationem, sed in extenso solùm participant. Et cùm hoc attingit, quod quælibet earum suam determinatam operationem habet in illo extenso, ultra quam non procedit: ita quòd forma inferioris potentiæ non habet actionem in materia superioris potentiæ, sed è converso. Non enim sensitivum habet sensare rationabile propinquum, cùm rationativum agit in eo, sed potiùs rationativum habet rationare sensibile propinquum, cùm sensitivum agit in illo. Et sicut earum operatio se habet intrà, sic similiter extrà. Nam sentiendo sensus verbum rationale concipere non potest, cùm ratio concipit illud; sed ratio semper verbum sensibile rationando concipit, cùm sensus sentiendo concipit illud. Et quoniam iste modus operandi (sicut dictum est) est totus extensus per totum illud continuum unum quid est ipsarum potentiarum, non est mirum, si est id, de quo priùs intellectus mirabatur. Est tamen hic punctus in secundo modo transcendendi in hoc, quia licèt sit æqualitas inter prædictas potentias in extenso, attingit ipse intellectus ratione majoritatis intensionis, quòd rationalis potentia plus operatur in ipsa æqualitate extensionis, quàm ipsa sensitiva & imaginativa, ita quòd intellectus, quantum est de ratione suî, attingit eas æqualiter & inæqualiter esse extensas implicans contradictionem; inæqualiter autem, ut minùs intensum non habeat tantum effectum, quantum habet magìs intensum, nec tantum abundet in forma; Æqualiter verò, quia ex quo duo, quorum unum, licèt sit minus reliquo, constituunt unum continuum de se ipsis, oportet ipsum minus in tantum extendi, quantum majus, ut sit per omnes extremitates extensas majoris, & è converso. Hæc autem contradictio, quamvìs sit in ratione, tamen intellectus attingit eam impossibilem in re, per quartam regulam de contradictione præcedentem vel mediatè istam.

Item miratur intellectus, cùm ipsa anima rationalis crescere non possit neque decrescere substantialiter, quomodo protenditur in ipso puero crescente corporaliter usque ad virilitatem, cùm semper in eodem gradu intensionis & in eodem actu substantialiter fuerit ipsa anima in puero, in quo est in ipso eodem facto viro. Nam intellectus attingens, quantum potest, ipsam animam, attingit eam, quantum est de ratione ipsius animæ esse inextensibile, & corpus ratione suarum dimensionum esse extensibile; unde cùm attingit animam per totum corpus, attingit secundùm rationem inextensibile esse extensum, quod est contradictio; quæ siquidem contradictio causatur in ratione ipsius intellectûs, eò quòd non potest attingere, quomodo inextensibile sit sine extensione suî per totum extensum. Hanc autem contradictionem transcendit ipse intellectus, cùm attingit ipsam animam, quantum ad realitatem suî esse in loco sine loci occupatione & moveri per locum sine motu locali.

Similiter est hic ille punctus transcendendi de continuo & unitate, qui dictus est in sensu, quoniam miratur intellectus, quomodo id, quod est extra animam rationalem, ab eo potest attingi, cùm ipsa sit res simplex non

(c) 2006 Ministerio de Cultura

non habens ratione ſuî extenſitatem, ſed tranſcendit conſimili modo (ſicut dictum eſt) attingens unum continuum de intrà extrà & è converſo, & unam unitatem & motum unum illocalem; ita quòd & ipſum continuum & ipſa unitas & ipſe motus unus eſt intrà rationatum, extrà verò irrationatum, quare de neceſſitate ipſius continui & unius unitatis & motûs irrationatum extrà exiſtens, rationando attingitur intrà irrationatum, quod cum irrationato unum continuum unam unitatem & unum motum implicat.

Et tranſcendit ſimiliter hic intellectus naturam ſuam attingens duo valde remota eſſe continuè unum, etiam habere unum continuum motum: ita quòd alterum illorum eſt permanens & non creſcens neque decreſcens, ſcilicet rationatum intrà, alterum verò aliquando adeſt, aliquando abeſt & eſt creſcibile & decreſcibile ſcilicet irrationatum extrà. Multimode ſimiliter attingitur punctus tranſcendens, ſecundùm quod ipſæ diſtinctæ potentiæ animæ rationalis alia ſe habet ad aliam aut ad ſe ipſam objecta ſumendo, quia cùm ipſæ ſint in radice una bonitas, una magnitudo &c., & una rationalis anima, naturalem habet quælibet inclinationem ad quamlibet aliam, & ideo quando aliqua illarum aliam ſuperat attingendo ſuum objectum, in quantum ſuperat eam, in tantum tranſcendit naturalem inclinationem, quam habet ad eam, quod patet in voluntate ſupponente ultra intellectum & intellectu diſcurrente præter voluntatem, & in memoria plùs repræſentante objecta, quàm voluntas velit, vel intellectus intelligat.

Propter igitur iſta puncta tranſcendentia ipſarum potentiarum venit intellectus ad puncta in ſecundo modo tranſcendendi. Nam cùm ita eſt, quòd memoria & voluntas concordanter attingendo ſuperant intellectum, cogitur intellectus attingere juxta imperium memoriæ & voluntatis: unde ſi falſum fuit objectum, cùm voluntas cum memoria de libertate ſua ad diligendum illud ſe poſſit movere, intellectus comparans ſibi ipſi illud objectum, utrum voluntas de ratione ſuî veriùs attingat illud, quàm ipſe intellectus de ratione ſuî, perpendet manifeſtè falſum eſſe, ſe intelligere id, quod ex violentia voluntatis intelligebat, & verum eſſe, ſe ignorare ratione nimiæ voluntatis id, quod eſt verum. Hoc idem ſimiliter ſequitur, ſi voluntas odiendo cum prædicta violentia objectum verum attingat.

Item ſi objectum ſit verum, & voluntas illud diligendo ſuperet intellectum in tantùm intelligentem, quòd ſi non eſt id, quod intelligit, de illo ſequitur ſibi impoſſibile: ultra quod ſcilicet impoſſibile ipſa voluntas diligit ipſum verum, tunc ipſe intellectus diſcernit, utrum realitatis neceſſitas voluntati concordet; & ſi ſic, intelligit utique manifeſtè ſe non intelligere prædictum impoſſibile, quod intelligit; & iſto modo intellectus credendo intelligit ſeu intelligendo credit.

Similiter attingitur punctus tranſcendens in hoc, quia miratur intellectus, cùm falſum & nihil convertantur, quâ ratione poteſt ipſe intellectus attingere nihil, quia cùm intellectus ſit ens, & nihil ſit non ens & inter ens & non ens nulla ſit participatio, impoſſibile eſt ergo, quòd intellectus attingat nihil, ſed manifeſtâ experientiâ intelligit ſe attingere nihil, ergo poſſibile eſt & impoſſibile eum attingere nihil, unde hîc miratur intellectus id eſſe, cujus oppoſitum ratio ſua neceſſariò dictat. Hîc autem tranſcendit intellectus ſuámmet rationem realitatis attingendo intelligens ſe non intelligere totam realitatem ipſius attingere. Unde cùm intelligat ſe attingere nihil, intelligit neceſſariò eſſe aliquam cauſam neceſſariam in ipſo attingere ſeu intelligere, quam ignorat, propter quam neceſſariò habet attingere nihil; Et ex parte realitatis impoſſibilis eſt contradictio, quamvìs eſſe poſſit in ratione intellectûs.

De Moralitate.

POſt hæc jam dicta ſe convertit intellectus ad materiam moralem, in qua multimode attingit puncta tranſcendentia. Quia cùm intelligit animam eſſe ſubjectam virtutibus & vitiis, & conſiderat, quæ ſit propinquitas & concordantia virtutis & virtutis, & quæ ſit concordantia & contrarietas vitii & vitii, & quæ ſunt principium & medium & finis inter virtutes & vitia, & quomodo ſunt in majoritate æqualitate & minoritate, & quomodo ſecundùm prædicta principia ſubjicitur anima ad uſus virtutum ſeu vitiorum, multimode quidem illum mirari contingit, & ſuper naturam ſuî ipſius aliquoties tranſcendere neceſſitate rei.

Miratur enim, quomodo Deus ipſam animam creatam habeat neceſſariò movere

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ad bonum, ita quòd non ad malum, movens eam ad libertatem agendi bonum vel malum, nam dum intellectus attingit animam peccasse, intelligit impossibile eam potuisse peccare, nisi Deus movisset eam ad libertatem, ergo mota ad libertatem mota fuit ad malum in tantùm, quantùm ad bonum & è converso, gratiâ magnitudinis libertatis, ergo mota fuit ad malum, quod patravit, sed de conditionibus Dei est eum nihil movere ad malum, impossibile est ergo Deum movere animam ad malum & necessarium eam movere ad malum gratiâ libertatis; & sic cadit intellectus in contradictionem. Sed transcendit prædictam contradictionem, cùm attingit divinas conditiones de necessitate in animam rationalem infundere libertatem, ut divina justitia suum actum exerceat in eadem, & cùm attingit divinas conditiones non posse movere aliquid ad malum, & quoniam intelligit majoritatem necessitatis ex parte divinarum conditionum, attingit ratione divinarum conditionum se intelligere falsum, intelligendo verum secundùm rationem suam.

Iste quidem punctus etiam attingitur, cùm ipse intellectus attingit animam in peccatum lapsam impossibile surgere de peccato nisi succurrente gratiâ Dei, & nisi de tota libertate sua surgat. Nam gratia Dei facit eam ex toto surgere de peccato & libertas sua eam ex toto surgere de peccato, quod est contradictio in ratione intellectûs. Transcendit autem ad necessitatem ita essendi, ut pro gratia sentiat anima se Deo esse obligatam & pro libertate justitia exerceat suum actum.

Item miratur intellectus, cùm peccatum sit nihil, quâ ratione inficit animam, & quomodo possunt peccata habere differentiam & concordantiam & contrarietatem? & quâ ratione possunt esse occasio boni? cùm ens cum non ente nullo modo participet, nec è converso, quia sequeretur contradictio. Sed hîc ascendit intellectus & discernit accidens duobus modis esse; primò quidem, quod per se extra subjectum nihil est sed per se & per subjectum est aliquid in subjecto ût quantitas, qualititas &c. secundò verò attingit accidens, quod nec per se extra subjectum nec per se in subjecto est aliquid, est autem per subjectum aliquid in ipso subjecto, hoc quidem accidens est privatio; & hoc manifestè patet, quoniam privatio nihil per se ponit in subjecto suo, quemadmodum & albedo. Et si nec per se nec per aliud esset aliquid privatio, impossibilis esset differentia inter privationem & privationem, velut inter cœcitatem & surditatem, quam siquidem differentiam manifestè videmus, quare hîc attingit intellectus id, de quo priùs mirabatur, attingens, quòd virtus est habitus & vitium privatio & sic attingit, quòd peccatum ex parte suî, cùm sit nihil, à peccato non differentiat nec peccato concordat vel contrariatur, nec animam inficit, nec alicujus boni est occasio. Cùm autem sit privatio in subjecto, sic ratione subjecti non ratione suî differentiat ipsum ab alio peccato, illâ eâdem differentiâ numero, quâ virtus eidem opposita differt ab alia virtute oppositâ illi peccato, à quo differt, sicut cœcitas à surditate differre non potest in hoc, quòd nihil per se ponunt in subjecto, differt autem ab ea illâ eâdem differentiâ, quâ visus differt ab auditu. Hoc idem similiter sequitur de concordantia & hæc est infectio ipsius animæ, eò quòd in ipso subjecto permanent differentia & concordantia sine his habitibus, quorum ipsæ sunt. Est autem contrarietas inter vitia similiter non ratione eorum, cùm sint nihil, sed ratione ipsius subjecti, cujus virtus, dum sentit aliquem habitum suum esse privatum, evitans naturaliter suî ipsius privationem, confugit ad alium habitum, cui ille, qui privatus est, concordabat, & restaurat se, quantum potest in eodem & sic ille habitus fortificatur, quod bonum est & hujus boni principaliter occasio est conservatio virtutis & per accidens negatio privationis, quia virtus, quantum potest, se negat privari in illo habitu privato & sic per accidens contrariantur duæ privationes in hoc, quia isto privato distat alius magis à privatione suî gratiâ fortificationis. Et sic per prædicta patet hic punctus transcensionis super intellectu in hoc, quòd differentia & concordantia sine his, quorum sunt in subjecto, permanere possunt & per eas nihil à nihilo differre & nihil nihilo concordare.

Iterum similiter miratur intellectus, quomodo virtus potest esse medium extremitatum extremitatibus ipsis existentibus vitiis, nec ipsa virtus participet cum vitiis, sed ad hoc attingit intellectus, quòd virtus æqualiter influitur à bonitate, magnitudine &c. subjecti sui, dum autem inæqualiter ab eis procedit earum influentia: est quidem ipsa inæqualitas nihil per se in subjecto

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ęto, cùm æqualitas in ipſo ſubjecto per ſe ſit aliquid, eſt ergo inæqualitas non per ſe ſed per ſubjectum aliquid in ſubjecto, aliter privatio æqualitatis ab unaquaque alia privatione alicujus habitûs non differret, quam ſiquidem differentiam manifeſtè videmus. Hæc autem privatio, quæ dicitur inæqualitas, eſt in ipſo ſubjecto de diverſis conſtituto nimis de uno & parum de alio, ût nimis de magnitudine & parum de bonitate aut è converſo; ita quòd iſtud nimis & parum, quæ ſunt ipſa inæqualitas, non ſunt aliquid bonitatis, magnitudinis &c. ipſius ſubjecti, & ſic per ſe nihil ponunt in ſubjecto, cùm ſint in ſubjecto privato tanti hujus, quanti illius & è converſo, ût tanti bonitatis, quanti magnitudinis &c. & è converſo, quæ ſunt ipſa æqualitas exiſtens aliquid bonitatis, magnitudinis &c. &c. in ipſo ſubjecto, & quoniam hoc ita eſt, quòd æqualitas tanquam medium conſiſtit inter majoritatem & minoritatem tanquam inter extrema & hoc ſecundùm rationem non realem, quia ſequeretur contradictio, & quòd majoritas & minoritas non ſunt per ſe per ipſam virtutem, ut ipsâ virtute privatâ differat ejus privatio à privatione cujusque alterius habitûs & hoc ſecundùm rationem realem; attrahit ideo alia iſtarum duarum rationum aliam & totaliter colligitur falſus intellectus iſto modo. Cùm enim ita ſit, quòd æqualitas, quæ eſt virtus, ſit inter nimis & parum, quæ ſunt vitia exiſtentia per ipſam æqualitatem, ſcilicet per ipſam virtutem, tanquam ipſa extrema per ſuum medium; ergo virtus eſt medium extremorum, quæ ſunt vitia, participans cum eisdem, quemadmodum medium cum extremis ſuis. Accidit autem hæc ratio ex debilitate intellectûs accipientis objectum ſemiplenè, ſed ſuperat intellectus hanc imperfectam rationem diſcernens concordantiam & contrarietatem inter realitatem & rationem in objecto.

De Cœleſti.

POſt hæc ſe transfert intellectus ad ſupracœleſtia corpora, videlicet ad ſphæras firmamenti & ad planetas & cætera hujusmodi corpora; & in eis ſimiliter puncta tranſcendentia attingit. Et primò conſiderat ſphæram ultimam, ultra quam non eſt corpus, neque locus nec motus, nec cœtera hujusmodi, & attingente imaginatione ſuperficiem exteriorem ipſius ſphæræ, cùm ipſa imaginatio non poſſit ſe ferre ſupra non corpus; imaginatur, quòd ſi quis eſſet in illa ſuperficie, adhuc poſſet ultrà porrigere manum, vel quòd ſagitta adhuc poſſet ultrà moveri, hîc autem ſuperat intellectus imaginationem, quia impoſſibile eſt dari corpus infinitum. Iterum negat imaginatio ſuperficiem ipſius ſphæræ moveri localiter, ſi extra ſuperficiem illam non eſt locus, ſed hîc vincit intellectus imaginationem, attingens locum eſſe in ipſa ſuperficie & non exteriùs, qui ſufficit motui ipſius ſuperficiei. Eſt tamen hic punctus tranſcendens ſuper naturam intellectûs, quia cùm ultima ſphæra ſit corpus & habeat locum & ſitum, non habet naturam attingendi ultra vacuum, attingit autem illud ratione rei, cùm ſit impoſſibile corpus infinitum.

Et iterum eſt hic punctus ſuper rationem intellectûs, eò quòd ipſe intellectus vacuum ût vacuum attingere non poteſt, ſed quaſi aliquid & ſic concludit ratio vacuum infinitum, ſecundùm hanc rationem tranſcendit intellectus, attingens infinitum non eſſe ſine magnitudine, & magnitudo eſt aliquid, & aliquid nihilo contradicit, vacuum autem & nihil convertuntur & ſic attingit vacuum non eſſe infinitum nec finitum, ſicut nec lapis eſt videns nec cœcus.

Iterum attingitur punctus tranſcendens in influentia ſeu beneficio, quod elementata corpora à ſuperioribus corporibus recipiunt. Nam cùm imaginatio & viſus extra ſolem lucem attingant, conſentit eis intellectus ſolem extra ſubſtantiam ſuam lucem ſuam mittere usque ad inferiora, ſed dum attingit illud continuum diaphanum, quod eſt de centro usque ad ſuperficiem ſubſtantiæ ſolis, intelligit in illo continuo partem eſſe in partem continuè usque ad ipſam ſuperficem ſolis, & ſic illa lux, quæ eſt in ſubjecto ſolis extenſa usque ad extremitates exteriores ſolis, infundit ſimilitudinem ſuam illi parti, quæ immediatè continuatur cum extremitate ſolis, & iterum illa pars per rectam lineam ſimilitudinem illius lucis ſuæ, quam recepit, infundit conſequenti parti, quæ immediatè continuatur ei, & iſta ſimiliter ei, quæ conſequenter continuatur ei immediatè, & ſic per conſequens ſucceſſivè de parte in partem usque ad ſuperficiem centri, & ita ſol ſimilitudinem lucis ſuæ transmittit ad inferiora, non autem lucem ſuam propriam, quia iſta non poteſt eſſe ſine ſubjecto ſolis, & ſic tranſcendit intellectus ultra

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ultra potestatem sensûs & imaginationis, negans id, quod ipse sensus & imaginatio affirmant.

Iterum est hic punctus transcendens super debilitatem intellectûs, in hoc, quòd intellectus attingens corpora inferiora recipientia impressiones corporum supracœlestium existentibus illis supracœlestibus corporibus irrationativis & existente ipsâ naturâ inferiori irrationativâ intelligit, quòd irrationativum habet discretionis officium formando & figurando discretè quodlibet individuum sub specie sua, ût oculos, frontem, supercilia, nasum, os & genas in facie, atque manus & pedes & cætera membra hominis in hoc homine & leonis in hoc leone & sic de cæteris speciebus animalis; ita quòd id, quod est de ratione istius speciei, non dat illi, nec è converso: ita similiter sequitur de speciebus plantæ suo modo. Et sic intellectus in corporibus superioribus imprimentibus in istis inferioribus secundùm illam impressionem naturâ formante & figurante attingit esse discretionem, quod est ei mirabile, cùm sint irrationativa, sed dum ipse intellectus se convertit ad supremam causam efficientem, attingit eam moventem omnia, quæ sub ipsa sunt, secundùm quod scit ejus sapientia & vult ejus voluntas. Unde effectus impressionem sapientiæ & voluntatis suæ causæ recipiens, recipit instinctum & appetitum sibi à divina sapientia & voluntate impressos, tanquam earum similitudines, quemadmodum sagitta recipit instinctum & appetitum ad terminum à voluntate & discretione impellentis & sic attingit id, de quo priùs mirabatur. Veruntamen transcendit hîc naturam suî ipsius, attingens aliquod medium conjunctionis, quod ignorat esse inter rem similantem & rem similatam.

De Angelo.

DEinde transit intellectus ad substantiam angelicam & attingit eam esse constitutam de intelligentia & volentia & recolentia, quæ sine confusione tantâ identitate cum actibus suis convertuntur, quòd ipsæ sunt ipsúmmet recolere, intelligere & velle suum scil. ipsúmmet rationari angelicum, ut ipse angelus Deum substantialiter attingat. Et sic intelligit substantiam angelicam esse purum actum, cui Deus tantam simplicitatem dedit in magnitudine attingendi in se ipso ad suum finem, qui est Deus & hoc tantâ perspicuitate, quòd sibi patet quæcunque veritas, ad quam attingendam se vertit, sicut patet visui ille color, cui oculus aperitur, & quocunque modo ab alio attingatur, ita sescit ab illo attingi, sicut quocunque modo caro sentiens tangatur, ita se sentit tangi ab objecto suo, nam angeli attingentes immediatè Deum ût verum bonum &c. tanta perspicuitate attingendi ex hoc clarificati sunt, quòd sicut Deus quamcunque veritatem attingit, ita Angelus eam veritatem attingit, ad quam se vertit, & sicut Deus se scit ab angelo attingi, ût verum bonum &c. ita dum angelus attingit angelum ût verum bonum &c. statim se perpendit sic ab eo attingi, & statim is, qui attingit, se perpendit, sicut attingit, ita ab illo intelligi & hæc est locutio angelica.

Cùm igitur ipse angelus sit pura ratio, seu intelligentia quanta, non habet quantitatem extensam sed intensam, quemadmodum anima rationalis, & ideo potest esse in loco sine loci occupatione, & cùm nulli loco sit unitus, sine successione de loco in locum esse potest & existens in loco, locum non occupat, nec per consequens aliquis locus, quantuscunque sit, eum impedire potest nec successio.

Hâc igitur præsuppositâ materiâ intellectum multimodè mirari contingit & super naturam suam multa elicere puncta transcendentia. Nam cùm intelligit, quòd existere & agere angeli convertuntur, negat natura intellectûs possibilitatem prædictæ conversionis, quòd intellectus, quantum est de se, non habet rationem accipiendi ultra id, quod ipse est. Et quoniam ita est, quòd existere & agere suum non convertuntur; quantum igitur est de ratione ipsius intellectûs, impossibile est eum attingere conversionem existendi & agendi alicujus, sed quantum est de ratione rei intellectæ, de cujus conditionibus est existere & agere illius rei necessariò converti, cùm non possit negare illius rei conditiones, affirmat prædictam conversionem & sic transcendit suámmet naturam & hoc modo attingit existere & agere angeli converti, ut substantialiter & immediatè recolat, intelligat & diligat Deum.

Iterum est hic punctus idem, quia cùm intellectus de necessitate rei attingat existere & agere angeli converti, conatur illud inducere ad naturam sui actûs, ut plenè illud intelligere possit. Deficit quidem ei ratio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ratio intelligendi procedens à ratione suæ substantiæ,quia ex hoc alia est ratio existendi suæ substantiæ & alia est ratio agendi illius, & non sunt ambæ rationes una ratio,cùm attingit prædictam conversionem existendi & agendi Angeli,attingit ratione ipsius conversionis prædictum existere & agere esse confusa. Et sic oportet eum transcendere iterum per rationem objecti, quia cùm attingit antedictam necessitatem prædictæ conversionis & impossibilitatem confusionis in existere & agere substantiæ Angelicæ, ut non privetur Angelus conditionibus Angelicis, attingit ipsum existere & agere Angeli sine aliqua confusione converti. Et sic transcendendo superat intellectus debilitatem suam, attingens rationem suam esse falsam in subjecto angelico.

Iterum cùm attingit intellectus medium,per quod habet intelligere conceptum alterius intellectûs humani, miratur, cùm Angeli sint substantiæ ad invicem separatæ, quo medio alius potest alium intelligere? sed hanc admirationem transcendit intellectus, cùm ipsorum Angelorum unum eundem finem esse attingit, quo unusquisque illorum fruendo totus tangit immediatè & conceptus suos recolendo, intelligendo & diligendo fundit in illum & sic figurat illum figuratione sui conceptûs, sive illi conceptus sint de Angelo ad ipsum Deum, qui est ipse finis, sive sint de Angelo ad Angelum propter ipsum finem, & cùm ita est, quòd sunt de angelo ad angelum propter ipsum finem, invenit angelus, ad quem diriguntur conceptus,finem suum figuratum. In quo scilicet fine ipse est totus, tanquam si totus oculus videns esset in aëre clarissimo. Et sic in illa figuratione attingit similitudines figurantis & figurati & suî ipsius, cui figuratur. Et hoc etiam exemplificatur in sono alicujus instrumenti, sicut in sono violæ, quoniam violator, priusquam sonum ipsius violæ producat, notam in ipso sono imaginativè concipit; deinde ab imaginatione moventur manus tangentes violam,tangentem aërem, in quo sonus est, & producitur similis nota in actum impressa ab illa nota, quæ est in imaginatione, quæ scilicet nota impressa est figura illius, quæ est in imaginatione & figuratur ab ea ipse sonus, quem aliquis audiendo attingit & attingens sonum attingit figurationem ipsius soni repræsentantem similitudinem conceptûs sui artificis. Est tamen in hoc exemplo transcensus intellectûs super imaginationem, eò quia imaginatio attingere non potest,quomodo Theorica influit extra se practicam & miratur etiam intellectus, cùm res figurata & ex parte formæ & ex parte materiæ suæ disparata sit à re figurata in imaginatione, quâ ratione ea, quæ est extrà ab ea, quæ est intrà, descendit. Sed cùm intelligit inter hanc & illam unum medium extremitatum, sapiens naturam utriusque, videlicet unum continuum imaginationis & sensûs, & sensus participet extrà & imaginatio intrà,transit ideo eadem figura formæ & materiæ interioris per prædictum medium ad formam & materiam exteriorem & retransit de forma & materia exterioris ad interiorem, fluit autem per tactum motum & refluit per auditum aut per visum &c. secundùm quod objecta sunt determinata.

In ipsa autem angelica materia transcendit intellectus naturam suam, quia cùm attingit totum Angelum intelligere per ipsam claritatem, qui Deus est, attingit, quòd ipsa summa claritas claritatem Angelo influit naturalem, ut ipse totus Angelus per totam illam attingat & sic implicat intellectus contradictionem. Nam ex quo totus Angelus per summam claritatem videt, non ergo per aliam, vel si totus per suam claritatem, non ergo per ipsam summam claritatem, transcendit autem ille intellectus prædictam contradictionem, ratione majoritatis finis Dei ad Angelum & Angeli ad Deum. Similem etiam contradictionem attingit intellectus in inferioribus, cùm attingit sagittam in aëre per impellentem suum totam moveri & per se totam, quia movetur à sagittario ad per se movendum & transcendit hanc contradictionem ratione finis sagittarii & sagittæ, ut sagitta ratione suî tota sit subjecta sagittario. Veruntamen cùm intellectus simili claritate in se non utatur, habet naturalem inclinationem ad negandum illam claritatem seu perspicuitatem naturalem,per quam Angelus attingit singula vera bona &c. quæ vult intelligere, & hoc, quia ipse intellectus ignorat modum illius claritatis, sed cùm prædictam majoritatem finis Dei & Angeli attingit,perpendit utique,quoniam ita oportet, & modum ipsius perspicuitatis angelicæ per similitudinem attingit in speculo, nam speculum à claritate exteriori tantam habet perspicuitatem in se ipso, quòd diaphanitivum ipsius speculi in suum proprium

(c) 2006 Ministerio de Cultura

diaphanibile speculificatum recipit diaphanibile extrà remotum, ad quem ipsum speculum rectè dirigitur. Et sicut rectè vel obliquè figuram & colorem attingit, ita repræsentat in se ipso, ita quòd veritas, quæ extrà objectabilis visui perspicuitate ipsius speculi in ipso speculo illucescit. Ita consimili modo angelus, dum divinam claritatem attingit, tantam habet perspicuitatem ab ea, quòd in se attingit unamquamque veritatem bonitatem &c. ad quam se dirigit attingendam. Affirmant autem sensus & imaginatio & intellectus in prædictam similitudinem de speculo datam esse venire in non esse & è converso, quia dicunt faciem in speculo esse de nihilo & devenire nihil, cùm modò sit, modò non sit. Sed hîc superat intellectus ipse, cùm attingit faciem in speculo esse accidens in subjecto, quod per se extra subjectum nihil est, sed in ipso subjecto per se aliquid est (ût suprà in materia morali dictum est) & ideo, dum ipsa facies abest, in speculo non venit simpliciter in non esse, quia venit in privationem suî, quæ per differentiam ipsius faciei est aliquid in ipso subjecto, ut nihil sit in eo per se, ût dictum est, & quoniam accidentis est adesse non de nihilo, quia de substantia, ubi est habitu & potentiâ, & abesse non est in nihilum, quia in habitum & potentiam substantiæ sequitur, quòd cùm ejus adesse est actu, ejus abesse est potentiâ & habitu & è converso. Hoc autem intelligendum est de accidentibus, quæ adsunt & absunt, seu fluunt & refluunt non corrumpentia subjectum, sicut sunt intelligere non intelligere & cætera similia, & sicut ridere & non ridere, album esse & album non esse & sic de aliis; de consortio quorum est apparere faciem in speculo & non apparere. Similiter etiam transcendit intellectus se ipsum, dum considerat unum Angelum loqui pluribus angelis, ita quòd totus cuilibet eorum, ad quos per se dirigit, simul & semel loquitur seu intelligit totum unumquemque eorum, cùm sibi loquuntur, nam cùm intellectus naturam angelicam & naturam suam similes considerat, affirmat secundùm naturam suî angelum ita agere, sicut ipse intellectus agit. Et quoniam ita est, quòd intellectus eodem tempore uno objecto totus contentus est, & objectorum pluralitas illum eodem tempore non requirit, negat ideo prædictam locutionem unius Angeli ad plures & è converso esse possibilem, sed dum ad conditiones Angelicæ substantiæ se convertit, quas Angelus per influentiam à divina substantia recipit, attingit, quòd unus idem ineffabilis finis, qui est ipse Deus benedictus, est cuilibet ipsorum Angelorum in eorum diversitate & concordantia, ita quòd quilibet eorum secundùm diversitatem & concordantiam, quam habet cum alio, totus loquitur ipsi fini & ipse idem finis cuilibet toti secundùm diversitates & concordantias eorum. Unde fruente Angelo sic ipsâ divinâ substantiâ influit ipse finis eidem Angelo similitudinem suam & eam facit esse ipsi Angelo naturalem, & sic ipse Angelus loquens pluribus Angelis habet de natura suî, quòd eadem loquela procedens ab eo ad diversos sint diversæ loquelæ in ipsis diversis, secundùm quòd quilibet eorum vult & intendit suam, & sicut ipse Angelus unam influens influit diversas, ita similiter recipiens recipit ab eis diversas loquelas, unam recipit ab eis loquelam, quæ est diversæ loquelæ eorum. Modus autem, per quem intellectus attingit Angelum de eadem loquela diversè loqui pluribus Angelis, patet sibi in radio solis. Nam una eadem virtus ipsius radii tota illuminat, calefacit, dissolvit & solidat, generat & corrumpit. Unde hîc etiam transcendit intellectus se ipsum, quia secundùm rationem suî non potest attingere simul & semel, unam virtutem esse plures virtutes & è converso, sed secundùm rationes ipsius rei.

Item transcendit intellectus se ipsum, cùm attingit Angelum esse sine successione de loco ad locum & eum posse transferre sine motu aliquod corpus de loco ad locum, nam cùm ipse intellectus attingit mutationem de loco ad locum, habet necessariò de ratione suî in ipsa mutatione attingere motum localem, sed cùm attingit ipsam substantiam angelicam esse sine loco & tempore, attingit ipsum Angelum esse sine motu locali & successione, & cùm ipse sit simplex existentia, nullam habens extensitatem localem, sed meram & simplicem intensitatem, potest ideo esse in loco, quia locus non habet, de quo repugnet ei, cùm non occupet ipsum locum, nec loco sit unitus. Et quoniam hoc ita est, quòd locus non invenit in eo motum suum, nec tempus non habet, de quo repugnet ei, quando in instanti sit de loco ad locum, si voluerit & sic ipso angelo existente localiter & successivè in mobili, est in instanti de hinc hîc; & sic

attingit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

attingit intellectus, quòd imaginatio & ipſémet decipiebant ſémet ipſum, eò quòd ſupra rationem eorum eſt attingere mutationem de loco ad locum eſſe ſine ſucceſſione, & multò plùs etiam eſt ſupra rationem eorum attingere, quòd angelus aliquod corpus poſſet transferre de loco ad locum ſine motu locali & ſucceſſivo. Hoc autem attingit ipſe intellectus in conditionibus naturæ angelicæ, nam ipſe angelus eſt tantæ perſpicuitatis (ût ſuprà dictum eſt) quòd totam naturam & veritatem & bonitatem &c. illius corporis, quod ultrà vult transferre, attingit immediatè. Et ſicut eo modo, quo intelligit ipſum corpus, ita oportet illud eſſe, cùm nihil poſſit intelligere & diligere eſſe in falſitate. Quare ſi intelligat & diligat in inſtanti aliquod corpus eſſe de loco in locum ſine motum ſucceſſivo, de neceſſitate ita eſt, licèt hoc ſit contra corporis naturam, nam ex quo ita eſt, natura quidem corporis cedit naturæ angelicæ, quemamodum natura ſagittæ, cujus eſt quieſcere, cedit naturæ motûs ex impetu arcûs provenientis. Sicut ergo volendo attingit angelus, ita eſt, quia ſimiliter ſi attingeret ipſum corpus moveri ſucceſſivè, moveretur utique ſucceſſivè, aut etiam ſi corpus aſſumere vellet, quo vocaliter loqueretur, ei quidem cederent elementa, quia non habent, unde repugnent ei.

De divina Quiditate.

POſt ſimiliter tranſit intellectus ad divinam quiditatem contemplandam & effugiens omnem privationem & defectum, conſiderat Deum exiſtere ipſum infinitum & æternum eſſe infinitæ & æternæ bonitatis, magnitudinis, poteſtatis, ſapientiæ, voluntatis, virtutis, veritatis, gloriæ, quod ſcilicet eſſe ratione ſuæ æternæ infinitatis eſt inconfusè idem, quòd agere prædictarum dignitatum ſuarum & in eodem & è converſo, & ratione etiam æternæ infinitatis cujuslibet earum ſunt ipſæ dignitates inconfusè ipſum eſſe & agere divinum & in eodem & è converſo, & quælibet earum inconfusè eſt tota ipſa quiditas divina & in eodem & è converſo & idem, quod omnes & in omnibus & è converſo, & idem, quod tota & quælibet & in qualibet & è converſo & inconfusè cum actu ſuo & cum actu cujuslibet & omnium convertitur & eſt in eis & è converſo, & hoc in æternitate infinitatis. Eſt ergo Deus ipſum id, quod eſt in omni perfectione infinitum & æternum, quem ſingula finita entia, quantum poſſunt, aut in propoſito aut in oppoſito repræſentant, cui nec aliquid nec nihil reſiſtere poteſt.

Cùm igitur intellectus iſta, prout poteſt, in Deo conſiderat, oportet eum multimodè negare naturam ſuî ipſius, ut naturæ cedat altiori. Nam cùm ipſe intellectus ratione temporis ſit ſucceſſioni ſubjectus, non poteſt ſecundùm rationem ſuî ipſam æternitatem Dei præter ſucceſſionem attingere, ſed dum ad conditiones ipſius æternitatis Dei ſe convertit, cùm prius & poſterius ſint in Deo impoſſibilia, affirmat neceſſariò Dei æternitatem non ſucceſſivam, ſed eam eſſe infinitam.

Similiter dum accipit infinitatem eſſendi, de ratione ſuî, non poteſt attingere infinitum, quia ſic oporteret eum eſſe infinitum, ſcit autem de virtute ipſius objecti infinitum eſſe, quamvis de ratione ſuî illud non intelligat.

Iterum tranſcendit intellectus ratione ſuî, dum contemplatur ipſas dignitates Dei eſſe inconfusè divinam quiditatem & è converſo & quamlibet eſſe inconfusè totam ipſam quiditatem Dei & è converſo, & totam eſſe omnes inconfusè & è converſo, nam ad iſta non poteſt aliquo modo attingere intellectûs ratio, compellit autem ipſum ratio æternæ infinitatis, quam habet quælibet divinarum dignitatum, ut nec ipſa divina quiditas nec aliqua divinarum dignitatum in ente divino privationem implicet aut defectum. Eodem modo tranſcendit intellectus ſimiter ad attingendum divinum exiſtere eſſe inconfusè ſuummet agere & è converſo, & quamlibet divinarum dignitatum eſſe aliam inconfusè & idem, quod ſuus actus & quod actus cujuslibet & omnium aliarum.

Iterum ſimiliter tranſcendit intellectus ratione ſuî ipſius & ratione ſuæ attinctionis, cùm attingit divinum exiſtere eſſe in ſe ipſo & in divino agere inconfusè & divinum agere in divino exiſtere & ipſas dignitates exiſtere inconfusè in ſe ipſis & in divino eſſe & agere & è converſo. Cùm ita ſit neceſſariò (ût dictum eſt) quòd exiſtere & agere Dei convertantur, & divinæ dignitates & ipſum exiſtere & agere Dei convertantur.

Idem ſimiliter ſequitur de dignitate in dignitatem & in ſémet ipſa & in omnibus aliis dignitatibus & in actu ſuo & in quolibet actu aliarum & è converſo, & de quolibet divinorum actuum in ſe ipſo & in cæteris actibus divinis & è converſo. Hoc

(c) 2006 Ministerio de Cultura

autem attingit necessariò intellectus, quia plus est esse *in*, & converti, ita quòd ipsum esse *in* sit ipsum converti & è converso, quàm esse *in* tantùm vel converti tantùm, & plus est conversio essendi *in* & converti, quàm si essent esse *in*, & converti, ita quòd non omnino converterentur, ergo ita est in Deo ratione infinitæ magnitudinis, bonitatis, potestatis, sapientiæ, voluntatis &c. Est autem iste punctus super intellectum summè transcendens. Causantur enim ex hoc multa puncta transcendentia; nam in hoc, quòd intellectus secundùm rationem suî non potest attingere simul & semel aliam dignitatum esse in aliam & earum conversionem, facit ideo contradictionem aliquoties inter eas. Sicut patet, cùm quæritur, utrum potestas possit facere id, quod sapientia scit non posse fieri, aut utrum sapientia sciat aliquid, quod potestas non potest facere, aut cùm intellectus de prædestinatione & libero arbitrio litigat (ût suprà de contradictione dictum est) quia tunc intellectus facit distinctionem, ubi non est distinctio, nec advertit ad conversionem divinarum dignitatum aut inconfusionem ipsarum dignitatum facit majorem, quàm earum conversionem.

Item est hic punctus transcendens in hoc, quòd intellectus attingens in se distinctionem inter divinas dignitates, velut inter bonitatem, magnitudinem, æternitatem & potestatem, attingit se verum attingere ratione inconfusionis & attingit se falsum attingere ratione conversionis earum & è converso, attingens aliam earum esse idem, quod alia, attingit earum indistinctionem & sic intelligit se verum attingere, & dum attingit earum inconfusionem, intelligit se attingere falsum, sed cùm attingit conditiones infinitæ bonitatis, magnitudinis &c. intelligit utrumque oportere necessariò, & causatur hæc prædicta contradictio in ratione ipsius intellectûs, eò quòd de ratione suî non potest attingere inconfusionem & conversionem dignitatum Dei esse unum idem & alia idem, quod alia & è converso; dum autem se convertit ad conditiones divinarum dignitatum, attingit ratione illarum prædictam contradictionem nihil esse.

Est autem hic punctus valde transcendens & firmantur in eo demonstrationes illæ, quas simpliciter in Deo per æquiparantiam facimus, quia per inconfusionem ipsarum dignitatum aliquid in Deo ût causam accipimus, quòd magìs est nobis notum & ratione conditionum ejus aliud nobis notum est. Et cùm super hoc attingimus conversionem, attingimus hoc in tantùm esse causam illius, quantùm è converso, & sic per æquiparantiam demonstramus.

Item transcendit intellectus, cùm attingit divinam entitatem & bonitatem &c. infinitam differre substantialiter ab unaquaque entitate finita & ab unaquaque bonitate finita &c. Quia quantùm est de ratione ipsius entitatis divinæ, attingit intellectus ipsam Dei entitatem & bonitatem &c. infinitam, sed quantùm aliqua est entitas & bonitas &c. præter illam facit intellectus de ratione suî ipsam Dei entitatem finitam. Sed hîc transcendit intellectus accipiens infinitatis conditiones, quòd aliquod finitum ei resistere non potest, quia sic essent ejusdem conditionis, & sequeretur, quòd id, quod infinitè distat à non esse, non posset superare id, quod finitè distat à non esse, quod falsum est. Etsi etiam de nihilo non posset ipsa entitas divina eas producere, ipsa quidem non esset infinita, quia ipsum nihil resisteret ei, quod est impossibile. Plus est ergo potestatis in magnitudine bonitatis &c. divinæ entitatis, si sunt aliæ entitates finitæ in bonitate &c. & quòd eas potuerit de nihilo produxisse ipsâ nihilominus existente infinitâ, quàm si ipsæ non essent, vel non ausa fuerit eas produxisse de nihilo, ut non finitaretur, quia sic sequeretur, quòd per se infinitatem suam non haberent, & sic intellectus evitans ex una parte infinitatem, ex alia parte finitat eam, ergo necessariò habet utramque partem concedere, & quòd ipsa Dei entitas sit infinita, & quòd aliæ entitates sunt ab ea productæ, ut nec aliquid nec nihil ei resistere possit.

Sed iterum transcendit intellectus se ipsum in hoc, quia si ipsa divina entitas, cùm sit infinita, produxerit ens de nihilo, id est, cùm ens non esset, fecerit ipsum esse, ut ipsum nihil non possit ei resistere (ût dictum est) attingit ex hoc intellectus ipsam divinam entitatem alteratam in hoc, quod operatur extrinsecè id, quod ab æterno non est solita operari, & sic in omni perfectione sua deficit æternâ infinitate, quod est impossibile; ergo divina entitas non habet aliquid de nihilo producere, ut ipsa non alteretur, & habet aliquid de nihilo producere, ut ipsum nihil non habeat, unde resistat ei; ergo ad fugien-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

fugiendum utramque limitationem ipsius divinæ entitatis est ipsa divina entitas inalterabilis & alterabilis, & sic cadit intellectus in contradictionem. Sed considerat intellectus, quòd quæcunque contradictio procedit in ratione æternitatis, quòd talis contradictio est in re & in ratione, quare hæc contradictio scilicet Deum producere de nihilo, Deum non produxisse de nihilo, cadit contra æternitatem ; ergo Deus necessariò produxit, aut non produxit de nihilo aliquid & si non produxit, ergo aliquid vel nihil dedit ei resistentiam, quare non produxit, quod est impossibile, ergo produxit, & si sic, ergo alterabilis (ût dictum est) sed ratione suæ æternæ infinitatis est inalterabilis, ergo est alterabilis & inalterabilis. Unde in hac alterabilitate & inalterabilitate stat intellectus infirmus ratione contradictionis apparentis & non existentis, quemadmodum gustus in amaritudine pomi sibi apparente & non existente. Sed transcendit ad existentiam ipsius rei attingens, quòd plus est Deum inalterabilem existere alterabilem : inalterabilem quidem in se, alterabilem verò extra se scilicet effectui suo, ita quòd ipse effectus Deum in se sentiat inalterabilem sed alterabilem sibi scilicet effectui, quàm si ipsa inalterabilitas suam alterabilitatem exteriorem auferret & sic intellectus attingit Deum inalterabilem alteratum ad similitudinem animæ humanæ, quæ in se est inalterabilis, ratione autem corporis extra se alterata.

Iterum intellectus, dum considerat divinam bonitatem infinitam & divinam veritatem infinitam, miratur, quâ ratione permittitur, quòd malitia privet bonitatem & falsitas veritatem in entibus, quæ ipsa summa veritas & bonitas produxit in esse ; ac etiam cùm ipsa Dei magnitudo sit infinita, quâ ratione plures homines sunt in malitia & falsitate, quàm in bonitate & veritate & in majori contrarietate, quàm concordantiâ. Hâc siquidem admiratione debilitatur intellectus & asserit apud sémet ipsum divinam bonitatem, magnitudinem, veritatem &c. non esse in æterna infinitate, quia ratione suæ infinitatis æternæ tam diu & in tanta quantitate malitiam & falsitatem in effectibus suis nullatenus permisissent. Transcendit autem intellectus hanc debilitatem suam secundùm prædictam rationem alterabilitatis & inalterabilitatis, attingens influentiam divinæ bonitatis, magnitudinis, veritatis &c. esse inalterabilem, quantum est de se ex parte influentis. Est autem alterabilis ex parte recipientis in ipso recipiente & ratione magnæ concordantiæ, quam habent ipsa bonitas, magnitudo, veritas &c. cum Justitia, influunt bonitatem, magnitudinem, veritatem &c. libertatis in homines, ut ipsi sint magìs similes suo influenti inter cætera entia sensibilia. Quâ siquidem libertate possunt ipsi homines sibi divinam influentiam in se inalterabilem alterare in salutem seu damnationem & hoc totum ad finem Justitiæ, qui est præmiari vel condemnare. Ergo bene concordant bonitas, magnitudo & æternitas, veritas &c. quia incessanter influunt in effectum, & quocunque modo accidat alteratio, quantum est ex parte influentis, semper est & erit unus finis inalterabilis. Ex parte verò recipientis est ipse finis alterabilis, quemadmodum sapor pomi semper eodem modo est unus in se ipso, quocunque modo gustus eum dulcem sentiat vel amarum. Transcendit autem hîc intellectus se ipsum attingens ratione rei finem inalterabilem alterabilem sine contradictione.

Super his quidem materiis jam expletis multa alia puncta transcendentia elici possunt. In his enim, de quibus exemplificavimus, artem deducimus, per quam artista puncta transcendentia in universis materiis cognoscere sciat, ut non in inferioribus intellectus phantasticè teneatur suæ rationi solùm adhærens, imò devictâ ratione, cùm à realitate dissidet, ad ea, quæ sunt de necessitate rei, feratur. Utilissima igitur est hæc regula, acuit ingenium, phantasias superat intellectum summè exaltat & occultas veritates in cognitionem deducit.

Nona & ultima Regula,
Quæ est de majoritate
Finis K.

RArissimum est majoritatem finis bene perpendere, quoniam finaliter est per eam concludendum. Est autem majoritas finis id, quod est melius, & quod oportet esse necessariò melius. Et consistit duobus modis scilicet secundùm proportionem & secundùm comparationem.

Si secundùm proportionem, majoritas finis est id, quod est sua principalitas seu prima intentio, ad quam unaquæque res ordinatur & ad quam unaquæque res naturaliter tendit : & est etiam ipsa principalitatis asse-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cutio seu secunda intentio directa ad primam. Est igitur minoritas finis secundùm proportionem deviatio prædictæ ordinationis in proportione, & hoc patet in elementato, quoniam si substantia & accidens ignis sunt in elementato, major est ordinatio proportionis ipsius accidentis ad suam substantiam, & sic sequitur major finis substantiæ & accidentis ignis. Si igitur accidens ignis sine ipso igne existente actu in elementato sit in elementato, est minor ordinatio prædictæ proportionis accidentis ad suam substantiam, & per consequens minoritas finis substantiæ & accidentis ignis.

Est autem majoritas finis secundùm comparationem ipsa principalitas seu prima intentio cujuscunque rei. Minoritas verò finis est id, quod necessariò vel convenienter se habet ad illam principalitatem, seu ipsa secunda intentio se habens ad primam, quod patet in vita & cibo, quia vita est in majoritate finis & cibus in minoritate, non enim est vivere propter comedere sed potiùs è converso. Cadit autem majoritas & minoritas finis in affirmationem & negationem, ita scilicet quòd si majoritas finis concordet affirmationi & minoritas finis negationi, affirmativè simpliciter concludendum est. Et per consequens si majoritas finis concordet negationi & minoritas affirmationi, negativè concludendum est, ût si est aliquod ens infinitè & æternaliter bonum, magnum, potens &c. est major finis, qui possit esse, & si non est, est utique minor finis, qui possit esse, quia sic est negatio absolutè in majoritate finis & affirmatio in minoritate, quod est impossibile, & si est vita æterna (quam expectamus) est utique major finis, qui possit esse inter causam & effectum, at si non, est utique minor finis, qui possit esse inter causam & effectum; aut etiam si est unus intellectus, quemadmodum aliqui Philosophorum dicere videntur: est utique minoritas finis inter causam & effectum in esse & majoritas in non esse. Negativè ideo concludendum est hîc propter majoritatem finis, ut divina Justitia in effectu suo majorem habeat actionem & effectus majorem receptionem. Et ita majoritas finis secundùm majorem proportionem causæ ad effectum & è converso concludendum est aut affirmativè aut negativè & hoc in omni materiâ tam naturali, quàm etiam morali seu Theologica; ût si forma individua corporis elementati sit effectus formæ universalis primæ, ita quòd ab ea educta sit, quemadmodum sua materia individua à prima materia universali, sequitur utique majoritas finis utriusque formæ in esse & minoritas in non esse & similiter formæ & materiæ atque materiæ & materiæ in esse & minoritas & non esse: quod si non, sequitur utique minoritas formæ in esse & majoritas in non esse. Aut etiam si ignis in supposito est elementatus, videlicet aërificatus, terreïficatus, aqueïficatus & sic de quolibet aliorum elementatorum, sequitur inde majoritas finis: quod si non, sequitur minoritas; & ratio hujus, quia sic existit ignis in mixto simplex & compositus nullâ obstante contradictione, simplex quidem, in quantum ignis, compositus verò, in quantum elementatus. Consimili etiam modo est in vegetatis & sensuatis, quoniam elementum est elementatum & vegetatum & sensuatum conjunctione & operatione, & sensualitas est vegetativa & elementata, conjunctione, non autem operatione, quia inferiores potentiæ sunt in superioribus & è converso, non tamen agunt inferiores in superioribus sed potiùs è converso, & sic sequitur majoritas finis simplicitatis & compositionis. Et ista sufficiant de majoritate finis, quantum ad terminorum proportionem.

Nunc igitur videndum est de majoritate finis, quantum ad terminorum comparationem. Et est ista diversitas inter proportionem & comparationem terminorum in majoritate finis, quòd licèt termini sint inæquales vel æquales ad majoritatem finis, ex utraque parte sequiur majoritas finis. Et est ista concordantia inter eas: scilicet quòd istum terminum existere in minoritate finis comparativè ad istum existentem in majoritate finis, est majoritas finis proportionativè, & è converso similiter istum terminum existere in majoritate finis comparativè ad istum existentem in minoritate finis est majoritas finis proportionativè. Sicut patet inter sensitivam potentiam & rationativam in homine & in multis aliis, sicut in gradibus complexionum elementorum &c. hujusmodi, quæ gradatim se habent ad aliquem finem. Similiter existente utroque termino in æqualitate finis comparativè, sequitur majoritas, sicut inter divinam bonitatem & magnitudinem aut inter bonitatem divinam & bonificare divinum aut bonificare & magnificare &c. Et isto modo

attingit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

attingit intellectus majoritatem finis in Deo; per prædicta igitur patet, quòd finis ſecundùm comparationem contrahitur ad majoritatem, æqualitatem & minoritatem, videlicet quòd termini inæqualiter aut æqualiter tendunt ad finem, & hoc habet eſſe multimodè. Nam aut hoc erit inter cauſam & ſuum effectum, aut inter cauſam & cauſam, aut effectum & effectum, aut inter cauſam & effectum alterius cauſæ.

Si autem ſit inæqualiter inter cauſam & effectum, hoc habet eſſe duobus modis: nam aut cauſa eſſet major in fine, quàm ſuus effectus, ſicut Deus, quàm creatura, & ſubſtantia, quàm accidens, & homo, quàm res artificiata ab homine propter ipſum hominem & ſic de aliis hujusmodi, aut effectus erit major in fine, quàm ſua cauſa, ſicut intelligere Deum majus eſt in fine, quàm intellectus humanus exiſtens potentia efficiens ipſum intelligere, aut ſicut fructus arboris, qui eſt major in fine, quàm arbor illius, & majus in fine elementatum, quàm elementa, & ſubſtantia, quàm forma & materia ſubſtantiæ & ſic de aliis. Si autem ſit inter cauſam & cauſam, hoc eſt duobus modis.

Nam aut ipſæ cauſæ erunt conjunctæ ad eundem finem vel diverſum, aut erunt ſeparatæ & ad eundem finem vel diverſum, ſi enim ſunt conjunctæ & ad eundem finem, ſic eſt in aliquo elementato cauſato gradato, ût in cholerico, in quo ignis eſt major in fine, quàm terra, aut ſicut in verbo ſenſato rationato rationativa major eſt in fine, quàm ſenſitiva. Si autem ſint conjunctæ & ad diverſos fines, ſic eſt inter voluntatem credentem & intellectum inveſtigantem, dum voluntas ſupponit, ut intellectus inveſtiget, quia tunc major finis eſt intellectus inveſtigativus, quàm voluntas ſuppoſitiva, & ſic eſt etiam inter imaginationem & inter intellectum attingente intellectu neceſſariò oppoſitum hujus, quod imaginatio affirmat ſive negat, quemadmodum in punctis tranſcendentibus dictum eſt, quia tunc eſt intellectus ipſe in majori fine, quàm imaginatio ſeu ſenſus. Si verò ſint ſeparatæ & ad eundem finem, ſic ſunt ſol & elementa ad elementatum, nam elementa ratione elementati ſunt in majori fine, quàm ſol, quia conſtituunt elementatum ſubſtantialiter, ſol verò per accidens & ſic ſimiliter ſunt imaginatio & inſtrumentum artificis ad rem artificiatam; nam ad ipſam rem artificiatam eſt ipſa imaginatio in majori fine, quàm inſtrumentum, ſi etiam ſint, ſunt ſeparatæ ipſæ cauſæ & ad diverſos fines, illa eſt majoris finis, cujus finis major eſt. Eſt quidem finium alius major alio, qui nobiliores & magìs utiles, ac etiam univerſaliores & magìs ſubſtantiales habet conditiones, ſicut ſunt ferrum & aurum. Eſt enim ferrum iſtis conditionibus majoris finis, quàm aurum, & ſicut etiam eſt ovis & capra, quia ſic ſimiliter eſt ovis majoris finis, quàm capra, & ſic de aliis hujusmodi.

Et ſicut dictum eſt de majoritate finis inter cauſam & cauſam, ſic ſuo modo poteſt intelligi inter effectum & effectum, cùm cauſa & effectus ſe habeant relativè, ſemper quidem illa cauſa, quæ idem eſt, quod ejus effectus & è converſo, eſt major finis ſimpliciter, quàm illa, quæ non eſt idem, quod ejus effectus, ſicut in angelis intellectus & intelligere ad Deum, & ſimpliciter illa cauſa eſt in majori fine, ad quam ſuus effectus ſe habet, quàm illa, quæ ſe habet ad effectum & ſic ſimpliciter intelligitur, quod effectus, qui ſubſtantialiter cum ſua cauſa convertitur, majoris finis eſt, quàm cauſa & effectus, quæ ſic non convertuntur, & ſimpliciter effectus majoris finis, ad quem ſua cauſa ſe habet, quàm alia cauſa ſe habens ad alium effectum, ſecundùm quid autem & ſimpliciter cavendum eſt, nam aliqua cauſa ſive effectus eſt in majoritate finis ſecundùm quid, quæ non eſt in ea ſimpliciter & è converſo, ſicut aër in quarto gradu humiditatis in aliquo elementato, quàm ignis. Eſt autem ignis ſimpliciter & abſolutè in majori fine, quàm aër ratione dationis & calefactionis aëris.

Si autem cauſa & ejus effectus ſunt æquales in fine; ſic eſt in angelis & in animabus ſeparatis fruentibus Deo, ſecundùm quod patet in punctis tranſcendentibus, ſi autem ipſæ cauſæ conjunctæ ſe habent æqualiter in eodem fine, ſic eſt memoria intellectus & voluntas in homine producentes æqualiter ſuum ratiocinari, cùm ſit neceſſarium judicium æqualiter per ipſas potentias de re inveſtigata; ſi autem ipſæ cauſæ ſe habeant æqualiter ad diverſos fines, ſic ſunt quatuor elementa in natura; nam in quantùm ignis habet ignire & calefacere ratione ſuî, in tantùm habet aqua aqueïficare & frigefacere ratione ſuî, & in quantùm aër habet aërificare & humefacere ratione ſuî, in tantùm habet terra agere ſcilicet terreïficare de ſe ipſa & deſiccare. Et in quan-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in quantùm ignis habet naturam dandi de se ipso aëri, tantùm habet naturam aër dandi de se ipso aquæ & sic de aliis elementis. Et ideo manifestè patet, quòd si causæ sint quocunque modo æquales, sic & effectus necessariò erunt æquales, & si æquales causæ sint suis effectibus æquales, effectus istius causæ erit illi causæ æqualis & effectus illius causæ erit isti causæ æqualis. Quod patet in angelis & animabus fruentibus Deo, quoniam si intellectus & voluntas angeli existentes æquales sint suis actibus æquales, actus quidem ipsius intellectûs æqualis est ipsi voluntati & actus ipsius voluntatis ipsi intellectui.

Aliquoties investigatione factâ intellectum dubitare contingit de majoritate finis, nam sæpe accidit, quòd apparet finis majoritas & non existit, aut aliquando existit, nec tamen apparet, si igitur existit & non apparet, discurrat intellectus ad primam & secundam & tertiam distinctionem, & salvis eorum conditionibus contrahat ipsas distinctiones ad illud, cujus majoritatem investigat & si sufficienti investigatione bene contraxerit eas, indubitanter apparebit illi existentia majoritatis finis illius, quem inquirit. Exemplum autem hujus prætermittimus propter ejus longitudinem & diffusionem. Et quia periti in hac scientia hoc manifestè attingunt, & ut discentes viam altiorem habeant exercendi. Si autem insufficienter discurrendo contraxerit ipsas distinctiones ad propositum, apparebit forsitan illi majoritas finis, quæ non erit, & adhuc fortè de ipsa majoritate finis dubitabit. Quare ad evitandum apparentiam sine existentia in majoritate finis recipiat contrarium hujus, quod concluśit in majoritate finis, & discurrat cum eo per diffinitiones & conditiones & regulas. Et si non potest stare in majoritate finis, sed in minoritate, verè concluśum fuit in majoritate finis: si autem stat in majoritate finis per ipsas prædictas distinctiones, falsè concluśum fuit in majoritate finis ratione alicujus apparentiæ contrarianti ipsi existentiæ, quare necessariò oppositum contradictoriè concludendum est in majoritate finis, quod patet in igne. Nam si quæratur, utrum ignis habeat à se ipso aut à terra siccitatem, si dicatur, quòd à se ipso, sic videtur esse in majoritate finis, quia finis & esse concordant, & major finis & majus esse, sed majus esse est in ipso, si ipsa siccitas sit ab ipso ita, quòd non ab alio, quia sic est eidem unita & fluit ab illo, quemadmodum & caliditas, ergo ratione majoritatis finis ipsius ignis siccitas videtur esse in igne & ab ipso igne, non autem ab alio elemento. Et ideo ad videndum, utrum hæc majoritas sit vera, videat artista, quid est ignis & quid finis ipsius ignis & quas conditiones requirit habere quiditas & finis ipsius ignis & quantum triangulum viridem cum aliis elementis, ut substantia ignis de principio possit transire per necessarium medium ad suum finem. Est autem ignis quædam pars essentialis constitutiva materialiter & formaliter elementati contra aquam, inhibens elementatum ipsi aquæ & aliis elementis penitus esse subjectum; & est id, quod in elementato potiùs est calidum leve & diffusivum, & in quo natura motûs elementati potiùs conservatur ratione velocitatis ejus. Finis ergo principalis ipsius ignis est ipsum elementatum prædictâ diffinitione ignitum. Majoritas igitur istius finis majoritatem differentiæ, concordantiæ & contrarietatis requirit inter ipsa elementa elementatum constituentia, ut ex his principiis consequatur ignis majoritatem medii proportionalis mensurationis & medii continui per totum usque ad omnia ipsa extrema elementati agendo & patiendo concordativè quoad terram & ignem & contrariativè quoad aquam, ut tanto medio conjunctionis uniantur elementa, quòd sequatur unus finis in majoritate totus ignitus, totus terreïficatus & totus aërificatus & totus aqueïficatus, quod est ipsum elementatum. Ad hunc quidem finem creata sunt elementa, ut eum obtineant in majori magnitudine, quâ possunt. Recipiat ergo artista utrumque contradictorium scilicet ignem esse siccum à se ipso & non ab alio, & ignem non esse siccum à se ipso sed ab alio scilicet à terra, manifestum est, quòd negativa prævalet ad majoritatem finis prædicti ratione majoritatis, prædictæ differentiæ, concordantiæ & contrarietatis & ratione majoritatis prædicti principii medii ad ipsum finem, quoniam cùm non sit nisi una universalis siccitas inter ipsa elementa, quamvis alteretur, eò quòd potest esse frigida & calida, major quidem concordantia est inter terram & ignem, si ipsa siccitas sit terræ induentis totum ignem de se ipsa induens eum totum de siccitate sua, cùm accidens proprium subjectum dimittere non possit. Quemadmodum ignis de ipso inducit totum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tùm aërem, induens eum de caliditate ſua, ex quo ſequitur majoritas contrarietatis inter ignem & aquam, quæ nunquam actu contrarientur, nec alius alii reſiſtendo reduceret eum ad propoſitum, niſi una ſiccitas per concordantiam eſſet unibilis & frigiditati & caliditati, quemadmodum caliditas ſiccitati & humiditati & ſic per conſequens deſtrueretur majoritas prædicti principii & medii prædicti finis & per conſequens majoritas ipſius finis; quare falsè concluſa fuit affirmativè majoritas finis. Conſimilì modo ſequitur apud eos, qui negant mundum habuiſſe eſſe poſt non eſſe, nam ad hoc affirmant majoritatem finis primæ cauſæ, cùm mundus non ſit propter ſe, ſed propter ſuam cauſam, recipiunt enim majoritatem concordantiæ ipſius cauſæ & ipſius effectûs in actione & paſſione, quare ut cauſa extrinſecè nunquam fuerit otioſa, & ut magìs effectus ſit ratione eſſendi contra non eſſe: concludunt propter majoritatem hujus finis mundum non habuiſſe eſſe poſt non eſſe; & hoc modo negant mundi creationem, peccant enim ex inſufficientia diſcurrendi per conditiones primæ cauſæ & ſui effectûs, quoniam omnes dignitates ipſius ſummæ cauſæ tam extrà, quàm etiam intrà ſunt agendo æquales, & effectus recipiendo earum ſimilitudines, quantum poteſt ſine defectu earum obediendo, ſequitur earum conditiones, ut ex ipſarum majoritate finis reſultante ex earum æqualitate finis habeat ipſe effectus majoritatem ſui finis. Hoc autem habetur neceſſariò propter majoritatem differentiæ & concordantiæ & propter minoritatem contrarietatis & majoritatem principii medii & finis inter ſummam cauſam & ſuum effectum. Quoniam ſi mundus nunquam fuerit inceptus poſt non eſſe, ſed ſemper duraverit ab æterno, nunquam deſinet & nunquam fuit primus homo nec ultimus erit, & ſic de individuis aliarum ſpecierum. Et ſi ſic, plùs exiſtit homo in privatione per corruptionem, quàm in eſſe per generationem & nulla eſt gloria, quam exſpectamus in ævo, & ſic aufert æternitas majoritatem ſimilitudinis, bonitatis &c. inter cauſam & effectum per omnia principia hujus artis, & dat contrarietatem inter ſe & juſtitiam in effectu, eò quòd juſti & injuſti æqualia præmia conſequuntur. Nec permittit ſapientiam & voluntatem tantâ duratione intelligi & diligi, quantùm deceret, nec effectum tantùm eſſe ſubjectum ſuæ cauſæ, quantùm dignum eſt illum ſubjici ſuæ cauſæ, eò quòd effectus ſuæ cauſæ non recognoſcit ſe virtute & poteſtate ipſius cauſæ de non eſſe productum & ordine perverſo facit primam intentionem eſſe ſecundam & è converſo, videlicet individua eſſe propter ſpecies & non è converſo; falsè ergo concluſa eſt majoritas finis à negantibus mundi creationem de non eſſe, ut cauſa extrinſecè ab æterno non fuerit otioſa, quod non valet, nam ex eo, quòd divina operatio eſt intrinſecè infinita, nulla quidem otioſitas poteſt ab extrinſeco in Deum implicari. Nam ratione ſuæ infinitatis in omni perfectione ex ſua intrinſeca operatione tanta reſultat fæcunditas agendi extrinſecè, quòd ipſe ab æterno ratione ſuî fuit cauſa, non autem ratione effectûs, quia ratione prædictarum conditionum non potuit, nec poteſt effectus totam ſuæ cauſæ influentiam acceptare. Eſt hic tamen punctus tranſcendens ſuper ratione intellectûs. Sic enim inquirenda eſt majoritas finis inter ſummam cauſam & ſuum effectum, quòd minoritas finis inter ipſam ſummam cauſam & ſuum effectum nullatenus implicetur, & ideo nihil de ipſo effectu ſuo poteſt eſſe ipſi ſummæ cauſæ præter majoritatem, in quocunque ſit tempore in effectu aut in præterito aut præſenti aut in futuro. Quòd autem eſt majoritas finis aut minoritas cujuscunque effectûs ipſius primæ cauſæ, ex quo jam fuit, vel ex quo jam eſt, impoſſibile eſt aliter eſſe, in futuro quidem gratiâ liberi arbitrii poteſt ab hominibus majoritas aut minoritas finis eligi. Quare ad adhærendum majoritati finis futuri, vel evitandum ejus minoritatem, eſt hæc ars utiliſſima in conſiliorum adminiſtratione.

* * *

(c) 2006 Ministerio de Cultura

INCIPIT

QUARTA ET ULTIMA DISTINCTIO

QUÆ EST

De Quæstionibus.

AD acquirendum scientificum habitum speculatio est ad practicam reducenda, quare ut ex his, quæ jam dicta sunt, fructus & utilitas consequatur; addimus in hac quarta & ultima distinctione practicam hujus artis.

Hæc autem distinctio in duas partes divisa consistit, in prima namque parte novem generales subduntur quæstiones & solvuntur per primam, secundam & tertiam distinctionem.

Secunda pars tot continet quæstiones, quot sunt in secunda distinctione conditiones & cujuslibet earum solutio in sibi proportionatis conditionibus implicatur, existens etiam multiplicabilis per diffinitiones & regulas hujus artis. Istarum quidem non explicantur solutiones, quod fit ad prolixitatem & confusionem nimiam evitandam & ut maximè, sicut primæ explicatæ sunt, non nihil exercitii artistis viâ simili relinquatur.

Prima ergo pars novem habet quæstiones materias plurimas ambientes, prima quidem earum ponitur esse B., secunda C., tertia D., quarta E., quinta F., sexta G., septima H., octava I., nona K.; quod fit, ut artista disponens eas in tertia & quarta figura hujus artis, secundùm quod totum T. cum diffinitionibus, conditionibus & regulis antedatis cadit inter eas, possit de illis iterum practicari, eliciens inde plurimas alias quæstiones, argumenta & solutiones.

Modus quidem has quæstiones solvendi tripartitus est. Primus enim est secundùm primam distinctionem, allegando principia, de quibus ipsa prima distinctio constituta est & eorum diffinitiones.

Secundus verò secundùm distinctionem secundam per necessitatem conditionum ejus.

Sed tertius secundùm tertiam distinctionem ad regulas spectat, servando modos & doctrinas in eis datos. Sunt itaque prædicti tres modi in figuris ordinati, quòd primus modus est primæ figuræ & secundæ, secundus verò etiam tertius sunt tertiæ & quartæ figuræ.

Per primam quæstionem significatur modus inquirendi ratione existentiæ & agentiæ entium secundùm earum æqualitatem aut inæqualitatem in bonitate, magnitudine &c. & in unitate bonitatis, magnitudinis &c.

Per secundam denotatur modus inquirendi modum, per quem substantiæ separatæ attingunt & attinguntur.

Per tertiam traditur modus, per quem existunt motor & motus & libertas movendi seu etiam agendi motore existente movente se ipsum ipso existente moto ab alio & hoc sine contradictione.

Per quartam figuratur modus, per quem intellectus conjunctus intelligit.

Per quintam modus entium moralium & quiditatum eorum.

Per sextam probatur vita æterna & datur modus, per quem se habent causa & effectus secundùm hujus artis principia.

Per septimam habetur modus, per quem sensus conjunctus est & per quem attingit & attingitur, & per quem ejus essentia & natura consistit.

Per octavam modus, per quem elementa in mixto consistunt & per quem alia pars eorum est in alia, & corpus mixtum in corporeïtate potentialiter & habitualiter & in se ipso actualiter situatum & modus generandi & corrumpendi.

Per nonam ostenditur modus necessitatis & universalitatis hujus artis, & datur via, per quam particularia ipsius artis inveniuntur, & per quam ipsa ars inventiva habitualis & comprehensibilis est. Omnes igitur prædicti modi prædictarum novem quæstionum considerandi sunt, cùm sint valde generales, ut discurrendo per ipsas novem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

novem quæstiones in tertia & quarta figura hujus artis attingat quamplures alias quæstiones in mixtione prædictarum novem implicitas, ad hoc, quòd intellectus ad multa & ardua investigandum se disposítum sentiat & acutum. Nunc igitur ad propositum accedamus.

DE

PARTE I.

DISTINCTIONIS QUARTÆ.

Quæ est

De novem quæstionibus & earum solutionibus per tres modos, videlicet per secundam & tertiam distinctionem.

DE PRIMA QUÆSTIONE B.

Quæstio. **Utrum Deus sit intantùm Deus agendo in se, quantùm existendo?**

Primus solvendi modus per primam Distinctionem.

1. BOnitatis diffinitio in prima distinctione manifestè ostendit hujus quæstionis solutionem esse necessariò affirmandam, quoniam, cùm bonitas sit ens, ratione cujus bonum agit bonum, bene sequitur, quòd bonitas infinita sit ens infinitum, ratione cujus bonum infinitum agit bonum infinitum, nam aliter non esset ipsa infinita conditionibus boni infiniti. Cùm Deus ergo sit ipsa infinita bonitas & ipsum infinitum bonum agit necessariò bonum infinitum in se de se ipso, quia aliter non posset, cùm nihil sit infinitum præter ipsum; ergo Deus tantus est agendo in se ipso, quantus est existendo in se ipso existente bono existendo & bonificando.

2. Diffinitio magnitudinis conclusioni negativè hujus quæstionis contradicit, consentiens affirmativè, quoniam si Deus est in tantò Deus agendo, quantò existendo, sufficit magnitudo bonitati, æternitati &c. quod si non, deficit quidem eis in hoc, quòd dimittit existere suum agere & suum contrarium, quod est parvitas & privatio magnitudinis actûs bonitatis, quod est malitia; idem similiter est de æternitate, sed quoniam hoc est impossibile, igitur &c.

3. Quoniam æternitas est in Deo proprietas, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. durant, oportet necessariò Deum esse in tantò agendo in se, quantus est existendo, cùm ipsa æternitas faciat in Deo durare bonitatem &c. ratione cujus durationis bonitas &c. sunt id, quod sunt, quare ratione existentiæ durationis & agentiæ operationis est ipsa æternitas Deus tantùm in agendo, quantùm bonitas, magnitudo &c. durando seu existendo.

4. Ratione potestatis suæ possunt divina bonitas, magnitudo &c. existere & agere, si autem bonitas &c. Dei possunt in tantùm agendo, quantùm existendo, sufficit quidem ipsa potestas toti actui cujuslibet divinæ dignitatis, quod si non, deficit utique suómet posse & ipsi posse, & bonitatis, magnitudinis &c. quod est summa privatio bonitatis &c. & per consequens summa malitia &c. quod est summè impossibile. Ergo &c.

5. Divina sapientia est ratio sui intelligere, divinus enim intellectus se intelligit esse Deum existendo id, quod ipse est. Si autem non intelligeret se in tantò esse Deum intelligendo, quantùm existendo, esset ipsum existere suum finis & ipsum intelligere suum se haberet ad illum finem, & sic esset ipsum intelligere suum extra summam essentiam finis, quod est impossibile, ergo &c.

6. Cùm divina bonitas, magnitudo &c. sint desiderabiles ratione divinæ voluntatis, si ipsa divina voluntas non diligit tantùm bonificantem & bonificatum suum, magnificantem & magnificatum suum &c. quantùm ipsam bonitatem, magnitudinem &c. vellet quidem ipsa voluntas otiositatem in bonitate, magnitudine &c. quæ ratione ipsius voluntatis essent desiderabiles in privatione finis eorum, quod est impossibile, vult ergo ipsa divina voluntas in tantùm bonum agendo, quantùm existendo. Quare &c.

7. Divina bonitas, magnitudo &c. sunt numero unum idem ratione virtutis suæ, quam habent uniendo, ut earum unitas non sit præter agere absque otiositate; ergo ipsa Dei virtus in tantùm est Deus in hoc, quòd unit essentialiter bonitatem, magnitudinem &c. quantùm in hoc, quòd facit existere bonitatem, magnitudinem &c. cùm præter illam unionem bonitas, magnitudo &c. non essent Deus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

8. Id, quod est verum de divina bonitate, magnitudine &c. est veritas, si igitur Dei bonitas, magnitudo &c. non sunt in tantò Deus agendo bonum magnum &c. quantùm existendo bonum &c. est divina veritas divisa ratione majoritatis existentiæ, bonitatis, magnitudinis &c. & minoritatis agentiæ earum, sed cùm falsum & impossibile sit, divinam veritatem esse divisam in majoritate & minoritate ratione existentiæ bonitatis, magnitudinis &c. oportet bonitatem &c. in tantò esse Deum agendo bonum &c. quantò existendo bonum &c. quod si non, id, quod est falsum de divina bonitate &c. videlicet prædicta divisio, & majoritas & minoritas est veritas, quod est contradictio.

9. Cùm gloria sit ipsa delectatio, cui bonitas, magnitudo &c. acquiescit, oportet ipsam Dei bonitatem, magnitudinem, &c. tantæ suæ gloriæ acquiescere, quòd earum existere sunt æquales; & hoc ut nullo modo pœnæ, malitiæ, parvitati &c. acquiescant, quoniam si majoritati existentiæ & minoritati agentiæ suæ conquiescerent, ratione quidem ipsius minoritatis essent sine delectatione, quod esset summa malitia, parvitas &c. quæ sunt in Deo impossibiles. Ergo &c.

10. Differentia est ens, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. sunt rationes inconfusæ & bonificans & bonificabilis &c. inconfusi; quare necessariò sequitur, quòd tantùm agit Deus in se ipso, quantùm existit; quod si non, sequitur manifestè (cùm agere & existere in Deo sint simpliciter ipse Deus) quòd duo contraria seu contradictoria in Deo pariant contradictionem, videlicet infinitum esse finitum & è converso, quod falsum est, aut quòd non est dare Deum infinitum nec finitum essentialiter, & sic remanent divina bonitas, magnitudo &c. in se confusæ & per consequens bonificans & bonificabilis in Deo confusi, quod est impossibile & contra diffinitionem supradictam. Quare &c.

11. Si divina bonitas & magnitudo &c. tantùm concordant agendo, quantùm sunt existendo & è converso; hæc earum concordantia est infinitus actus concordandi, cùm sit in tantùm infinitus actus concordandi, quantus est infinitus actus existendi, ergo ratione hujusmodi infinitæ concordantiæ dat necessariò ipsámet infinita concordantia, quòd bonitas, magnitudo &c. sunt unum idem numero existere & agere, quæ substantialiter seu essentialiter convertuntur. Si autem ipsa infinita concordantia non esset inter bonitatem, magnitudinem & cæteras infinitas, esset utique inter eas infinita contrarietas, dans infinitam contradictionem bonitatis, magnitudinis &c. & è converso per oppositum infinitæ concordantiæ. Et quoniam hoc est summè impossibile, necessariò sunt in Deo hæc, quæ dicta sunt, de bonitate, magnitudine &c. in concordantia & per consequens tantus est necessariò Deus agendo, quantus existendo.

12. Si divina bonitas similiter & magnitudo &c. esset major existendo, quàm agendo, bonificans quidem ipsius bonitatis & ejus bonificare & bonificabile essent in minoritate, & hoc ut ipsa bonitas consisteret in majoritate & sic oporteret, ut ipsa magnitudo potestatis & voluntatis, bonitatis minorificarent infinitè ipsum bonificare & bonificativum & bonificabilem, ut ipsa bonitas consisteret in majoritate infinita. Hoc autem esset infinitum malificare bonitatis, quod patet manifestè, quoniam si hoc esset, infinitum bonificare &c. illius, sequeretur, quòd si magnificarent infinitè ipsum scilicet bonificare bonitatis &c. hoc esset malificare quod esset manifesta contradictio, scil. quantò plus ageret bonum, tantò plùs ageret malum, & quantò minus ageret bonum, tantò plùs ageret bonum, quare necessariò ratione prædictorum in tantùm oportet Deum esse Deum agendo, quantùm existendo.

13. Deus est principians, aliter non esset principium alicujus principiati, quod falsum est, est ergo Deus principians & in ratione principiandi est agens, quare necessariò sequitur, si Deus non est in tantùm agens, quantùm existens, quòd prioritas stat ex parte principiantis & posterioritas ex parte principiati. Unde sequitur necessariò, quòd principiari bonum magnum &c. plùs consistit in potentia & habitu, quàm in actu, quod est impossibile; ergo principiari bonum magnum &c. est actu, ergo tantus est Deus agendo, quantus existendo, ut non sit prioritas malitiæ & parvitatis &c. & posterioritas bonitatis magnitudinis &c.

14. In Deo est medium in principio & fine, ut finis influat in principio ad hoc, quòd sit principians & quòd principium refluat ad finem, ut ipse finis sit perficiens per totum medium absque extremitatibus & absque distinctione essentiæ & naturæ principii & finis, quare necessariò sequitur, quòd Deus est

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt in tantùm Deus agendo, quantùm exiſtendo, ut medium ſit ſine extremitatibus eſſentiæ & naturæ Dei.

15. Divina exiſtentia eſt finis, cui principians bonum magnum &c. acquieſcit. Finis autem principians divinum acquieſcere eſſe non poteſt, niſi in ſe ipſo producat principiatum Deum in tantùm bonum &c. quantus eſt ipſe finis principians, ergo Deus tantus eſt agendo ſcilicet principiando, quantus eſt ipſe exiſtendo.

16. Majoritas eſt imago magnitudinis & hoc in propoſito & minoritas eſt imago ejusdem magnitudinis in oppoſito. Si igitur Deus eſt major exiſtendo, quàm agendo, neceſſariò ſunt in eo majoritas & minoritas, & ita eſt in eo alia imago contra aliam, quod eſt ſummum malum, ſumma parvitas &c. exiſtentia in Deo impoſſibilia. ergo &c.

17. Si Deus non eſt æqualiter Deus exiſtendo & agendo, concordantia bonitatis, magnitudinis &c. aut extra æqualitatem acquieſcit, aut non acquieſcit, nec habet finem; utrumque autem iſtorum eſt impoſſibile ratione bonitatis, magnitudinis &c. ergo &c.

18. Si Deus eſt magìs exiſtendo, quàm agendo, ſuum quidem agere eſt circa nihil, cùm omnis minoritas ſit circa nihilum, & ſic illa actio, quam Deus habet in ſe ipſo, non eſt de eſſentia & natura bonitatis, æternitatis &c. quod eſt impoſſibile. Ergo &c.

Nunc igitur de primo modo primæ quæſtionis dictum eſt, in quo ſumptæ ſunt rationes per ſingulas diffinitiones principiorum, nunc autem in ſecundo modo ſequenti probando per conditiones, per quamlibet conditionem miſcentur tria principia & per conſequens eorum diffinitiones, ita quòd neceſſitas probationis cujuslibet conditionis per neceſſitatem trium diffinitionum mixtarum ad invicem conſtat. Et ſicut hoc ſequitur hîc de prima quæſtione, ita ſimiliter intelligendum eſt de cæteris quæſtionibus octo hujus artis.

Secundus modus ſolvendi per ſecundam diſtinctionem.

1. PRima conditio bonitatis, magnitudinis & æternitatis ſignificat Deum in tantùm eſſe agendo, quantùm exiſtendo. Ratio hujus eſt hæc; Deus exiſtit ipsámet bonitas, magnitudo, æternitas & è converſo, quarum quælibet exiſtit id, quod alia & quod omnes. Ratione igitur hujusmodi exiſtentiæ Dei influit ipſe Deus magnum bonum æternum &c. cùm bonitas ſit ipsámet magnitudo & æternitas & è converſo; & cùm iſtæmet dignitates ſint ipsémet Deus, agens magnum bonum æternum ratione magnitudinis, bonitatis, æternitatis. Nam agente Deo agit tota bonitas & tota magnitudo & tota æternitas, ut quælibet iſtarum non ſit alteri defectiva. Ergo Deus in tantùm eſt Deus exiſtendo, quantùm agendo. Aliter enim non ageret tota ejus bonitas, nec tota ejus magnitudo, nec tota ejus æternitas, & ſic Deus non eſſet ſimpliciter bonitas &c. quod eſt impoſſibile, ergo &c.

2. De ratione divinæ bonitatis eſt bonificare, de ratione igitur ipſius eſt poſſificare, cùm ſine poſſificare impoſſibile ei eſſet bonificare. Eſt etiam divina bonitas ipſa Dei poteſtas, ut bonificare ſit ſimpliciter de ratione ipſius bonitatis, atque bonitas ipsásmet conditiones magnitudinis habet, quemadmodum & poteſtatis. Ratione ergo ſuæ bonitatis, quæ eſt ipsámet poteſtas & magnitudo divina & è converſo, habet Deus poteſtatem magnificandi in tota eſſentia & natura magnitudinis, ut ipſe totus ſit bonificans in tota eſſentia & natura magnitudinis & de tota eſſentia & natura magnitudinis, quod eſt impoſſibile, niſi Deus in tantùm ageret, quantùm exiſtit, ergo &c.

3. Divina bonitas eſt ſimpliciter magna, cùm ipſa ſit ipsámet magnitudo Dei & è converſo. Impoſſibile eſt ergo in ea ſciri malitiam & parvitatem, ſed in ea ſciretur malitia & parvitas, niſi in tantùm ageret bonum, quanta ipſa eſt magna, ergo &c.

4. Diffinitio Dei eſt ipſum Deum eſſe bonitatem, magnitudinem, voluntatem &c. nullum enim aliud ens poteſt eſſe ſua bonitas, magnitudo &c. cùm impoſſibile ſit plures eſſe Deos, ſolius ergo Dei eſt diffinitio prædicta. Eſt ergo Deus ſuámet bonitas, magnitudo, voluntas, & ſic poteſt ſe ipſum in tantùm eſſe agendo, quantùm exiſtendo, cùm plus ſit ipſum eſſe Deum tantùm agendo, quantùm exiſtendo. Oportet ergo neceſſariò ipſum eſſe id, quod plus eſt, non autem id, quod minus eſt, ut divina voluntas & bonitas & magnitudo &c. in ſuo agere non conſiſtant otioſæ.

5. Impoſſibile eſt illam virtutem eſſe defectivam in bonitate, quæ idem eſt numero, quod magnitudo: defectus namque dicit privationem bonitatis in magnitudine, ma-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gnitudo autem existens ipsámet virtus, & bonitas non permittit esse defectum in virtute, ut ipsa virtus non consistat in parvitate, ratione ergo hujus conditionis in Deo existentis patet Deum esse in tantùm Deum agendo, quantùm existendo. Aliter enim ejus virtus est defectiva, & non idem, quod magnitudo & bonitas &c. quod est impossibile, quare &c.

6. Bonitas Dei & ejus veritas convertuntur, si autem ista conversio sit & existendo & agendo, sic est in magnitudine, si verò sit existendo ita, quòd non agendo, sic est in magnitudine, ratione existendi, sed extra magnitudinem ratione agendi, & sic est illa existentialis conversio sine agere & sic in parvitate & malitia & contradictione, quod est impossibile, ergo &c.

7. Major est Dei bonitas, si in tantùm est glorificans &glorificata, quantùm existit, & hoc est ratione conditionis, magnitudinis, gloriæ, quam bonitas magìs attingere potest existendo & agendo æqualiter, quàm inæqualiter, ergo ut Dei bonitas magìs attingat gloriam, est necessariò in tantùm glorificans & glorificabilis, quantùm existens gloria.

8. Nulla bonitas potest esse magna sine distinctione bonificantis & bonificati, eò quòd magnitudo bonitatis requirit, quòd bonitas habeat existere & agere ratione magnitudinis, quorum est prædicta distinctio, ergo ratione magnæ bonitatis existendi habet divina bonitas bonificantem & bonificabile bonificatum & ratione agendi habet bonificare. Et quoniam ipsa magnitudo bonitatis requirit, quòd ipsum bonificare sit tantum, quantum existere bonificantis, bonificabilis & bonificati, ut sit per totam existentiam bonitatis &c. in magnidine, oportet necessariò Deum in tantùm esse agendo, quantùm existendo, quod si non, bonitas quidem posset esse magna sine distinctione bonificantis & bonificati & sine bonificare, quod est impossibile, quare &c.

9. Divina bonitas & magnitudo sine concordantia concordare non possunt, habent ergo concordare, ut concordantiam habere possint. Per consequens igitur habent concordantem & concordatum concordabilem, ut habere possint concordare suum. Hoc autem concordare est in magnitudine bonitatis, quia ipsa concordantia est in magnitudine bonitatis, ad hoc, ut concordans & concordabilis & concordatus sint in magnitudine bonitatis. Hoc autem esse non posset, nisi Deus esset tantus agendo, quantus existendo, hoc est tantus in concordare, quantus in concordantia & tantus in bonificare &c. quantus in bonitate &c. quia in quantùm non esset concordare tantum, quanta est concordantia, in tantum esset concordantia in bonitate & magnitudine concordantia sine concordare, quod est impossibile, ergo.

10. Bonitas & magnitudo ratione concordantiæ & concordandi distant à malitia & parvitate & contrarietate & à concordari, quia ratione concordantiæ existunt Deus & ratione concordandi in se ipsis stant ipsúmmet concordare distantes à malificare, minorificare & à non Deificare, quare ex his patet Deum in tantò esse Deum agendo, quantùm existendo, quod si non, utique ea, quæ prædicta sunt, essent impossibilia, quare &c.

11. Illa bonitas est magna, quæ in essentia magnitudinis principiat bonum, & quantò magìs principiat illud, tantò major est, unde ratione magnitudinis suæ sequitur, quòd divina bonitas in tantùm principiet magnum bonum in magnitudine sua, quantùm ipsa est ipsámet magnitudo, quod est, ut principium sit magnum in bonitate & è converso sine parvitate, ergo divina bonitas in tantò est Deus agendo, quantùm existendo.

12. Illa bonitas est in summa magnitudine, quæ est in medio principium & finis, sed in medio ipsa non potest esse principium & finis, sine principiare, mediare & infinire, convertibilia & stabilia cum principio, medio & fine, ergo ipsa bonitas, ût bonum, in quantùm ipsa existit in magnitudine, in tantùm agit, cùm magnitudo extra principiare, mediare, & infinire convertibilia cum suo principio, medio & fine esse non possit.

13. Nulla bonitas sine fine potest esse magna, cùm finis sit de conditionibus bonitatis, magnitudinis & è converso, sed si divina bonitas non agit tantùm bonum, quantùm ipsa est, ipsa quidem est magna sine fine, quod est impossibile, cùm finis bonitatis sit producere bonum in magnitudine. &c. ergo.

14. Bonitas significat in majoritate magnitudinem suam, si autem divina bonitas agat tantùm bonum, quantùm ipsa est, significat quidem magnitudinem suam in majoritate, quod si non, significat eam in minoritate, ergo tantùm bonum agit, quantùm ipsa

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ipsa est, & sic stat in ea natura prædictæ conditionis, quod si non, convertitur natura prædictæ conditionis in suum oppositum, quod est impossibile, ergo &c.

15. Bonitas & magnitudo de totis sémet ipsis concordantes ad invicem distant in tantùm, quantùm ipsæ sunt ab inæqualitate, concordantes igitur de totis sémet ipsis stant in summa æqualitate, sed in summa æqualitate non possunt esse, nisi Deus in tantò sit agendo, quantùm existendo, ergo &c.

16. Ut agere divinum sit in magnitudine bonitatis & è converso, agit Deus in se ipso, de se ipso, & ideo, si istud agere Dei non est tam magnum existendo agere, quanta est ipsa bonitas existendo bonitas, & sic de magnitudine & agere suo, est quidem illa bonitas parva & illa magnitudo mala, participantes cum minoritate agendi, quæ quidem participatio est impossibilis in Deo; ergo Deus, in tantùm est Deus agendo, quantùm existendo.

Et ista sufficiant, quantùm ad primam cameram seu ad primam rubricam secundæ distinctionis, quoniam sicut multipliciter probatum est, Deum in tantùm esse Deum agendo, quantùm existendo. Sic suo modo patet via probandi hoc per cœteras cameras seu rubricas consequentes.

Tertius modus probandi secundùm tertiam Distinctionem.

1. PRima regula significat hujus quæstionis affirmationem esse tenendam. Nam supponendo Deum in tantùm esse Deum agendo, quantùm existendo: potentiæ animæ magìs attingunt objectivè, & Deus magìs intelligibilis est assumptus ratione suæ bonitatis magnitudinis &c. ita quòd ratione affirmationis memoria est magìs recolitiva & intellectus magìs intellectivus & voluntas magìs volitiva & Deus magìs recolibilis, magìs intelligibilis & magìs amabilis. Et quoniam istud magìs ex parte Dei & animæ & majoritas concordant, & quia majoritas est imago magnitudinis, & magnitudo & bonitas &c. concordant, sequitur, quòd Deus est in tantò Deus agendo, quantò existendo.

2. Hoc idem significat secunda regula isto modo: ratio nostra rationatur existentiam Dei esse perfectam bonitate, magnitudine &c. similiter & ipsam agentiam, quam Deus habet in se ipso, & ita ratio nostra absque aliquo inconvenienti coæquat existentiam & agentiam Dei. Nam sine ista coæquatione non posset ipsa ratio ex parte objecti in se reperire complementum. Quare si Deus est major ratione existendi, quàm agendi, majus quidem est ratiocinari nostrum in nobis, quàm in re agere suum, quod est impossibile & contra ordinationem secundæ regulæ.

3. In prima & secunda figura per multas & necessarias rationes concluSum est affirmativè secundùm primam distinctionem & secundam, sic similiter eædem & multæ aliæ rationes per tertiam & quartam figuram deduci possunt concludentes necessariò illud idem, ut in quæstione de K. exemplificabitur; & quoniam tertia & quarta figura de primis duabus constitutæ sunt figuris, factâ igitur prædictâ deductione in primis duabus figuris leviter patere potest, quomodo in cœteris duabus sit discurrendum. Quare ad prolixitatem nimiam evitandam discurrere in duabus ultimis figuris omittimus & ad modum investigandi intellectualem tertiæ regulæ transimus; Et quantùm ad primum modum investigandi, patet necessariò, quòd Deus tantùm est Deus agendo, quantùm existendo. Nam aliter essent destructæ proprietates & declinatio suæ bonitatis magnitudinis &c., quia in quantùm bonificare non esset æquale ipsi bonitati & sic de aliis, in tantùm esset malificare, parvificare &c. & bonificativus, in quantùm existentivus esset major, sed in quantùm bonificativus &c. esset minor. Hoc idem etiam esset de existentibili bonificabili &c. Cùm autem Deus ratione perfectionis suæ sit simpliciter & convertibiliter id, quod ipse est, sequeretur secundùm modum secundum investigandi, quòd malum esset bonum in Deo & magnum parvum & majus minus &c. & è converso, quod est contradictio. Et per tertium modum investigandi majoritas & minoritas & æqualitas essent in Deo sine contrarietate. Similiter secundùm quartum modum esse privatio, perfectio & defectus converterentur in Deo, & secundùm quintum modum non esset bonitas in magnitudine sine malitia, nec magnitudo in æternitate sine parvitate, nec æternitas in potestate sine privatione, nec potestas in sapientia sine debilitate, nec sapientia in voluntate sine ignorantia, & sic de aliis usque ad gloriam, nec gloria in bonitate sine pœna. Quare secundùm omnes conditiones & im-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& impossibilitates prædictas patet necessariò per tertiam regulam Deum in tantò esse Deum agendo, quantùm existendo.

4. Per contractionem etiam generalis ad speciale necessariò declaratur istud idem in quarta regula. Hæc autem declaratio multimodè fieri potest. Nos autem per compendium transeuntes declarationem istam breviter tradimus in hunc modum. Bonitas per se sumpta, magnitudo per se sumpta & sic de aliis sunt principia generalia omnibus entibus, cùm autem venimus ad bonitatem &c. & dicimus eam, quæ est ipsius Dei, statim habemus eam, quæ convertibiliter contracta est cum ipsis divinis proprietatibus, quæ sunt infinitas, æternitásque, ita quòd infinita & æterna bonitas &c. ita quòd non alia est ipsius Dei propria existens idem, quod ipsa infinitas & æternitas & è converso ratione ipsius infinitatis & æternitatis, & ratione hujus convertibilis contractionis est necessariò distracta contradictoriè ipsa Dei bonitas &c. à finitate & privatione; quare ex his scilicet contractione & distractione stat necessariò, quòd Deus in tantùm est Deus agendo, quantùm existendo. Aliter sequitur totum oppositum eorum, quæ diximus hîc de quarta regula. Nam ex hoc quòd bonitas non potest habere suum agere sibi æquale, non potest cum eo converti, & sic remanet finita & in privatione suî & distrahitur necessariò à proprietate Dei. Et sic negandum necessariò Deum esse Deum, quod est impossibile, aut implicare contradictionem, quare de necessitate in tantùm est Deus agendo, quantùm existendo. Iterum similiter ex prædictis manifestè patet, quòd multæ contradictiones manifestè implicantur in Deo realiter, si ipse sit major existendo, quàm agendo.

5. Secundùm autem quod quinta regula dicit, realis contradictio stare non potest, quare multimodæ contradictionis impossibilitas necessariò manifestat Deum in tantò esse Deum agendo, quantùm existendo. Quod autem prædictæ contradictiones realiter sequerentur, patet, quoniam si essent contradictiones in ratione ita, quòd non in re, sequeretur, quòd eorum opposita essent contradictiones in re, ût bonum esse malum & magnum parvum & infinitum finitum & sic de aliis, in Deo non sunt contradictiones in re, sed in ratione, sequeretur quòd bonum esse bonum & magnum esse magnum & infinitum esse infinitum, & sic de aliis, sint in Deo realiter contradictiones & non in ratione, aut quòd contradictoria realiter sint unum idem, quod falsum est. Quare de necessitate supradictæ contradictiones essent in Deo realiter (ût probatum est) si ita esset, quòd ipse esset major existendo, quàm agendo.

6. Similiter secundùm sextam regulam necessarium & contingens probant Deum esse in tantùm Deum agendo, quantùm existendo. Nam ubicunque est reperiri majoritatem & minoritatem, est reperiri primam intentionem & secundam, & per consequens necessarium & contingens, & substantiale & accidentale, necessitas enim secundæ intentionis & accidentis non est ipsius secundæ intentionis & accidentis, sed ipsius primæ intentionis & substantiæ, solum autem contingens est ex parte secundæ intentionis & accidentis ratione minoritatis primæ intentionis & substantiæ, & ita de necessitate concludetur in Deo, si in eo est majoritas & minoritas ratione majoris existentiæ & minoris agentiæ. Hoc autem est defectus bonitatis, magnitudinis & omnium dignitatum Dei, quod est impossibile, ergo oppositum est necessariè.

7. Per demonstrationis speciem in septima regula declaratur similiter illud idem & primò per æquiparantiam isto modo: in existentia Dei consistunt in summa æqualitate bonitas, magnitudo &c., ut in earum existere sit unitas sine majoritate & minoritate. In agentia illarum etiam est æqualitas in summitate, ut bonificare & magnificare &c. sint æqualia in tantùm, quòd ex eis sit unum agere sine majoritate & minoritate, unde ratione illius summæ æqualitatis, in qua sunt ipsæ æqualitates existendo, & in qua sunt etiam agendo, impossibile est oriri inter existere & agere inæqualitatem, quæ convenit cum minoritate. Quoniam si posset oriri, sequeretur, quòd minoritas inæqualitatis posset destruere majoritatem æqualitatis & pervertere eam in minoritate, quod est impossibile. Unde patet necessariò Deum in tantò esse Deum agendo, quantùm existendo, præterea hîc potest sumi illa ratio, quæ in ipsa septima regula sumitur per æquiparantiam, quæ ratione immensæ magnitudinis probat in Deo æqualitatem esse ipsam immensam magnitudinem &c. & necessariò concludetur Deum in tantùm esse Deum agendo, quantùm existendo. Hæc autem demonstratio per realem æquiparantiam est demon-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

demonſtratio, propter quid in ratione, ût in ipſa ſeptima regula ſignificatur.

8. Octava etiam regula per punctum tranſcendens probat neceſſariò prædictam concluſionem affirmativam, quâ ratione infinitæ perfectionis Dei oportet, quòd intellectus contemplans Deum, effugiat neceſſariò omnem privationem & defectum in natura divina, & ſi ſic, conſiderat igitur ipſe intellectus exiſtere divinum eſſe tantæ infinitæ & æternæ bonitatis, magnitudinis &c. quòd ipſum exiſtere Dei inconfusè eſt idem, quod agere ipſarum dignitatum & è converſo & cæteræ, quæ continentur in ipſa octava regula de materia divina in §. primo. Quare ex his neceſſariò colligitur, quòd Deus in tantùm eſt Deus agendo, quantùm exiſtendo, aliter deficeret hic punctus tranſcendens, & conſideraret humanus intellectus in natura divina privationem & defectum, quemadmodum in ſe ipſo, quòd non eſſent contradictiones, quod eſt impoſſibile. Quare &c.

9. Nona regula ſimiliter manifeſtat illud idem, quoniam ſi in Deo eſt omnimoda magnitudo bonitatis, ita quòd ad perfectionem ſuî nihil ei deficiat ratione infinitæ magnitudinis bonitatis &c. ſic eſt in majoritate finis ſuî ipſius; quod ſi non, eſt utique in minoritate finis ſuî. Unde ratione majoritatis finis concludendum eſt, quòd Deus tantus eſt agendo, quantus exiſtendo. Quod ſi non, eſt utique in eo majoritas & minoritas & per conſequens defectus contra infinitam magnitudinem ſuæ bonitatis &c. qui implicat in eo infinitam minoritatem finis ratione divinæ infinitatis. Et ad hoc ſequitur neceſſariò, quòd omne ens, in quantùm eſt Deo magis ſimile, in tantò eſt in minoritate finis, & quantò magis ei diſſimile, in tantò eſt in majoritate finis, & per conſequens, quòd non eſſe & defectus ſint in majoritate finis, & eſſe & perfectio in minoritate finis & ſic de conſimilibus, quod falſum eſt & abſurdum, ergo &c.

DE

SECUNDA QUÆSTIONE C.

Quæſtio. Quomodo ſubſtantiæ ſeparatæ attingunt?

Primus ſolvendi modus ſecundùm primam Diſtinctionem.

1. CUm Angelus ſit creatura inter cætera creata Deo ſimillimus ſimplicitate & naturâ, ſignificat ideo prima diſtinctio, quomodo ipſe eſt attinctivus & hoc iſto modo.

Primò Angelus eſt bonus & attingit ratione bonitatis intelligendi & volendi, cùm ſit bonum ſic attingere, attingit autem Deum, cùm Deus ſit ejus proprium attingibile. Cùm igitur ipſe Angelus ſit in magnitudine bonitatis & ſimplicitatis Dei attinctivus, attingit eum immediatè & ſubſtantialiter, cùm bonum ſit nullum eſſe extraneum medium inter intelligibile proprium & finale & ſuum intellectivum in majoritate bonitatis proportionatum. Attingit etiam Angelus bonus de ſuo intellectivo ſutum intelligibile propinquum eſſentiale, quod unà cum ipſo intellectivo ſunt ipſa ſubſtantia Angeli, ſed attingit ipſam mediante ipſo proprio intelligibili finali, qui eſt Deus. Quoniam bonum eſt iſtud intelligibile finale eſſe illi medium & gratia attingendi ſe ipſum atque intellectivum in ipſo propinquo intelligibili ſuo eſſentiali ſibi attingit, quodcunque bonum remotum apprehendit quoad rationem bonitatis veluti hominem, leonem &c. Hæc autem omnia naturaliter & ſeparatè attingit, ſcilicet bonitatem eorum in ſuámet bonitate, ſed hoc ſecundariè, primariè verò attingit ea in ſumma bonitate. In contrario autem omnium iſtorum attingit Angelus malus videlicet ſub ratione malitiæ, ita quòd attingendo pervertit bonitatem ſuam in malitiam, attingens bonitates reales ſub ratione ſuæ malitiæ, ut eas in ratione ſua malas attingat.

2. Angelus magnus eſt, cùm ſit ſuppoſitum majus accidente, cùm ergo ſit magnus, habet magnitudinem, ratione cujus eſt magnus. Eſt autem ejus magnitudo id, ratione cujus bonitas, duratio, poteſtas &c. ipſius ſunt magnæ, ipſe ergo bonus Angelus attingit ratione magnitudinis, bonitatis, durationis &c. ita quòd magnitudo in eo ſupplet bonitati durationem &c. ut bonitas, duratio &c. habeant magnum attingere. Et ſic Angelus ratione magnitudinis attingit intenſivè & extenſivè plures magnitudines bonas durantes &c. ita quòd tempus, locus, quantitas, ſucceſſio & hujusmodi non impediunt ſuum attingere in inſtanti, ut naturaliter ejus magnitudo attingendo magnificet ſuam bonitatem, durationem &c. Sed Angelus malus per oppoſitum de magnitudine malitiæ ſuæ attingit magnitudinem bonitatum, durationum &c. pervertendo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tendo eas in ratione sua in parvitates contra magnitudines entium realium.

3. Angelus habet proprietatem durandi, ratione cujus durant ejus bonitas, magnitudo, potestas &c. de quibus ipse constitutus est, & hoc ita convertitur, scilicet quòd ejus duratio est bona ratione bonitatis & magna ratione magnitudinis & sic de aliis. Et ipsa bonitas, magnitudo, & cæteræ durantes ratione durationis. Et ideo dum ipse Angelus apprehendit objectum, attingit illud quidem durante suo attingere ratione bonitatis, magnitudinis &c. Idcirco ratione talium proprietatum est Angelus non obliviscens, quia suum attingere est perseveranter durans, attingens alias durationes de duratione sua, quemadmodum intellectus conjunctus de intellectivitate sua alias intellectivitates attingit. Malignus verò Angelus de duratione suæ magnæ malitiæ alias durationes bonas & malas &c. attingit, pervertens eas in malitiam suam attingendo illas in mala duratione suî ipsius.

4. Angelus habet potestatem possificativam, de qua possificat bonitatem, magnitudinem &c. de quibus constitutus est, in tantùm, quòd sunt possificatæ in existere & agere suo. Et sic apprehendendo suum objectum attingit de potestate sua potestatem objecti, & illa potestas, de qua sic agit, est sibi proprietas attingendi potestates suorum objectorum, & quoniam illa potestas ejus est bonificata ratione bonitatis & magnificata ratione magnitudinis &c. sic etiam sunt possificatæ existendo & agendo, attingit quidem illa potestas ejus potestates bonificatas, magnificatas, ac etiam potestates Angelorum malorum seu hominum peccatorum de ipsa eadem potestate sua attingit malificatas multùm seu magnificatas in malitia & hoc secundùm magìs & minus; & sic jam magìs attingit scilicet contrarium per contrarium, hoc est bonum per malum, quod est eidem bonum & magnum attingere, dœmon autem facit totum oppositum de potestate sua, conversa existendo & agendo in malitiam.

5. Angelus habet intellectum, ut intellectus sit sibi proprietas intelligendi ad attingendum objecta. Hanc autem proprietatem habet bonificatam, magnificatam &c. ita quòd hæc omnia concurrunt, ut intellectus objectum attingat intelligibile cum bonitate &c. & hoc modo Angelus per talem lineam sic constitutam (ût dictum est) attingit naturaliter, cùm illa continuitas constituta de pluribus principiis, de quibus ipsa proprietas constituta est, sit ei naturaliter essentialis seu substantialis, & sic sunt in eo intellectivus, intelligibilis, intellectus habentes incessans, perseverans intelligere sine impedimento & sic de se ipso tali (ût dictum est) secundùm quod ipse constitutus est, & secundùm quod objectum est attingibile in bono vel in malo, in magno vel in parvo &c. attingit ipsum objectum. Angelus autem malignus, quemadmodum & bonus ad attingendum constitutus est, sed perversus liberè in contrarium Angeli boni, contrario modo Angeli boni attingit.

6. Angelus benignus attingit ratione illius essentiæ sive proprietatis, quæ est in ipso voluntas, volitivo illius attingente in suo essentiali volibili, per gratiam sui proprii volibilis supremi extraneas & separatas volibilitates. Nam quemadmodum attingit intelligibilitates quoad intellectum, ita & attingit volibilitates quoad voluntatem, aut etiam odibilitatem, dum attingit odibilia objecta ratione malitiæ &c. objectorum; sed Angelus malignus ratione suæ malitiæ & perversionis voluntatis contrario modo attingit. Veruntamen inter attinctionem Angeli boni & attinctionem Angeli mali ista est differentia, quoniam bonus in ratione sua attingit amabilitates & odibilitates, quemadmodum sunt in re, sed malus attingit in ratione sua odibilitates, quæ in re sunt amabilitates, & attingit in ratione sua amabilitates, quæ in re sunt odibilitates; aliter non esset perversus in contrarium Angeli boni.

7. Angelus bonus naturaliter attingit objectum ratione virtutis suæ procedentis ex sua substantia, ut ipsa ejus substantia consistat agendo virtuosa, & ut ipsa virtus non sit otiosa, uniendo principia, de quibus illa substantia constituta est, sicut in diffinitione virtutis significatum est. Et sicut speculum ratione perspicuitatis suæ apprehensivum est similitudinum in eo receptibilium, ita quòd similitudines, quæcunque in eo sunt, stant mediantibus entibus assimilatis, ita Angelus ratione virtutis suæ attingit quascunque virtutes ei repræsentabiles in virtute sua transmittens suæ bonitati, magnitudini &c. attingendo de virtute virtutem in bonitate &c. objectorum, se sentiens de illis similitudinibus tangi. Dæmon verò in contrarium agit, ût dictum in prædicto §. de voluntate.

8. Bonus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

8. Bonus Angelus de ratione ſuæ eſſentialis veritatis attingit veritates à ſua eſſentia ſeparatas, quæ tamen ſunt ei repræſentabiles, ut ejus veritas otioſa non conſiſtat, ſed habeat objecta entifica entitate & naturâ veritatis. Unde ipſe Angelus attingit, ût verificativum in ſuo eſſentiali verificabili, verificabile ſeparatum ſeu remotum, quod quidem eſt ei verificabile quoad rationem, non autem quoad realitatem, ita quòd in ratione ſua ipſum attingit de veritate ſua entifica, in qua apparet repræſentata veritas entium realium, quæ verificabilia ſunt in Angeli ratione attrahentis ſimilitudines objecti in ſuum verificabile proprium eſſentiale, & hoc ſine multiplicatione ſpeciei, quæ non indiget ad hoc ratione ſummi veri, in quo ſpeculatur verum cauſatum particulatum, ſicut ſpeculum, quod repræſentando particulares rerum figuras non indiget multiplicare ſpecies, ſed ſicut eſt extrà, ita in ſe individuum ſpecificum repræſentat. Dæmon verò agit per contrarium, nam in ſuo eſſentiali verificabili facta eſt perverſio in falſificabile cum malificabili punibili &c. Quemadmodum guſtus infirmus pomi dulcedinem guſtando pervertit in amaritudinem ſui guſtabilis eſſentialis.

9. Angelus glorioſus in gloria, quam Deus habet in ſe ipſo, ſuam gloriam attingit ſine medio, non enim eſt ei neceſſarium medium inter ſimilare & ſimilatum, & ſic attingit immediatè gloriam ſimilem & ſimilatam, mediante tamen bonitate, magnitudine & cœteris ſimilibus & ſimilatis. Hæc autem omnia attingit Angelus ſub rationibus diverſis quoad ſe, ſed indiſtinctè quoad cauſam ſuam videlicet bonitatem, magnitudinem &c. Dei, & attingit in ſe plura, quoad gloriam ſuam, ſicut viſus plura, quoad ſpeciem coloris. Et hoc modo Angelus attingens quieſcit quoad gloriam & quoad bonitatem &c. & in ſuo eſſentiali gloriabili attingit naturaliter alias glorias cauſatas ab eo, quoad eſſentiam, non autem quoad rationem ſeparatas. Nam in ratione ſui eſſentiabilis gloriabilis attingit, ût gloriativus & hoc de gloria ſecundùm magis & minus, prout eſt beatus. Diabolus verò, cùm de gloria perverſus ſit, in pœnam attingit glorias pervertens eas in ratione ſua in pœnas, ratione quarum affligitur puniendo.

10. Angelus bonus de pluribus principiis ſibi eſſentialibus conſtitutus eſt ſcilicet de bonitate, magnitudine &c. ita quòd omnia iſta principia inconfuſa permanent in eodem; quemadmodum plures partes inconfusè in ſuo toto de illis exiſtente uno; ratione igitur ſuæ differentiæ attingit bonus Angelus alias differentias ſeparatas repræſentabiles inconfusè in ſua propria differentia, ita quòd quælibet earum ſe offert & repræſentatur, ſecundùm quod ab alia diſtincta eſt, & quòd non eſt id, quod alia, & ſic Angelus attingit & attingitur, diſtinguens objectum ab objecto applicando prædictas differentias ad unam intelligibilitatem, ad quam applicat plures attingibilitates, cùm attrahat eas ad unum finem ſcilicet ad ſupremum & ultimum, ratione cujus ipſe creatus eſt & beatus. Similiter & dœmon attingit differendo inter hoc & illud, ſed hanc differentiam confundit, reducens eam in tenebras intellectivitatis ratione perverſionis ſuæ de bono in malum &c. & ſicut in ratione ſua deducit differentiam in confuſionem, ita etiam deducit unitatem de pluribus rebus conſtitutam, quoniam in ratione ſua pervertit unum finem in plures.

11. In Angelo bono eſt concordantia conſtituta de ſuámet eſſentiali bonitate, magnitudine &c. de quibus eſt ipſe Angelus conſtitutus, omnes quippe concordant ad conſtitutionem eſſe angelici. De ſua igitur concordantia attingit ipſe Angelus alias concordantias in ipſa concordantia ſua repræſentabiles, ut ipſe concordativus attingendo eas, attingat in eis illa principia, de quibus ipſæ concordantiæ ſub ratione concordantiæ conſtitutæ ſunt. Hoc ita fieri oportet ratione maximæ proportionis potentiæ & objecti in eadem ratione. Dæmon verò easdem attingit ſub ratione concordantiæ, ſed quia ſe pervertit de concordativo in contrariativum, ut realem concordantiam in contrarietatem rationis ſuæ pervertat, attingit eas in contrarietatem ſuæ rationis.

12. Angelus bonus de bonitate ſua attingit malitiam à ſe ipſo ſeparatam penitus & remotam, ſimiliter & de magnitudine ſua parvitatem, & ſic de aliis etiam in ſuo eſſentiali volibili odibilitates ſibi extraneas attingit illas odiendo, diligens in ſuo eſſentiali diligibili iſtam odivitatem. Et iſto modo Angelus bonus per contrarium attingit; ſed Angelus malus attingit per contrarium, ita quòd in bonitate ſua eſſentiali attingit extraneam bonitatem ſub ratione malitiæ, odiens

(c) 2006 Ministerio de Cultura

diligibile extraneum in suo diligibili essentiali.

13. Quoniam Deus est summum principium, attingit Angelus bonus in prioritate summi principii, quidquid attingit, ipse igitur Angelus attinctivus est in prioritate, in qua Deus recolibilis, intelligibilis & amabilis est; & ita cùm Deus sit multùm recolibilis, intelligibilis & amabilis, creavit Angelum maximè recolitivum, intellectivum & volitivum de principiis intellectualibus sive de spiritualibus, ût de spirituali bonitate &c. eò quòd simpliciter Angelus se converteret totum ad recolendum, intelligendum & diligendum Deum immediatè; post istam verò prioritatem attingit ipse Angelus naturaliter in prioritate suorum principiorum alia principia intelligibilia, ita quòd Angelus habet intellectivum, intelligibile & intelligere & intellectum essentialiter, & ista sunt principia, in quibus & de quibus attingit alia principia ab ipso separata, non indigens attingere sensuale propter attinctionem intellectualis. Imò sicut intellectus conjunctus ab inferioribus incipit, scil. à sensuali, ut per ea pervenire possit ad intellectualia, ita per oppositum Angelus à superioribus principiis incipit attingens in eis inferiora, & hoc est de ratione bonitatis &c. malus verò Angelus à superioribus incipit attingere inferiora deviando principia de proprio fine in contrarium finem ratione perversionis suorúmmet principiorum.

14. Angelus beatus ratione principii est attinctivus, & finis illius principii existens Deus attingibilis est, & ideo ipse finis influit ipsi Angelo, ut attingat eum; medium igitur hujus attinctionis est influentia ipsius finis ad principium attinctivi & refluentia de ipso principio ad ipsum finem, per quam attinctivum attingit suum proprium attingibilem finem, qui est Deus. Post hanc verò attinctionem habet ipse Angelus naturaliter in se simile medium attingendi à prædicto medio ortum, ratione cujus attingit sémet ipsum, in quo etiam medio attingit alia media extranea per similitudinem medii ad medium; & hoc modo ratione medii attingit Angelus bonus; hoc etiam Angelus malus facit pervertendo quoad sémet ipsum media de bono in malum, cùm perversus sit in omnibus operibus suis.

15. Finis Angeli beati (ût dictum est) Deus est, in quo acquiescunt omnes fines, de quibus Angelus est constitutus, videlicet finis suæ bonitatis, finis suæ magnitudinis &c. & ratione acquiescentiæ in hoc ultimo fine acquiescunt in principio huic fini, videlicet in existere unius Angeli specifici dedito: & in medio similiter ad hunc finem scilicet in operationibus ejus, quæ sunt bonificare, magnificare &c. & per consequens in bonificativo, bonificabili, bonificato &c. ut sicut perfectè & sine otiositate & ita in ratione finis attingit ipse Angelus Deum & sémet ipsum, ac etiam de suis finibus in suo fine alios fines extraneos attingit, sed Angelus malus se habet in oppositum appetens finem pervertendo finem in oppositum, & sic laborat & affligit sémet ipsum, non inveniens requiem.

16. Sicut Angelus constitutus est de bonitate, magnitudine &c. sic etiam constitutus est de majoritate, cùm ipse sit major ratione bonitatis, magnitudinis &c. quàm ratione bonitatis tantùm, aut ratione magnitudinis tantùm, ac etiam major est ratione bonificativi & bonificabilis & bonificati & bonificandi, quàm ratione bonificativi tantùm & sic de aliis. Ratione igitur suæ majoritatis attingit ipse Angelus de ipsa majoritate sua divinam magnitudinem, quæ major est omnibus majoritatibus, & sic de divina bonitate &c. & sic attingendo attingit in majoritate sua alias majoritates. Hoc etiam modo attingit Dæmon, sed majoritatem bonitatis &c. attingendi pervertit in majoritatem malitiæ &c. attingendi.

17. Angelus beatus attingendo objecta coæquat suam bonitatem, magnitudinem &c. ut de suis bonificare, magnificare &c. coæquatis attingat alias æqualitates, quas attingit in sua coæquatione, bonitate, magnitudine &c. essentialibus Angeli sufficientibus illi essentiali coæquationi, & sic in æqualitate sua attingit æqualitates remotas & in eis illa, de quibus ipsæ constitutæ sunt, & sic attingendo æqualitates acquiescit concordando eas assimilativè in æqualitate sua; sed dæmon in opposito hujus attinctionis laborat pervertens in ratione sua æqualitatem contra æqualitatem & similitudinem contra similitudinem.

18. In Angelo est minoritas, cùm ipse de nihilo sit productus; circa igitur hanc minoritatem consistit Angelus. In Angelo etiam consistit minoritas, cùm in eo sint accidentia, quæ naturaliter minoritati concordant, & cùm ejus bonitas non sit idem numero, quod

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quod magnitudo & sic de aliis ; & sic habet Angelus in se plures minoritates, unam minoritatem constituentes, in qua & de qua minoritates à se remotas attingit, & ea, quæ circumstantiæ suæ habent cum minoritate. Dæmon etiam in minoritate sua de ipsámet minoritate minoritates alias attingit, pervertens eas de proposito in oppositum, scilicet de bono in malum, de magno in parvum & sic de consimilibus.

De secundo Probationis modo per secundam distinctionem. C.

1. MOdus etiam attingendi substantiarum separatarum per secundam distinctionem declaratur. Per primam verò conditionem sapientiæ voluntatis significatur isto modo. In Angelo bono est intellectualis potentia de intellectivo, intelligibili, intelligere & intellecto constituta, similiter & volitivo, volibili &c. ratione voluntatis. Hoc autem cum virtute consistit, ut per virtutem sequatur operatio, videlicet attinctio, & sic Angelus in ipsa virtute sua de ipsámet virtute attingit, non indigens aliquo organo Physico, quia ipsa virtus sufficit ipsis principiis supradictis. Dæmon verò eodem modo attingit, sed ejus virtutem in vitium pervertit intelligentis, volentis & volendi & propriorum intelligibilium volibilium, ratione cujus perversionis vitiosæ, virtutes à se remotas attingit.

2. Secunda sequens conditio modum beati Angeli denotat attingendi, quoniam de libertate attingendi, quam habent ejus intellectus & voluntas, attingit ipse Angelus. Itaque objectum est ei attingibile ratione prædictæ libertatis, & ratione veritatis, potentiæ & objecti proportionem habentium in ipsa veritate sine coactione agentis & patientis, cùm potentiæ activæ, quoad actionem & passivæ quoad passionem sint incogibiles. Dæmon autem eodem modo attingit, sed pervertit quoad se veritatem suam in falsitatem & libertatem suam in coactionem & actionem suam in passionem; hæc autem perversio est illi ignis spiritualis.

3. Alia sequens conditio similiter repræsentat, quòd Angelus beatus de suo intellectivo volitum in intelligibilitate & volibilitate sua attingit beatitudinem, ita quòd in tantùm est ei beatitudo cõmunicabilis & apprehensibilis, quantùm possunt ejus potentiæ apprehendere, ut beatitudo illis potentiis activis & passivis sufficiat, & sic attingit in instanti & in æviterno beatitudinem suam. Eodem modo attingeret in inferioribus, nisi successio esset in eis, sed quoniam sine successione non habent esse, attingit eas cum successione, itaque attingit in uno tempore id, quod in alio non attingebat; per eundem modum sed perversum attingit dæmon odiens maledictionem suam, quam intelligendo attingit æviternam & hâc ratione odit hoc intelligere suum.

4. In Angelo differunt intellectus & voluntas, quia nisi differrent, Angelus, quæcunque vellet, eadem de ipso velle sciret, quod est impossibile, cùm ejus intelligere sit finitum, & sic ratione prædictæ differentiæ Angelus finitè attingit inferiora diligendo & odiendo juxta eorum diligibilitatem & odibilitatem ; istud quidem attingere habet Angelus bonus naturaliter secundùm naturam intellectûs & voluntatis ejus & secundùm differentiam in concordantia intellectûs & voluntatis ejus. Sed in summo objecto ratione ipsius objecti attingit super suam essentialem naturam id, ad quod ipsa ejus natura sufficere non potest scilicet ad attingendum Deum infinitè, ad quod siquidem sufficit ratione influentiæ ipsius summi objecti in potentias ipsius Angeli recipientes illam influentiam secundùm naturam ipsius influentis. Et ad hoc intellectus ipsius Angeli in tantùm sufficit suæ voluntati, quantùm ipsa voluntas potest velle se attingere Deum diligendo eum, & è converso voluntas in tantùm volendo sufficit suo intellectui, ut voluntas tantùm diligat Deum, quantùm potest cognoscere eum suus intellectus, & intellectus tantùm cognoscat eum, quantùm potest eum diligere voluntas. Dæmon autem & in inferioribus & in Deo simili modo attingit, sed in se ipso pervertit ordinem naturæ objecti in contrarium, nam in ipsa summa causa & in suis effectibus attingit oditivè entia intelligibilia ratione amabilitatis,& quæcunque entia attingit odibilia realiter, attingit ratione amabilitatis.

5. Angelus bonus per suum intelligere & velle concordativè attingit concordando operationes sui intellectûs & voluntatis, ratione cujus concordantiæ se reflectit intellectus & contrahit super suam voluntatem & super suum velle aut nolle. Hoc etiam facit voluntas super intellectum & super suum intelligere affirmativum vel negativum & hoc

(c) 2006 Ministerio de Cultura

modo attingit ipse Angelus id, quod vult & intelligit attingere ratione hujus concordantiæ & non attingit id, quod non vult, nec intendit attingere. Nam sicut potentia visiva per colorem & lucem attingit, ita & Angelus per concordantiam intellectûs & voluntatis, existente illâ concordantiâ in libertate attinctionis intellectûs & voluntatis ejus. Dæmon verò per contrarium horum attingit, ejus namque voluntas & intellectus per mutuam contrarietatem attingunt; itaque voluntas ejus odit intellectum, eò quòd intelligit, quia intellectus intelligendo negat, quod diligit voluntas & per consequens affirmat id, quod odit, & sic oritur passio intelligendo & volendo.

6. Bonus Angelus attingit elongatus omnino à contrarietate intelligendi & volendi, cùm intellectus & voluntas ejus immediatè sint sine contrarietate existentes in magna concordantia, & sic objectum secundùm attingentium remotionem à contrarietate existentium in concordantia est communicabile & manifestabile ipsi Angelo secundùm conditiones ipsius objecti. Dæmon quidem se habet in oppositio: nam ratione perversitatis suæ attinctionis elongatus à concordantia intelligendi & volendi proximus quidem contrarietati, itáque perversus est in contrarietatem, in qua consistit afflictus ratione perversionis suæ.

7. Unus est angelicus intellectus existens in se distinctus per proprias essentias suas scilicet activam & passivam, quæ sunt intellectivitas, intelligibilitas, idem est de voluntate in volitivitatem & volibilitatem. Ratione igitur istorum principiorum intelligendo & volendo attingit Angelus sémet ipsum; nam ratione intellectivitatis suæ est ipse intellectivus naturaliter sui ipsius intelligibilis ratione intelligibilitatis suæ; intellectivum quidem ratione actionis est principiativum intelligendi in se induens ipsúmmet intelligere suum de suómet intelligibili essentiali, in quo attingit intelligibile remotum, indutum similitudines sui intelligibilis essentialis. Isto eodem modo attingit volitivum in suo volibili essentiali. Et eodem modo attingit dœmon, sed pervertit principia in contrariam naturam, ût jam dictum est.

8. Intellectus angelicus benignus mediante voluntate sua appetit intelligere entia volibilia & voluntas è converso velle per intellectum entia intelligibilia affirmativè, & sic intellectus & voluntas per virtutem suam conjunguntur ratione appetitûs mensurantis operationes intensas, ut una operatio extensa de ipsis sequatur per omnes extremitates ipsius operationis seu attinctionis. Et ideo, quia intellectus & voluntas ipsius Angeli habent virtutem sic implicandi medium supradictum, attingunt per illud entia attingibilia ratione ipsius medii. Dæmon verò per medium disjunctionis & separationis intellectûs & voluntatis attingit in virtute perversa in vitium per omnes extremitates.

9. Angelus bonus attingit volendò finem suum, aliter non esset beatus, nec acquiesceret attingendo; quoniam igitur voluntas attingit volendo finem suum, attingit illum per intellectum, non enim est ipse finis attingibilis sine intellectu. Ut ergo voluntas suum finem attingat, attingit intellectus finem voluntatis intelligendo. Et quod est de intellectu ad voluntatem, idem est similiter de voluntate ad intellectum, quia finis non est attingibilis sine voluntate. Dæmon verò intelligendo extra finem attingit, cùm voluntas odiat suum intelligibile, & intellectivus neget suum volibile, & sic incurrit tota substantia dæmonis passionem & maledictionem & obstinationem.

10. Ratione finis est Deus intelligibilis & amabilis, Angelus verò beatus est intellectivus & amativus divinæ intellectibilitatis & amabilitatis, & ita est Deus attingibilis ab Angelo substantialiter, ita quòd Angelus substantialiter eum attingit, & sic istud attingere consistit in majoritate distans à minoritate. Angelus ergo beatus Deum attingit secundùm majoritatem substantivè & coæquativè attingit de æqualitate intellectûs & voluntatis ejus, cùm Deus æqualiter sit intelligibilis & volibilis. Attingit inferiora æqualiter ex parte suî ratione coæquationis sui intellectûs & voluntatis, qui se affirmativè coæquant ad objectum volibile vel negativè ad objectum odibile. Affirmativè quidem intelligendo & diligendo ipsum bonum magnum, &c. negativè verò intelligendo & odiendo ipsum non bonum nec magnum. Intellectus autem & voluntas dæmonis ratione perversionis suæ agunt oppositum, ejus enim intellectus intelligendo bonum negat bonum & affirmat malum, & voluntas volendo bonum odit bonum & diligit malum, quod est ei magna afflictio.

11. Intellectus beatus angelicus est de bonitate,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nitate, magnitudine &c. conſtitutus, eodem modo & ejus voluntas, & quoniam ipſe Angelus eſt ſubſtantia ſeparata non habens ſimpliciter impedimentum ad attingendum, ſicut igitur æqualiter eſt conſtitutus de pluribus principiis, ſic etiam æqualiter ſe habet ad objecta, ita quòd ejus æqualitas eſt eidem ratio attingendi, quemadmodum & ſua bonitas &c. Idcirco attingit de æqualitate ſua æqualitates attingibiles, inæqualitates verò remotas à ſe ipſo attingibiles attingit de inæqualitate ſua, de qua ſimiliter cum aliis principiis conſtitutus eſt ſcilicet de majoritate & minoritate, quæ ſunt accidentia in ſubſtantia ejus. Eodem modo attingit dæmon, quantùm eſt de natura ſuî, ſed in contrarium naturæ ſuæ pervertit attingere ſuum in coæquando inæquabilia & in discoæquando æquabilia.

12. Voluntas Angelica conſtituta eſt de volitivo & volibili eſſentialibus, ut igitur ſuum volitivum ſit apprehenſivè maximum, adhæret individuativè objecto extraneo ſeu remoto, ut illud individuatum attingat. Hanc autem individuationem conficit in ſuo eſſentiali volibili individuato. Itaque effugiens attinctionem minoritatis adhæret, quantùm poteſt, majoritati attingendi de individuitate ſua alia individua. Idem eſt de intellectu ſuo modo, quod dictum eſt de voluntate: dæmon quidem ſimili modo attingit, pervertens iſtud medium in contrariam naturam, quantùm poteſt.

13. Primâ conditione bonitatis ſapientiæ ſignificat modus attingendi iſto modo: in tantùm diligit voluntas Angeli actum bonitatis, quantùm actum intellectûs, cujus eſt attingere, & intellectus tantùm intelligit actum bonitatis, quantùm voluntatis, & ſic intellectus & voluntas bonificando ſuos actus attingunt, & intelligendo & volendo bonificare attingunt ipſum, & ſecundùm ipſum modum, quem habet in ſe ipſe Angelus, attingit extra ſe per ſimile, ſed malus Angelus per contrarium.

14. Primâ conditione magnitudinis ſapientiæ denominatur, quomodo Angelus attingit & hoc ſic: ſicut voluntas Angeli ratione ſui volitivi attingit intellectum volendo, exiſtente ipſo intellectu volibili, ſic intellectus ratione ſui intellectivi attingit voluntatem intelligendo, exiſtente ipsâ voluntate intelligibili, & ſic conſiſtit hæc attinctio in magnitudine, de qua ſcilicet magnitudine intellectus attingit voluntatem & è converſo, & ſicut hæc attinctio eſt intima Angeli in mutua magnitudine intellectûs & voluntatis, ſic ipſe Angelus ratione ipſius magnitudinis transmittit magnitudinem ſuam attingendi ad ſeparata ſeu remota objecta intelligibilia, quæ ſcilicet magnitudo in propria conditione ſuî remanet, eò quòd transmiſſa ad exteriora permanet ſemper id, quod ipſa eſt in ſuo intellectu & voluntate, nec poteſt ab eis tanquam à ſubjecto ſuo ſeparari. Sic ſimiliter attingit Dæmon, ſed illa magnitudo pervertitur in magnitudinem malitiæ.

15. Prima conditio æternitatis ſapientiæ angelicum modum ſignificat attingendi ſecundùm durationem ſapientiæ & voluntatis, nam Angelus benignus ſine vacuitate intellectivitatis & intelligibilitatis attingit objectum ſuum & ſine privatione intelligendi & intellecti, & quod eſt de intellectu ejus, idem eſt de voluntate ſua, & ſic neceſſariò ipſe Angelus eodem tempore de ſe ipſo poteſt attingere entia plura diſtincta, videlicet de ſua unitate conſtituta ex pluribus unitatibus plures alias unitates, & ejus ſapientia durationi voluntatis ſufficiat & è converſo & in vacuatione ipſarum potentiarum & unioni earum. Dæmon autem conſtitutus eſt ſimiliter, ſed affirmativum ſuum pervertit in negativum & volitivum in oditivum.

16. Secundùm ſignificationem primæ conditionis poteſtatis & ſapientiæ attingit Angelus benignus mutuè ratione mutationis, poteſtatis, ſapientiæ & voluntatis. Nam ſicut ipſe ratione ſuæ intellectivitatis ſe habet ad ſuam intelligibilitatem & ratione ſuæ volitivitatis ad volibilitatem, ſic ratione poſſitivitatis ſuæ ſe habet ad poſſibilitatem ſuam, in qua ſcilicet poſſibilitate eſſentiali poſſibilitates à ſe remotas attingit. Diabolus verò in poſſibilitate ſua alias attingibiles poſſibilitates attingit de poſſibilitate odiendi & negandi poſſibilitates diligibiles & affirmabiles ratione bonitatis &c. & de poſſibilitate diligendi & affirmandi poſſibilitates odibiles & negabiles ratione malitiæ, parvitatis &c.

De tertio Probationis modo ſecundùm tertiam diſtinctionem.

1. QUoniam intellectus conjunctus eſt in ſucceſſione attingendi objecta, & ſucceſſivè per diverſa media finem ſuum habet inveſtigare, neceſſarium eſt ei ſupponere in princi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

principio, ut non habeat medium disjunctionis à fine. De Angelo autem habet oppositum, & quoniam est de natura suî extra successionem & sine dubitatione attingit, ubi namque non est dubitatio, supponere non contingit. Ergo sine suppositione attingit Angelus maximè, cùm in fine suo principali, qui est Deus, attingat, quicquid attingit, ût dictum est. Nam sicut intellectus conjunctus investigando suppositivè & supponendo investigativè attingit rei veritatem, sic intellectus separatus in oppositio intelligendo volitivè & volendo intellectivè rerum veritates attingit. Per primam ergo regulam patet, quòd Angelus manifestè sine suppositione attingit. Dæmon autem in oppositio bonitatis, magnitudinis &c. boni Angeli semper attingit. Quare de attinctione sua explicitè deinceps non faciemus mentionem. Nam quicquid in proposito habet esse de Angelo benigno, per oppositum in perversione dæmonis intelligatur, ût suprà in multis locis est dictum.

2. Per secundam regulam consideramus, quòd Angelus realiter Deum attingit, ut eum substantialiter & fixè & immediatè attingat, ad hoc, quòd inter attingentem & attinctum sit magna concordantia in bonitate &c. non autem realis & substantialis vacuitas attingendi, sustentatum est enim Angelicum intelligere ad attingendum Deum, ita & multò meliùs, quàm intellectus humanus sensatus in conjuncto, ut sensatum realiter attingat. Similitudinariè autem & figuraliter attingit Angelus effectum in realitate summæ causæ, ad quam attingendam realiter habet esse, ita multò meliùs, quàm intellectus attingat coloratum in imaginatione imaginantis similitudines colorati.

3. In tertia regula similiter speculari potest modus attingendi Angeli, & hoc per primum modum speculationis intellectualis in secundo modo ipsius regulæ, & hoc sic: secundùm quod unumquodque principium sive terminus, de quo Angelus constitutus est, declinatur per ipsam declinationem, possumus attingere modum angelicum attingendi, nam ejus rationalitas in rationativum & rationabile distincta est; unde procedit ratiocinari substantiale, de quo attingitur finale & ultimum rationabile, in quo attingit suúmmet rationabile essentiale, & hoc in tanta perspicuitate virtutis, quòd in ipso etiam rationabili essentiali attingit iterum suum principale rationabile; ita quòd rationativum ipsius Angeli circulariter fluit de se ipso ad suum rationabile principale, & de illo ad suum rationabile essentiale in ipso rationabili principali, & de isto essentiali ad alia remota rationabilia in ipso rationabili essentiali & de istis in ipsis eisdem & in suo rationabili essentiali ad ipsum rationabile principale, & hoc sine motu & successione & hoc etiam per secundum modum duplicandi videlicet per primam intentionem in secunda & è converso per majoritatem in minoritate & è converso, videlicet per Deum in creatis & per creata in Deum attingendo, ac etiam per concordantiam in contrarietate & è converso isto modo. Quia quantò majorem malitiam, parvitatem &c. attingit Angelus, ût in dæmonibus, & malis hominibus, tantò in proposito illius oppositi attingit majorem bonitatem, magnitudinem &c. ita, quòd propositum in oppositio & è converso attingit. Iterum etiam per tertium modum, quia Angelus Deum imediatè attingit in se ipso & è converso, & creaturas in Deo & è converso, & attingens creaturam in se ipso, attingit se ipsum & creaturas in Deo & è converso, & etiam, dum ita attingit, percipit, quòd fluendo & refluendo concordantia & contrarietas in creatis fluunt ad suum ultimum finem, qui est Deus, concordando ipsi fini & refluit ipse finis ipsi concordantiæ concordantiam, & contrarietati contrarietatem. Iterum per quartum modum Angelus immediatè de suo ratiocinari attingit Deum, quia Deus de suo intelligere immediatè Angelum attingit, ita quòd intelligere Dei in Deo est immediatè in Angelo & ratiocinari Angeli in Angelo est immediatè in Deo, & ideo intelligere Dei in ipso Angelo est in refluere Angeli in ipso Deo, & Deus de toto hoc attingens Angelum de toto beatificat eum immediatè & mediatè. Etiam de ipsamet influentia, quæ est de Deo ad creaturas, & de ipsa refluentia, quæ est de creaturis ad Deum, attingit Angelus Deum & se ipsum & alias creaturas, ac etiam Angelus de ipsómet Deo attingens ipsúmmet Deum attingit in majoritate, sed attingens de se ipso Deum, attingit in minoritate, & attingens de Deo sémet ipsum, attingit se in majoritate, attingens verò se ipsum de se ipso, attingit in minoritate, aliud tamen istorum non est sine alio, quoniam aliud eorum est in alio. Et sic per circulum in quatuor modis antedictis patet, quomodo Angelus est attinctivus,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vus, & attingit etiam per bonitatem in magnitudine & per magnitudinem in poteſtate &c. circulariter. Et ſic attingit Angelus per omnes modos attingendi antedictos, ut non ſit reperiri ei vacuum, in quo Deum & alia non attingat.

4. Angelus verò attingens de toto ſe ipſo Deum immediatè exiſtens in Deo ſine medio totus fixus recolendo, intelligendo & diligendo Deum de tota virtute magnitudinis ſuæ in bonitate, æviternitate, poteſtate &c. contrahit bonitatem ſuam majori magnitudini virtutis, veritatis & gloriæ, quâ poteſt, & magnitudinem ſuam majori bonitati virtutis &c. quâ poteſt, & ſic de aliis, diſtrahens eas à majori malitia, parvitate, vitio, falſitate & pœna, quâ poteſt. Et cùm Angelus unà cum bonitate &c. ſit de individuitate ſuâ conſtitutus, non autem de ſpecie & de ipſa individuitate contracta ad bonitatem &c. & è converſo attingat immediatè divinam individuitatem, quæ cum bonitate &c. convertitur, habétque inde naturam attingendi ſine ſpecie de individuitate ſua ſimpliciter & propriè alias individuitates attingibiles, aliter ſua individuitas non eſſet contracta ad magnitudinem & plenitudinem & ſufficientiam attingendi, ſed ad parvitatem, vacuitatem & defectum. Iterum Angelus attingens in ſe ipſo Deum in creaturis, & creaturas in Deo & ſe ipſum in creaturis, & creaturas in ſe ipſo & in Deo, ita quòd immediatè & mediatè per omnes circumſtantias plenitudinis attingendi attingit finem ſuum & propter ipſum finem ea, quæ ſe habent ad ipſum finem, contrahit utique ad ſe ipſum plenitudinem attingendi, diſtrahens à ſe ipſo omnem vacuitatem ſuæ attinctionis.

5. Cùm Angelus in tota natura ſuî conſtitutus ſit finaliter ad attingendum Deum, attingit naturaliter de toto ſe ipſo ſummum verum, & ſic tanta ſimplicitate veritatis attingit, quòd non poteſt attingere in Deo, niſi id, quod eſt ſumum eſſe & ſummum verum, & inde habet naturam ſuam ita appropriatam, quòd in quocunque objecto attingat, non poteſt attingere niſi verum, & ſic non poteſt attingere niſi id, quod eſt, ſive ſit amabile ſive odibile, & ſic dum attingit aliquem virtuoſum amativè, non attingit eum non vitioſum, quia non vitioſum eſſet aliquid, quod negaret odiendo vitium, quod quidem vitium oporteret eſſe in virtuoſo, cùm diligendo ſive odiendo non poſſet attingere niſi illud, quod eſt. Quicquid ergo Angelus attingit in ratione ſua de objecto ſuo, eſt verum, quoniam ita attingit in ratione ſua, ſicut eſt realiter in objecto, quemadmodum ſpeculum, quod ita in ſe repræſentat, ſicut eſt ei figura objecta. Impoſſibile eſt ergo, quòd Angelus attingat in ratione ſua niſi veritatem objecti ſui, quoniam ſi diverteret intelligere ſuum in objecto ad oppoſitum objecti, cùm non poſſit attingere niſi verum, ſequeretur, quòd objectum exiſtens id, quod eſt, eſſet id, quòd non eſt, quod eſt realiter contradictio.

6. Secundùm neceſſitatem & contingentiam attingit Angelus objectum ſuum, neceſſitas quidem eſt ex parte ſui finalis objecti & ſuî ipſius, quoniam de neceſſitate non cogente, ſed neceſſitate Deus eſt in magnitudine recolibilis, intelligibilis & amabilis immediatè de tota ſubſtantia Angeli recolitiva, intellectiva & amativa, ut non ſit dari vacuum, in quo bonitas, magnitudo &c. Dei non producant ad ſe ipſas ſimilitudinem ſuam in magnitudine ſimplicitatis. Unde ſequitur ipſa neceſſitas attingendi Angeli, quoniam cùm ipſe ſit ens intellectivum, ita neceſſitatur ad naturam intelligendi bonum magnum &c. ſicut oculus ad naturam videndi coloratum, & guſtus ad naturam guſtandi ſaporem, & ſic de aliis hujusmodi, ac etiam in aliis objectis attingit per neceſſitatem veritatis. Per contingens autem attingit, non ratione ſuî, ſed ratione contingentiæ veritatis objectorum, ſecundùm quod eſt poſſibile aliqua objecta, quæ apprehendit eſſe futura & non eſſe.

7. Per æquiparantiam attingit Angelus principaliter, ſecundùm quod in octava regula dictum eſt, nam Angelus de tota intellectivitate ſua contemplativus eſt, cùm ergo finaliter creatus ſit ad contemplandum totus Deum, & Deus ſit ipſa æquiparantia bonitatis, magnitudinis, bonificandi, magnificandi &c. bonificativi bonificabilis &c. attingit Angelus ipſam Dei æquiparantiam de ſuâmet æquiparantia angelica ſuæ bonitatis, magnitudinis &c. & quoniam ipſe Deus eſt ipſa attingendi claritas, cui veritas nulla latet, tantam influit claritatem attingendi ipſi Angelo eum immediatè de toto ſémet ipſo attingenti, quòd veritates objecti manifeſtas attingit per æquiparantiam, & ſic non oportet eum veritatem effectûs per cauſæ veritatem aut è converſo indagare, cùm æquè hujus & illius veritas ſit ſibi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nota, & nihilominus attingit veritatem effectûs stare propter veritatem causæ, & quia effectus est, scit esse causam ejus. Hoc autem attingit per æquiparantiam, cùm aliud istorum propter aliud per prius in tempore non attingat.

8. Angelus Deum sibi fixum de toto suo existere & agere convertibiliter attingit, ût in octava regula de materia angelica dictum est. Nam ex hoc, quòd Deus attingendo se ipsum Deum, est Deus, & hoc in tantùm, quòd ipsum attingere Dei & ejus existere convertuntur, tam infinitâ conversione, quàm sunt ipsum existere & agere infinitum, infundit Deus tantam similitudinem hujus conversionis in Angelum, quòd ipse Angelus convertibiliter de suo existere & agere Deum attingit. Et sic attingit Angelus Deum substantialiter de toto se ipso, & propter istam conversionem similem prædictæ conversioni Dei est ipse Angelus inter cæteras creaturas res simplicissima in natura suî. Ita quidem attingit Angelus secundùm naturam suam Deum, ût dictum est. Sed etiam cùm finitum infinitum attingat, videlicet Angelus Deum, oportet ipsum Angelum per transcendentiam suæ finitæ naturæ naturam divinam infinitam attingere. Hoc autem habet esse ratione objecti, quod est infinitè fruibile recolitivè, intellectivè & dilectivè, non autem ratione ipsius Angeli fruitivi, & sic beatificatur Angelus secundùm totam naturam suî attingentis Deum, & totus glorioſus in tota natura suî super etiam naturam suam ratione objecti transcendenter se percipit glorioſum.

9. Deus benedictus secundùm id, quod ipse est, ita est fruibilis ab Angelo, & ita habet Angelus naturam ipso fruendi, Deus enim de toto se ipso immediatè sémet ipsum attingit uno attingere de tota sua bonitate magnitudine &c. bonificativum, bonificabile & bonificare & bonificatum, & sic de magnificativo, magnificabili & magnificare &c. ita quòd totus bonificativus &c. est totus Deus & è converso, & totus bonificabilis &c. est totus ipsémet Deus & è converso, & totum bonificare &c. eodem modo. Et sic ratione hujus conversionis prædictæ attingit se Deus unum bonificativum bonificabile & bonificare & è converso, bonificativum, bonificabile, bonificare se unum Deum, & sic attingit sémet ipsum, unum plures & plures unum (ût dictum est) & hoc ita oportet esse ratione majoritatis finis suæ attinctionis, & isto modo, sicut se attingit, ita est recolitivè, intellectivè & amativè ab Angelo fruibilis, ita quòd Angelus ratione majoriratis finis attingit eum unum plures & plures unum, ût dictum est, & hæc est major finis, quòd ratio unius non impediat, sed conferat ei insimul & semel rationem plurimum nec è converso, quàm, si impediret ei. Et inde habet naturam attingendi in inferioribus simul & semel, id est, sine successione in uno plura & plura in uno, itaque attingens Angelus Deum immediatè (ût hîc & suprà multis locis dictum est) attingit in majoritate finis, sed attingens eum mediatè scilicet per suam naturam angelicam & per alias creaturas, attingit in minoritate finis secundùm comparationem. Iterum attingens per se Deum, attingit in majoritate finis, sed attingens Deum per alias creaturas se minores attingit in minoritate finis secundùm comparationem. Iterum attingens se ipsum & alias creaturas per Deum attingit in majoritate finis, attingens verò se ipsum per se ipsum, & cæteras creaturas per se ipsas, attingit in minoritate finis secundùm comparationem, & sic de singulis hujusmodi gradatim. Et hoc totum sic attingere secundùm majoritatem & minoritatem finis comparabiles implicat majoritatem finis proportionabilem, & nisi hoc ita esset, implicaret minoritatem finis proportionabilem in attingere suo, & sic in ipso attingere suo implicaret vacuitatem aut superfluitatem. Iterum recolligendo ea, quæ dicta sunt, de attinctione Angeli, ad propositam quæstionem, per diffinitiones, per conditiones & per regulas omnia tendunt ad majoritatem finis attinctionis Angeli, quod per se patet, eò quòd tendunt ad plenitudinem ipsius attinctionis, negantia vacuitatem.

DE

TERTIA QUÆSTIONE SIGNIFICATA PER D.

Quæstio. **Utrum Deus moveat firmamentum ad per se movendum. D.**

De primo modo per primam Distinctionem.

1. DIffinitio bonitatis conclusionem affirmativam hujus quæstionis ostendit, quoniam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quoniam ſi Deus totum moveat firmamentum ad per ſe movendum totum, ſic Dei bonitas eſt in hoc ens, ratione cujus bonum agit ſcilicet Deus agit bonum, quoniam hoc eſt bonum eſſe, & malum eſſet hoc non eſſe, quod patet, quia ſi Deus non moveret illud continuè, hoc eſſet malum, quia ſic Deus non haberet continuam actionem ſuam in hac tam magna actione, quæ eſt movere hujus creaturæ tam nobilis; aut ſi moveret illud ita, quòd de iſto motu divino firmamentum in ſe ipſum nullam ſimilitudinem acceptaret, perfeitas immenſæ velocitatis, quam Deus habet ad ſe ipſum, non influeret movendo firmamentum ſimilitudinem ſuam ad ipſum firmamentum, quod ſimiliter eſſet malum & defectus divinæ influentiæ & ſimilitudinis. Quare utrumque affirmandum eſt, & quòd Deus movet ipſum & quòd ipſum movet ſe ipſum Deo movente ipſum ad per ſe movendum.

2. Si Deus movet firmamentum non ad per ſe movendum, vel ſi firmamentum per ſe moveatur, ita quòd non à Deo, deficit quidem in hoc diffinitio magnitudinis, quia ſic magnitudo firmamenti non eſt id, ratione cujus ſua bonitas, ſua duratio &c. ſunt magnæ, cò quòd ipſa magnitudo non ambit in ipſo firmamento omnes extremitates eſſendi bonitatem &c. quoniam, ſecundùm quod per ſe patet, melius eſſet utrumque, quàm alterum tantùm Deo movente ipſum firmamentum ad per ſe movendum. Ergo ad poſitionem diffinitionis, magnitudinis in firmamento affirmativa concluſio eſt tenenda.

3. Manifeſtum eſt ſenſibus noſtris, quòd firmamentum continuam durationem habet in moveri ſuo, quæ ſcilicet duratio eſt proprietas, ratione cujus durant malitia, parvitas, debilitas &c. ſi firmamentum non movetur à Deo, vel ſi movetur à Deo ita, quòd non à ſe ipſo, quia, cùm ad utrumque iſtorum ſequatur bonitas, magnitudo &c. in duratione, & ad non eſſe alterius iſtorum ſequitur malitia, parvitas &c. in duratione; & in hoc deficit virtus bonitatis, magnitudinis &c. durationis primæ cauſæ, quia non influit plenitudinem bonitatis magnitudinis &c. in duratione ſui effectûs, qui ſiquidem defectus eſt impoſſibilis, ergo &c.

4. Si Deus non movet firmamentum ad per ſe movendum, bonitas quidem firmamenti eſt defectiva in magnitudine poteſtatis & è converſo, quod per ſe patet, & ſic deficit eis poteſtas, per quam ipſa bonitas firmamenti poſſit exiſtere & agere in magnitudine & è converſo. Itaque concluſio negativa hujus quæſtionis peccat contra diffinitionem poteſtatis, quare affirmativa eſt tenenda.

5. Sicut ſapientia eſt id, ratione cujus ſapiens intelligit, ita major ſapientia eſt id, ratione cujus ſapiens magìs intelligit, ſed ſi Deus moveat firmamentum ad per ſe movendum ita, ſicut movet humanum intellectum ad per ſe intelligendum, ita quòd à Deo & per ſe intelligit, ſic ſapientia humana magìs intelligit & magìs intelligendo major eſt, quia ſic intelligit Deum magìs cauſare firmamentum. Si autem non movet firmamentum ad per ſe movendum, ſic humana ſapientia magìs intelligendo minor eſt, quia magìs intelligendo ignorat verum, & ſic minor ſapientia eſt id, ratione cujus ſapiens magis intelligit, quod eſt impoſſibile, ergo affirmatio hujus quæſtionis eſt vera.

6. Manifeſtum eſt deſiderabile eſſe, quòd Deus moveat firmamentum, ut motus & motum ſint magìs nobiles cum cauſa ſua magìs participantes, deſiderabile eſt etiam id, in quo effectus ipſius primæ cauſæ nobilior eſt, & in quo habet plus perfectionis in ſua poteſtate & bonitate &c. ratione ergo virtutis, voluntatis & ratione naturæ majoris deſiderabilitatis, bonitatis, magnitudinis &c. patet, quòd firmamentum à Deo motum eſt ad per ſe movendum, quod ſi non, bonitas & alia, quæ non habent eſſe, ſunt deſiderabilia, & ſic voluntas eſt id, ratione cujus falſitas & nihil ſunt deſiderabilia, quod eſt impoſſibile. ergo &c.

7. Si Deus non movet firmamentum ad per ſe movendum, virtus non eſt origo unionis, bonitatis & magnitudinis motûs ipſius firmamenti in uno bono magno &c. Sed potiùs defectus ipſius virtutis eſt in eo origo unionis, bonitatis & parvitatis &c. & ſic minor virtus agendi eſt de ſumma cauſa ad effectum, & minor virtus patiendi ipſius effectûs & non major, quæ poſſit eſſe ratione ſummæ poteſtatis, virtutis ipſius cauſæ, quod eſt magnum inconveniens bonitatis, magnitudinis &c. cauſæ & effectûs, quare affirmatio eſt tenenda.

8. Si iſtud bonum magnum &c. non eſt ſcilicet Deum movere firmamentum ad per ſe movendum, quia humanus intellectus non poteſt negare, quando ſit bonum magnum &c. per omnes circumſtantias cauſæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& effectûs sequitur, quòd falsitas est id, quod est verum de bonitate, magnitudine &c. quia non esse sequitur de bonitate, magnitudine &c. ipsius boni, magni &c. ex quo non est, cùm in hoc falsitas & non esse æquipolleant. Hoc autem est oppositum diffinitionis veritatis, quod est impossibile, ergo oppositum prædictæ negationis est necessariò tenendum.

9. Gloria bonitatis &c. humani intellectûs est attingere perfectionem divinæ bonitatis &c. in intrinseca & extrinseca operatione Dei, quia sic attingit gloriam esse ipsam delectationem, cui bonitas & cæteræ acquiescunt. Quare oportet necessariò ad perfectionem bonitatis &c. suæ extrinsecæ operationis, quòd Deus moveat firmamentum ad per se movendum, quoniam si moveat ipsum ad per se movendum totum, acquiescunt bonitas &c. motûs ex parte agentis & recipientis, quoniam plenæ sunt; si autem non moveat ipsum (ût dictum est) non acquiescunt ratione defectûs, & sic deficit divina bonitas & magnitudo huic extrinsecæ operationi suæ tam nobili, & sic humanus intellectus non invenit quoad hoc gloriam in extrinsecis Dei, quæ sit ipsa delectatio extrinseca, cui bonitas &c. intellectûs acquiescant, quia ulteriùs attingunt posse quiescere, quod est impossibile, quare &c.

10. Si firmamentum est motum à Deo non ad per se movendum, bonitas, magnitudo & cæteræ, formæ & materiæ firmamenti, quoad actionem & passionem intrinsecam motûs permanent confusè; Quia ex quo propria forma non movet materiam suam, non est in eo motivum nec mobile intrinsecum. Sed impossibile est, quin sit in eo passio movendi, quia aliter non moveretur, ergo in eo est propria materia movendi, propria verò materia impossibilis est sine propria forma proportionativa & unita suæ materiæ; actio quidem Dei motiva firmamenti non est ei propria forma illi materiæ unita. Ergo sicut est ipsi firmamento materia mobilis, quia totus movetur, ita est illi propria forma motiva unita illi materiæ. Si ergo firmamentum, licèt moveatur à Deo, non moveat sémet ipsum, sunt quidem confusè bonitas, magnitudo & cæteræ formæ & materiæ ipsius firmamenti, quia se ipsis naturâ & proprietate suâ non distinguuntur, quod est impossibile, ergo per se ipsum movetur firmamentum. Et ad hoc quidem movetur à Deo, quoniam non est dari aliquid esse, in quod divina bonitas, magnitudo & cæteræ moventes non influant incessanter ratione æternitatis similitudinem suam, quia omnia extra ipsum ût materia subjecta sunt ei. Si ergo firmamentum non movetur continuè à Deo, permanerent, quantùm ad hoc, ipsa Dei bonitas, magnitudo duratio &c. cum bonitate, magnitudine &c. firmamenti confusè, quod est impossibile, & hoc esset, quia extrinsecæ proprietates Dei, quas habet ad ipsum firmamentum, abessent, ratione absentiæ quarum ipsa extrinseca forma Dei movens non distingueretur à forma firmamenti se moventis ratione suæ formæ, patet ergo, quòd firmamentum à Deo & à se ipso movetur.

11. Si Deus non moveret firmamentum continuè ad per se movendum, continuè deficeret illa concordantia in illo firmamento, quæ est id, ratione cujus bonitas, magnitudo, æternitas & cætera Dei, & bonitas magnitudo, duratio &c. firmamenti plùs concordant ad unum scilicet ad ipsum firmamentum moveri, & per quam bonitas, magnitudo, duratio &c. ipsius firmamenti magìs concordant pluribus videlicet divinis principiis & suî ipsius. Cùm ergo ipsam primam causam oporteat perficere in effectu suo id, per quod effectus majorem habeat concordantiam cum esse ratione ipsius causæ, ut bonitas magnitudo &c. ipsius causæ extra se non limitentur & vacuentur. ergo &c.

12. Ubi non est nisi unus finis duorum diversimodè agentium, non est mutua resistentia propter diversos fines. Deus autem existens summa causa ratione summæ bonitatis, durationis ipsius causæ continuè agit super effectum suum, & existens ipse finis movet eum ad se ipsum. Effectus verò ex ipso fine recipit influentiam naturaliter se movendi ad illum finem suum, ut concordantia ipsius causæ & effectûs magìs remota sit à contrarietate. Unde patet, quod firmamentum à Deo movetur ad per se movendum à se ipso. Et si ita esset, quòd firmamentum non moveret se, quia moveretur à Deo, vel quòd non moveretur à Deo, quia movetur à se ipso, & hoc ratione contradictionis, quia esset motum & non motum à Deo & à se ipso, ex quo totum à quolibet eorum movetur, sequeretur, quod contrarietas existens sine fine implicaret contradictionem ad finem concordantiæ existentis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſtentis, inter ipſam cauſam & ſuum effectum, quod eſt impoſſibile, quare &c.

13. Deus eſt ipſum principium, quod ſe habet ad omnia in prioritate univerſalis finis; ſi ergo Deus movet firmamentum, ita quòd ex ipſo motu firmamentum non moveat ſemet ipſum, movetur materia firmamenti motu Dei, non autem forma; & ſic ad ipſam formam firmamenti non ſe habet finis movens, & ſic Deus eſſet principium, quod non ſe habet ad omnia in prioritate univerſalis finis, quod eſt impoſſibile. Quia ſic ſequeretur vacuum in inferioribus, nam quales recipit firmamentum à Deo ſimilitudines, tales influit ad inferiora, ſed ſi per ſe non movetur ex hoc, quia movetur à Deo, eſt ejus forma vacua, quia non habet finem, & ſic firmamentum non influit motum ad inferiora quoad formas eorum, ſed tantùm quoad materias; & ſic formæ inferiorum non movent ſuas proprias materias, ſed remanent vacuæ, quod eſt manifeſtè impoſſibile, ergo oppoſitum eſt neceſſarium.

14. Deus cùm ſit finis, influit tanquam cauſativus in ſuum principium cauſabile, ut hoc cauſatum exiſtens alterius inferioris cauſabilis cauſa refluat per id ad ſuam cauſam, quæ eſt ipſe Deus. Hoc autem eſſet impoſſibile, niſi Deus moveret ita firmamentum, quòd ex illo motu moveret ſe ipſum ad aliquod medium propinquum ipſi fini, per quod poſſet refluere ad ipſum finem, ſecundùm quod ſignificatur in diffinitione medii.

15. Deus eſt ipſe finis, cui omne principium acquieſcit, ſed ſi Deus movet firmamentum, ita quòd ex illo motu firmamentum non moveat ſe ipſum; forma quidem ſpecifica ipſius firmamenti non acquieſcit ipſi fini, quare ipſa eſt, ſed ſolùm materia ejus, eò quòd ab ipſo fine materia recipit moveri, ſed forma non recipit movere. Hoc autem eſt impoſſibile, quia propinquior eſt forma fini, quàm materia, & plus habet de beneficio finis, quàm materia, ergo &c. aut ſi firmamentum moveret ſemet ipſum non motum à Deo, ſic principium ſine medio ſe moveret ad ſuum finem & ſine influentia ipſius finis acquieſceret ipſi fini, quod eſt impoſſibile, quare &c.

16. Oportet ea, quæ Deus operatur in effectu ſuo, concordare majoritati, quia cùm ipſe Deus ſit ipſa ſumma cauſa perfectè bona magna &c. implet quidem de ſimilitudine ſua ipſum effectum, ut ratione bonitatis, magnitudinis &c. quam ipſa habet, faciat eum diſtare à vacuitate & minoritate, ſed plus eſt influere, movere & moveri ipſi firmamento, quàm ſi ea non influat, & plus etiam, ſi influat movere, quàm moveri tantùm; ergo ratione majoritatis, quæ eſt prædicta Dei ſimilitudo, movet Deus firmamentum, ut ipſum motum moveat ſe ipſum & moveatur, quod ſi non, ſequeretur (cùm Deus non poſſit influere, niſi ſimilitudinem ſuam, quæ eſt ipſa majoritas, quia, quæcunque facit Deus in effectu ſuo, majoritati concordat) quòd minoritas ſit imago magnitudinis, immenſitatis &c. & ſic minoritas eſt majoritas, quod eſt contradictio, ergo &c.

17. Si Deus de influentia ſua non movet firmamentum, ſed quòd per ſe moveatur, ſic ipſum firmamentum & ea per conſequens, quæ movet firmamentum, cum divina influentia non participant, & ſic non habent finem eorum bonitas magnitudo &c. & ſi bonitas &c. eorum non eſt finis, ipſe finis (qui nihil eſt) nulli æqualitati acquieſcit, & ſic Deus deficit in nobilitate cauſæ & effectûs, & per conſequens in nobilitate ſua, quod eſt impoſſibile, ergo Deus movet firmamentum, ut finis concordantiæ, bonitatis &c. cauſæ & bonitatis &c. effectûs proportionalem æqualitatem in magnitudine bonitatis &c. inveniant, cui tanquam ſubjectum acquieſcant, & movet ita firmamentum, ſcilicet quòd forma firmamenti movetur æqualitate proportionis ad movere ſuam materiam, quantum materia ad ſe ipſum moveri & è converſo, ut finis concordantiæ, bonitatis, magnitudinis &c. formæ & materiæ firmamenti habeant æqualitatis ſubjectum, cui acquieſcant, quia aliter non haberent illud, ſed remanerent vacuæ, quod eſt impoſſibile.

18. Si Deus non movet firmamentum, quoad abſentiam quidem hujus tam nobilis motûs eſt ipſum firmamentum circa nihilum, & per conſequens cauſa, quæ movet ipſum firmamentum; ſi etiam firmamentum à Deo moveatur, ita quòd ejus materia iſtum motum recipiat ad moveri, non autem ejus forma ad movere, quoad abſentiam ſimiliter proprietatis ipſius formæ, eſt ipſum firmamentum circa nihilum & per conſequens ea, quæ infra ſe movet firmamentum, quia qualem ſimilitudinem recipit firmamentum à ſuo motore, talem influit in ſua mobilia inferiora. Ut ergo ipſa ſumma cauſa in ratione, quâ cauſa non ſit in effectu ſuo circa nihil, oportet eam movere

(c) 2006 Ministerio de Cultura

firmamentum, ita quòd forma tantum recipiat ex isto motu de motivitate, quantum materia de mobilitate, ergo Deus movet firmamentum ad per se movendum.

De secundo modo Probationis D.

1. IMpossibile est illam bonitatem, quæ potens est in essentia magnitudinis, non esse bonificantem (secundùm quod vult secunda conditio bonitatis & magnitudinis) impossibile est ergo, quòd divina bonitas, cùm sit potens in essentia magnitudinis, non moveat firmamentum ad per se movendum, ut ipsa existens potens in essentia magnitudinis suæ & in essentia magnitudinis firmamenti non sit aliquo modo non bonificans in firmamento, & ut ipsum firmamentum non sit impotens in essentia magnitudinis suæ.

2. Divina bonitas non esset summa, nisi ipsa distaret in æternitate à vitio, secundùm quod vult quarta conditio bonitatis, æternitatis, sed extrinsecè non potest distare à vitio in æternitate sua, si ejus æternitas sustinet in duratione, quæ est ejus similitudo, otiositatem ipsius bonitatis in effectu suo: de necessitate ergo ipsa Dei bonitas movet firmamentum ad per se movendum, ut divina æternitas non sustineat in duratione otiositatem, quæ convenit cum vitio, per quam quidem sustinentiam, quantum ad hoc, ipsa Dei bonitas non distaret à vitio, quod est impossibile.

3. Si Deus non movet firmamentum ad per se movendum, divina quidem voluntas non vult id posse moveri à divina potestate ad per se movendum, quod quidem moveri ad per se movendum esset bonum, ût per se patet; & sic divina voluntas non vult actum bonitatis & potestatis, quod siquidem nolle malum est, secundùm quod vult secunda conditio bonitatis & potestatis, sed cum istud nolle sit impossibile apud divinam voluntatem, ergo &c.

4. Firmamentum magis est Deo simile, si moveatur ad per se movendum ratione formæ & ratione materiæ, quàm si sic non moveatur, quod patet, quia si Deus non movet firmamentum ad movere se ipsum ratione formæ & ad moveri per se ratione materiæ, est utique divina bonitas & veritas contra magnitudinem istius boni & veri, quod esset Deum movere firmamentum, quoad formam propriam & naturam se per se movendi, & sic est contra magnitudinem suarum similitudinum ratione hujus boni & veri. Hoc autem est impossibile secundùm quartam conditionem bonitatis, veritatis, ergo &c.

5. Major est differentia in bonitate inter formam & formam agentes ad unum finem cum una materia, quàm sit tantùm unius formæ cum materia, si igitur divina forma & forma firmamenti cum materia ipsius firmamenti agunt totum motum firmamenti, ita quòd distinctimodè totum firmamentum à qualibet istarum formarum moveatur; est quidem differentia in majoritate cum bonitate inter prædictas formas cum materia firmamenti, si autem non agunt totum motum firmamenti (ita ût dictum est) non est prædicta differentia in majoritate bonitatis, sed potiùs malitiæ, quod est impossibile, ût sextâ conditione bonitatis & differentiæ significatum est, ergo &c.

6. Divina bonitas majoritati prædicti motûs firmamenti concordat, cùm ratione causæ & ratione suî & ratione etiam suorum inferiorum, majus bonum sit in hac majoritate motûs, scilicet totum firmamentum moveri à Deo ad movendum se totum à se ipso, quàm si moveatur à Deo ita, quòd non à se ipso vel è converso. Ergo affirmatio hujus quæstionis procedit necessariò, quod si non, bonitas contradicens majoritati concordantiæ concordat minoritati, quod est impossibile & contra sextam conditionem bonitatis, contrarietatis, ergo &c.

7. Divina sapientia magna est, cùm ipsa sit realiter volita & volibilis (ût primâ conditione magnitudinis & sapientiæ dictum est) ergo oportet, ut firmamentum moveatur ad per se movendum, ut ipsa Dei sapientia sit volita & volibilis, sciens istam magnitudinem bonitatis &c. motûs realem, quoniam si iste motus non est, ipsa quidem Dei sapientia scit eum non esse, & sic non est de se volita & volibilis scire illum, qui convenit cum magnitudine bonitatis, quod per se patet. Sed impossibile est ratione suæ magnitudinis eam non esse volitam & volibilem in omni magnitudine bonitatis, ergo &c. Adhuc per implicationem ipsius præallegatæ conditionis magnitudinis sapientiæ manifestatur eadem conclusio, quoniam sicut illa sapientia est magna, quæ realiter volita est & volibilis, ita & ille motus magnus est, qui volitus est, & volibilis realiter ad similitudinem ipsius Dei sapientiæ, in quantum habet volitum & volibile de se,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

de ſe, quemadmodum & ipſa ſapientia; ergo ratione magnæ ſimilitudinis cauſæ ad effectum prædicta concluſio eſt vera, quod ſi non, ſequitur iterum prædictum impoſſibile contra magnitudinem divinæ ſapientiæ, quod eſt impoſſibile, quoniam ſciens hanc ſimilitudinem non eſſe, quæ convenit cum magnitudine bonitatis &c. quod per ſe patet, non eſt volita & volibilis, in quantum hujusmodi, quod falſum eſt, ergo &c.

8. Neceſſitas octavæ conditionis, magnitudinis, ſapientiæ in ipſa octava conditione implicat firmamentum movens ſe ipſum & à Deo motum, & hoc ſic explicatur; ſicut magnitudo non ſufficit principio intellectûs ſine intellecto & intelligibili, nec per conſequens ſine intelligente & intellectivo, ût hoc per ſe patet, ita nec ſufficit magnitudo principio motûs ſine moto & mobili, nec per conſequens ſine movente & motivo per ſe ipſum, quemadmodum intellectus eſt per ſe intellectus & intelligibilis & intelligens & intellectus, aliter ipſe motus non eſſet ſimilitudo magnitudinis, bonitatis &c. quòd eſt in cauſa magnitudo bonitatis &c. ſed potiùs diſſimilitudo, quod eſt impoſſibile, cùm omne, quod eſt, ſit ratione magnitudinis, bonitatis &c. ſimilitudo Dei, ergo firmamentum per ſe movetur, tamen ratione alicujus finis magni in bonitate &c. & hoc eſt ratione diſcretæ productionis in ſpecies ſuas individuorum generabilium, quod eſſet impoſſibile, niſi ab aliqua ſapientia moveretur, portando diſcretionem ejus ad finem, quemadmodum ſagitta portat intentionem ſagittarii ad terminum, aut ſicut manus ſcribentis cum calamo ducit intentionem intellectûs ad literam. Impoſſibile eſt enim firmamentum, cùm non utatur propriâ diſcretione, quam non habet, movere aliquid diſcretionis ad finem ſuum, niſi ab aliqua ſapientia ſe ſuperiori moveatur. Hanc autem ſapientiam oportet eſſe Dei, quoniam cùm ipſa ſapientia ratione magnitudinis ſuæ ſola attingat omnes veritates individuas, ſeu omnia vera individua, tam ea, quæ moventur ad eſſe ratione firmamenti, quàm alia, impoſſibile eſt, quin firmamentum moveatur ad ea individua ſub ipſo, quæ divina ſapientia ſcit, impoſſibilitas enim fallendi divinæ ſapientiæ habet neceſſariò movere firmamentum, quod etiam ratione magnitudinis ſimilitudinis Dei in bonitate &c. ad hoc per ſe moveretur, ût dictum eſt.

9. Manifeſtè patet ſecundùm primam conditionem poteſtatis differentiæ, quòd in inferioribus poteſtas formæ ratione differentiæ & concordantiæ, quæ eſt inter formam & formam ſuper aliquam naturam, moveat poteſtatem formæ ad agendum ſuper ſuam propriam materiam, veluti ſenſitivum, quod movet vegetativum ſuper ſuum proprium vegetabile, ſed cùm iſtæ formæ ſuper iſtam materiam videlicet ſenſitivum & vegetativum ſuper vegetabile &c. hujusmodi nihil habeant motûs, niſi id, quod impreſſum eſt eis ab ipſo firmamento; ergo oportet, quòd ita ſit in ipſo firmamento, ſicut in eas imprimit ipſum firmamentum. Ergo talis concordantia eſt in poteſtate motûs firmamenti in ratione cauſæ, qualis in inferioribus ratione effectûs, ergo forma firmamenti ab aliqua ſuperiori forma movetur ad movendum ſuam materiam, aliter ſequeretur, quòd poteſtas firmamenti ageret in ipſo firmamento per concordantiam ſine differentia influens hujusmodi concordantiæ ſimilitudinem ad inferiora. Hoc autem eſt impoſſibile, ergo aliqua ſuperior forma movet formam firmamenti ad movendum materiam ſuam, hæc autem forma eſt ipſe Deus, ut nihil extra ipſum permaneat vacuum, ubi de ſimilitudine ſua ejus poteſtas non ſit actu potens.

10. Impoſſibile eſt, quin in differentia, quæ eſt inter formam & ſuam materiam, poteſtas agat & patiatur (ût vult tertia conditio poteſtatis differentiæ) ergo firmamentum ſicut ipſum movetur ratione ſuæ materiæ, ita eſt movens ſe ipſum ratione formæ ſuæ, ut ejus poteſtas ſit activa ratione motivitatis formæ & paſſiva ratione mobilitatis materiæ. Ergo firmamentum eſt movens ſe ipſum, movens quidem ratione formæ ſuæ, ſe ipſum verò concluſione materiæ ſuæ, & ad hoc ſiquidem movetur à divina poteſtate, ut ipſa Dei poteſtas in ratione cauſæ ſit activa in differentia formæ & materiæ ſui effectûs, ut in magna poteſtate impoſſibile ſit invenire virtutem otioſam, quemadmodum & in magna voluntate, ût vult prima conditio magnitudinis voluntatis.

11. Secundùm quod ſignificatur in quartâ conditione poteſtatis differentiæ, magna poteſtas cum magna differentia conjungit & disjungit operationes ſuas in magnitudine. Poteſtas autem ſummæ cauſæ videlicet Dei, ſumma eſt ſuper cæteras magnas poteſtates, ergo ſuper effectum ſuum conjungit & disjungit cum magna differentia operationes

ſuas

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſuas in magnitudine, quod eſſet impoſſibibile, niſi moveret firmamentum ad per ſe movendum, quoniam ſi movet illud ad movendum ſe ipſum, oritur quidem virtus diſtinctionis motûs in eo, ratione cujus motus in naturalibus conſtitutus eſt incipiendo à ſuperioribus conjunctivè & disjunctivè. Et quoniam major eſt motus totius orbis, ſi ſit ita disjunctivus, quòd totus poteſtate ſuæ ſummæ cauſæ & totus poteſtate ſuî ipſius moveatur ad influendum diſtinctam virtutem conjunctionis & disjunctionis in inferiora, quàm ſi poteſtate alterius iſtorum moveretur tantùm, cujus ſimilitudinem inferiora non recipiunt. Ergo totus orbis movetur à Deo, ut totus moveatur à ſe ipſo, quod ſi non, manifeſtum eſt, quòd magna poteſtas ipſius ſummæ cauſæ non conjungit cum magna differentia operationes ſuas in magnitudine, & ſic non eſt ſumma ſuper cæteras magnas poteſtates, quare &c.

12. Sine concordantia non poteſt eſſe poteſtas principium formale & materiale, ſecundùm quod vult neceſſitas ſecundæ conditionis poteſtatis, concordantiæ, ergo ſine magna concordantia non poteſt eſſe magna poteſtas, magnum principium formale & naturale. Unde ſequitur neceſſariò, quòd Deus movet firmamentum ad per ſe movendum à ſe ipſo, ut magna poteſtas movendi per magnam concordantiam actionis formæ & paſſionis materiæ ſit magnum principium formale & materiale. Major autem concordantia motivitatis & mobilitatis materiæ, quæ poſſit eſſe, eſt, quòd forma firmamenti ratione magnæ concordantiæ, quam habet cum forma cauſæ ſuæ, ſequatur ſemper finem, quem intendit de firmamento forma ipſius cauſæ ſuæ, & quòd materia utriusque intentum patiatur. Hoc autem eſt per ſe manifeſtum, ergo firmamentum neceſſariò movetur ita, ût dictum eſt. Quod ſi non, major poteſtas ipſius firmamenti, quæ poſſit eſſe, eſt cùm parva concordantia magnum principium formale & materiale, quod eſt impoſſibile; hoc autem negationis conſequens patet, quia omnia, quæ ſunt à prima cauſa, ſunt naturaliter in majori fine, quo poſſit eſſe, ut non ſequatur vacuum, ſeu contradictio in rerum natura.

13. Si Deus movet firmamentum ad per ſe movendum, poteſtas cauſæ de majori principio agit ſuper effectum ſuum, & poteſtas ipſius effectus de majori principio tranſit ad majorem finem, & ſic majoritas poteſtatis & cauſæ & effectûs eſt in majoritate principii, & per conſequens in majoritate finis; ſi autem non moveatur, (ita ût dictum eſt) ſequitur (cùm ſumma cauſa non poſſit agere ratione ſuæ perfectionis niſi id, quod eſt majoritas principii & finis ſui ipſius effectûs) quòd majoritas poteſtatis in principii minoritate conſiſtat & per conſequens in minoritate finis, quod eſt impoſſibile & contra tertiam conditionem poteſtatis, principii, ergo &c.

14. Si Deus movet firmamentum ad per ſe movendum, movet quidem illud ad finem ſuum, qui eſt ipsémet Deus, & ſic Deus in ratione finis infundit concordantiam inter ſe ipſum, qui eſt hujusmodi motus efficiens & formam & materiam ipſius firmamenti, quod per ſe patet, ergo Deus ita movet firmamentum, ût dictum eſt, quod ſi non, ipſe finis, qui eſt ſummus, non infundit concordantiam inter efficientem, qui eſt ipsémet Deus, & formam & materiam ſui effectûs, ſed potiùs diſcordantiam, quod eſt impoſſibile & contra ſecundam conditionem concordantiæ principii. Ergo &c.

15. Per ſecundam conditionem principii medii patet impoſſibile, quòd ex minoritate principii & medii implicetur majoritas, ſeu quòd ex magnitudine principii & medii implicetur minoritas. Quòd autem firmamentum ſemper per ſe moveatur non mediante Deo ipſum movente ad per ſe movendum, aut quòd Deus moveat ipſum ita, quòd per Deum non moveatur ad per ſe movendum, manifeſtum eſt, quòd hoc eſt ex minoritate principii & medii implicare majoritatem, quod eſt impoſſibile, aut ſummam cauſam eſſe in hoc effectu ſuo defectivam, quod eſt ſimiliter impoſſibile ſecundùm quintam conditionem poteſtatis, principii, quare &c.

16. Manifeſtum eſt, quòd firmamentum aut moveatur à Deo non ad per ſe movendum, aut movetur à ſe ipſo & non à Deo, aut movetur à Deo ad per ſe movendum, non autem movetur à Deo non ad per ſe movendum, quia cùm ipſe Deus ſit finis ipſius firmamenti; ſecundùm igitur primam conditionem prinicipii & finis, nullus finis movet principium contra majoritatem ſuam, quia cùm ipſe finis moveat ipſum firmamenum non ad exiſtendum per ſe otioſum, movet quidem ipſum contra minoritatem, cùm ipſe finis de natura ſuî ſit ita perfectus,

quòd

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quòd poteſt movere illud ad per ſe movendum contra exiſtentiam illius per ſe otioſi. Nec etiam movetur firmamentum à ſe ipſo, ita quòd non à Deo, quia, cùm Deus propter perfectionem ſuam in omni magnitudine bonitatis &c. ſit finis & tanquam forma omnium, quæ ſunt extra ipſum, conſiſteret itaque in minoritate finis materiæ minoritas hujus finis & formæ, qui ſunt ipſe Deus, ſecundùm quod dicit tertia conditio præallegatæ cameræ, quod eſt impoſſibile, quare de neceſſitate (ſi firmamentum non moveatur à Deo non ad per ſe movendum, nec à ſe ipſo, ita quòd non à Deo (ût probatum eſt) concludendum eſt neceſſariò, quòd movetur à Deo ad per ſe movendum.

Tertius modus ſolvendi.

1. VOluntate inveſtigantis ſupponente, quòd Deus ad per ſe movendum moveat firmamentum, poſtmodum diſcurrente intellectu inveſtigativo per conditiones ſummæ cauſæ & effectûs ſui invenit quidem manifeſtè ex parte affirmationis magnitudinem bonitatis, durationis, poteſtatis &c. in relatione ipſius ſummæ cauſæ ad effectum ſuum. Voluntate verò ſupponente hujus quæſtionis negationem adinvenit prædictus intellectus parvitatem bonitatis, durationis, poteſtatis &c. in prædicta relatione cauſæ ad effectum ſuum. Quod patet manifeſtè, quoniam ſi Deus movet firmamentum non ad per ſe movendum, caret ipſum firmamentum ſimpliciter proprio motu naturali, quæ ſiquidem carentia defectum implicat naturalis bonitatis magnitudinis &c. ſi verò moveat ſe ipſum, non autem Deus, jam magis caret motu bonitatis, magnitudinis &c. Ergo prædicta ſuppoſitio affirmativa in demonſtrationem convertitur, memoriâ intellectu & voluntate judicativis æqualiter concurrentibus ad hujus affirmationis judicium faciendum.

2. Si firmamentum non movetur à Deo ad per ſe movendum, manifeſtum eſt, quòd intellectus in ratione ſua plùs attingit de realitate hujus motûs in bonitate &c. & majorem proportionem inter modum eſſendi hujusmodi & modum intelligendi, ergo ita movetur, ût dictum eſt, quod ſi non, eſt utique contradictio inter modum exiſtendi motûs ipſius firmamenti & ipſius modum intelligendi, exiſtente plus realitatis in modo intelligendi, quàm exiſtendi ipſius motûs; quod per ſe patet, hoc autem eſt impoſſibile, quare &c.

3. Hæc eadem concluſio patet per duos modos inveſtigandi tertiæ regulæ, & primò cùm diſcurrat intellectus per ſimplices terminos motûs, quoniam ſi firmamentum ita movetur (ût dictum eſt) bonitas quidem motûs ejus agit bonum absque aliqua malitia, & magnitudo ejus ipſam bonitatem &c. facit eſſe magnam ſine vacuitate eſſendi, & ſic de aliis diffinitionibus, & bonificativum etiam exiſtens ſine malificativo bonificat ſuum bonificabile ſine malificabili, & ſic de aliis hujusmodi terminis ſimplicibus ipſius motûs; ergo ita movetur, ût dictum eſt. Quod ſi non, ſequitur oppoſitum eorum, quæ de ſimplicibus terminis dicta ſunt, quod eſt impoſſibile. Iterum per terminos duplicatos patet, ut ipſa cauſa ſumma non ſit in effectu ſuo defectiva, nec effectus in ſua ſumma cauſa, & ut materia non poſſit plùs pati, quàm forma agat, & ut forma non ſit ſine figura, nec è converſo, & ut contraria ſeu contradictoria non coincidant videlicet eſſe & vacuum, quare de neceſſitate Deus movet firmamentum ad per ſe movendum. Iterum in terminis triplicibus habetur hæc eadem concluſio ſcil. in motore & in forma & in materia motûs, quia ſi non movet ſupremus motor (ût dictum eſt) aut erit dare disjunctionem ſeu vacuum inter Deum & motum firmamenti, aut quòd ipſe Deus exiſtens ſupremus motor non moveat formam ad agendum, ſed tantùm materiam ad patiendum, & ſic eſt contrarietas inter formam cauſæ agentis & formam effectûs recipientis & concordantia inter prædictam formam cauſæ & materiam ipſius effectûs; & ſic ſecundùm quartum modum eſt concordantia inter diſſimilia & contrarietas inter ſimilia, & ſecunda intentio habet majoritatem & prima minoritatem, & ſecundùm quintum modum prima intentio major eſt in ſecunda, quàm in ſe ipſa, & per conſequens ſecunda intentio minor in prima intentione, quàm in ſe ipſa, & res ſimilata major eſt in diſſimilitudine ſua, quàm in ſimilitudine, & diſſimilitudo eſt ſimilitudo rei ſimilatæ & è converſo, & ſimilitudo eſt diſſimilitudo rei diſſimilatæ, & eſſe habet perfectionem ſuam in privatione, & perfectio habet eſſe ſuum in defectu, & privatio habet perfici in eſſe & defectus exiſtere in perfectione & ſic de aliis hujusmodi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

per circulum: quæ omnia sunt impossibilia & absurda, si supremus motor, qui est Deus, non moveat ita, ût dictum est.

4. Si Deus non movet firmamentum ita, ût dictum est, manifestum est, quòd bonitas ipsius motûs distrahitur à magnitudine & contrahitur parvitati, & è converso, & sic de aliis divinis similitudinibus, & sic summa causa ratione sui effectûs contrahit causalitati suæ malitiam, parvitatem, privationem &c. distrahens ab ea bonitatem, magnitudinem, durationem &c. imò etiam oppositorum principiorum aliud contrahit sibi reliquum, & aliud propositorum distrahit à se reliquum, quod est impossibile, ut in §. immediatè præcedente & in aliis supradictum est. De necessitate ergo Deus movet firmamentum ad per se movendum.

5. Si Deus movet totum firmamentum ad totum per se movendum, nulla sequitur inde realis contradictio, licèt fortè appareat in ratione in hoc, quòd totus motus à Deo movet se ipsum totum, quia videtur, in quantùm totum motum à Deo, quòd non moveatur à se ipso, & in quantùm totum motum à se ipso, quòd non moveatur à Deo, ratione cujus conclusio videtur inferri, ergo firmamentum movetur & non movetur à Deo, & movetur & non movetur à se ipso. Quòd autem hæc contradictio non sit realis, patet per realem contradictionem, quæ includitur in ea contra ipsam, quia ex quo sequitur contradictio in hoc, quòd firmamentum à Deo totum & à se ipso totum movetur, oportet, quòd hæc contradictio sit contra naturam firmamenti, quia aliter non posset esse contradictio talis, & hoc est malum ei, & sic est contra suam bonitatem, magnitudinem &c. moveri à Deo & se movere se ipsum, quod est bonum ei secundùm naturam suam, cùm omni creaturæ sit bonum pati à Deo agendo bonum, & sic infertur contradictio per consequens contra dictam contradictionem, & quoniam bonum esse malum & è converso ratione infinitæ bonitatis Dei est contradictio, habens manifestè concordantiam cum malitia & privatione; & moveri & non moveri firmamentum à Deo & à se ipso, est contradictio concordans bonitati & perfectioni, quia per eam exaltatur intellectus ad punctum transcendens; manifestum est, quòd firmamentum totum à Deo & totum à se ipso movetur, ut non sequatur realitas hujus ultimæ contradictionis. Ergo prima contradictio consistit tantùm in ratione.

6. Quantò plùs necessitas distat à contingentia & è converso, tantò plùs *esse* propinquum est realiter necessitati & *non esse* contingentiæ. Ergo quantò plùs necessitas propinqua est contingentiæ, tantò plùs *esse* distat à necessitate & *non esse* à contingentia, sed plùs importatur necessitatis hujus motûs & magìs distat à contingentia, si totum firmamentum à Deo & à se ipso totum moveatur, quàm si moveatur à Deo tantùm, aut à se ipso, ût per se patet, ergo totum à Deo & totum à se ipso movetur, quod si non, est quidem necessitas ipsius motûs magìs propinqua contingentiæ & per consequens magìs propinqua ipsi *non esse*, magìs distans ab *esse*. Hoc autem est impossibile ex parte ipsius summæ causæ, quoniam ratione summæ perfectionis est, in quantùm Deus ipse est necessitas infinitè distans à contingentia, ergo quantùm potest, effectum suum distare facit à contingentia & à non esse, ergo &c.

7. In tantùm est necessarium Deum movere firmamentum ad per se movendum, quantùm est necesse plenitudo operationis summæ causæ in effectu suo & receptionis influentiæ ipsius causæ in effectu & è converso. Quia in tantùm est impossibile, Deum non movere firmamentum ad per se movendum, quantùm est impossibilis vacuitas & otiositas operationis & influentiæ ipsius summæ causæ in effectum suum. Ratione ergo necessitatis prædictæ plenitudinis æquivalenti necessitati movendi firmamentum à Deo ad per se movendum & ratione impossibilitatis prædictæ vacuitatis & otiositatis æquipollenti impossibilitati prædictæ non movendi firmamentum à Deo ad per se movendum, fit demonstratio necessaria per æquiparantiam demonstrativi & demonstrabilis, quòd Deus moveat firmamentum ad per se movendum. Hæc eadem conclusio præcedit necessariò similiter propter *quid* causâ probante effectum, quia cùm Deus sit in sua bonitate &c. immensus & æternus, oportet eum esse summam causam, in tantùm, quòd non deficit quidquam summitati causalitatis suæ, ergo oportet eam movere firmamentum necessariò ad per se movendum ratione necessariæ perfectionis & impossibilis defectûs prædictæ summitatis. Hoc etiam probatur per *quia* effectu probante causam suam, quia manifestè patet in natura elementali

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tali ſecundùm gradus elementorum in cholerico, quòd forma ignis movet totam aëris formam ad per ſe agendum ſuper ſuam propriam materiam ad generandum ſanguinem ad finem choleræ, ſed nihil habent bonitatis & perfectionis hæc inferiora generabilia, quin debeat eſſe in ſua cauſa, ut cauſa non influat in effectum ſimilitudinem hujus; quod non habet in ſe ipſa. Cùm autem motus prædictus formæ ignis ad formam aëris ad per ſe movendum ſuper ſuam materiam ſit effectus ipſius motûs firmamenti, oportet, quòd forma firmamenti à ſuperiori forma moveatur ad per ſe movendum ad finem ipſius ſuperioris formæ moventis, qui eſt Deus, quòd ſi non, cauſa influit in effectum ſuum ſimilitudinem illius rei, quæ non eſt in ea, quod eſt impoſſibile & contra finem, ergo &c.

8. Per tranſcenſum naturæ ſuæ attingit intellectus humanus plus realitatis in objecto, quàm rationis illius realitatis in ſe ipſo, quoniam res in plùs ſe extendit ſecundùm ſe, quàm ratio illius rei ſecundùm ſe. Itaque per punctum tranſcendens plùs attingit neceſſitatis & impoſſibilitatis rei, quàm ratio ſua dictet, cùm enim attingit bonitatem magnitudinem &c. alicujus rei, plùs ſunt illa bonitas & illa magnitudo &c. ipſius rei, quàm ratio intellectus attingere poſſet, & plùs eſſet malitia, parvitas &c. ſi illa bonitas, magnitudo &c. non eſſent, quas de ipſa re attingit intellectus, quàm ejus ratio attingere poſſit. Manifeſtum eſt ergo per punctum tranſcendens, quòd Deus moveat totum firmamentum ad per ſe movendum totum. Nam hoc manifeſtè attingit intellectus, quoniam ſi poſſibile eſt Deum movere totum firmamentum ad per ſe movendum totum, magnum bonum eſt, magna duratio, poteſtas &c. quia bonitas, magnitudo &c. motûs divini & bonitas & magnitudo &c. motûs firmamenti diſtinctè ad totum unum motum uniuntur, ita quòd totalitas iſtius ſtat diſtinctè ex qualibet parte, quemadmodum de bonitate, magnitudine &c. luminis Solis & de bonitate, magnitudine &c. luminis ignis conſtituitur diſtinctè unum lumen ignis, ita quòd totalitas iſtius luminis conſtituti ſtat diſtinctè ex qualibet parte ſcilicet ſolis & ignis. Ergo ſi poſſibile eſt, quòd totum firmamentum moveatur à Deo, ita quòd ratione totalitatis non à ſe ipſo, vel quòd totus moveatur à ſe ipſo, ita quòd ratione totalitatis ſimiliter non à Deo; & quidem abſentia alicujus prædictarum totalitatum diſtinctarum, quæ conſtat de bonitate, magnitudine &c. ſecundùm ſe & ſecundùm illam aliam totalitatem, cui per concordantiam diſtinctè unitur, & quanta eſt abſentia bonitatis, magnitudinis &c. tanta eſt præſentia malitiæ, parvitatis &c. cùm ergo plus ſit neceſſitatis, bonitatis, magnitudinis &c. cujuslibet prædictarum totalitatum, quàm ratio intellectûs attingit, & plus impoſſibilitatis, malitiæ & parvitatis, abſentiæ earum, quàm ipſa ratio attingere poſſit, ſtant neceſſariò utraque totalitas diſtinctè una totalitas & è converſo. Ergo Deus movet tòtum firmamentum ad per ſe movendum totum, ita quòd non eſt in firmamento, niſi unus motus totus in duos motus diſtinctus.

9. Ad minoritatem finis effectûs ſtat minoritas finis cauſæ & è converſo, ſed cùm Deus ſit cauſa in ſummitate finis, oportet effectum ejus eſſe in ſummitate finis, hoc autem eſt, quòd effectus in bonitate, magnitudine &c. finis plenitudinem conſequatur, ultra quam impoſſibile eſt eum extendi in bonitate, magnitudine &c. quia ratione ſuperflui potiùs extenderetur in malitiam & parvitatem, quàm in bonitate &c. nam ſicut defectus ſeu vacuum importat malitiam, parvitatem &c. ita ſuperfluum malitiam, parvitatem &c. implicat, & ſic in idem redeunt ſuperfluum & vacuum. Quare ad poſitionem ſummæ cauſæ in fine ponitur ejus effectus neceſſariò in majori magnitudine finis, quâ poteſt, ut magnitudo bonitatis &c. effectivitatis magnitudini bonitatis &c. ſuæ ſummæ cauſalitatis reſpondeat in plenitudine finis. Quare de neceſſitate oportet, quòd Deus moveat totum firmamentum ad per ſe totum movendum, quoniam niſi ita moveretur, in quantum non moveretur, ita in tantùm eſſet in ipſo motu tantum malitiæ, parvitatis &c. quantum eſſet bonitatis, magnitudinis &c. ſi ſecundùm illud ita moveretur, & quoniam ubicunq; eſt malitia, parvitas &c. eſt vacuum & minoritas finis, ſi ergo non moveretur ita, ût dictum eſt, eſt quidem in ipſo motu parvitas malitia &c. & inde ſequitur vacuum & minoritas finis, & per conſequens in ſummitate cauſalitatis ejus, quod eſt impoſſibile, quare ipſum eſt neceſſarium. Etiam quæcunque ſuperiùs in hac quæſtione ad prædictam concluſionem dicta ſunt, plenitudinem & majoritatem finis important & eorum oppoſita

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vacuitatem & minoritatem, quare ad neceſſariam poſitionem majoritatis finis (ût dictum eſt) habent ſtare de neceſſitate & ad utramque partem quæſtionis affirmationem inferre, ût ſuprà patet.

De QUARTA QUÆSTIONE SIGNIFICATA PER E.

Quæſtio. Quomodo intellectus humanus ſeu conjunctus attingit.

De primo ſolutionis modo per primam Diſtinctionem.

1. ESſentia ſeu quiditas intellectûs unà cum voluntate & memoria de intellectivitate & intelligibilitate propria conſtat conjuncta tota per modum finis toti eſſentiæ imaginativæ & imaginabili, ſenſitivæ & ſenſibili, vegetativæ & vegetabili, elementativæ & elementabili, ut de diverſis bonitatibus eſſentialibus conſtituta ſit una humana bonitas unius hominis exiſtens diſtincta in totidem bonitates, quotidem conſtituunt illam; ſunt autem iſtæ bonitates gradatæ, ita quòd alia ipſarum major eſt, quàm alia, & ſecundùm quod eſt major, eſt quidem principium finale & motivum illius, quâ major eſt usque ad bonitatem intellectûs, quæ unà cum bonitate voluntatis & memoriæ eſt ultimum & ſupremum eſſentiale principium hominis, movens intellectualiter quoad ſe bonitatem imaginativam ad imaginandum, & bonitatem ſenſitivam ad ſentiendum, ut intellectus intelligat, & ſic de aliis bonitatibus ſibi conjunctis, aliâ ipſarum exiſtente ita in qualibet alia totâ, quemadmodum in elementato aliud elementorum eſt in quolibet alio & è converſo facientia quantitatem continuam per totum elementatum; & iſto modo intellectus exiſtens de propria bonitate intellectivi & intelligibilis conſtitutus de ſuómet gradu usque ad eſſentiam elementalem, movet propriam materiam cujuslibet eſſentiæ ſibi unitæ, quam invenit in ſuo proprio intelligibili & per conſequens earum formas ad ſuos proprios actus, ut per lineam continuam de omnibus ipſis ducat illos actus ad actum ſuum, quod eſt intelligere, quemadmodum in cholerico igneïtivum cætera elementabilia & elementativa ſibi ſubjecta ducit ad ignire. Et hoc utique vult ipſa diffinitio bonitatis. Nam iſto modo bonitas intellectûs eſt ens, ratione cujus bonum ſcilicet intellectus de bonitatibus conſtitutum agit iſtud bonum, quod eſt intelligere per totam lineam continuam de omnibus bonis actibus eſſentiarum illi conjunctarum, & manifeſtum eſt, quòd bonum eſt hoc ita eſſe, & malum eſſet hoc non eſſe, quia ſic conſtituitur bonum ens exiſtens ſuppoſitum de omnibus his prædictis bonitatibus &c. conſtitutum & intellectus videlicet homo.

2. Homo de diverſis magnitudinibus ſubſtantialibus conſtitutus eſt ita, quòd ſuper cæteras ſubſtantias magnitudo per omnes extremitates ſubſtantiales eſſendi plures bonitates, durationes, poteſtates &c. multiplicat in unam magnam bonitatem & in unam magnam durationem & poteſtatem &c. de quibus homo conſtitutus eſt, inter quas ſiquidem facit ſtare magnitudinem intenſam intellectûs & magnitudines intenſas aliarum eſſentiarum inferiorum intellectui in homine conjunctarum, ut ex hiſ ſimul aliâ exiſtente per omnes extremitates cujuslibet earum conſtet una extenſa magnitudo magna hominis per omnes extremitates eſſendi hominis; hoc idem ſimiliter eſt in homine de bonitate &c. Habet quidem hoc ita eſſe, ut magnitudo bonitatis &c. intellectûs exiſtens cum aliis magnitudinibus prædictis per omnes extremitates eſſentiales eſſendi hominis forma principalis & finis moveat alias eſſentias, tanquam matetias in illa extenſitate unitas eidem ad finem ſuî ipſius, quod eſt intelligere, ita quòd bonitas intellectûs & intelligendi magna eſt primò & principaliter ratione ſuî, deinde ratione tot magnitudinum, bonitatum &c. diverſarum naturarum ſibi unitarum, quibus exiſtentibus magnis quælibet de natura ſuî adhuc multiplicat eis majorem magnitudinem ratione ſuî. Senſus enim humanus aut humana imaginatio major eſt in intellectu, quàm in ſe, & humanum ſentire aut imaginari majus eſt in intelligere, quàm in ſe, & ſic de aliis conjunctis. Et quoniam agere eſt ipſa ſimilitudo exiſtendi per totum ipſum exiſtere, procedit quidem ex iſto ſic de pluribus magnificato (ût dictum eſt) unum agere ſcilicet unum ratiocinari humanum de pluribus actibus magnificatum, ſecundùm quod objectum eſt ſecundùm magis & minus ei proportionatum. Hoc autem habet

ita eſſe

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ita eſſe ratione diffinitionis magnitudinis, ut magnitudo humanæ exiſtentiæ & agentiæ ſit id, ratione cujus humana bonitas, duratio &c. de tot bonitatibus &c. conſtitutæ ſunt magnæ ambiendo omnes extremitates eſſendi & agendi hominis.

3. Sicut homo de pluribus bonitatibus, magnitudinibus &c. unitus eſt (ût ſuprà dictum eſt) ita & de pluribus diverſis durationibus exiſtente unitâ eſſentialiter quâlibet iſtarum durationum cum ſua propria bonitate, magnitudine &c. in ipſo homine, ita quòd quælibet bonitas &c. ratione ſuæ propriæ bonitatis &c. in bonificare &c. habet durare in homine duratione ſucceſſivâ ratione naturalis motûs, & habet durare ratione durationis, bonitatis alterius eſſentiæ, per quam totam tota unitivè diffunditur, & habet durare ratione durationis totius finis ſcilicet hominis. Itaque recipiens durationem principii & medii & finis venit durans ſimul & ſemel ratione durandi in principio & medio ad durare,quod eſt finis,& ſic talis duratio procedens una de principio medio & fine eſt proprietas in homine, ratione cujus bonitas & magnitudo &c. diverſarum eſſentiarum in principio concordantes in medio, exiſtunt durantes una bonitas, magnitudo &c. humana. Unde in his patet, quomodo intellectus humanus exiſtens cum memoria & voluntate principalior eſſentia in homine conjuncta attingit. Nam duratio bonitatis &c. ipſius intellectûs, ratione cujus intellectus durat in ſe & in ſuo intelligere, attingit bonitatem ſenſitivæ & alias bonitates ſibi conjunctas & eas durantes facit per ſe durare in intellectu, & in intelligere intellectuificans de ſua duratione propria bonitatem &c. ſenſitivæ & alias bonitates &c. ipſius, intellectu exiſtente ſenſuificato &c. ut ſicut de omnibus illis procedit unus homo intellectuificatus &c. durans in bonitate &c. ratione durationis cujuslibet earum per ſe & in reſpectu ad aliam & totius conjuncta, ita procedit in homine ratione earum unus actus intellectuificatus, ſenſuificatus &c. durans ratione durationis ſentiendi &c. & potiſſimè ratione durationis intelligendi, ſicut homo plùs conſtat homo ratione durationis intellectûs, quàm ratione durationis ſenſûs &c.

4. Sicut intellectus humanus de pluribus diverſis poteſtatibus in unam poteſtatem diſtinctis exiſtit, ita de pluribus poſſe in unum poſſe intelligit, quoniam primò & principaliter per ſuam poteſtatem propriam exiſtunt bonitas, magnitudo &c. intellectûs, & poſſe ipſius poteſtatis intelligendo agunt intenſivè, & per poteſtatem bonitatis &c. cujuslibet naturæ eidem unitæ cum ſua poteſtate intelligendo exiſtunt & agunt extenſivè ſub ratione hominis. Et iſto modo poteſtas intellectûs eſt id, ratione cujus ſua bonitas, magnitudo &c. propriè poſſunt intelligendo exiſtere & agere intensè ſub ratione ipſius intellectûs, & per quam poſſunt intelligendo exiſtere & agere extensè ſub ratione hominis.

5. Intellectus humanus eſt principium extenſum in ſuo proprio intellectivo & intelligibili & intelligere ratione ſuî & in intellectivo conjuncto & intelligibili remoto, cùm ſit totus in ſenſitiva &c. & è converſo. Ultra quidem hos terminos non poteſt ſubſtantialiter extendere vires ſuas, cùm non ſit ſubſtantialiter ultrà homo, nec extra hominem conſiſtit ſubſtantialiter humanus ſeu conjunctus intellectus. Cùm ergo ipſe intellectus ſit extenſus totus in ſuis propriis principiis & remotis, de quibus omnibus conſtat homo, procedit quidem ex eo intelligere conſtitutum de natura propriorum principiorum & remotorum ipſius intellectûs, de quo quidem intelligere homo attingit, & ſic ipſe intellectus intelligens iſto modo, eſt proprietas, ratione cujus homo intelligendo ſit ſapiens.

6. Sicut humana voluntas eſt proprietas in homine, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. ſunt deſiderabiles ab homine, & per quam ipſe exiſtens ſuppoſitum bonum magnum &c. eſt volens, ita eſt intellectus humanus in homine proprietas, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. ſunt ab homine intelligibiles, & per quam homo exiſtens ſuppoſitum bonum magnum &c. eſt intelligens. Et ſicut bonitas ipſius voluntatis diligit ſe eſſe unitam totam bonitati ſenſûs &c. ut diligendo ſentiat & ſentiendo diligat & ſic de aliis, ſic bonitas intellectûs ſe diſcernit unitam bonitati ſenſûs, ut intelligendo ſentiat & ſentiendo intelligat. Eo modo ſicut ſe diſcernit unitam bonitati &c. ſuæ voluntatis, ut intelligendo velit & volendo intelligat & è converſo. Et iſto modo voluntas eſt proprietas, ratione cujus bonitas &c. intellectûs ſic attinctivæ & attingibiles (ût prædictum eſt) conſiſtunt in homine deſiderabiles ſeu amabiles,& per quam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

homo desiderat se suppositum bonum magnum, sic intelligendo, volendo, recolendo, sentiendo &c. attingentem.

7. De virtute bonitatis &c. intellectûs & de virtute bonitatis &c. imaginativæ, sensitivæ, vegetativæ, elementativæ constat una virtus humana, quæ est origò unionis bonitatis &c. intellectivi, imaginativi, sensitivi & vegetativi in unum humanativum, & quæ est origo unionis bonitatis intelligibilis, imaginabilis, sensibilis & vegetabilis in unum humanabile, ut exinde constet illa virtus, quæ est origo unionis ipsius humanativi & humanabilis in unum hominem, qui est bonus magnus &c. & ratione virtutis prædictorum principiorum sic unientis, & maximè ratione hujus humani principii, quod est intellectus, quia intelligendo movet formaliter cætera principia ad hominem & è converso materialiter, quia entificat in eis virtutem suam intellectivam super virtutem suam intelligibilem, ut in ipsa virtute sua intelligibili virtutes eorum cum suis conditionibus tanquam intelligibilia remota attingat.

8. Cùm propria veritas intellectûs humani, tanquam motiva formalis unà cum veritatibus aliarum essentiarum existens per totas illas constituat unam humanam veritatem, de qua cum humana bonitate &c. est homo constitutus, habet hoc humanus intellectus, videlicet quòd ejus intelligere constitutum de proprio verificare intellectûs unà cum bonificare &c. ipsius intellectûs procedens, ab ipso intellectu procedit per imaginationem sensuum &c. uniens sibi veritatem imaginandi, sentiendi &c. ad attingendum veritates objectorum extrinsecorum, secundùm quod sunt proportionabilia veritati ipsius intelligere secundùm imaginari aut sentire &c. unita ipsi intelligere. Et sic intellectus de veritate sua producens intelligere per veritates alias sibi essentiales unit in ratione motivi alios actus essentiarum sibi unitarum, & sic humana veritas attingendi est id, quod est verum de humana bonitate &c. attingendi, & hoc tale verificare ipsius homins est id, quod est verum de bonificare &c. hominis intelligendo, cùm inter veritatem suam distinctam in multas veritates & in hoc prædicto verificare suo attingendi distincto in multa verificare sit concordantia, quemadmodum inter existere & agere. Et ratione hujus concordantiæ existendi & agendi humanæ veritatis in se & in humana bonitate &c. est ipsa veritas principium ipsi homini & suo attingere per ipsum intelligere unitum ipsi imaginari, sentiri &c. ut finis existendi & agendi veritatis humanæ non pereat in bonitate &c.

9. Elementalis potentia in homine delectationem suam invenit in potentia vegetativa, & ibi quiescit, & vegetativa delectationem suam in sensitiva, & ibi quiescit, & sensitiva & imaginativa delectationem suam in intellectiva, & ibi quiescunt. Intellectiva verò in hac vita temporali illam delectationem, quam per habitum scientificum laborando quotidie investigat, transcendens aliquando naturam essentiarum sibi unitarum & suî ipsius nunquam finaliter invenit, donec migraverint prædictæ potentiæ ad attingendum de tota se ipsa fixâ illam summam gloriam, quæ major est in se, quàm in aliquo alio extra se ipsam, quia ipsa intellectiva seu ipse intellectus nunquam in hac via erit penitus sine ignorantia, cui non potest acquiescere, sed loco illius prætendit sibi voluntatem supponentem, ut ipse in suppositione quiescat à labore investigandi & voluntas prætendit eum sibi, ut in investigatione illius ipsa quiescat à suppositione, nec unquam finaliter invenient requiem, donec de totis se ipsis attingant illam summam gloriam, quæ est ipsa delectatio, cui summa bonitas, summa magnitudo &c. acquiescunt. Ille autem intellectus, qui de voluntate sua imaginationi & sensui & vegetativæ delectatur acquiescere (quod tamen est impossibile) nec inquirendo gloriam suam vult laborare, vitiosus est, & sic habens medium disjunctionis à quiete sua videlicet à summa gloria nunquam requiem obtinebit.

10. Intellectus existens unus in se ipso stat distinctus in principiis suis, ut ejus bonitas, magnitudo &c. sint rationes inconfusæ, & ut intellectivum & intelligibile sint ei substantialia principia inconfusa. Et ideo de sua propria distinctione & unitate unà cum aliis principiis suis propriis, distinctis & unitis in intellectu principiat intelligere suum, producens illud per propriam distinctionem & unitatem, quam habet imaginativa in se & sensitiva in se &c. & per illam differentiam & unitatem, quæ est inter ipsas potentias, de quibus homo constat unus, & educens illud extrà ad objecta, habet inde naturam attingendi distinguendo & uniendo inter objecta

(c) 2006 Ministerio de Cultura

jecta intelligibilia, imaginabilia, ſenſibilia &c. cùm tota communis potentia humana & ſuum attingere & ejus objectum ſint res conſtitutæ quælibet in ſe ipſa de diſtinctione & unitate in una proportione, quam habent ipſæ tres ad invicem. Et ideo dum contingit intellectum errare in objecto ſuo, hoc eſt, quia neſcit conſervare illam diſtinctionem inconfuſam, quæ eſt per totam proportionalem lineam de potentia per totum attingere usque ad objectum.

11. Potentia intellectiva in homine & quælibet ſimiliter aliarum potentiarum ſibi unitarum conſtituta eſt ratione illius propriæ concordantiæ, quam habent inter ſe ipſa principia, ut de ipſis ſequatur potentia una, & quoniam nullam habent naturaliter inter ſe ad hoc contrarietatem (ſed penitus concordantiam) quamvìs ipſæ ſint in diverſis naturis; de diverſis quidem earum concordantiis naturalibus conſtat una naturalis concordantia humana diſtincta in concordativum & concordabile humanum, de quibus ratione ipſius concordantiæ conſtat homo unus, in quo ipſa natura intellectûs formalior eſt cœteris naturis potentiarum eidem unitarum, movens eas omnes ad ſe ipſam ratione concordantiæ, quam habent ad eſſendum ſe paſſivas ſub intellectiva, quas etiam ſic movendo movet ad per ſe ipſas movendum. Et ideo dum intellectus humanus producit attingere ſuum in ſimilitudinem totius illius concordantiæ de ſe ipſo in ſe ipſum, & de ſe ipſo ad alias potentias diverſarum naturarum ſibi per mutuam concordantiam unitas, procedit quidem ipſum attingere concordatum de imaginari, ſentiri cum intelligere ad objectum tale, quale ipſum attingere eſt.

12. Finis humani ſensûs & imaginationis eſt intellectus humanus, quoniam ſenſus & imaginatio in homine non ſunt propter ſe, ſed propter intellectum; unde voluntas humana exiſtens eadem anima rationalis cum intellectu diligit ſenſum & imaginationem & cæteras inferiores potentias eidem unitas propter intellectum, & intellectus intelligit eas potentiores in ſe ipſo, quàm in ſe ipſis, & per conſequens ubicunque intellectus habet finem ſuum, ibi habent finem ſuum prædictæ potentiæ. Et ideo dum ita contingit, quòd intellectus producens ſuum attingere per ſenſum & imaginationem ad objecta, plùs obedit naturæ ſensûs & imaginationis, quàm naturæ ſuæ, tunc facit finem ſuum in natura ſensûs & imaginationis, quæ habent finem ſuum in natura ipſius intellectûs. Et ſic generatur contrarietas inter ipſum intellectum & prædictas potentias, quæ eſt mutua reſiſtentia ipſius intellectûs & prædictarum potentiarum propter diverſos fines, quæ de natura ſuî in homine appetunt habere finem ſuum in ipſo intellectu potiùs, quàm in ſe ipſis. Intellectus autem non conſentit, ſed potiùs in ſe ipſis, quàm in ſe ipſo, quia plùs obedit eis, quàm ſibi ipſi. Hæc autem contrarietas impedit intellectum aſcendere ſuper ſenſum & imaginationem, & deſtruit punctum tranſcendens in primo modo, & inde oritur vitium. Conſimili modo contingit eſſe contrarietatem in ſecundo modo punctûs tranſcendentis, dum intellectus, cujus virtus intelligendi majorem finem conſequitur in realitate objecti, quàm in ratione ipſius intellectûs, plùs obedit rationi ſuæ, quàm realitati objecti; & ſic facit finem contra finem, quorum contrarietas impedit intellectum tranſcendere naturam ſuam.

13. Bonitas magnitudo &c. generaliter ſumpta ſunt principia ſe habentia ad omnia in ratione prioris fundamenti, ſed cùm ipſæ ſint conſtituentes ipſum intellectum humanum, ſunt quidem principium & finis illarum ſcilicet bonitatis magnitudinis &c. quæ conſtituunt imaginationem, & illarum ſimiliter, quæ conſtituunt ſenſum & ſic de aliis potentiis humanis; ſunt quidem earum principium, eò quòd movent eas & ſunt earum finis, eò quòd reducunt eas ad ſe & ad ſuum finem ſcilicet ad finem intellectûs. Et ideo dum intellectus intendit producere actum ſuum ad exteriora objecta ſenſibilia & imaginabilia, movet quidem formaliter ſenſum & imaginationem per lineam continuam extenſam de totis & omnibus ipſis potentiis humanis, ut ſicut ipſæ totæ ſunt unitæ per totam ipſam quantitatem continuam ipſi intellectui, ut cum ipſo intellectu ſint principia formalia & materialia hominem conſtituentia, ita de ſuis actibus cum ipſo intelligere principiando conſtituant humanum attingere, quod de ipſo homine infertur ad objecta imaginabilia, ſenſibilia & intelligibilia.

14. Intelligibilitas rerum ſenſualium & imaginabilium tanquam finis movet intellectivum ad ſuum proprium intelligibile, in quo invenit intelligibilia remota ſcilicet proprias materias earum eſſentiarum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rum seu potentiarum, quæ hominem constituentes conjunctæ sunt intellectui, & ipso intellectivo movente eas cum suo proprio intelligibili moventur earum formæ ad ipsum intellectivum, quod conficiens eas in se ipso refluit ad intelligibilitatem ipsarum rerum sensibilium & imaginabilium verbum confectum de sentire & imaginari & intelligere super similitudinem objecti, ut sit conjunctionis medium per totum de potentia usque ad objectum, commensurans rationem potentiæ ad realitatem objecti, quod tamen esset impossibile, nisi istud medium esset subjectum, per quod finis scilicet objecti realitas influit ad principium scilicet ad ipsam potentiam, & per quod ipsa potentia refluit ad objectum, eò quòd sapit utriusque naturam scilicet potentiæ & objecti valde differentium, & hoc, cùm sit de utriusque similitudinibus constitutum.

15. Sensus & imaginatio in homine (ût supradictum est) intellectui acquiescunt. Intellectus igitur in homine finis est sensûs & imaginationis & finis intellectûs est intelligere. Cùm igitur ipse intellectus intendit intelligere, movet quidem ad suum finem ea, quæ se habent ad se ipsum, ut sicut illa cum ipso tendunt ad unum finem, qui est homo, cui acquiescunt, ita eorum actus cum actu ipsius intellectûs tendant ad unum finem, cui omnes tres actus acquiescant, videlicet ad unum attingere humanum. Istud autem attingere stare non potest, nisi sit super similitudines objecti tales in passione, quales sunt ipsi tres actus in actione, & sic si objectum sit ulteriùs imaginabile, quàm sensibile, consequitur actus sensûs finem terminationis, aut si sit ulteriùs intelligibile, quàm imaginabile, consequitur actus imaginationis similiter finem terminationis; si verò ipsum objectum sit ulteriùs supponibile, quàm intelligibile, consequitur actus intellectûs finem terminationis. Si autem ita sit, quòd sensus & imaginatio ultra rectum finem terminationis suæ objectum suum apprehendant, cadunt utique in finem privationis suorum actuum. Si verò intellectus plùs tendat ad sensibilia, quàm ad imaginabilia, & ad imaginabilia, quàm ad intelligibilia, & ad rationem, quàm ad realitatem acquirit siquidem corruptionem sui actûs.

16. Super cæteras potentias humanas, quæ sunt imaginatio, sensus &c. intellectus est imago magnitudinis, immensitatis, bonitatis &c. ratione suæ simplicitatis & intensitatis existendi & agendi, propter quas non potest substantialiter minui vel multiplicari. Idcirco habet dominium ratione istius majoritatis super cæteras potentias sécum unitas. Cùm igitur ipse humanus intellectus consistat in majoritate suæ substantiæ, tendit, quantum potest, ad majoritatem accidentis sui, & ita movendo se ad actum suum, movet quidem ratione dominationis, ea, quæ sécum unita invenit in se ipso, ut de actibus eorum majorificet suum actum ad attingendum de suo intelligere illam realitatem seu veritatem objecti, quæ de natura suî ad sentire & imaginari se offert, ût colorem & figuram &c. hujusmodi.

17. Cùm intellectus humanus æqualiter de sua bonitate, magnitudine &c. sit constitutus, habet quidem in se naturam æqualitatis suæ bonitatis magnitudinis &c. cùm æqualitas sit subjectum, cui finis concordantiæ bonitatis, magnitudinis &c. acquiescunt, videlicet esse ipsius intellectûs ab eis constitutum. Sic ergo habet ipse intellectus naturam coæquandi suum intellectivum in actione suo proprio intelligibili in passione & per consequens eas essentias, quas sécum in ipso intelligibili invenit unitas, videlicet sensitivam, imaginativam &c. & quia de natura suî non potest ejus coæquationem recipere comparativam, saltem proportionaliter habet eas coæquare, ut secundùm quod requirit intellectiva, tantum habeat de sensitiva & imaginativa, & quantum requirit sensitiva, tantum habeat de vegetativa, & tantum de elementativa, quantum requirit vegetativa, quæ si bene proportionatæ fuerint, est utique homo in bona dispositione existendi & per consequens attingendi, quia sicut existere humanum in suis potentiis æqualitate proportionis, bene coæquatum est, ita procedit ejus attingere ad exteriora bene proportionatum. Et ideo sicut est disproportio in interioribus, ita procedit in attingere exteriùs. Et sic causatur ruditas eorum, qui non possunt ad attingendum subtilia pertransire.

18. Quoniam bonitas, magnitudo &c. intellectûs de se ipsis quantis constituunt intellectum in quantitate, non constituunt ipsum sine minoritate bonitatis &c. & sic non constituunt eum sine illo ente, quod est circa nihilum. Ipse autem sic constitutus in suo intellectivo & intelligibili proprio inveniens in se alias potentias sécum unitas, invenit eas adhuc minori

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nori quantiate bonitatis &c. conſtitutas & hoc de gradu in gradum usque ad elementa corpus humanum conſtituentia. Et idcirco ipſe intellectus movens ſe ipſum & alias humanas potentias ratione ſimilitudinis ſeu imaginis Dei, quam invenit in eis, ut in homine multiplicetur majoritas, movet quidem diſſimilitudinem Dei, ſeu difformitatem, quia nunquam invenit ſe ipſum, nec illas ſine prædicta diſſimilitudine ratione minoritatis. Et ita multiplicans in homine majoritatem ratione ſimilitudinis Dei multiplicat per accidens minoritatem in homine, quia illa majoritas ſine minoritate eſſe non poteſt. Unde cùm agere ſit ſui exiſtere ſimilitudo, ſicut igitur ipſum exiſtere humanum de majoribus & minoribus multipliciter conſtitutum eſt, ita ſimiliter & ipſum attingere humanum; & ideo quantò majus eſt ipſum attingere, tantò minus eſt, non tamen eâdem ratione, quare non ſequitur contradictio. Et inde eſt, quòd quantùm humanum intellectum intelligendo plus attingere contingit, tantò oportet eum magis ignorare, quia quantò plùs quantitatem ſuæ attinctionis extendit ratione majoritatis ſui attingere, tantò in majorem minoritatem tendit ratione majoris quantitatis attingendi. Quod patet, dum ipſe intellectus attingit ens finitum & ens infinitum, nam attingens ens finitum minus attingit & minus ignorat, quàm cùm attingit ens infinitum. Attingens ergo ens infinitum magis attingit & magis ignorat, quia attingens ipſum eſſe infinitum, ignorat ejus infinitatem, cùm ſit incomprehenſibilis ei. Et iſto modo intellectus ratione majoritatis intra quantitatem attingit eſſe, ratione verò minoritatis attingit in quantitate extra ipſam quantitatem non eſſe.

De ſecundo Probationis modo.

1. PEr ſecundam diſtinctionem etiam in conditionibus principiorum hujus artis poteſt explicari modus attingendi intellectûs humani. Ipſa enim ſecunda conditio bonitatis, magnitudinis ſignificat, quòd bonitas intellectûs humani exiſtens unita cum multis bonitatibus diverſarum naturarum ad unam finalem bonitatem, magnitudinem &c. humanam, quibus conſtat homo, eſt multipliciter potens in diverſis eſſentiis magnitudinis. Eſt quippe potens primò, quoad ſe in eſſentia magnitudinis, deinde ratione conjuncti & majoritatis actionis eſt potens in eſſentia inferiori ſibi unita & finaliter in tota ſubſtantia conjuncta, & ſecundùm quod multipliciter eſt potens, ita eſt bonificans & magnificans in eisdem ſecundùm exiſtere & agere, etiam producens de tali actione naturali exiſtente in eſſentia ſuum attingere ad objecta multipliciter potens & bonificans &c. in eſſentia magnitudinis ſuæ ipſo attingere exiſtente conſtituto proportionaliter de intelligere, ſentiri, imaginari &c. hujusmodi.

2. Si illa bonitas eſt ſumma, quæ in æternitate diſtat à vitio (ût vult quarta conditio bonitatis, æternitatis) ergo per magnam ſimilitudinem & concordantiam oportet, quòd bonitas humani intellectûs in multiplici duratione diverſarum naturarum ad unum finem concordantium diſtando à vitio intelligat, & ſic intelligit faciens ipſas diverſas naturas diſtare à malitia & parvitate ſuî ſentiendo, imaginando &c. hujusmodi.

3. Ille intellectus, qui eſt infinitus & æternus, cùm ſciat magnitudinem in infinitate & æternitate (ût vult ſecunda conditio magnitudinis æternitatis) attingit omnes veritates intelligibiles, ſenſibiles, imaginabiles &c. ergo ratione hujus ſummi intellectûs influentis & imprimentis ſimilitudinem ſuam in magnitudine & duratione bonitatis in ipſum intellectum humanum, attingit ipſe intellectus conjunctus intelligibilia, ſenſibilia, imaginabilia &c. conſervans ea ratione magnitudinis durationis in ſua intelligibilitate, ſenſibilitate imaginabilitate &c. ipſius conjuncti, imaginando imaginabilia & ſentiendo ſenſibilia ad memoriam intelligibilia conſervantem.

4. Intellectus humanus, cùm ſit maximus effectus ipſius ſummæ cauſæ, maximam ſimilitudinem & finem habet ab ipſa ſumma cauſa, ſed cùm ipſa ſumma cauſa ſit illud magnum ens, in quo eſt concordantia (ût ſignificatur in ſexta conditone magnitudinis ſapientiæ) & per conſequens, in quo eſt concordativum, concordabile &c. producens concordatum de omnibus his, quæ ſunt in eo, oportet, quòd intellectus ratione maximæ ſimilitudinis & finis, quas habet ad ſuam ſummam cauſam de omnibus his eſſentiis & actibus, quæ in ipſo ſunt, ſit concordando diſcurſivus in ipſa cauſa tanquam in ſuo principali & ultimo fine diſtingendo concordandóque exiſtere & agere ſuum & cujuslibet ipſarum eſſentiarum, cum quibus eſt unitus; & hoc ad ſuum finem, qui

(c) 2006 Ministerio de Cultura

est ipsa summa causa, ut ipsæ similitudines earum, quæ à toto conjuncto sunt productibiles, sint intellectæ & intelligibiles in ipsa summa causa, tanquam in suo fine.

5. Sicut naturæ intellectûs humani est intelligere remotum & propinquum, ita est ipsius naturæ intellectum & intelligibile, propinquum & remotum; propinquum quidem est naturæ suæ propria essentia, remotum verò est ratione conjunctionis seu unionis, quam habet cum voluntate, memoria, imaginatione, sensu &c. quæ cum ipso quoddam humanum suppositum constituunt. Quare de necessitate istæ essentiæ sunt naturaliter intellectæ & intelligibiles & per consequens earum similitudines, de quibus & in quibus intellectus multiplicat intelligere suum. Hoc autem oportet ita esse secundùm octavam conditionem magnitudinis, sapiêntiæ, nam aliter esset sufficientia magno principio intellectûs sine magno intellecto & intelligibili, quod est impossibile.

6. Cùm ipse Deus sit summus & ultimus finis, oportet, quòd ipse sit ipsémet intellectus, qui in suo proprio intelligibili intelligit omnia (ût significatur decimâ conditione magnitudinis sapientiæ) ergo quæcunque sunt intra se & extra, attingit in suo proprio intelligibili; cùm igitur humanus intellectus sit similitudo & imago divini intellectûs, habens se ad eum, tanquam ad suum finem, imprimit intellectus divinus in illum similitudinem suæ attinctionis. Quare ad modum attingendi divini intellectûs attingit humanus intellectus in suo proprio intelligibili, quicquid est in eo, seu quicquid cum eo naturaliter participat & objecta similiter extrinseca à natura ipsius remota.

7. Sicut æternum esse potest ratione potestatis & potens & ratione æternitatis (ût in prima conditione æternitatis potestatis dictum est) sic à simili intellectus humanus existens hoc, quod ipse est, intelligit hoc, cum quo ipse est, nam per transmutatam proportionem, sicut ipse intelligit hoc, quòd ipse est, ita ipse existit cum hoc, cum quo ipse est, & sicut existit hoc, quod est, ita intelligit hoc, cum quo ipse est. Cùm autem ipse intellectus existens id, quod est, unà cum aliis potentiis sic homo, ergo potest hominem intelligere & ejus partes & similitudines earum.

8. Sicut potestas est potens in existere & agere sapientiæ & voluntatis, eò quòd sapientia & voluntas non possunt existere & agere sine potestate (ût primâ conditione potestatis sapientiæ declaratur) sic intellectus potest existere & agere in se ipso & in natura secum unita. Et sicut naturaliter non potest existere & agere sine potestate, sic naturaliter non potest existere sine agete, nec è converso, cùm existere & agere sint ei magis propria, quàm posse. Veruntamen non habet illud posse sine impotentia, dum in via vivit, quia ratione organi impeditus est intelligere & contra organum pugnat, quantum potest. Nam sicut organum impedit eum intelligere, ita ipse organum intellectuificat & ejus similitudines, quibus intellectuificatis habet unà secum intelligere per easdem.

9. Sicut voluntas diligendo falsum contradicit veritati potestatis (ût vult secnnda conditio potestatis voluntatis) & sicut per consequens diligendo malum contradicit bonitati potestatis, & diligendo parum contradicit magnitudini potestatis, & sic procedendo per circulum, sic intellectus intellectuizando in se ipso intellectuizat imaginativam, & intellectuizando imaginationem imaginificat sensitivam & imaginificando sensitivam sensat vegetativam, & sensando vegetativam vegetat elementativam, ita quòd ipse intellectus intelligens per se & imaginans, sensans, vegetans & elementans per compositionem homificat hominem, id est, constituit eum simul & semel intellectuizatum, imaginatum, sensatum, vegetatum & elementatum, & sicut ipse habet esse activus in substantia humana per se & mediantibus aliis (ût dictum est) ita est aptum natum producere attingere suum intellectualiter, imaginaliter, sensualiter &c. ex tota substantia humana ad objecta intelligibilia, imaginabilia, sensibilia &c. cùm agere sit ipsius existere imago & figura.

10. Manifestum est per primam conditionem sapientiæ, gloriæ, quòd gloria intellectûs consistit in distinguendo plures rationes & actus earum. Manifestum ergo est, quòd gloria intellectûs plures habet rationes cum ratione sua unitas, primò ratione voluntatis & memoriæ suæ, & iterum ratione sensûs, imaginationis, vegetationis & elementationis distinguit & concordat eas & actus earum unà cum ratione sua & actu suo ad unum, ut gloria intellectûs consistat in distin-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in distinguendo & concordando &c. & ut eandem habere faciat voluntati & memoriæ atque sensui & imaginationi &c. in rationibus & actibus suis, ita quòd gloria earum consistat in intellectu & gloria intellectûs immediatè consistens in ipso consistat in eis.

11. Quantò intellectus humanus intelligendo plus attingit, tantò majorem assequitur gloriam, magísque removetur à contrarietate scilicet ab ignorantia, pœnæ &c. sive magìs contradicit eisdem. Hoc autem habet esse per concordantiam actuum eorum, quæ unà secum sunt homo, ut concordante ipso intellectu omnes actus ipsarum potentiarum, quæ in eo & cum eo sunt homo, ab omnibus actibus earum sit unum attingere, quæ sit gloria & ipsius intellectûs & omnium potentiarum prædictarum, in cujus gloriæ concordantia resultante ex pluralitate prædictorum actuum in uno actu, ipse intellectus per se & per ipsas potentias contrarietati scil. ignorantiæ & pœnæ resistit, ût conditione secundâ sapientiæ gloriæ significatum est.

12. Intellectivum gloriam suam consequitur agendo super suum proprium intelligibile & ipsum intelligibile gloriam suam patiendo sub proprio intellectivo, ut de gloria intellectivi & intelligibilis resultet una gloria intellectûs humani, quæ consistit in conjunctione utriusque (ût vult quinta conditio sapientiæ gloriæ) hæc autem conjunctio habet esse, ut de intellectivo & intelligibili sit ipse intellectus, unde procedat intelligere importans secum gloriari, quòd scilicet intelligere cum gloriari de intellectivitate intellectûs agentis procedit ad intelligibilitatem intellectûs possibilis, & reprocedit de intelligibilitate intellectûs possibilis ad intellectivitatem intellectûs agentis ratione unius intellectûs humani distincti in agentem & possibilem. Unde ipse intellectus agens fluendo attingit suum proprium intelligibile, refluente verò intellectu possibili attingit, quicquid est in eo, & sic attingit, quicquid est ei conjunctum seu unitum.

13. Intellectus humanus contradicit, ut concordare possit (ût vult prima conditio sapientiæ concordantiæ) & hoc, ût plùs potest, & hæc est major contradicentia illius, ut concordando moveat imaginationem ad imaginandum, faciens eam contradicere privationi imaginandi, & sensitivam ad sentiendum, faciens eam contradicere privationi sentiendi, & sic de aliis potentiis; ita quòd ratione concordantiæ ipsæ potentiæ aliæ in aliis omnes ad unum finem attingendi intellectûs sint in magnitudine contradicendi privationibus suis. Et hoc modo intellectus ratione magnitudinis, concordantiæ & contradictionis attingit.

14. Secundùm primam conditionem sapientiæ contrarietatis principium contrarietatis intellectûs est ignorantia, ergo principium concordantiæ intellectûs est intelligentia. Contracta est igitur ipsa intelligentia ipsi concordantiæ tanquam principium suo fini. Quare ubi est reperiri intellectûs concordantiam, in eodem intelligentiâ reperitur, sed cùm intellectus extensè concordantiam habeat reliquis humanis potentiis, habet quidem in eisdem intelligentiam suam extensam, ratione cujus easdem potentias secum attingit.

15. Secundùm tertiam conditionem sapientiæ contrarietatis in privatione finis est intellectus in contrarietate & per consequens in ignorantia, cùm sit à suo fine deviatus; ergo in adhærentia ad suum finem consistit in concordantia & per consequens in intelligentia, sed de natura suî est, quòd ad finem suum adhæreat, quantùm potest, ut propter ipsum finem existens in concordantia magìs ab ignorantia distet. Ideo ipsas potentias, cum quibus unitè conjunctus est, movet ad producendum actus earum in intelligere ipsius intellectûs, ut per actum cujuslibet earum utatur in eis intelligentiâ suâ, attingens per eas veritates, quas attingunt, & ut ipse sic attingens sit, quantò plùs potest, ab ignorantia remotus.

16. Ut vult secunda conditio sapientiæ principii, intellectus incipit inquirere ratione finis, & sicut ipse intellectus incipit inquirere, ita & quælibet potentiarum cum illo unitarum spiritualium & corporalium inquirit per intellectum seu intellectus per eas ratione unius finis, cùm quælibet earum unita sit cum illo ad finem ipsius intellectûs. Unde quando intellectus de aliis potentiis secum unitis ratione finis inquirit, finis quidem earum cum fine intellectûs ratione conjunctionis sunt passiones attingibiles, quas ipse intellectus attingit ratione finis attingentis.

De tertio solutionis modo.

1. PRima regula satìs explicat in se modum attingendi intellectûs humani, quoniam cùm anima rationalis de memoria, intelle-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ctu & voluntate sit constituta existens infra ambitus corporis humani per totum tota composita, naturas irrationales ratione suorum irrationalium conjunctorum se induat, ut ea in se faciat rationata, habet quidem de necessitate sequi in attingere suo, partim naturam suorum conjunctorum ratione materiæ, partim verò suam propriam naturam ratione formæ. Quocirca à suis irrationalibus conjunctis impedita, non potest ad attingendum ita simpliciter converti, quemadmodum Angelus, sed potiùs fit ejus intellectus dubitativus, quia attingens per diversa media occupativa rerum veritates seu falsitates, habet quidem per ipsa media auxiliante memoriâ perscrutari successivè causas ad judicandum de illarum effectibus aut è converso. Et ideo ne nimium velle vel nolle sit suæ perscrutationis medium deviativum, ligat voluntatem supponere usque ad tempus inventionis rei investigabilis, ut securus discurrere possit, inventâque re investigatâ confestim voluntas solvitur & unà cum ipso intellectu & memoria concurrit ad judicium faciendum.

2. Tres sunt modi essendi realitatis objectorum intellectûs, eò quòd objectorum aliud est sensibile, imaginabile & intelligibile, aliud imaginabile, intelligibile & non sensibile, aliud est intelligibile tantùm. Quocirca tres oportet esse modos intelligendi eisdem modis proportionatos, ita quòd si sit objectum attingibile per primum modum essendi, per primum quidem modum intelligendi attingitur, & si per secundum modum essendi, similiter per secundum modum attingitur, & si per tertium modum essendi, per tertium etiam intelligendi, ita quòd primo primum, & secundo secundum & tertio tertium redditur. Cùm autem fit istorum modorum mutua disproportio, habet necessariò intellectus phantasticus fieri & hebetari, semper autem sanus intellectus istos modos utriusque partis ita ordinat, quòd duo primi cedunt duobus secundis & duo secundi duobus tertiis, duorum verò tertiorum ille, qui est intelligendi cedit ei, qui est essendi, cùm plus sit rationis rei, quàm rationis eam attingendi, ût in punctis transcendentibus declaratur. Hæc siquidem ordinatio intellectum reddit subtilem & acutum & promptum ad puncta transcendentia pertingendum, quare utilissimum est eam observari.

3. Tota tertia regula est modus diversus attingendi intellectûs, ita quòd prima pars seu modus istius regulæ est artificiatus discursus figuralis & literalis præparans ipsi intellectui maximam multitudinem modorum attingendi ipsius intellectûs. In secunda verò parte seu modo investigandi patet modorum diversitas, quibus ipse intellectus conjunctus per se & unà cum aliis potentiis secum unitis contemplativè attingit, sumendo principia seu terminos rerum simpliciter, dupliciter, tripliciter, quadruplicitèr & circulariter secundùm corum circumstantias, conditiones & proprietates, ût in ipsa tertia regula manifestè patet. Per has quidem modorum varietates investigando discurrit intellectus, ut attingens necessitates positionum eorum cum realitatibus suarum circumstantiarum, conditionum & proprietatum, attingat ultimò necessitatem aut impossibilitatem hujus, quod concludere finaliter intendit.

4. Ratione hujus, quòd intellectus humanus de natura suî unitus est cum voluntate & memoria, ipsis tribus unitis constituentibus unam animam rationalem, ita quòd de natura & intensitate cujuslibet istarum trium potentiarum pariter cum reliquis duabus est esse animam rationalem & hominem: & ratione hujus, quòd unusquisque quinque sensuum unitus est cum quolibet reliquorum quatuor, ut ex ipsis sit unus communis sensus hominis, ita quòd de natura intensitatis cujuslibet ipsorum sit esse unum sensum communem humanum & hominem & sic de imaginativa, vegetativa &c.; est quidem natura & essentia intellectûs intensè contracta ad memoriam & voluntatem & quælibet aliarum potentiarum propriarum sensûs intensè contracta ad aliam & sic de aliis: & quælibet omnium propriarum potentiarum extensè contracta est ad quamlibet aliarum & omnes etiam tam intensè, quàm extensè de natura suî ad sutum finem contractæ sunt scilicet ad esse hominem, quælibet enim earum, quantum est de natura suî, intendit finaliter hominem. Unde sicut existentia intellectûs naturaliter contracta est intensè & extensè cum cæteris potentiis humanis, ita suum intelligere naturaliter contractum est intensè & extensè cum agere cujuslibet prædictarum potentiarum hominis, ita quòd ex ipsis actibus omnibus fit unum agere seu attingere humanum & secundùm istarum naturam prædictæ contractionis, quam habet in se ipso in ho-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in homine, habet naturam ſpecificandi univerſalia principia hujus artis in objectis, quorum principia ſpecialia contracta ſunt ad ſenſibilitatem, imaginabilitatem & intelligibilitatem, aut ad imaginibilitatem & intelligibilitatem, aut ad intelligibilitatem tantùm, contrahens proportionem attingendi ſibi & ipſi objecto & hoc aſcendendo de minoribus principiis ad majora, ſeu deſcendendo de majoribus principiis ad minora ſimpliciter & ſecundùm quid & utroque modo mixtim, ût in quarta regula dictum eſt.

5. Attingit autem intellectus ſecundùm tres ſpecies contradictionis & tres modos contradicendi (qui in quinta regulâ exemplificati ſunt) attingens primam ſpeciem, quæ eſt extenſa, implicare cæteras duas, quæ ſunt intenſæ, ſicut effectus implicat cauſam, aut è converſo duas ultimas primam, ſicut cauſa effectum implicat, ût in eadem regula prædictum eſt. Et quoniam ita eſt, quòd ratio ipſius intellectûs attingit ratione rei objectæ, quòd duo contradictoria ſeu contraria ex eadem parte & eadem ratione & modo penitus eodem, non poſſunt ſimul & ſemel eſſe unum idem, attingit ideo hanc realem contradictionem impoſſibilem, non ratione ſuî, ſed potiùs ratione diffinitionis & rei contradictionum, de quibus per conſequens magna multitudo contradictionum in prima, ſecunda, tertiáque diſtinctione hujus artis ſequeretur. Et in hoc attingit intellectus, quòd ratio ſua nihil facit ad veram contradictionem, phantaſticam autem contradictionem ſive falſam attingit implicari à ratione ſua, eò quòd ex debilitate ſuî rerum proprietates & conditiones non ad plenum, ſed defectivè concipit ex hoc, quòd earum inſufficientiam pro ſufficientia falſo modo accipit, quia non poteſt eas ulteriùs attingere, & ſic ædificat in ratione ſua contradictionem non realem, quia latentem inſufficientiam eſſe ſufficientiam accipit. Hanc autem contradictionem ſuperat per punctum tranſcendens (ût ſuprà de punctis tranſcendentibus dictum eſt) nec miratur, ſi contradictionem non realem habeat facere (ût dictum eſt) quia etiam per impoſſibilitatem realis contradictionis, quam in ſua ratione ignorat, attinctam tamen per punctum tranſcendens attingit effectum, quem faciliter negaret ipſa ratio, niſi manifeſta præſentia daret eidem neceſſitatem, quod patet in exemplo de ampulla in ipſa quinta regula dato.

6. Dum intellectus humanus attingit objecta ſua in præterito & in præſenti, manifeſta eſt ei quorundam eorum neceſſitas, præteritorum quidem ex hoc, quòd eorum neceſſitas in ſuo nunc, qui fuit tunc, per ſe nota fuit: præſentium verò, quia eorum neceſſitas in hoc nunc per ſe manifeſta eſt. Alia verò præterita & præſentia objecta eidem ſunt attingibilia, quorum neceſſitates per ſe non ſunt notæ, ſed habent per aliquod notum medium notificari (ût patet in neceſſariis concluſionibus hujus artis) & tunc ſub ratione contingentiæ dat poſſibilitatem utrique parti contradictionis in voluntate ſua ſupponente utramque partem poſſibilem, ut deducendo media nota & neceſſaria ad concluſionis neceſſitatem à nulla impoſſibilitate voluntaria per contingens impediatur, aut ut deducendo media nota & neceſſaria ad impoſſibilitatem concluſionis à nulla neceſſitate voluntaria per conſequens devietur; cùm verò accipit objecta attingibilia in futuro, attingit quidem quorundam illorum neceſſitates, aut impoſſibilitates affuturas neceſſariò, & quorundam eorum neceſſitates vel impoſſibilitates affuturas per contingens, & eas, quæ affuturæ ſunt per contingens, attingit ſub disjunctione participare contradictoriè cum contingenti ſecundùm æqualitatem aut inæqualitatem, ût in ipſa ſexta regula ſupradictum eſt.

7. Intellectus etiam humanus aliquando cum juvamine, aliquando ſine juvamine ipſarum inferiorum potentiarum eidem unitarum attingendo utitur demonſtratione quandoque ſimilitudinariâ, quandoque propriâ, ût in ſeptima regula dictum eſt, ſimilitudinariâ quidem, eò quòd, cùm impeditur ad attingendum id, quod inquirit, conatur, prout poteſt, ſi per ſimilitudinem aut diſſimilitudinem conditionum aliquorum per ſe notorum illud percipere aut deſcribere poterit. Propriâ verò demonſtratione attingendo utitur, cùm neceſſitates objectorum ſuorum inveſtigat per tres demonſtrationis ſpecies in ipſa ſeptima regula declaratas, & hoc in omni materia videlicet in Deo per ſe, & in creaturis per ſe, ac etiam in Deo & in creaturis, cùm aliquam neceſſitatem inveſtigat aut de Deo ad ſe ipſum, aut de Deo ad creaturam, aut è converſo, aut de creatura ad ſe ipſam aut ad aliam creaturam eo modo, ût prædictum eſt in dicta regula.

8. Cùm intellectus humanus ſit unitus ſenſui

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſui & imaginationi per totum ſenſum & imaginationem & è converſo, miratur intellectus, quomodo poteſt attingere ultra attingere ſensûs & imaginationis, aut quare non ſentit ſenſus omnia, quæ intelligit intellectus, eo modo ſicut intellectus intelligit omnia, quæ ſentit ſenſus, prout ea ſentit. Hoc autem habet eſſe ratione objecti inſenſibilis & inimaginabilis, & ſtat neceſſitas hujus rei, quia licèt intellectus humanus cum imaginatione & ſenſu humano unum extenſum in homine continuum conſtituat, ita quòd quælibet humanarum potentiarum per totum illud extenſum conſiſtat, veruntamen in intenſo ac etiam in illo extenſo habet ipſe intellectus majus eſſe & magìs penetrativum, & hoc patet, quia aliquis ſenſuum, nec ſe ipſum nec alium ſenſum, nec imaginationem, nec intellectum attingere poteſt de ſuo ſentiri, nec imaginatio de ſuo imaginari: intellectus verò & ſe ipſum & omnes alias potentias humanas de ſuo intelligere attingit, quare poteſt aliarum potentiarum naturas attingendi tranſcendere de hoc, in quo excedit eas, quod tamen eſt quodammodo repugnatorium naturæ ſuæ, quia ratione majoris unionis appetit alias potentias ad tantùm extendi, quantùm ſe ipſum. Et iſte eſt primus modus tranſcendendi intellectûs; habet etiam attingendo quandoque tranſcendere naturam ſuam & cedere ratione rei ſecundùm modum ſecundum tranſcendendi & hoc in omni materia, ût ſuprà octavâ regulâ dictum eſt.

9. Secundùm diſpoſitionem nonæ regulæ manifeſtum eſt, quòd intellectus cum ſenſu & imaginatione &c. habet attingere ſuum in majoritate finis exiſtentibus ipſis potentiis de gradu in gradum ita ordinatis (ût dictum eſt) ut quælibet ſuam majoritatem finis conſequatur in attingere ſuo unito proportionaliter cum attingere proprio cujuslibet alterius potentiæ, ita quòd gradatim ſecundùm proportionem de omnibus attingere ipſarum unitum ſit unum attingere humanum, & hoc manifeſtè patet, quoniam ipſe intellectus in majori fine conſiſtit, quia ipſe habens intelligere per ſe ſapit gratiâ conjuncti ad naturam imaginandi, ſentiendi &c. & quælibet ipſarum inferiorum potentiarum in majori fine conſiſtit, quia habens agere ſuum in ſe ipſa habet illud in intellectu & quælibet inferior in ſua ſuperiori, quoniam plus habet de fine in ſe ipſa & in alia ſuperiori, quàm in ſe ipſa tantùm, & plus etiam in ſua ſuperiori, quàm in ſe ipſa, ût ſuprà etiam in materia ſenſitiva de punctis tranſcendentibus octavâ regulâ dictum eſt. Quare ad neceſſariam poſitionem majoritatis finis in propoſita quæſtione oportet hominem de pluribus diverſis & concordantibus potentiis conſtare unitum, videlicet de intellectiva, imaginativa, ſenſitiva &c. intellectuatum &c. ſub dominio intellectivæ, ut ex eo procedat unum attingere unitum ex intelligere, imaginari, ſentire &c. gradatim ſecundùm proportionem, in quo ſcilicet attingere tanquam finis & movens intelligere dominetur. Aliter non eſſet dari plenitudinem ab ipſa ſumma cauſa in iſto effectu, qui eſt homo, ſed vacuum, quod eſt impoſſibile & in minoritate finis. Ratione ergo majoritatis finis oportet intellectum humanum ſeu conjunctum attingere omnibus modis, qui in primo, ſecundo, tertio modo hujus quæſtionis dicti ſunt.

DE

QUINTA QUÆSTIONE.

QUÆ EST ENTIUM MORALIUM SIGNIFICATA. F.

Quæritur. De virtutibus & vitiis.

Primus ſolutionis modus per primam Diſtinctionem.

1. FInem beatitudinis noſtræ per virtutes morales adipiſcimur, & ab eodem per vitia eisdem oppoſita deviamur. Ad præſens igitur de ipſis virtutibus & vitiis cognitionem volumus, prout poterimus, referare, ut cognitis illis cognoſcamus excellentiùs & majori argumentorum multiplicitate concludere de eisdem. Idcirco ad diffinitiones in prima diſtinctione, & primò ad diffinitionem bonitatis accedimus iſto modo. Virtus eſt id, per quod virtuoſus agit bonum, nam impoſſibile eſſet, quòd bonitas, quæ eſt unita cum virtute, eſſet id, ratione cujus bonum agit bonum, niſi virtus eſſet id, ratione cujus virtuoſus agit bonum, quod eſt contra diffinitionem bonitatis, quia ſic vitiũ non eſſet id, ratione cujus vitioſus agit malum, quod non eſſe eſſet impoſſibile. Ergo virtus eſt ens, ratione cujus bonum ſub ratione virtuoſi agit bonum, & per oppoſitum vitium eſt privatio, ratione cujus malum ſub ratione vitii agit malum. Et ſic bonum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

num eſt eſſe virtuoſum & malum eſt non eſſe virtuoſum,& per conſequens malum eſt eſſe vitioſum, & bonum eſt non eſſe vitioſum.

2. Si magnitudo eſt id, ratione cujus bonitas, duratio &c. ſunt magnæ (ût vult diffinitio magnitudinis) ergo virtus eſt id, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. ſunt magnæ ſub ratione virtuoſi. Aliter eſſet impoſſibile, quòd magnitudo ambiret omnes extremitates eſſendi, eſsétque ratione virtutis finis, efficientis, formæ & materiæ virtutis extra magnitudinem, quod eſt impoſſibile, cùm in omni ente finis ſit id, quod ratione magnitudinis exiſtit. Per oppoſitum ergo vitium eſt hoc, ratione cujus bonitas, duratio &c. ſunt parvæ ſub ratione vitioſi, cùm privatio ipſius virtutis ſit id, quod eſt ratione parvitatis.

3. Exiſtere virtutis eſt ipſum perſeverare, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. durant magnæ bonæ &c. in agendo bonum magnum &c. Nam præter virtutem non poſſet eſſe duratio proprietas, ratione cujus omnis bonitas, magnitudo, poteſtas &c. durant, quod eſt impoſſibile & contra diffinitionem durationis. Per oppoſitum ergo vitium eſt ipſum deſinere, ratione cujus bonitas magnitudo &c. deſinunt eſſe bonæ, magnæ &c. in agendo malum, parvum &c. Quod ſiquidem deſinere eſt privari bonitatem &c. à fortitudine ſuarum bonarum &c. operationum & obſtinari eas ad agendum malum.

4. Virtus eſt illa eadem natura, quâ poteſtas eſt id, per quod bonitas, magnitudo &c. poſſunt exiſtere & agere bonum, magnum &c. & ſic diſtinguitur virtus in ſubſtantialem & accidentalem. Subſtantialis enim virtus eſt ipſa intima natura, quare ſubſtantia exiſtit; virtus verò accidentalis eſt ipſa virtus, contra quam dividitur vitium, ſine qua in homine impoſſibile eſt, quòd bonitas, magnitudo &c. accidentales poſſint agere bonum, quia deficiente medio non poteſt principium pervenire ad finem ſuum, ſic deficiente virtute non habent bonitas, magnitudo &c. per quod poſſint de poteſtate ſua agere bonum magnum &c. Deficiente ergo virtute deficit poteſtas bonitatis &c. agendi bonum &c. qui ſiquidem defectus eſt illa poteſtas, quæ dicitur agendi malum parvum &c. cujus poſſe eſt ita agere ipſius poteſtatis ad bonum &c. ſicut ignorare eſt actus intellectûs.

3. Sine virtute non eſt ipſa ſapientia proprietas, ratione cujus ſapiens intelligit, ſicut nec ſine ſapientia eſt virtus proprietas in virtuoſo, ratione cujus virtuoſum agit bonum &c. ergo ſine virtute ſapiens non intelligit, in quantùm deficit illi modus intelligendi, ſicut nec ſine ſapientia nec virtuoſus ſine ſapientia agere virtuoſum poteſt. Et ſicut virtus poſitione ſuî facit adeſſe ſapientiam & è converſo, ita vitium privatione virtutis facit abeſſe ſapientiam.

6. Impoſſibile eſt, quòd voluntas ſit proprietas, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. in bono magno &c. ſint volibiles, niſi virtus ſit ipſa proprietas, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. ſint virtuizabiles in eodem bono,magno &c. quoniam ipſa virtus eſt id, per quod voluntas habet naturam volendi bonum, magnum &c. in bonitate, magnitudine &c. ſicut etiam ipſa voluntas eſt id, per quod virtus habet facere bonum magnum &c. in bonitate, magnitudine &c. Per oppoſitum ergo vitium eſt privatio illius proprietatis, quæ eſt virtus, per quam ſcil. privationem bonitas, magnitudo ſunt vitiabiles in malo parvo &c. ratione etiam cujus privationis voluntas bona magna &c. habet accidentalem naturam odiendi malum parvum &c. in bonitate &c. & voluntas mala accidentalem naturam odiendi bonum &c. in bonitate &c.

7. Ipſa propria virtutis diffinitio manifeſtat, quæ ſit ipſa virtus, de qua hîc intenditur in hoc, quòd virtus eſt origo unionis, bonitatis, magnitudinis &c. in uno bono magno habitu virtuoſo, quæ ſcilicet virtus ab illa virtute ſubſtantiali, quæ eſt origo unionis ſubſtantialis, bonitatis, magnitudinis in uno ſubſtantiali bono magno, quod eſt homo, oritur & influitur attingente & uniente humano intellectu per virtutem ſuî & ſuorum conjunctorum actuum cum virtute magnitudinis &c. ut ipſe homo ſit agens virtualiter de virtute ipſarum naturarum, de quibus ipſe conſtat. Per oppoſitum igitur vitium eſt origo disjunctionis magnitudinis à bonitate &c. in malo parvo habitu vitioſo, quod ſcilicet vitium oritur ex ceſſatione virtutis ſubſtantialis ceſſantis unire habitualiter bonum cum bono &c.

8. Sicut ſubſtantialis veritas eſt id, quod eſt verum de ſubſtantiali bonitate magnitudine &c. ita virtus moralis eſt id, quod eſt virtuoſum de morali bonitate,magnitudine &c. & ſicut verificare ſubſtantiale eſt id, quod eſt verum de bonificare &c. ſubſtantiali,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tiali, ita virtuificare morale est id, quod est virtuosum de bonificare &c. morali. Per oppositum igitur, cùm vitium non sit aliud, nisi ipsius virtutis moralis destructio seu privatio, vitium est id, quod est privativum moralis bonitatis magnitudinis &c. & vitiare est id, quod est privativum moralis bonificandi, magnificandi &c. & sic manifestè patet, quòd virtus moralis & bonitas moralis sunt expressæ similitudines substantialis bonitatis, magnitudinis.

9. Sicut bonitas magnitudo &c. acquiescunt gloriæ agendo bonum, magnum &c. sic virtus moralis bonitati, magnitudini &c. substantialibus agentibus bonum, magnum &c. acquiescit, & sicut ipsa virtus moralis acquiescit bonitati, magnitudini &c. agentibus bonum, magnum &c. ita ipsa bonitas &c. substantiales acquiescentes suo agere bono, magno &c. acquiescunt virtuti, quia agere moraliter bonum, magnum &c. convertitur cum virtute, & quemadmodum substantialis bonitas acquiescit substantiali magnitudini & è converso & sic de aliis, ut acquiescant bono magno &c. tanquam fini substantiali & è converso, ita bonitas moralis acquiescit morali magnitudini & è converso & sic de aliis, ut acquiescant virtuti finali, scilicet ipsi virtuti morali, quæ de illis tanquam de suis propriis principiis constituta est, cùm autem ita est, quòd bonitas, magnitudo &c. substantiales non habeant agere bonum, magnum &c. tunc pervertitur moralis bonitas in malitiam moralem, & moralis magnitudo in moralem parvitatem, & moralis veritas in moralem falsitatem, de quibus constituitur vitium, quia bonitas, magnitudo &c. substantiales acquiescunt suo agere malo, parvo &c.

10. Sicut bonitas magnitudo &c. ratione differentiæ sunt inconfusæ, ita actus earum agendo bonum, magnum &c. sunt inconfusi & sic ipsa virtus moralis existens una eadem in se ipsa sine confusione distincta est in hoc, quòd bonitas agit bonum, alio modo ratione Fidei, alio modo ratione Spei, & alio modo ratione Charitatis & sic de aliis; eodem modo est de magnitudine agente magnum & sic de aliis. Vitium autem est prædictorum actuum confusivum, ducens enim esse ad privationem, confundit eos, ut nec intellectui nec memoriæ appareant, nec voluntas eos diligere possit.

11. Substantialis bonitas & substantialis magnitudo &c. habent concordantiam ad influendum de se similitudinem suam, & quoniam ita est, quòd ipsæ concordant in uno & in pluribus, ita de se influunt bonitatem moralem, magnitudinem moralem &c. in uno & in pluribus concordantes: in uno quidem, quia unam virtutem constituunt de se ipsis, in pluribus verò, quia distinctam eandem virtutem in plures virtutes consistere faciunt. Vitium autem istam concordantiam pervertit in contrarietatem, ut moralis bonitas & moralis magnitudo &c. prædicto uno & prædictis pluribus contrarientur, ut & ipsum unum & ipsa plura ratione contrarietatis priventur.

12. Propter diversos fines sunt virtus & vitium in contrarietate, habentes mutuam resistentiam, quia finis virtutis est esse & multiplicatio essendi, finis verò vitii est non esse & diminutio essendi. Et ideo cùm istorum duorum fit conflictus ad eorum resistentiam mutuam, si virtus superet vitium, convertitur vitium ad finem virtutis, cùm malum sit propter bonum. Si verò vitium virtutem superet, ducitur quidem virtus ad finem vitii scilicet ad non esse, habet autem superari virtus ratione infirmitatis actuum bonitatis, magnitudinis &c. substantialium, in qua quidem infirmitate pervertitur bonificare in malificare & verificare in falsificare, & scire in ignorare, quemadmodum in gustu infirmo pomi dulcedo in amaritudinem pervertitur, quæ scilicet amaritudo non est ipsius pomi, sed potiùs ipsius gustûs à sua propria dulcedine in accidentalem amaritudinem deviati.

13. Si bene consideretur ipsa virtus moralis, de qua hîc quæritur, ipsa est principium, habens se ad omnia aut immediatè aut mediatè, nam ipsa virtus ad Deum se habet & ad ea, quæ de Deo sunt, cùm ipsa sit medium, quo anima rationalis Deo fruitur, & iterum se habet ad omnia creata, eò quòd in omnibus, secundùm quod sunt attingibilia, sunt bonitas, magnitudo &c. substantiales hominis aptè natæ agere bonum magnum &c. Cùm igitur vitium sit ipsius virtutis privatio, quocunque modo & quantumcunque sit virtus secundùm se in esse, illo modo & tantùm potest esse vitium secundùm se in privatione. Quod patet etiam, quia cùm ipsa virtus moralis ex interioritate virtutis substantialis orta est deducta per acquisitionem aut per infusionem de habitu in actum, ubi consistit ratione formæ; est quidem vitium in potentia in ipsa substantiali virtu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

virtute, ut privando poſſit ſequi medium usque ad finem, per quod tranſivit virtus. Et è converſo, quando vitium privavit medium totum de principio, usque ad totum finem, ſtat quidem virtus in principio potentialiter loco materiæ, ut reſtauret totum medium privatum à vitio & totum finem deſtruens in totis iſtis terminis vitium præter potentiam ejus in principio, ut non deſtruat ſémet ipſam.

14. Virtus moralis eſt medium, per quod finis ejus fluit ad ſuum principium & per quod principium ipſius virtutis refluit ad ſuum finem, ſapiente ipsâ virtute naturam ſui principii, & ſui finis; quod patet, quia finis virtutis moralis eſt virtuoſum ſeu virtuificatum eſſe moraliter, virtuoſum eſſe ſeu virtuificatum per virtutem fluit ad ſubſtantialem virtutem hominis, ut ſicut ipſa eſt virtuificativa ſubſtantialis propter ſubſtantiale virtuificatum, qui eſt homo, ita ſic virtuificativa moraliter, propter virtuificatum moraliter videlicet propter hominem de virtute ſua ſubſtantiali bonificantem, magnificantem &c. & ſicut fluit ipſe finis, ita refluit ipſum principium. Itaque virtus moralis conſiſtit medium duorum extremorum videlicet ſui principii & ſui finis, ſapiens eorum naturam, tanquam imago ipſius principii & ipſius finis. Vitium verò eſt prædicti medii deſtructio, ut prædictus finis non influat ad ſuum principium, nec principium refluat ad ſuum finem & ideo vitium privat prædicto principio prædictum finem ipſius principii.

15. Virtus moralis eſt ipſe finis moralis, cui ſubſtantialis bonitas, magnitudo &c. hominis acquieſcunt ratione bonificandi, magnificandi &c. moraliter, nam bonificare, magnificare &c. moralia bonitatis, magnitudinis &c. ſubſtantialium ſunt medium, per quod homo eſt in virtute morali, ut ipſa virtus ſit ei medium, per quod ipſa bonitas, magnitudo &c. ſubſtantiales, de quibus ipſa virtus influxa eſt, tendunt ad ſummum virtuoſum bonum &c. cui omnis virtus bonitas &c. acquieſcit; vitium autem eſt privatio illius finis, quæ eſt ipſa virtus moralis, ut ſubſtantialis bonitas &c. hominis ei non acquieſcant, imò falſificent, malificent &c. ut non habeant prædictum finem pro medio veniendi ad ſummum finem, qui eſt ipſum ſummum bonum virtuoſum & ipſa ſumma beatitudo.

16. Cùm virtus moralis ſit ipſa ſimilitudo ſubſtantialis virtutis ab eadem influxa: majoritas igitur ipſius virtutis influxæ eſt imago magnitudinis ſubſtantialis virtutis, ut per illam majoritatem plùs poſſit diſtare à vitio, quod in tanta minoritate conſiſtit, quòd ipſum ex parte ſuî eſt nihil, quod ſcilicet vitium de ipſis minoritatibus bonitatis, magnitudinis &c. ſubſtantialium conſtat, implicantibus avaritiam, acediam, invidiam, gulam, &c. quæ, quantum eſt ex parte ſuî, nihil ponunt.

17. Virtus moralis eſt finis concordantiæ, bonitatis, magnitudinis &c. ſubſtantialium ad bonificandum, magnificandum &c. moraliter, qui ſcilicet finis æqualitati bonificandi, magnificandi &c. moraliter acquieſcit, ut ipſa virtus coæquata de æqualibus bonificare, magnificare &c. diſtet ab iſta inæqualitate, quæ eſt nimis & parum exiſtentia medium, introducens vitium ad deſtructionem virtutis. Nam cùm bonitas, magnitudo ſubſtantiales transmittunt de ſe bonificare magnificaréque irregulata ratione majoritatis & minoritatis, tunc propter privationem proportionis eorum ſecundùm juſtitiam coæquatæ, tendunt ipſa bonificare, magnificare &c. in privationem perverſa inæqualia malificare parvificare &c. de quibus vitium conſtat coæquatum.

18. Poſitâ differentiâ inter majoritatem & minoritatem aut concordat omnis minoritas minoritati &c. (ût ſuprà de minoritate dictum eſt in quæſtione præcedente iſtam immediatè) aut contrarietativè reſiſtit majoritati. Et iſte ſecundus modus minoritatis eſt vitium, quod eſt ita circa nihilum, quòd de ratione ſuî nihil ponit, & cùm ita eſt, quòd adeo virtuti reſiſtit, quòd eam facit ſtare in non eſſe, ubi non habet reſiſtere vitio, tunc eſt vitium in ſumma ſuî excellentia, quæ cum maxima minoritate convertitur & è converſo; & ſimiliter eſt de virtute, ſi autem virtus & vitium æqualiter concurrant ad reſiſtentiam, adhuc tamen regnat virtus, quæ, ſi vincit, multiplicatur.

Secundus probationis modus.

1. QUæcunque ſunt circa Deum in quantùm habent eſſentiam & exiſtere & agere bonum &c. ſunt Dei ejúsque dignitatum ſimilitudines. Quantò ergo exiſtere ſimilitudinis Dei magìs producit agere bonum magnum &c. tantò ipſa ſimilitudo magìs eſt Dei, & quantò magìs remittit agere bonum, tantò ipſum exiſtere magìs recedit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cedit à similitudine Dei, & tantò est minus bonum, & ejus magnitudo minores habet extremitates essendi. Cùm ergo virtus moralis (de qua hîc quæritur) sit divinæ virtutis similitudo, quæ scilicet virtus divina est tanta origo unionis, bonitatis, magnitudinis &c. Dei in se ipsa, quòd ipsa est idem, quod magnitudo in omni perfectione bonitatis suæ (ût significatur quintâ conditione bonitatis, magnitudinis) oportet, quòd ipsa virtus moralis sit in proportione bonificandi, magnificandi, quæ est similitudo unionis divinæ virtutis, & sic nunquam privabitur in vitium ipsa virtus moralis, in qua bonificare & magnificare habent proportionem. Sed quantò major erit proportio, tantò erit similior divinæ virtuti, quæ in bonitate non deficit, nec etiam in bonificare &c. cùm sit idem cum magnitudine. Quantò ergo major est improportio prædictorum actuum, tantò surgit majus vitium in virtutis privatione.

2. Cùm homo illam veritatem, quæ est in ratione objectiva, convertit in bonum, affirmans eam esse id, quod est, & negans illam esse falsitatem, tunc constat virtus in ratione illa, quia in ratiocinando verum & bonum &c. veritas illa cùm bonitate &c. rationali conversa est in virtutem moralem, per quam scilicet conversionem bonum & virtuosum moralia convertuntur ratione prædictæ veritatis, ût prima conditione bonitatis, virtutis significatum est. Vitium autem in toto contrario prædictorum habet esse, cùm homo illam veritatem, quæ est in ratione objectiva, convertit in malum, negans eam esse id, quod est, & affirmans eam esse falsitatem.

3. Quia illa distinctio constat in summitate virtutis, in qua bonificans & bonificatus distinctè permanent idem essentiâ & naturâ (ût vult tertia bonitatis & virtutis conditio) oritur virtus ex agente & patiente virtuoso, sicut bonificare ex bonificante & bonificabili. Nam de ipso bonificante & bonificato summæ virtutis procedit ipsa summa virtus, quæ prædictam distinctionem non permittit esse sine prædicta identitate, nec prædictam identitatem sine distinctione. Ergo cùm virtus, de qua quæritur, sit ipsius summæ virtutis similitudo, habet procedere ex ipso homine virtuoso agente bonum & patiente bonum, ut ipsa virtus constare faciat actionem & passionem boni in eodem homine virtuoso & è converso. Sed cùm vitium sit penitus dissimilitudo ipsius summæ virtutis, habet quidem procedere ex homine vitioso agente & patiente malum per oppositum virtutis.

4. Sicut magnitudo distat à parvitate cum virtute, & æternitas à tempore ratione magnitudinis (ût quartâ conditione magnitudinis æternitatis significatum est) sic ratione similitudinis, quam habet virtus moralis à dignitatibus divinis, distat ipsa virtus à vitio ratione magnitudinis; & sicut distat ab ipso vitio ratione magnitudinis, sic etiam distat ab eodem ratione perseverantiæ, quæ est æternitatis similitudo, quia virtutis magnitudo in perseveratione bonitatis, potestatis &c. se multiplicat, ratione cujus perseverantiæ se elongat ab instabilitate, quæ vitio concordat.

5. Illa voluntas est magna, quæ continuè agit bonum diligendo virtutem. In hac ergo voluntate semper consistit virtus secundùm primam conditionem magnitudinis, voluntatis, quia in magna voluntate impossibile est inveniri virtutem otiosam. Ergo per oppositum in parva voluntate ratione otiositatis virtutis consistit vitium per oppositum virtutis.

6. Quoniam vitium implicat magnitudinem pœnæ, & virtus implicat magnitudinem gloriæ & è converso, eò quòd vitium destruit esse, & virtus multiplicat illud, idcirco est virtus via gloriæ & vitium via pœnæ. Et hoc maximè constat ex hoc, quia ipsa virtus imitatur in multiplicatione essendi identitatem magnitudinis virtutis & gloriæ Dei, ratione cujus via gloriæ consistit in magnitudine virtutis, ût dictum est in secunda conditione magnitudinis virtutis.

7. Virtus est major in concordantia, quàm in contrarietate (ût quartâ conditione magnitudinis virtutis dictum est) major enim est mutua virtutum concordantia, quàm contrarietas mutua virtutis & vitii, nam aliqua ipsarum virtutum non potest habere esse, nisi omnes concordando concurrant eidem, & sic multiplicatur magnitudo essendi virtutis ratione concordantiæ omnium; ad cujus destructionem sufficit, quod vitium inveniat aliquam illarum non concordantem.

8. Secundùm quintam conditionem magnitudinis virtutis impossibile est inveniri contrarietatem inter magnitudinem & virtutem, & per consequens inter parvitatem & vitium. Ratio autem hujus est, quia magni-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

magnitudo, virtus & esse concordant; cùm virtus sine magnitudine & esse non possint esse nec è converso. Vitium verò, parvitas & non esse concordant, vitium enim sine parvitate & non esse non potest esse nec è converso.

9. Secundùm octavam conditionem magnitudinis virtutis nulla virtus est magna, quæ prius est in principio, quàm in fine, minor est ergo ipsa virtus moralis in principio, major verò existit in fine. Et ratio hujus est, quoniam si sit in principio non finali, non potest esse in principio efficiente absente virtute in fine, qui moveat efficientem. Si ergo sit in principio, aut hoc est in principio formali ratione habitûs, aut in principio materiali ratione potentiæ: in utroque autem istorum minor est, quàm in finali, ubi est actu, quia actus magìs concordat magnitudini, quàm habitus & potentia. Major est ergo virtus in fine, quàm in principio. Virtus igitur magìs distat à minoritate in fine, quàm in principio.

10. Origo vitii est privatio virtutis, nam sicut privatio est æternitatis dissimilatio, & vitium dissimilatio virtutis (ût quintâ conditione æternitatis virtutis significatum est) ita æternitatis dissimilitudo, quæ est vitium (cùm sit privatio) est destructio virtutis; æternitas enim & virtus concordant, virtus verò contradicit vitio ratione æternitatis, quia cùm æternitas & virtus non concordant, cadit virtus in privatione suî, & oritur vitium, non habens per se esse, quia contradicit æternitati, sed habet illud esse, quod est ipsa virtutis ruina.

11. Substantialis potestas in humana sapientia est subjectum seu principium, unde virtus moralis oritur, & virtus possendi consistens in virtute sciendi (ût vult secunda conditio sapientiæ potestatis) est medium, per quod ipsa virtus procedit in actum. Per oppositum igitur subjectum seu principium, unde vitium oritur, est potestas in insipientia & malitia, & medium, per quod inducitur ad actum, est actus malus potestatis in actum insipientiæ & malitiæ, ergo in augmento actuum potestatis & sapientiæ crescit virtus, & in eorum detrimento decrescit, & per oppositum in augmento actuum potestatis & insipientiæ crescit vitium & in eorum detrimento decrescit.

12. Voluntas humana bonum appetit cum virtute potestatis (ût patet primâ conditione potestatis voluntatis) per oppositum ergo voluntas humana malum appetit cum vitio potestatis. Manifestum est ergo secundùm diversa tempora, quòd humana potestas in ipsa humana voluntate est subjectum ad duo contraria scilicet ad virtutem & vitium. Similiter & ipsa humana bonitas, magnitudo &c. cùm aliud humanorum principiorum absque alio esse non possit.

13. Ipsa virtus, de qua hic quæritur, est virtus humanæ potestatis unà cum humana bonitate &c. & habet infundi ex distinctione potentiæ habitûs & actûs ipsius potestatis & aliorum principiorum, secundùm quod significatur in tertia conditione potestatis virtutis. Situs ergo ipsius virtutis consistit in potentia, habitu & actu potestatis influentis ipsam virtutem de ipsis scilicet de ipsa potentia & habitu in actum, existente posse subjecto ipsi virtuti. In oppositio autem est situs vitii in humana potestate, bonitate &c. ipsâ potestate &c. subjiciente se vitio potentialiter, habitualiter & actualiter, ut contra virtutem agere possit.

14. Si potestas virtutis moralis non haberet distinguendo virtutem, non haberet eam concordando nec è converso, ût quartâ condisione potestatis virtutis significatum est. Distinguendo quidem est virtutem à virtute, ût Fidem à Spe &c. concordando etiam virtutem virtuti, ût ipsam Fidem Spei &c. & isto modo producens aliquam ipsarum virtutum in actum, conservat cæteras ei connexas in habitu, ut ipsa, quæ est actu, influentiam recipiat ab eis, quæ sunt in habitu, immediatè enim habitus habet influere in actum; cùm autem potestas distinguit virtutem à virtute, ponens inter eas contrarietatem, surgit vitium de libera potentia potestatis & transiens per habitum pervenit in actum, derelinquens cætera vitia in habitu, ut ab illis in suo actu capiat nutrimentum, & sic vitium existens communis privatio contractum est ad potentiam, habitum & actum, ût infrà in sequenti tertio modo de specificatione patet.

15. Cùm nullus intellectus virtuti suæ contradicat (ût quintâ conditione sapientiæ virtutis dictum est) & virtus intellectûs sit eum exaltare virtutes morales, sequitur ergo, quòd illi virtuti principaliter adhæret, in qua cæteræ virtutes recipiunt exaltationem. Charitas autem est hujusmodi super cæteras virtutes, principaliter ergo adhæret eidem intellectus, in augmento enim Charitatis crescunt Fides, Spes, Justitia &c. & in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ejus detrimento decrescunt, eâque privatâ omnes privantur similiter, & in privatione alicujus earum concurrunt cæteræ in non esse. De vitiis autem non est ita, non enim est tanta concordantia inter vitium & vitium, quanta est inter virtutem & virtutem.

16. Cùm humana virtus auxilio humanæ bonitatis &c. intendit producere istum finem, qui est virtus, primò oportet eam in ipso homine, quem ipsa cum aliis principiis constituit, coæquare actionem & passionem, prout potest melius, ut, secundùm quod homo est agens ad virtutem, ita sit patiens ad virtutem, & hoc significatum est secundâ conditione virtutis finis, quoniam sine æqualitate nulla virtus est finis, quod tamen intelligendum est de æqualitate principiorum virtutis; nam ex inæqualitate opposita prædictæ æqualitati impossibile est produci virtutem in ratione finis, sed potiùs producitur inde vitium, existens privatio illius finis, qui est virtus.

De tertio probationis modo.

1. SUpponere Deum esse bonum magnum &c. quæ de Deo supponenda sunt, est virtus existens subjectum, per quod Deus influit gratiam Fidei, Spei, Charitatis &c. per quas illuminatur memoria ad frequenter recordandum, & voluntas ad multùm diligendum, & intellectus ad prudenter investigandum ratione voluntatis & memoriæ, ut adhuc gratia Fidei & per consequens Spei & Charitatis &c. sub Fide altiùs exaltari possit, eò quòd memoria plura & majora recolat, & voluntas ferventiùs diligat ministrans intellectui discursivo investigandi materiam altiorem, ita quòd fit continuus fluxus Fidei de voluntate ad intellectum ratione investigantem, ut exaltetur in intelligere, & continuus refluxus intelligendi de intellectu ad voluntatem suppositione confidentem, ut in Fide altiùs exaltetur memoria existente medium subjectum transitivi hujus fluxûs & refluxûs propter altam utriusque partis recordationem. Per oppositum autem Fidei consurgit diffidentia, quæ discredit credita Fidei, ratione cujus scilicet diffidentiæ voluntas odit dilecta Fidei, & diligit odita Fidei, & ubi Fides credit possibile, diffidentia asseruit impossibile vel necessarium, ut intellectus nequaquam discurrere possit, pervertente in memoriam in recolendo contraria Fidei & rationis. Hoc autem est maximum vitium, inducit enim contra Spem & Charitatem, desperantiam & crudelitatem existentes omnium malorum fundamentum.

2. Modus essendi virtutis moralis insensibilis est & inimaginabilis, est autem intelligibilis tantùm. Solus ergo modus intelligendi superans modum sentiendi & imaginandi illi proportionatus est. Modus igitur essendi virtutis manifestus est per hæc, quæ dicta sunt de virtute respectu suî & per oppositionem, quam habet vitio & è converso. Modus autem intelligendi ipsum modum essendi virtutis indutus est; quia est ejus habitus pariter & voluntatis & memoriæ, agentium bonum, magnum &c. & ideo dum intellectus virtuosus suum modum intelligendi applicat ad modum essendi virtutis, induit quidem suum modum intelligendi, realem modum essendi virtutis. Unde sequitur, quòd intellectus vitiosus modum realem essendi virtutis de suo modo intelligendi vitioso non attingit, sed potiùs modum essendi vitii, de quo suus modus intelligendi indutus est, impossibilis enim est realis proportio inter modum intelligendi vitiosum & modum essendi virtutis.

3. Secundus autem modus investigandi tertiæ regulæ secundùm speculationem declarat, quibus modis habet consistere virtus & per consequens vitium. Per primum quidem modum significatur, quòd de subjectantiali virtute humana constituta sunt virtuosativum & virtuosabile propinquum, & procedente virtuosare de virtuoso super suum proprium virtuosabile invenit virtuosabile remotum in eodem videlicet actum bonitatis, magnitudinis &c. & de toto fit unum virtuosatum scilicet homo virtuosus, cujus bonitas bonificat & magnitudo magnificat &c. In opposito autem sequitur vitium, cessante virtuosativo producere virtuosare super suum proprium virtuosabile, quod quidem cessare est vitiosare, producens à vitiosativo, scilicet à virtuosativo cessante & privato à suo virtuosali remoto. Cùm autem consideratur virtus secundùm duplices terminos, sic habet esse ipsa virtus Theologica & moralis, & est in prima intentione & secunda: in prima quidem, cùm aliqua virtutum est actu, in secunda verò, cùm cæteræ sunt habitu, ut illa sit actu; & est ipsa virtus moralis figura; virtus verò substantialis hominis est forma, cujus est illa figura, & per contrarietatem consideramus eam respectu vitii & è converso. Quod scilicet

(c) 2006 Ministerio de Cultura

scilicet vitium habet dupliciter esse, aut quia oritur immediatè à corpore per consensum animæ, sicut gula & luxuria, aut quia oritur immediatè ab anima, ût superbia, invidia, ira &c. Iterum per tertium modum habet esse virtus, sicut Fides, Spes, Charitas, quæ sunt virtutes Theologicæ, quia à Deo infunduntur in animam, contra quas sunt diffidentia, desperantia & crudelitas, quæ sunt pessima vitia. Et si tertius modus in contrarietate accipiatur, manifestum est, quòd una virtus duobus vitiis concordantibus contrariatur, sicut Fortitudo gulæ & luxuriæ, & unum vitium duabus virtutibus concordantibus, ût desperantia Fidei & Spei, & una virtus duobus vitiis contrariantibus, sicut temperantia prodigalitati & parcitati. Inter virtutes impossibilis est contrarietas, si enim cadat inter virtutes contrarietas, ipsæ in vitia pervertuntur. Iterum si per quartum modum investigandi virtus accipiatur secundùm concordantiam, sic sunt quatuor virtutes cardinales scilicet Justitia, Prudentia, Fortitudo, Temperantia, in quarum opposito sunt injuria, insipientia, fragilitas seu inconstantia & distemperantia, quæ sunt principale medium ad gulam, luxuriam, superbiam &c. & deviatio à Fide, Spe & Charitate. Et sic habemus istum quartum modum in concordantia & contrarietate: in concordantia quidem de virtutibus Theologicis & Cardinalibus contra vitia contraria virtutibus Theologicis & contra vitia contraria virtutibus Cardinalibus; ita quòd hic est circulus secundùm quintum modum investigandi, quia virtutes Theologicæ concordantiam habent cum virtutibus Cardinalibus contrariantibus vitiis Cardinalibus, ut per istam concordantiam contrarientur vitiis Cardinalibus, eò quòd per hanc contrarietatem contrarientur suis rectis contrariis, scilicet vitiis Theologicis & è contrario & sic de ipsis vitiis Theologicis contra virtutes Theologicas eodem modo. Similiter virtutes Cardinales concordant virtutibus Theologicis, ut per istam concordantiam contrarientur vitiis Theologicis, eò quòd per istam contrarietatem contrarientur suis rectè contrariis vitiis Cardinalibus, & è contrario similiter fit de vitiis Cardinalibus adversùs virtutes morales.

4. Sicut ipsa virtus substantialis, unde procedit virtus moralis, est generalis, & una in se ipsa constituens cum bonitate &c. hominem, & est distincta, eò quòd ipsa contracta ad bonitatem, alia est à se ipsa contracta ad magnitudinem &c. ita similiter ipsa virtus moralis procedens ab ipsa virtute substantiali una est in se ipsa, sed contracta ad diversas proprietates secundùm illas est distincta. Nam ipsa virtus contracta ad Justitiam alia est à se ipsa contracta ad Prudentiam & alia à se ipsa contracta ad fortitudinem &c. Hoc etiam similiter sequitur de vitio, quoniam vitium, cùm de se ipso sit pura privatio seu purum non esse, unum est in se ipso, sed cùm se contrahit ad Fidem, existit ipsius Fidei privatio, & dicitur diffidentia, tunc est aliud à se ipso contracto ad Castitatem, quod tunc dicitur luxuria ipso privante Castitatem. Unde patet, quoniam sicut virtus moralis existit una in se ipsa veniens in esse distincta specificando se secundùm diversas proprietates, ita similiter vitium, quod est ipsius virtutis pura privatio, venit in esse distinctum specificando se secundùm illas proprietates, ad quas privando se contrahit.

5. Cùm ita est, quòd ratio realitatis objecti à ratione intellectûs dissentit, tunc est virtus implicare contradictionem secundi modi contradictionis, quia licèt intellectus transcendenter super hanc contradictionem ratione rei sit attinctivus, oritur tamen ei Fides, quia totaliter sine contradictione rationis suæ attingere non potest, per quam Fidem voluntas diligit id, quod intellectus attingere non potest. Et Justitia etiam habet esse ibidem, justum etenim est intellectum magis stare judicio rationis rei objectæ, quàm rationis intellectûs objectantis, cùm plus sit veritatis in re objecti, quàm in ratione potentiæ objectantis, ad hoc etiam concurrit Prudentia, nam idem acquiritur habitus scientificus transeundo super rationem suam propriam ad rationem objecti, & ibi similiter utitur intellectus Fortitudine super debilitatem rationis suæ ratione Fortitudinis veritatis rei, & habet in se Temperantiam cedendo magis illi parti, cui magis est cedendum, & cedendo minùs illi parti, cui minùs est cedendum. Et sicut virtus est implicare contradictionem rationis, (ût dictum est) ita similiter est vitium implicare contradictionem rei, negando contradictionem rationis ipsius intellectûs, quoniam si intellectus negat tunc, ut non sit intellectûs contradictio, incurrit necessariò realem contradictionem, quæ est vera contradictio existens impossibilis, ût patet

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in libero arbitrio & prædestinatione. Quoniam si ambo non starent simul ratione contradictionis intellectûs, oporteret, quòd sapientia Dei esset ignorantia sciendo & nesciendo, & Justitia Dei injuria retribuendo, & non retribuendo, & hoc est magnum vitium, quod est contra Fidem, Spem & Charitatem &c.

6. Duorum contradictoriorum præteritæ contingentiæ includunt in præsenti sub disjunctione necessitatem: ût homo est necessariò virtuosus vel vitiosus, atque duorum contradictoriorum præsentes possibilitates seu contingentiæ sub disjunctione alicujus eorum necessitatem judicant affuturam, ût aliquid futurum esse virtuosum vel vitiosum. Et sic in hominibus præcedens libertas ad virtutem & vitium super contingentiam fundata consequentem necessitatem prædestinationis vel præscientiæ necessariò in se concludit. Et è converso prædestinatio aut præscientia super necessitatem fundata contingentiam libertatis ante se demonstrat. Aliter esset impossibilis ipsa virtus moralis, quoniam si ipsa virtus necessitate veniret coacta de principio per medium usque ad finem, ipsa quidem carens merito non esset in ipso fine virtus, nec per consequens in principio & medio, & quantùm ad hoc contingentia & necessitas sunt substantialiter propter virtutem & per accidens vitium subsequuntur.

7. Sicut virtus & vitium habent esse substantialiter in homine, virtus quidem generando, vitium verò corrumpendo, ita similitudinariè habent esse virtus & vitium moraliter in eodem. Nam sicut propter vitium substantiale corrumpitur corpus humanum privando virtutem substantialem hominis ipsâ cessante ab operationibus suis, ita propter vitium morale corrumpitur gratia animæ humanæ privando virtutem ipsâ virtute morali cessante ab operationibus, ita per demonstrationem similitudinariam virtus & vitium demonstrantur. Similiter habent demonstrari per æquiparantiam in contradictione, ut existente homine in virtute non est in vitio, & non existente ipso in vitio est in virtute, vel existente homine in vitio non est in virtute, & non existente eo in virtute est in vitio, quia ad positionem alterius istorum privatur necessariò reliquum & ad privationem alterius ipsorum ponitur necessariò reliquum. Iterum per æquiparantiam in concordantia similiter demonstratur, quia positâ aliquâ ipsarum virtutum actu habent esse necessariò aliæ in habitu; hoc idem est similiter de vitiis. Et propter quid etiam fit in eis demonstratio, ût propter virtutem existentem actu & habitu oportet esse vitium in potentia; & per quia, ût quia vitium est in potentia sine actu, est virtus, vitium quidem in potentia non est vitium, quamvìs sit medium ad vitium, aut etiam in contrario propter vitium existens habitu est virtus in potentia sine habitu, aut quia virtus est in potentia sine habitu, est vitium; virtus enim in potentia sine habitu non est virtus, quamvìs sit medium ad virtutem.

8. Cùm attingitur in octava regula, quòd Deus movet animam humanam gratiâ libertatis ad posse peccare sine culpa ipsius Dei, & quòd peccatum ratione suî nihil existens potest inficere animam, & quòd virtus sit duorum extremorum medium scilicet duorum vitiorum, ita quòd nihil sapit naturæ eorum, eò quòd homo vitiosus totus per se & totus per Deum potest surgere de peccato, ita quòd non sine Deo nec sine se ipso. Manifesta quidem doctrina & via attingendi solutionem quæstionum & etiam argumentorum, quæ ad puncta transcendentia in materia morali vertuntur.

9. Divina virtus tantâ plenitudine bonitatis &c. agit in effectu suo, quòd aliquid in effectu suo non permittit esse vacuum, & aliquid esse nihil, & ideo ab ea fluit in esse majoritas finis virtutum moralium, & inde per accidens majoritas finis vitiorum, cùm vitia sint propter virtutes & non è converso, quoniam si virtutes morales non essent in perfecta magnitudine finis, essent quidem in minoritate finis existentes vacuæ in sua majoritate finis. Unde de necessitate sequeretur, quòd realiter aliquid esset nihil & è converso, quia ex quo hujusmodi majoritas finis esset non esse, hoc quidem non esse esset majoritas finis, cùm majoritas finis non possit esse nisi majoritas finis. Et iterum cùm divina virtus influat plenitudinem virtutis in effectum suum, sequeretur, quòd minoritas finis esset majoritas, quare ad impossibilitatem prædictarum contradictionum oportet virtutes & per consequens vitia esse in tanta magnitudine finis, quòd sint in perfecto fine, & sic sunt in majoritate finis. Ad necessitatem igitur hujus majoritatis prædictæ finis multa & ardua stant implicita. Nam ad necessariam ejus positionem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tionem ſtat neceſſariò mundum non eſſe æternum, ſed extra neceſſitatem inceptum, & intellectum nullum eſſe unum omnibus intellectibus, ſed penitus eſſe intellectus diverſos, & æliam eſſe vitam præter iſtam & ſic de aliis, quæ omnia ſub prædicta majoritate finis explicari poſſunt.

DE

SEXTA QUÆSTIONE PER G. SIGNIFICATA.

Quærit. Utrum ſit alia vita perpetua hominibus?

Primus ſolutionis modus.

1. GEneratio & corruptio cauſant eſſe & non eſſe in hac præſenti vita, quare perfectum eſſe in individuis generabilibus & corruptibilibus fore non poteſt; ut ergo hominum generatio & corruptio, quas Deus ad bonum finem produxit, non magìs cedant ipſi non eſſe, quàm ipſi eſſe, oportet neceſſariò aliam eſſe vitam extra generationem & corruptionem hominibus, qui de generatione & corruptione proceſſerunt; quod ſi non, magìs cedunt generatio & corruptio ipſi non eſſe, quàm ipſi eſſe, quòd ſatìs patet. Unde ſequitur, quòd ſumma cauſa ſuum bonum effectum produxit ad malum, & ſic bonitas ſummæ cauſæ eſt ipſum ens, ratione cujus bonum ſcilicet ipſa ſum̃a cauſa agit malum, quod eſt contra definitionem bonitatis & contra proprietates ſummæ cauſæ, & inde ſequitur neceſſariò, quòd bonum eſt non eſſe & malum eſt eſſe, potius eſt enim nunquam fuiſſe, quàm eſſe ſubjectū finaliter magnitudini non eſſendi.

2. Magnitudo ſummæ cauſæ eſt id, per quod bonitas, duratio &c. hujus effectûs, qui eſt homo, ſunt magnæ, ſed magnæ non poſſunt eſſe, ſi plùs ſunt in non eſſe, quàm in eſſe, ergo plùs ſunt in eſſe, quàm in non eſſe, quod eſt impoſſibile, niſi vita hominis ſit æviterna. Ergo vita hominis ſeu hominum eſt æviterna, quòd ſi non, nec magnitudo ipſius cauſæ, nec magnitudo ipſius effectûs ambit ſuas extremitates eſſendi, quod eſt impoſſibile.

3. Cùm æternitas ſummæ cauſæ ſit cauſa durationis actuum dignitatum ſuarum in effectu ſuo, bonitate divinâ faciente durare ſuum bonificare, & magnitudine divinâ faciente durare ſuum magnificare, & ſic de aliis in hominibus, oportet neceſſariò vitam hominum eſſe æviternam. Aliter ipſa æternitas non eſſet cauſa durationis, ſed potiùs privationis actuum dignitatum in hominibus, & ſic ipſa æternitas eſſet duratio exiſtens proprietas, ratione cujus durant malitia, parvitas &c. privantes bonitatem, magnitudinem &c. vivendi homines æviternaliter, quod eſt impoſſibile & contra conditionem æternitatis & diffinitionem durationis.

4. Si ſit alia vita, quæ ſit hominibus perpetua, bonitas quidem, magnitudo &c. hominis habent à divina poteſtate poteſtatem perpetuè exiſtendi, & bonitas, magnitudo &c. habent poteſtatem perpetuè agendi in eisdem, ergo oportet eam eſſe; quod ſi non, poteſtas quidem ſummæ cauſæ non eſt id, per quod bonitas, magnitudo &c. poſſunt perpetuè agere ſuper ita magnum effectum, ſicut eſt quilibet homo, nec eſt poteſtas hominis id, per quod ejus bonitas, magnitudo &c. poſſunt exiſtere & agere in fine ſuo, ſed potiùs in privatione; quod eſt impoſſibile: quia ſequeretur, quòd magnitudo poteſtatis ſummæ cauſæ magìs concordaret minoritati agendi, quàm majoritati, & quòd magnitudo ejus effectûs plùs concordaret minoritati eſſendi, quàm majoritati, quod eſt falſum, ergo &c.

5. Divina ſapientia eſt in Deo proprietas, ratione cujus Deus intelligit omnia, & quoniam intelligit omnia, intelligit quidem hominem intelligentem eum intelligere omnia, quia dedit ei ſapientiam exiſtentem ipſi homini proprietatem, per quam hoc intelligit. Quare ſi non eſt alia vita hominum perpetua, Deus eam (cùm non ſit) non intelligit, quia realiter intelligere divinum non fertur in nihilum, quod eſt ſimpliciter oppoſitum omni eſſe. Quia ſic oporteret illud nihil eſſe aliquid, nihil enim nec in ſe nec in alio eſt aliquid, nec eſt de conditionibus Dei intelligere ſuperfluum. Sapientia autem humana realitatem prædictæ vitæ attingit, quia eam attingit bonam, magnam &c. Nam eò quòd bona, magna &c. eſt attincta, non poteſt non eſſe, quia eſſe bonum, magnum &c. eſſent non eſſe & è converſo, quod eſt contradictio. In qua ſiquidem contradictione implicatur hîc contradictio, quòd Deus &c. Deus intelligens omnia, non intelligit omnia, cùm non intelligat nihil, & humana ſapientia intelligens Deum intelligere omnia non intelligit Deum intelligere omnia, quare &c.

6. Hu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

6. Humana voluntas est proprietas, ratione cujus bonitas magnitudo &c. prædictæ vitæ æviternæ hominum sunt desiderabiles, quia ipsa est proprietas, ratione cujus divina bonitas, æternitas &c. sunt desiderabiles in magnitudine actionis super effectum suum. Quare sequitur, si alia vita æviterna hominum non est, quòd prædicta actio est in parvitate & in defectu super effectum suum, & quòd humana voluntas est proprietas magìs desiderativa divinæ bonitatis, magnitudinis &c. quàm ipsæ sint desiderabiles, quod est impossibile, & sic quantùm ad hoc, voluntas humana est proprietas, ratione cujus bonitas magnitudo &c. sunt desiderabiles in earum parvitate & defectu, ut ratione earum sit ipsa voluntas desiderativa in magnitudine & perfectione suî, quod est impossibile. Ergo &c.

7. Virtus Dei usque ad ultimum magnitudinis suæ (ut ita loquamur) non est in aliquo defectiva, sed potiùs ratione infinitæ magnitudinis suæ in infinitum distat à vitio, ergo alia vita perpetua hominum est, ut ipsa divina virtus ratione perfectionis sit origo unionis, bonitatis, magnitudinis &c. in uno bono magno &c. quod est prædicta vita, ut agere ipsius virtutis sit extrà magìs virtuosum, & ut virtus humana & virtuosus homo sint in essentia & natura humanæ bonitatis &c. magìs similes ipsi virtuti & virtuoso, qui in essentia divina & natura convertuntur, si autem alia vita non est, sequitur prædictorum oppositum, videlicet quòd, quantum ad hoc, in divina virtute inconcluditur vitium, quod est origo unionis, malitiæ, parvitatis &c. in uno malo, parvo &c. quod est non esse prædictæ vitæ, ut agere ipsius virtutis sit extrà minùs virtuosum & minùs distans à vitio. Hoc autem est manifestè impossibile ergo &c.

8. Si non est alia vita æviterna hominum, de qua quæritur, quicquid attingit de ipsa ratio nostra, falsum est in re & verum in ipsa ratione, quoniam est bonum, magnum &c. in ipsa ratione, & sic realis falsitas est id, quod est in ratione verum de bonitate, magnitudine &c. quæ nihil sunt realiter, quod est contra diffinitionem veritatis. Unde multæ impossibilitates sequuntur, quoniam bonitas, magnitudo &c. non possunt esse nihil, quia veritas totam bonitatem &c. verificat, id est, facit esse veram, & bonitas totam veritatem &c. bonificat, id est, facit esse bonam & hoc realiter ratione magnitudinis per omnes extremitates essendi, quas humanus intellectus concipit: & ultra hoc, quod concipit intellectus, aliter sequeretur, quòd falsitas falsificaret bonitatem &c. bonitas bonificaret falsitatem &c. & sic falsum & bonum converterentur, & malum & verum, & inter bonum & verum esset contradictio & inter malum & falsum, quare &c.

9. Si non est alia vita perpetua, non est aliqua delectatio plena, cui bonitas, magnitudo &c. hominis acquiescant, & sic bonitas magnitudo &c. hominis habent suam gloriam seu delectationem, cui ratione vacuitatis acquiescunt, & sic acquiescunt plùs suis contrariis scilicet malitiæ, parvitati &c. quàm sibi ipsi, & plus dissimilitudinibus summæ causæ, quàm similitudinibus ejus, quod est impossibile & contra conditiones summæ causæ, quare &c.

10. Cùm differentia sit id, per quod bonitas, magnitudo &c. sunt rationes inconfusæ: ergo differentia seu distinctio est id, per quod bonitas, magnitudo &c. distant à confusione, quæ malitiæ, parvitati, defectui &c. concordat, sed summa causa ratione summitatis suæ per omnes circumstantias suæ bonitatis, magnitudinis &c. distat à confusione, ergo aliam vitam æviternam oportet esse necessariò, ut in effectu suo magìs distet à confusione, nam in quantò effectus ipsius summæ causæ est ab ipsa causa magìs bonificatus, magnificatus &c. in tantò bonificans, magnificans &c. qui est ipsa causa, magìs distat à confusione in ipso effectu, ergo &c.

11. Sicut concordantia est id, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. in uno & in pluribus concordant, sic contrarietas est id, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. in uno & in pluribus contrariantur. Si igitur sit alia vita perpetua (de qua quæritur) est quidem concordantia inter bonitatem, magnitudinem &c. hominis in unoquoque homine ipsa perpetua vita vivitivo vivibili; quod si non, est contrarietas inter bonitatem, magnitudinem hominis in unoquoque homine nulla vita perpetua vivitivo & vivibili, quod est impossibile & contra naturam ipsorum principiorum, de quibus homo constitutus est. Quoniam sicut impossibile est, quòd bonitas de natura sua sibi ipsi contrarietur, ita est impossibile, eam contrariari magnitudini & è converso. Nam in quantùm concordat magnitudini suæ, in tan-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in tanto est bonitas, & in quantum contrariatur eidem, in tanto est malitia, ergo &c.

12. Si alia vita perpetua hominum est, ipsa quidem est, quia necessitatur esse propter aliquem finem bonum, magnum, durantem &c. qui est sempiternum uti de Deo ad creaturam, & sempiternum frui de homine ad Deum, propter quem etiam finem ipsa resistit, quantum est de se, perpetuæ morti seu perpetuæ hominis privationi, cujus finis esset illam creaturam non frui sempiternè Deo, & Deum non uti sempiternè ipsâ creaturâ, quod esset malum, parvum, falsum &c. Si autem alia vita non est, ipsa quidem necessitatur non esse propter aliquem finem bonum, magnum, durantem; nam aliter non posset ipsa necessitari non esse. Hic autem finis est non uti sempiternè de Deo prædictam creaturam & sempiternum non frui de ipsa creatura ad Deum, quod manifestè est malum, parvum &c. & sic implicatur contradictio, scilicet quòd bonum est malum, & magnum est parvum, & non esse est esse: & iterum alia sequitur contradictio, quia prædictum non uti & prædictum non frui nihil ponunt, & quod nihil ponit, nihil est, & quod nihil est, nihil necessitat (solum enim id, quod est, habet necessitare) sed cùm prædictum non uti & non frui necessitent, prædictam vitam non esse (ût dictum est) ergo ipsa existentia nihil, sunt aliquid, quod est contradictio. Et iterum alia contradictio, quia mors perpetua seu privatio perpetua à prædicto fine mota, qui est non uti Deum creaturâ &c. habet resistere prædictæ vitæ æternæ, ita quòd cogit eam non esse, sed ipsa privatio perpetua seu mors prædicta similiter nihil ponit in esse, & quod nihil ponit in esse, nihil est, & quod nihil est, resistere non potest; ejus enim, quod est aliquid, sola est resistentia; ergo id, quod est nihil, habet resistere, & per consequens est aliquid, quod est contradictio. Quare ad impossibilitatem prædictarum contradictionum sequitur necessariò prædictam vitam perpetuam esse.

13. Principium finale est id, quod se habet ad unumquodque in ratione finalis prioritatis, impossibile est enim quicquam esse sine suo principio finali, si igitur alia vita perpetua non est, est quidem unusquisque sine fine, quia ad perpetuam privationem principiatus est videlicet formatus & materiatus, quod est impossibile, quia sequeretur, quòd finis, qui nihil est, moveret formativum hominis ad suum materiabile, ut moveat ipsum materiabile unà secum ad ipsum finem, qui est nihil, & sic forma & materia majorem haberent appetitum ad nihilum, quàm ad aliquid, quod falsum est, ergo &c.

14. Cùm Deus sit summa causa perfectissima ratione infinitatis suæ bonitatis, æternitatis &c. producit quidem suum principium causatum in majori magnitudine bonitatis &c. quâ potest, influens in ipsum principium per medium, sapiens utriusque naturam refluente principio per idem medium in majori magnitudine bonitatis &c. quæ possit sciri. Hoc autem esset impossibile, nisi esset alia vita perpetua hominum, quia deficeret medium subjectum magnitudini bonitatis &c. prædictæ influentiæ & refluentiæ, sapiens naturam utriusque videlicet influentis & refluentis: influentis quidem ex parte finis infinibilis terminationis ratione sempiternæ durationis; refluentis verò ex parte principii principiati, cùm non esset realiter scilicet ex parte substantiæ humanæ. Quare de necessitate prædictam vitam esse oportet, ut non deficiat prædicta influentia & refluentia, defectu quarum deficeret, quantum ad hoc, perfectio infinitati, bonitati, æternitati &c. summæ causæ, quod est impossibile.

15. Si non est alia vita perpetua hominum, non est aliquis finis, cui hoc principium, quod est homo, acquiescat, nam licèt in generalibus principium acquiescat privationi, non propter hoc tamen acquiescit ipsi non esse, propter hoc enim corruptibile privationi acquiescit, ut acquiescat alicui esse finaliter, ergo acquiescit omne principium seu principiatum ipsi esse, non autem ipsi privationi, quod est impossibile, si non est alia vita, ergo necessariò est alia vita, quod si non, esse acquiescit privationi & non è converso, & generatio corruptioni & non è converso, & summo fini, qui est Deus, non acquiescunt omnia principia, quod est impossibile, in quantum est summus & ultimus finis, imò etiam ipsum principium efficiens hominis, quod est ipsa summa causa, unà cum ipso effectu acquiesceret privationi, in quantum causaret eum ad privationem; hæc autem sunt impossibilia, quare &c.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

16. Si alia vita perpetua non est, majora entia sunt in non esse, quàm in esse, & sic majora entia sunt nihil & minora entia aliquid, unde cùm extra extremitates essendi non sit aliquid imago magnitudinis, immensitatis, bonitatis &c. sequitur, quòd minoritas sit imago prædictæ magnitudinis & majoritas ejus dissimilitudo, quod falsum est & contra diffinitionem majoritatis, ergo &c.

17. Inter summam causam, quæ est ipse Deus, & suum effectum, qui est homo, est necessariò proportionis æqualitas, cui finis concordantiæ bonitatis ipsius causæ & bonitatis effectûs, & magnitudinis ipsius causæ & magnitudinis ipsius effectûs &c. acquiescant; quod tamen est impossibile, si non est alia vita hominum perpetua, quoniam bonitas, magnitudo &c. prædicti effectûs non sunt in tanta bonitate, magnitudine &c. quantam requirit bonitas, magnitudo, &c. causæ. Et sic ipsa causa existens summa in causalitate sua ratione suî, non est summa in ipsa causalitate ratione effectûs, quod est impossibile, est enim impossibile, quòd effectus de summitate summæ causæ, qui Deus est in bonitate &c. infinitus, aliquid diminuere possit, quare &c.

18. Omnis homo ab ortu suo usque ad occasum vitæ non est sine generatione & corruptione existentibus in eo, generatio autem & corruptio de se minoritatem important, quocirca omnis homo vivens hâc vitâ consistit circa nihilum. Et si alia vita perpetua non est, ipse quidem perpetuâ privatione consistit, ubi non est circa nihilum, sed potiùs est ipsum nihil. Sed cùm ipsa summa causa sit omnimodâ perfectione causalitatis suæ plena (nam aliter deficerent ei Deitatis conditiones) oportet, quicquid est de effectu, sive sit esse, sive privatio ipsius effectûs, tendere ad perfectionem ipsius summæ causæ. Quare necessarium est, si alia vita prædicta non est, quòd summum sit causalitati ipsius causæ producere hominem, qui est finis omnium generabilium sub eo, in esse proximum nihilo, dum vivit, & ultimò post modicum tempus ducere ipsum in perpetuum non esse; & hoc, eò quòd infimum esset causalitati ipsius causæ, producere ipsum hominem de minoritate ad majoritatem, videlicet de hac mortali vita ad immortalem. Hæc autem est contradictio manifesta, quia sic sequeretur, quòd nihil esset aliquid, & minoritas non esset ens circa nihilum, sed potiùs majoritas. Quare oportet necessariò, quòd Deus ratione summitatis causalitatis suæ de mortalitate hominem perducat ad immortalitatem.

Secundus Probationis modus.

1. UT significatum est septimâ conditione bonitatis, magìs illa bonitas est magna, quæ in essentia gloriæ est glorificans & glorificatum. Hæc autem est ipsa gloria Dei, quoniam hæc conditio nulli alii gloriæ convenire potest. Magnitudo quidem hujus gloriæ in glorificante & glorificato tanta consistit in bonitate &c. quòd ipsa est finis & quies omnis creatæ bonitatis &c. Quare de necessitate aliam vitam immortalem hominum esse oportet, ut humana bonitas, magnitudo &c. prædictæ divinæ gloriæ in glorificante & glorificato quiescant, si enim alia vita prædicta non est, manifestum est, quòd in hac mortali vita non invenitur finaliter gloria plena, cui plenè humana bonitas &c. acquiescant. Post autem istam vitam privationi perpetuæ acquiescunt. Itaque bonitas divinæ gloriæ non est tantum ens, quòd extra rationem suî ipsum summum bonum agat bonum per omnes extremitates essendi, ita quòd in plenitudine gloriæ divinæ humana bonitas quietem ratione plenitudinis consequatur. Hoc autem est impossibile illi bonitati, quæ infinitâ magnitudine est magna, existens glorificans & glorificatus in essentia gloriæ.

2. Si alia vita non est, posse divinum consistit otiosum in gloriando homines gloriam exspectantes, & bonificare similiter otiosum in hominibus justis confidentibus in perpetuo bonificari suo à summa bonitate, & sic cùm nullum bonum possit habere gloriam sine posse (ût vult quinta conditio bonitatis potestatis) abest quidem gloria ipsi Deo in hac sua extrinseca operatione, quæ est homo, quia posse suum & bonificare suum &c. non extenduntur ad glorificandum justos homines in perpetuum; sed quoniam Deus est bonum in potestate & posse summum, & in bonitate & bonificare summum, & non deficit illi quidem gloria extra se, sicut nec intra, ergo est prædicta vita, ut de justis suam gloriam habeat extrinsecam in magnitudine bonitatis glorificando illos.

3. Si est alia vita hominum perpetua, bonum est scire in perpetuum glorificantem & glorificatum æternaliter, cùm malum sit eos ignora-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ignorari in perpetuum ratione ſuæ infinitæ & æternæ ſcitivitatis & ſcibilitatis, ergo prædicta vita eſt; quod ſi non, bonum eſt ignorare glorificantem & glorificatum prædictum, quia malum eſt ſcire glorificantem & glorificatum (ût denotatur quartâ conditione bonitatis ſapientiæ) quod falſum eſt ratione contradictionis, quæ inde implicatur, quoniam manifeſtum eſt, bonum eſſe prædictum glorificantem & glorificatum in perpetuum, ut ſicut ipſa ſcitivitas & ſcibilitas æterna intrinſecùs ratione ſuæ infinitatis non limitatur, ita nec aliquatenus extrinſecùs limitetur. Quare, ſi alia vita non eſt: oportet neceſſariò iſtud bonum eſſe malum, quia non eſt, & iſtud malum eſſe bonum, quia bonum eſt, prædictum bonum non eſſe, ex quo non eſt. Et hoc eſt manifeſta contradictio; quare prædictam vitam oportet neceſſariò eſſe.

4. Melior eſt voluntas volendo gloriam, quàm volendo pœnam, ût tertiâ conditione bonitatis voluntatis dictum eſt. Quocirca ſignificatur prædictam vitam hominum perpetuam eſſe. Quoniam ſi prædicta vita eſt, volibile concordat bonitati & gloriæ, & nolibile malitiæ & pœnæ. Unde ſi alia vita non eſt, nolibile eſt Deo eam eſſe, cùm non ſit, nobis autem eſt diligibile eam eſſe; itaque volibile noſtrum nolibile divinum ſuperat, quod eſt impoſſibile & deſtruitur prædicta conditio & diffinitiones eorum principiorum, de quibus conſtituta eſt, quod eſt impoſſibile, ergo prædicta vita eſt.

5. Conditio bonitatis virtutis dicit, bonum eſſe ita glorioſum in virtute gloriæ, ſicut glorioſum eſt bonum in virtute bonitatis, hanc autem conditionem ratione converſionis bonitatis & gloriæ in virtute oportet eſſe in Deo neceſſariò, qui eſt ipſa ſumma cauſa, ipſa quidem cauſa ſimilitudinem ſuam infundit in effectum. Quare ſi alia vita perpetua hominum eſt, imprimitur quidem in effectum ſimilitudo prædictæ conditionis divinæ, ipsâ virtute imprimente extra ſe virtutem, & bonitate bonitatem, & gloriâ gloriam, ut etiam ipſa cauſa extra ſe videlicet in effectu ſuo per omnes circumſtantias diſtet à vitio, malitiâ & à privatione gloriæ, à quibus extra ſe non diſtaret, ſi non eſſet prædicta vita, quia inde ſortiretur vitium ipſi virtuti, & malitia ipſi bonitati, & per conſequens pœna ipſi gloriæ in hoc, quòd juſti & injuſti æquale præmium videlicet eandem ſuarum ſubſtantiarum privationem conſequerentur; ſed nullum vitium & nulla malitia, pœna &c. ſunt ipſi Deo poſſibiles. Et ſequeretur etiam inde contradictio, quia ſi alia vita prædicta non eſſet, neceſſariò, ex quo non eſſet, bonum eſſet eam non eſſe, & virtuoſum eſſet eam non eſſe &c. quia ſi bonum & virtuoſum &c. eſſet, eam eſſe, jam eſſet, cùm nihil non poſſit impedire aliquid eſſe, ergo quia non eſt, ſequitur aliquid non eſſe, & nullum aliquid eſt, quod non ſit bonum virtuoſum &c. in quantum eſt. Ergo ſi prædicta vita non eſt, bonum virtuoſum &c. eſt eam non eſſe; ſed manifeſtum eſt, quòd malum, vitioſum &c. eſt eam non eſſe (ût prædictum eſt) ergo malum eſt bonum, & virtuoſum vitioſum &c. quod eſt contradictio. Ergo &c.

6. Illa eſt ſumma veritas, quâ bonitas & gloria convertuntur (ût vult prima conditio bonitatis veritatis) hæc autem veritas eſt neceſſariò ipſe Deus, qui eſt ſumma cauſa, in cujus majori ſimilitudine effectus ejus plus habet bonitatis, & melior eſt, & plus veritatis, & verior eſt &c. & in cujus majori diſſimilitudine effectus ejus plus habet malitiæ, & pejor eſt, & plus falſitatis, & falſior eſt &c. Cùm ergo ipſa Dei veritas tanta ſit, quòd ratione infinitatis ejus in ea & per eam Dei bonitas & gloria convertantur, oportet neceſſariò, quòd meliorem & veriorem &c. quam poſſit, ſuî ſimilitudinem in effectu ſuo faciat ſtare in eſſe, & pejorem & falſiorem ejus diſſimilitudinem in non eſſe, ut extra ſe nullam reſiſtentiam & contradictionem inveniat in effectu, quæ ratione infinitatis ipſius divinæ veritatis in converſione bonitatis & gloriæ ſunt impoſſibiles, ſed prædictam ſimilitudinem meliorem &c. non poteſt facere ſtare in eſſe, nec ejus oppoſitum in non eſſe, ſi non eſt alia vita hominum perpetua, ergo ipſa vita eſt neceſſariò; quod ſi non, eſt utique dari reſiſtentiam & contradictionem ipſi infinitæ veritati, in qua ſcilicet reſiſtentia & contradictione bonitas contradicit gloriæ & è converſo, quod eſt contra prædictam conditionem & contra diffinitiones principiorum ejus. Ergo prædicta vita eſt neceſſariò.

7. Propter infinitum magnificare, æternificare, glorificare &c. in magnificato, magnificabili, æternificato æternificabili, & glo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& glorificato ac glorificabili est in magnitudine & æternitate gloria infinita (ût vult sexta conditio magnitudinis æternitatis) & hoc intelligendum est per omnes extremitates essendi ratione ipsius magnitudinis, faciens etiam in tantum durare bonitates, magnitudines &c. extrinsecas,quòd ipsi intrinsecæ gloriæ acquiescant, sed hoc est impossibile, nisi sit illa vita, de qua hîc quæritur, quoniam sic est impossibile, quòd magnitudo sit suo magnificato causato causa, & æternitas suo æternificato,& gloria suo glorificato per omnes extremitates essendi & gloriandi, in quibus potest esse effectus ratione summitatis ipsius causæ, quod est necessarium ratione gloriæ causalis infinitæ in magnitudine & æternitate secundùm prædictam conditionem, ergo &c.

8. Oportet necessariò illud esse in Deo, per quod ipse distat infinitè à contrarietate & pœna, & ideo est in eo infinita concordantia in infinita gloria & è converso, existente ipsâ infinitâ concordantiâ inter gloriantem & gloriatum, qui sunt ipsa infinita gloria existens ipsamet concordantia inter gloriantem & gloriatum : ût primâ conditione gloriæ differentiæ significatum est. Et ideo est in eis infinita distinctio, cùm sine ipsa infinita distinctione non possit esse infinita concordantia, ergo in aliqua operatione sua non potest Deo sortiri pœna nec contrarietas, cùm infinitè distet à pœna & à contrarietate. Ergo necessariò aliam vitam hominum perpetuam esse oportet, quoniam si non est, non distat tantùm à contrarietate, nec per consequens à pœna; quia quicquid habet effectus propinquitatis ad concordantiam & gloriam, hoc est ratione similitudinis suæ causæ, quam scilicet similitudinem causa producit in effectu. Ergo quicquid habet ipse effectus privationis,concordantiæ & gloriæ, quia alia vita non est, hoc habet ratione ipsius summæ causæ volentis illam privationem, sed ipsa summa causa non potest velle malum &c. ergo ipsa privatio est bona &c.& sic est aliquid bonum contrarians suæ infinitæ concordantiæ in gloria, quod est impossibile,ergo oppositum est necessarium, & per consequens alia vita prædicta.

9. Manifestum est concordantiam esse inter summam causam & ejus effectum, qui est homo, videlicet in assimilare & assimilari. Cùm autem Deus sit ipsa magnitudo gloriæ, ergo magnitudinem gloriæ assimilat sibi in homine, ut sicut impossibile est, quòd Dei magnitudo deficiat gloriæ divinæ, ita sit impossibile, quòd deficiat magnitudo similis gloriæ simili, & sic est concordantia rei similatæ scilicet Dei & suæ similitudinis, quæ est homo in majori magnitudine gloriæ, quæ possit esse. Quod tamen est impossibile, nisi sit alia vita hominum perpetua, sicut manifestè patet; imò etiam ipsa concordantia prædicta ipsius causæ & effectûs contradiceret majoritati gloriæ, quod est impossibile secundùm quintam conditionem gloriæ concordantiæ, ergo &c.

10. Impossibile est finem unius oppositi esse in reliquo (secundùm tertiam conditionem gloriæ contrarietatis) cùm gloria & contrarietas sint contraria, quia impossibilis est sine contrarietate pœna. Sed si alia vita prædicta non est, oportet necessariò finem gloriæ creatæ esse pœnam, quæ semper est in contrarietate. Quòd autem ita oporteat, patet manifestè, quòd si prædicta vita non est, non est alia gloria, nisi præsentis vitæ, præsens verò vita plùs est in pœna,quàm in gloria, quod manifestè patet; & quoniam majus est finis minoris,pœna ergo præsentis vitæ est finis gloriæ præsentis vitæ, quod est impossibile & contra prædictam conditionem & diffinitiones principiorum ejus, ergo &c.

11. Si alia vita perpetua hominum est,sic est finis gloriæ humanæ in suo principio finali, qui est Deus (prout significatur in secunda conditione gloriæ principii) sed si prædicta vita non est,prædicta gloria non habet principium, nec finem, quia nulli fini gloriæ supremæ acquiescunt humana bonitas, magnitudo &c. nec per consequens principio illius finis,& sic destruitur prædicta conditio & diffinitiones principiorum ejus, quod est impossibile, ergo &c.

12. In Deo est gloriativus & gloriatus, unde procedit gloriari, quod est actus gloriæ per totam Deitatem, ipse autem gloriativus, cùm sit summa causa, intendit gloriari suum effectum in tantum, quantum ipse effectus recipere potest & ipsa causa dare,& hoc, ut bonitas effectûs sit in majori magnitudine gloriæ & è converso, quâ esse possit, ut bonitas causalitatis ipsius causæ sit in majori magnitudine, quâ esse possit & è converso, manifestum est ergo, quòd aliam vitam hominum oportet esse perpetuam, quæ tantæ magnitudini & tantæ bonitati gloriæ sit sub-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſit ſubjectum, quoniam ſi ipſa non eſſet, ſequeretur quidem defectus in ipſo gloriari ipſius ſummæ cauſæ, quia impoſſibile eſt, quin ipſe gloriativus ratione magnitudinis, bonitatis cauſalitatis ſuæ intendat ſuum effectum exiſtere gloriatum, ratione ergo medii deficientis ipſius ſcilicet gloriari, quia non fertur ſuper ipſum effectum, abeſt gloriatio ipſius effectûs, quod eſt impoſſibile. Quia ſic ipſum gloriari eſſet medium impediens gloriam, ratione cujus impedimenti ipſum conſiſteret in minoritate (ût vult quarta conditio gloriæ medii) ſed quoniam impoſſibile eſt ipſum gloriari eſſe in minoritate, cùm ſit ipſe Deus, ergo eſt prædicta gloria hominum perpetua & per conſequens eorum vita.

13. Secundùm tertiam conditionem gloriæ finis, in minoritate conſiſtit illa gloria, quæ eſt ſine fine, hoc autem eſt gloria humana, ſi non eſt alia vita perpetua hominum, quia ſic nemo permanet in quiete in vita ſua. Poſt autem vitam ſuam non eſt quies, quia aliquid non eſt in nihilo, & præter quietem non eſt finis, ût vult diffinitio finis. Et ſic eſt ipſa gloria humana à Deo diſparata & diſtans à gloria ſuæ cauſæ, quòd nullum eſt intermedium, per quod illa poſſit influere iſti & iſta ab illa recipere. Hoc autem intermedium non abeſt ratione ipſius ſummæ cauſæ, quia defectus includeretur in illa, & manifeſtum eſt, quòd effectus eſt aptus natus de natura ſuî ratione perfectionis ſuæ cauſæ & ſuî ipſius cum ſuo intermedio participare; ergo de neceſſitate oportet eſſe aliquid, quod non eſt ipſa ſumma cauſa, nec effectus illius, quod aufert prædictum intermedium, quod eſt impoſſibile, aut quod nihil aufferat illud. Unde ſequitur contradictio. Ergo prædictum intermedium eſt, videlicet prædicta vita æterna ſeu perpetua.

14. Per oppoſitum ſecundæ conditionis gloriæ majoritatis manifeſtum eſt ſecundùm rem & ſecundùm intellectûs rationem, quòd per majoritatem bonitatis, magnitudinis &c. virtutum acquiritur majoritas gloriæ alterius vitæ hominum, ſicut per majoritatem malitiæ &c. vitiorum hominum acquiritur pœna alterius vitæ hominum. Ergo alia vita eſt, quia per ſe manifeſtum eſt, quòd virtutes & vitia ſunt in hominibus, quæ non poſſunt eſſe ſine ſuo fine. Ergo ſi alia vita prædicta non eſt, non ſunt virtutes in hominibus nec vitia, quia deficiente primâ intentione deficit ſecunda, ſed per ſe manifeſtum eſt, prædictas virtutes & vitia eſſe (ût dictum eſt) ergo ſi alia vita non eſt, virtutes quidem ſunt & non ſunt, & vitia ſimiliter, quod eſt manifeſta contradictio, ergo prædicta vita eſt & hoc in perpetuum. Quòd ſi impoſſibile eſt, quòd iſta vita careat ſuo fine, propter quem oportet eſſe illam (ût probatum eſt) multò majùs eſt impoſſibile, quòd illa ſimiliter careat ſuo fine propter abſentiam imperpetuitatis.

15. Si gloria cum æqualitate diſtat à minoritate (ût vult ipſa conditio gloriæ æqualitatis) major quidem gloria cum majori æqualitate diſtat à majori minoritate, & per conſequens minor gloria cum minori æqualitate diſtat à minori minoritate. Major autem æqualitas ponit rem ultra minorem æqualitatem, & illam rem attingit ratio intellectûs; ergo ratione majoris æqualitatis oportet eſſe gloriam alterius vitæ hominum exiſtentem ſempiternam, ut ſit in tanta majoritate, quòd non ſit in ea minoritas, cujus majoritas ſit ſuper minoritatem gloriæ vitæ hujus. Quoniam ſi non eſt iſta ſempiterna gloria, de neceſſitate ſequitur, quòd omne majus, in quantum majus, eſt nihil, & per oppoſitum omne minus, in quantum minus, eſt aliquid, quod eſt manifeſta contradictio, & quòd omnis major gloria cum majori æqualitate diſtet à minori minoritate exiſtens propinqua majori minoritati, & quòd omnis minor gloria cum minori æqualitate diſtet à majori minoritate exiſtens propinqua minori minoritati, & per conſequens, quòd gloria cum æqualitate diſtet à majoritate exiſtens propinqua minoritati, quæ omnia ſunt manifeſtè falſa & impoſſibilia, ergo earum oppoſita ſunt neceſſaria & per conſequens alia vita prædicta.

16. Gloria creaturarum eſt in minoritate ratione minoritatis earum (ſicut vult ipſa conditio gloriæ minoritatis) quod habet eſſe ratione accidentium, magìs enim conſiſtit gloria præſentis vitæ in accidentalibus quàm in ſubſtantialibus, & in rebus corporalibus, quàm ſpiritualibus. Quare oportet neceſſariò aliam vitam prædictam eſſe exiſtentem ſubjectum gloriæ ſubſtantiali, quæ magìs conſiſtit in ſpiritualibus, quàm in ſenſualibus, quæ, ſi non eſt, ſequitur, quòd bonitas, magnitudo &c. hominis acquieſcant accidentibus, & non ſubſtantiæ, & ſecundæ intentioni & non primæ, & quòd ſecunda intentio ſit prima & è con-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

verso, & quòd minoritas gloriæ sit majoritas gloriæ & è converso, quod est contradictio. Et consistit gloria creaturarum in majoritate ratione minoritatis earum, quod est impossibile & destructio prædictæ conditionis. Quare necessariò prædictam gloriam substantialem oportet esse & per consequens aliam vitam prædictam.

De tertio solutionis modo.

1. SUpponere Deum esse & aliam vitam, dato, quòd non sint, nullum malum sequitur supponenti, sed potiùs bonum, videlicet aptitudo usûs virtutum, & evitatio vitiorum, ergo supponere Deum & aliam vitam non esse, dato, quòd non sint, est origo vitiorum, & virtutum destructio supponenti; supponere igitur Deum & aliam vitam esse, & non sint, multiplicat bonum in hac vita tantùm, ergo supponere Deum & aliam vitam esse & quòd sint, optimum sequitur supponenti scilicet multiplicatio boni vitæ præsentis & alterius futuræ; ergo supponere Deum & aliam vitam non esse, & quòd sint, summum malum sequitur supponenti, videlicet boni præsentis vitæ privatio & alterius futuræ. Manifestum est ergo, quòd supponere Deum & aliam vitam esse, aut sint, aut non sint, est bonum, magnum &c. & per consequens, quòd supponere Deum & aliam vitam non esse, aut sint, aut non sint, est malum, parvum &c. Quare in præsenti discursu prædictarum quatuor suppositionum manifestè judicat intellectus, Deum & aliam vitam esse necessariò, aut oportet, quòd nihil sit causa boni, magni &c., quæ ex suppositione prima sequuntur, & per consequens, quòd aliquid sit causa illius nihili, quod ex suppositione secunda resultat, quod est manifesta contradictio, quare &c.

2. Impossibile est, quòd modus intelligendi plus attingat, quàm modus essendi, & plus eidem proportionetur, quàm sit ipse modus essendi. Unde manifestatur, Deum esse necessariò; quoniam si Deus non est, nihilominus realis ratio ipsius Dei est in ipso modo intelligendi, & sic ipsa realis ratio essendi est sine suo proprio subjecto substantiali, & sic nihil est substantiale subjectum illius, quod est, & hæc est manifesta contradictio; ergo Deus est & per consequens alia vita hominum immortalis, quod si non, modus quidem intelligendi noster magìs proportionaretur modo essendi, quàm sit ipse modus essendi proportionabilis in hoc, quia ipse modus intelligendi plùs attingeret de Deo in effectu, quàm esset ipsa realitas, cujus realis ratio est in ipso modo intelligendi, & sic sequeretur eadem contradictio, quæ priùs, ergo est alia vita hominum immortalis.

3. Intellectus recipiens propositam quæstionem in secundis modis investigandi tertiæ regulæ hujus artis, attingit per primum ipsorum secundorum modorum, quòd si non est alia vita (de qua quæritur) illa res, cujus intellectus realem bonitatem attingit, est nihil, & sic in quantum humana bonitas de suo bonificativo super suum proprium bonificabile illam realem bonitatem attingit, in tantum est malificativa malificabilis, & tantò majus habet malificare, quia induens se illam bonitatem, quam secundùm rationem suam attingit realem, induit quidem se secundùm rem, malitiam & falsitatem realem, per quam ipse intellectus bonificando est malificans, quod est contradictio. Et etiam contra secundum modum investigandi contradictoria convertuntur in conversoria & è converso; quia intellectus intelligens bonum & verum reale, ignorat quidem illud, ita quòd ei hoc suum intelligere est ignorare, & suum ignorare est intelligere, quia, eò quòd prædictam vitam bonam, magnam &c. attingit, verum quidem attingit necessariò, & hoc non potest ignorare, quod quidem ignorat, cùm nihil sit ignorans, ergo prædictam vitam bonam &c. cùm sit nihil, intelligit quidem illam bonam, magnam &c. quia non potest eam ignorare, quia bona, magna &c. hoc autem est manifesta contradictio fortificata etiam per quartum modum investigandi, quia per prædictam contradictionem patet, quòd esse est non esse & è converso, & per consequens defectus perfectio & è converso; quoniam naturæ perfectionis est relevare de non esse ad esse, quod est declinare de esse ad non esse, cùm esse sit non esse & è converso, quod quidem declinare est ipsius defectus: ergo si prædicta vita non est, esse est non esse & è converso, & defectus est perfectio, & sequitur necessariò circulatio secundùm quintum modum, quòd hoc, quod defectus destruit, esse essificat, dum defectus destruit illud, & quod esse essificat, non esse deessificat, dum esse essificat illud, & quod non esse deessificat, perfectio perficit, dum non esse deessificat illud, & quod perfe-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

perfectio perficit, defectus deſtruit, dum perfectio perficit illud, ita quòd datâ unâ contradictione, in ea quidem implicatur magna multitudo contradictionum, de neceſſitate ergo prædictam vitam, de qua quæritur, eſſe oportet, cùm nulla contradictio ſtare poſſit.

4. Deus eſt ens ſpeciale, cujus bonitas, veritas &c. ad infinitatem & æternitatem &c. tantâ contractione contrahuntur, quòd convertitur eisdem convertentibus ad invicem, ut in aliqua extremitate eſſendi & durandi ſit impoſſibile contrahi bonitatem malitiæ aut verum falſo &c. ſed potiùs bonitatem bonitati, veritatem veritati, ut ipſa infinitas & æternitas in magnitudine ſimilitudinis producant ſimilitudines ſuas. Quare oportet neceſſariò aliam eſſe vitam hominum immortalem, ut magnitudo bonitatis &c. influentiæ ſummæ cauſæ contrahatur magnitudini bonitatis ipſius effectûs. Unde patet manifeſtè, ſi alia vita prædicta non eſt, quòd magnitudo bonitatis influentiæ ipſius cauſæ contrahitur falſitati & malitiæ, quod eſt impoſſibile, atque magnitudo bonitatis &c. prædictæ vitæ ſine diſtractione ſuî ab eſſe contracta eſt ad nihilum. Unde ſequitur contradictio manifeſta, quare prædictam vitam neceſſariò oportet eſſe.

5. Quoniam in eo, qui eſt ipſa ſumma cauſa, eſt infinita converſio bonitatis, veritatis &c. ad perſiſtendum, non poteſt eſſe realis contradictio aliquid, & quoniam impoſſibilis eſt realis contradictio, neceſſarium eſt eſſe aliam vitam, de qua quæritur, eò quòd non eſſe illam eſt manifeſta contradictio (ût ſuperiùs multis locis manifeſtum eſt) quòd autem prædicta contradictio ſit realis, patet in hoc, quoniam illa rationalis contradictio eſt realis, quæ ad majoritatem ſuî quàmplures alias implicat contradictiones, & nullam contra ſe includit contradictionem. Hæc autem multas in ſe includit contradictiones, ſicut patet in tertio §. tertiæ regulæ. In hoc tertio modo nec aliquam implicat contra ſe contradictionem realem, quod manifeſtè patet, quemadmodum in contradictione liberi arbitrii & prædeſtinationis, & in contradictionibus aliorum punctorum tranſcendentium ſecundi modi. Quare prædicta contradictio eſt realis & rationalis, quæ nunquam ſtare poteſt, neceſſarium eſt ergo prædictam vitam eſſe.

6. Nihil ſimpliciter non eſt neceſſarium, nec contingens, cùm ſit impoſſibile, nam extra hoc, quòd Deus eſt infinitum neceſſarium neceſſitans omnia, quæ ſunt ratione ſuæ infinitæ neceſſitatis, bonitatis, magnitudinis &c. id eſt ratione ſuæ infinitæ poſitionis eſſendi bonitatis, magnitudinis &c. non poteſt nihil realiter eſſe neceſſarium nec contingens, cùm ſit extra omnem durationem ratione poſitionis, æternitatis, bonitatis &c. Dei, quæ omnes ambit durationes, propter quem ambitum in ea durant omnes durationes. Solum ergo nihil eſt impoſſibile, neceſſarium eſt ergo eſſe alterius vitæ (de qua quæritur) propter infinitam poſitionem eſſendi bonitatis, magnitudinis &c. Dei, qui eſt ipſa ſumma cauſa, ut omne, quod eſt actu, ſit neceſſarium de ſummitate ipſius cauſæ usque ad ultimam infinitatem effectûs, in tantum, quantùm humanus intellectus in prædicta linea ſuam rationem realem extendere poteſt & ultrà, cùm plus ſit in re, quàm in ratione; & hoc manifeſtè patet in oppoſito: quoniam ſi prædicta vita nihil eſt, nihil quidem eſt reale neceſſarium in prædicta linea, quæ eſt de ultima ſummitate, quæ eſt infinita, usque ad ultimam infinitatem effectûs, quod eſt contradictio, & contingens illius neceſſitatis, quæ eſt nihil, habet eſſe videlicet intelligibilis ratio prædictæ vitæ nihil exiſtentis, quod eſt impoſſibile, ergo &c.

7. Procedendo per demonſtrationem æquiparantiæ demonſtrantem neceſſarias conditiones ſummæ cauſæ demonſtratur ipſa cauſa, quæ neceſſariò cauſat aliam vitam immortalem hominum eſſe iſto modo. Inter divinas dignitates non cadit majoritas, nec per conſequens minoritas, nec aliqua contrarietas, ſunt enim in tanta æquiparantia, quòd ſunt unum idem quâlibet earum per mutuam converſionem exiſtente illud idem, aliter non eſſet quælibet earum de ratione ſua infinita, nec per conſequens eſſet Deus, quod falſum eſt. Ergo divina bonitas, ſapientia, voluntas & Juſtitia de neceſſitate ſunt in actibus ſuis æquales. Ergo prædictam vitam, de qua quæritur, oportet eſſe neceſſariò, ut in hominibus æquales habeant ſuos actus, quoniam ſi ipſa vita non eſt, Juſtitia non juſtificat tantùm homines in præſenti vita, quantùm bonitas bonificat illos, & quantùm ſapientia facit eos ſcientes & voluntas diligentes, quod eſt impoſſibile, & ſequitur contradictio, quoniam ſicut Juſtitia & cæteræ dignitates prædictæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dictæ essentialiter in existere convertuntur (ût dictum est) ita similiter & in agere. De necessitate ergo agere Justitiæ Dei est agere bonitatis, sapientiæ & voluntatis Dei. Ergo Justitia Dei tantum & non tantum agit in hominibus, quantum bonitas, sapientia & voluntas & è converso, quod est contradictio, ergo &c. Et sic prædicta æquiparantia est causa prædictæ vitæ perpetuæ. Iterum per æquiparantiam oppositorum contradictoriorum demonstratur hoc idem, quoniam enim bonitas est contraria malitiæ, & veritas falsitati & sic de aliis & è converso, nec est bonitas præter veritatem nec è converso, nec malitia præter falsitatem nec è converso, quia sequeretur contradictio. Unde manifestum est aliam vitam esse necessariam, quoniam aut bonum est eam esse, & malum est eam non esse, & sic ipsa vita est necessariò, ut bonum præter verum non sit malum, & malum præter falsum non sit bonum, quod est contradictio; aut bonum est eam non esse, & malum est eam esse, quod falsum est manifestè, quia hoc non est aliquod bonum, unde multa & summa mala sequuntur, nec est aliquod malum, unde multa & summa bona sequuntur, quia etiam eadem contradictio sequeretur. Iterum per effectum demonstrabitur illud idem, quoniam, ex quo manifestè videmus homines virtutibus justos & vitiis injustos, oportet necessariò, quòd aliqua sit hujus effectûs causa, ne sequatur, quòd nihil causet aliquid, quia sequeretur contradictio, ergo causa hujus effectûs est; manifestum est autem, quòd sine alia vita prædicta non potest esse prædicta causa, quia non sufficeret ipsi effectui, ergo ipsa vita prædicta est.

8. Ratione conjunctionis intellectûs & memoriæ, cùm ipsa imaginatio sit intelligendi instrumentum, habet intellectus naturam consentiendi imaginationi, & quoniam imaginatio non potest apprehendere, quòd homines, cùm sint putrefacti & corrupti secundùm corpus & in confusione primæ materiæ reducti, possint reduci ad vitam, & iterum intellectus, sicut de necessitate apprehendit, quòd aliquid æternum non possit esse non æternum, ita secundùm rationem suam propriam videtur ei, quòd aliquid, quod non fuit æternum, non possit esse æternum seu in perpetuum durans, & sic videtur impossibilis ei prædicta vita hominum immortalis. Sed cùm attingit, quàm magnum bonum est ex parte summæ causæ & ex parte effectûs, prædictam vitam esse, & quàm magnum malum est, eam non esse, & quàm magnum malum esset, æternum posse fieri non æternum, & quòd nullum mallum est, sed potiùs bonum id, quod non fuit æternum, esse æternum, vel id, quod non est æternum seu æviternum, futurum esse æternum, vincitur quidem ratio imaginationis & intellectûs à ratione realitatis, & transcendit intellectus per primum & secundum modum transcendendi, & attingit prædictæ vitæ necessitatem, quam oportet esse necessariò, ut id, quod intellectus secundùm rationem suî & imaginationis attingit non reale, non sit ens reale existens malum & falsum &c. quod est contradictio: & ut id, quod intellectus attingit secundùm rationem realem objecti bonum, magnum, verum &c. non sit malum & nihil in re, sed in ratione tantùm, quod similiter est realis contradictio, ergo necessariò est prædicta vita.

9. Minoritas finis in proportione est impossibilis nihilo æquipollens, nam omnia de summitate primæ causæ usque ad infinitatem effectûs plena sunt, quamvis comparativè sint in majoritate & minoritate finis, & ideo impossibilis est illa minoritas finis seu etiam majoritas in comparatione, quæ non est majoritas finis in proportione. Cùm ergo omnia sint plena de summitate summæ causæ usque ad infima creaturæ ratione majoritatis finis, impossibile est non esse aliam vitam hominum immortalem, quoniam ad non esse illius sequitur vacuum, seu minoritas finis in proportione in esse, eò quòd non est ipsum medium proportionatum, per quod creatura existens in minoritate finis comparativè consequatur suam ultimam majoritatem finis comparativam, qui est in sempiternum frui Deo, & per quod Deus existens in summa majoritate finis in comparatione utatur majoritate finis in comparatione, videlicet homine immortali existente in majoritate finis in comparatione ad hominem mortalem. Hoc autem est impossibile ipsi summæ causæ & ipsi effectui, quoniam sic esset neuter istorum in sua ultima majoritate finis proportionativè, ita quòd majoritas finis in proportione esset nihil, & sic esset impossibilis: & per consequens esset id, quod minoritas in proportione, quod est contradictio, ac etiam majoritas finis comparativè scilicet causæ, & minoritas ejusdem finis in comparatione scilicet

(c) 2006 Ministerio de Cultura

scilicet effectus essent minoritas finis in proportione, quod est impossibile, ût dictum. Ergo de necessitate est alia vita hominum immortalis.

DE
SEPTIMA QUÆSTIONE.
SIGNIFICATA PER H.

Quæritur. Quomodo sensus attingit?

De primo solutionis modo per primam Distinctionem.

1. HAbemus considerare primò modum attingendi sensûs per diffinitiones principiorum hujus artis. Et primò per bonitatem procedimus isto modo. Sensus est quoddam esse bonum, cujus bonitas in plures influit bonitates, ut ipsa sit id, ratione cujus bonum agit multipliciter bonum, videlicet videndo audiendo &c. Cùm ista sint agere bona procedentia ex bonis existere scilicet ex visu, auditu &c. quorum bonitates ex una communi bonitate constant sensitiva & sensibili in ipsis scilicet in auditu, visu &c. quæ cum ratione unius boni sensûs secundùm sua propria organa existentia media sentiendi tanguntur ab exteriori bonitate &c. tunc sensus diversimodè percussus diversimodè sentit. Nam cùm tangitur à bonitate coloris, videndo quidem sentit, & cùm tangitur à bonitate soni, audiendo etiam sentit, & cùm tangitur à bonitate odoris, olfando similiter sentit & sic de aliis, hoc habet fieri, quia ipsa bonitas in bonificativum & bonificabile proprium distincta scil. in sensitivum & sensibile proprium, bonificat quidem ipsum bonificativum sub ratione sensandi suum proprium bonificabile sensibile, & quoniam ipsa bonitas extensè per conjunctionem unitur bonitati vegetali, & ibi bonitati elementali, invenit quidem in suo proprio bonificabili sensibili remotum bonificabile sensibile, & quicquid participat cum illo remoto, & habet illud cum suis participantibus bonificando sentire, cùm bonificando sentit suum proprium sensibile bonificabile, & tunc vegetativum & elementativum ad suas proprias materias moventur, invenientes eas in nobiliori bonitate ratione prædictæ bonificationis. Et per concordantiam vegetativum & elementativum cum sensitivo concurrunt ad sensandum vegetando & elementando per totum subjectum animalis; & quoniam ita est, quòd elementa extra subjectum animalis per lineam continuam cum interioribus elementis sensatis participant, sensantur quidem in interioribus exteriora in prædicta linea, & sic sensus reflectens se super sua propria organa cum vegetatione in elementis interioribus sensat exteriora, sentiens ea, quæ illis exterioribus participant, sicut colores, motus, passiones, &c. hujusmodi. Et isto modo bonitas sensûs distincta & cum diversis bonitatibus unita est id, ratione cujus bonum distinctum & cum diversis bonitatibus unitum agit distinctè bonum cum diversis agere bonis unitum, & hoc est valde bonum esse sic constitutum de intimis per plenam lineam usque ad exteriora.

2. Sicut hîc de bonitate dictum est, ita est in animali magnitudo sensûs distincta & cum diversis magnitudinibus unita, ut ipsa bonitas, duratio &c. animalis sint magnæ, in tantum, quòd ipsa magnitudo sic distincta & unita omnes extremitates existentiæ & agentiæ animalis ambiendo attingat, & sic ipsum sensitivum ratione suæ magnificativitatis & magnificabilitatis sui sensibilis proprii & suorum participantium sensat totum subjectum animalis, & sensando illud attingit exteriora per proprios & determinatos meatus continua cum interioribus sensatis. Quod habet fieri ratione proportionis & concordantiæ magnitudinis interioris & magnitudinis exterioris, videlicet ratione sensitivitatis magnitudinis interioris & sensibilitatis magnitudinis exterioris, ut sit una magnitudo continua, ambiens omnes extremitates essendi & agendi per totum medium de intrà extrà.

3. Duratio animalis est ipsa proprietas, per quam bonitas magnitudo, &c. sensûs in bonitate magnitudine &c. visûs, auditûs &c. & per quam bonitas magnitudo &c. vegetabilitatis in bonitate &c. appetitûs retentionis &c. & per quam bonitas magnitudo &c. elementalis in igne & aëre &c. durant in ipso animali, ût in Leone, equo &c. ita quòd ipse sensus influens intensè durationem primorum suorum principiorum in sensus particulares, influit extensè durationem suam ad durationem eorum, quæ unitè conjuncta sunt eisdem. Similiter & potentia vegetalis retinendo in se prædictam durationem infundens intensè durationem suam suis distinctis potentiis, influit quidem eas extensè du-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

durationi elementalis potentiæ eisdem unitè conjunctæ; similiter & ipsa elementalis potentia conjuncta prædictam durationem induta influit durationem suam intensam cum illa duratione extensa durationi ignis aëris &c. qui scilicet ignis, aër &c. fluentes per lineam continuam de intrà extrà, ut refluendo de extrà vivificentur intrà, per proprios quidem meatus, videlicet per determinata organa naturalia influunt extrà prædictam durationem receptam, ut de extrà durationem recipiant, quæ per prædicta media influentiæ refluit per lineam continuam usque ad propriam sensûs durationem; ita quòd de diversis durationibus constat intensè & extensè una duratio animalis de extrà usque ad intima sensûs, ut per eam durent bonitas, magnitudo &c. in diversitate & unitate de extrà usque ad intima totius animalis.

4. Potestas sensitivitatis sensûs est illud, per quod bonitas &c. sensûs possunt existere & agere super remotas sensibilitates scilicet coloris sonûs &c. & potestas sensibilitatis ipsius sensûs est id, per quod bonitas & cæteræ sensûs possunt existere & pati in se remotas sensibilitates, quoniam sicut potestas remotæ sensibilitatis est id, per quod bonitas &c. remotæ sensibilitatis possunt existere & tangere per proprios meatus seu organa bonitatem, magnitudinem &c. sensûs in propria sensibilitate illius, ita potestas sensitivitatis ipsius sensûs est id, per quod bonitas &c. ipsius sensitivitatis possunt existere & sentire sensibile illius sensibilitatis in propria sensibilitate sua, ita quòd de potestate istarum & illarum constat una potestas, per quam bonitas magnitudo &c. instinguendi seu concipiendi sensualiter existere possunt.

5. Sicut sapientia est proprietas, ratione cujus sapiens intelligit, sic sentientia est proprietas, ratione cujus sentiens sentit, & ideo sentientia est principium in sentiente sentire sensibili extensum, ut extensitas sensûs non sit vacua, nec sine principiis suis intensis, idcirco sensus ratione sui sensitivi sentit actu ipso sensitivo influente sentire ex sensibili suo materialiter, & ex se ipso formaliter ad sensibile remotum, & de sensitivitate sensitivi & sensibilitate utriusque sensibilis constat unum sensitum actu permanente ipso sensibili cum suo sensitivo semper uno sensu scilicet una potentia sentiendi, & hoc modo sensus sensibile objectum attingit.

6. Sicut voluntas est proprietas, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. sunt desiderabiles, & perquam suppositum bonum, magnum &c. est volens, sic sensus est id, per quod bonitas magnitudo &c. rerum sensualium sunt sensibiles, & per quod suppositum bonum magnum &c. est sentiens videlicet animal, & quemadmodum voluntas in conjuncto videlicet in homine ratione inferiorum essentiarum per conjunctionem sibi unitarum habet velle sive nolle, ita sensus in animali ratione inferiorum essentiarum per conjunctionem sibi unitarum habet sentire, nam sicut ab homine procedit velle sive nolle sentiens ad objectum sensibile, ita à Leone vel equo procedit sentire appetens ratione vegetativæ & sub sentire procedit appetere ratione calefaciendi, humefaciendi &c. hujusmodi.

7. Cùm virtus sit origo unionis bonitatis &c. & sit intensa & extensa in sensu, ratione quidem intensitatis est ipsa origo unionis, bonitatis, magnitndinis &c. visûs, & bonitatis & magnitudinis &c. auditûs, & sic de aliis hujusmodi uno sensu, ratione verò extensitatis est origo unionis bonitatis, magnitudinis, &c. sensûs & bonitatis & magnitudinis &c. vegetativæ &c. in uno animali, ut per unam virtutem elementando & vegetando sentientem, constantem intensè & extensè ex pluribus virtutibus animal sentiat ipsâ virtute influente de se in bonitatem &c. virtutem sentientem ad sensibile virtutem objecti exteriùs, ut ex istis duabus virtutibus sit una virtus existens origo unionis, bonitatis, magnitudinis &c. unius sensualis instinctionis seu conceptûs animalis.

8. Veritas sensûs est id, quod est verum de bonitate, magnitudine visûs, auditûs &c. & verificare sensûs est id, quod est verum de bonificare, magnificare &c. videndi, audiendi &c. eò quòd veritas sensitivi est id, quod est verum de bonificativo, magnificativo &c. sensuali super ipsas veritates sensibiles, quæ sunt ea, quæ sunt vera de bonitate &c. coloris, soni, odoris &c. in propinqua veritate propinqui sensibilis, quæ unà cum veritate ipsius sensitivi est id, quod est verum de bonitate &c. sensûs. Hoc autem ita esse oportet, ut de sensuali veritate activa & passiva animalis & de sensuali veritate exterioris objecti una fluat veritas, quæ est id, quod est verum de bonitate, magnitudine &c. sensualis instinctionis. Est autem ista veritas sensûs per conjunctionem unita cum totâ veritate vegetali & cum totâ veritate elemen-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mentali alicujus animalis, ut de pluribus diverſis veritatibus conſtet una continua veritas usque ad ſenſibilem veritatem objecti, exiſtens ipſa veritas, quæ eſt id, quod eſt verum de tota bonitate, magnitudine &c. totius ipſius animalis ſentientis.

9. Dum ita eſt, quòd bonitates, magnitudines &c. elementorum per mutuam concordantiam benè ſimul conquieſcunt in animali, ut quieſcant in bonitate, magnitudine &c. vegetationis viventibus de illis, tunc quieſcit bonitas &c. vegetationis in bonitate ſenſûs. Et ideo, quia in ipſo animali principia inferioris eſſentiæ per mutuam quietem & pacem delectantur eſſe in principiis ſuperioris eſſentiæ uniendo ſe cum illis, ut à labore continuæ contrarietatis & corruptionis multùm diſtare poſſint, oritur quidem in ipſo animali una delectatio continua de inferiori eſſentia animalis usque ad ſuperiorem, quæ eſt ſenſus ejus, & de ſenſu fluit ad objectum ſenſibile per medium ſenſatum continuum ipſi objecto, ut iterum refluat delectatio ab ipſo objecto ad ſenſum; & ſenſata & unita in illo cum prædicta delectatione fluentis refluit de duabus delectationibus una delectatio usque ad inferiorem eſſentiam, ut iterum fluat prima delectatio ſicut prius, ſunt autem iſti ſcilicet fluxus & refluxus delectationis ſimul & ſemel continuè in ipſo animali, & hæc eſt ipſa delectatio, cui tota bonitas, magnitudo &c. animalis acquieſcit. Et cum hæc delectatio abeſſe incipit in animali, incipit adeſſe pœna, quæ eſt ceſſatio prædicti fluxûs & prædicti refluxûs in ipſo animali, quia bonitates &c. elementorum in inferiori eſſentia animalis propter mutuam contrarietatem incipiunt mutuè disquieſcere ſibi ipſis, & per conſequens principiis ſuperioribus vegetationis, & principia vegetationis principiis ſenſûs, & principia ſenſûs principiis objecti exteriùs, & ſic incipit ceſſari refluxus delectationis exterioris, ſicut patet in guſtu infirmo, qui dulcedini exteriori non acquieſcit, & ſic de tactu & cæteris hujusmodi.

10. Quoniam ita eſt, quòd in omni ſubſtantiâ & accidente differentia eſt id, per quod bonitas magnitudo &c. ſunt inconfuſæ, idcirco ſenſus in animali eſt realiter de bonitate, magnitudine &c. in ſe ſenſitivis & ſenſibilibus inconfuſè conſtitutus, & objectum ſenſibile eſt realiter de bonitate, magnitudine &c. extra ſe ſenſibilibus conſtitutum, & ideo rationes inconfuſæ ſeu principia utriusque partis habent conditionem conſtituendi inconfusè unum ſenſitum de principiis inconfuſis utriusque partis videlicet ſensûs & objecti ſenſibilis in hoc, quia in utroque eſt ſenſibilitas, ita quòd ſenſibilitas iſtius & ſenſibilitas illius non repugnant eſſe inconfusè una ſenſibilitas, & in hoc, quòd intrinſecitas ſenſibilitatis iſtius eſt extrinſecitas ſenſibilitatis illius, ipſis ſenſibilitatibus exiſtentibus diverſis, quod eſſet impoſſibile, niſi eſſet proportionatum medium, per quod ſentire ipſius ſenſitivi conſtitutum inconfusè de bonificare, magnificare &c. ſenſualibus attingeret ipſam ſenſibilitatem remotam in propria ſenſibilitate ipſius ſenſitivi, & ratione iſtarum inconfuſionum attingit ipſe ſenſus objectum ſuum inconfusè videlicet ſpecificè, quoad bonitatem, magnitudinem &c.

11. Concordantia, de qua ſenſus cum aliis principiis eſt conſtitutus, eſt id, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. ſensûs in uno communi ſenſu & in pluribus particularibus ſenſibus, ût in viſu, auditu &c. concordant, ita quòd de pluribus ſenſibus conſtat unus ſenſus exiſtens in pluribus ſenſibus diſtinctus, eò quòd exiſtens unus influit ſeipſum auditivè, quoad auditum, & viſivè, quoad viſum &c. ita quòd viſus, auditus &c. ſecundùm bonitatem, magnitudinem &c. quam diſtinctè per concordantiam recipiunt, habent diverſimodè penitus objecta ſenſibilia exteriùs attingere, videlicet iſte auditivè, ille verò viſivè, & ſic de aliis hujusmodi; Et quoniam ita eſt, quòd ſenſus ratione concordantiæ principiorum ſuorum in uno & in pluribus conſtat unus in pluribus ſenſibus, & quoniam ſimiliter vegetativa potentia ratione concordantiæ ſuorum principiorum in uno & in pluribus conſtat una in pluribus ſcilicet in appetitiva, retentiva &c. & ſic ſimiliter de elementali potentia, eſt ideo hæc natura in animali, videlicet, quòd de diverſitate prædictarum eſſentiarum animalis fit una concordantia, quæ eſt id, ratione cujus una ſubſtantia animalis in pluribus eſſentiis conſtat continuata de totis illis eſſentiis; Et idcirco dum aliquis particularium ſenſuum ab objecto ſuo tangitur, continuatur quidem illud tangere de illo ſenſu usque ad ultimum cujuslibet eſſentiæ, quia de totis illis parte exiſtente in parte continuatur unum totum, quod eſt ſubſtantia animalis, quemadmodum ſi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in pertica vel trabę longa jacente fiat percussio in capite uno, venit quidem fremitus videlicet motus partis in parte usque ad aliud caput, & ibidem audiri potest.

12. Dum ita est, quòd in elementali potentia dominatur contrarietas elementorum propter mutuam resistentiam, quam habent elementa propter diversos fines, non est obediens elementalis potentia potentiæ vegetali, nec vegetalis potentia potentiæ sensuali, nec potentia sensualis suo objecto, quod patet in infirmo, cujus gustus resistit dulcedini objecti sui, sic resistit finis contrarietatis in animali fini concordantiæ, ratione cujus resistentiæ sensitivum in suo proprio sensibili sibi contrario resistit sensibilitati objecti sentiente infirmo frigiditatem pro caliditate, & fætorem pro odore, & amaritudinem pro dulcedine. Advenit etiam contrarietas ipsis sensibus ab extrinseco, cùm advenit obliquitas ipsi medio, quod est inter sensum & objectum suum, sicut patet, dum aliquis per visum rectitudinem faciei suæ vult attingere in facie eidem simili existente in speculo, quoniam si speculum est obliquum, obliquitas quidem speculi unitur faciei, quæ est in speculo, quam visus ob hoc obliquam attingit, & sic homo videndo per medium obliquum obliquitatem pro rectitudine faciei suæ attingit. Hoc etiam similiter fit in auditu: quoniam dum aliquis audit à longè sonum existentem continuè eâdem magnitudine, si ita sit, quòd aër intermedius ventosus fuerit, audietur quidem sonus elevari & deprimi, qui in rei veritate in subjecto suo eâdem magnitudine consistit, & sic recipit auditus elevationem & depressionem soni pro eadem magnitudine illius.

13. Cùm bonitas magnitudo &c. sint generaliter principia se habentia ad omnia, ergò sensus de bonitate, magnitudine &c. principiatus est, quæ sunt similitudines Dei, venientes dupliciter, scilicet formaliter & materialiter ad constitutionem unius finis, qui est ipse sensus, & sic sensus in duobus principiis constat distinctus, scilicet in sensitivo & sensibili constitutis in radice de eadem bonitate, de eadem magnitudine &c. ut ipsum sensitivum & sensibile eundem sensum constituentes ratione suæ identitatis radicalis, quam habent & distinctum & particulatum in diversos sensus ratione diversorum finium, ad quos prædicta principia tendunt, potentialiter & habitualiter faciant ipsum sensum producere de se ipso prædictos diversos fines ad actus distinctos bonitatis, magnitudinis &c. qui sunt videre, audire &c. hujusmodi. Omnium autem istorum principiorum est subjectum animal, quod de omnibus illis principiis diversarum essentiarum, de quibus constitutum est, influit ratione concordantiæ eorum prædictos actus. Nam ex hoc, quòd in animali bonitas &c. sensûs, & bonitas &c. vegetationis, & bonitas &c. elementorum concurrunt in ratione prioris fundamenti ad unum animal, concurrunt quidem elementativum & vegetativum & sensitivum ad unum animalitivum, & elementabile, vegetabile & sensibile ad unum animabile, de quibus constat unum animal. Quocirca dum prædicti actus ab animali procedunt, ex omnium quidem principiorum prædictorum beneficio sub dominio sensûs fluunt.

14. Bonitas, magnitudo &c. quæ sunt radicalia principia sensûs, sic habent esse in ipso sensu, quòd bonitas est medium inter bonificativum & bonificabile, per quod bonificativum influit activè ad bonificabile, & per quod bonificabile passivè refluit ad bonificativum, & sic de magnitudine & magnificativo & magnificabili & sic de aliis, & concordantia, quæ est inter bonitatem, magnitudinem &c. essendi unum scilicet una sensuitas est medium, per quod bonitas influit ad magnitudinem & è converso, & per quod magnitudo refluit ad bonitatem & è converso, & sic de omnibus aliis principiis in ipso sensu, quæ siquidem influentia facit bonificativum, magnificativum &c. esse unum sensitivum &c. & quæ videlicet refluentia facit bonificabile, magnificabile &c. esse unum sensibile, inter quæ scilicet sensitivum & sensibile sensuitas de bonitate & magnitudine &c. constituta est medium naturam utriusque scilicet sensitivi & sensibilis sapiens, per quod sensitivum influit ad sensibile activè, & per quod sensibile refluit ad sensitivum passivè, qui siquidem fluxus & refluxus est unus motus mutuus activè & passivè ab utroque procedens tanquam finis finalis ipsius sensitivi & sensibilis, qui siquidem motus est sentire, cujus medium est unum sensatum de sensitivo & sensibili constitutum, quod scilicet sensatum naturam sapit sentiendi & naturam sensitivi & sensibilis, cùm de illis sit constitutum.

15. Principia sensûs, sicut dictum est de termino in terminum, & de fine in finem, activè

(c) 2006 Ministerio de Cultura

activè & paſſivè diſtincta uniuntur & demum ad iſtum finem, qui eſt ſentire, conquieſcunt; finis igitur ſensûs eſt ſentire, cui principia ſensûs diſtinctè unita activè & paſſivè conquieſcunt: qualia igitur ſunt principia, talem oportet eſſe eorum finem & è converſo, & qualia ſunt principia & finis eorum, tale neceſſarium eſt eſſe medium; ſed ipſa principia eadem ſunt in uno communi ſenſu, quod eſt eorum medium, & diverſa in ſenſibus particularibus, ſcilicet in viſu, auditu &c. ergo ipſe ſenſus communis idem exiſtens in ſe ipſo diverſificatur in ipſos particulares ſenſus, & ipſi ſenſus exiſtentes diverſi in ſe ipſis exiſtunt ipſe idem communis ſenſus, ut de uno communi ſenſu procedat unus finis ſcilicet unum ſentire diverſum in diverſis ſentire, cui ſcilicet uno ſentire identitas ſuorum principiorum & ſui medii in ſentire diverſis acquieſcit, & in quibus etiam diverſis ſentire diverſitas eorundem principiorum & ſui medii uno eodem communi ſentire quieſcit.

16. Ratione majoritatis ſuæ habet ſenſus imaginem magnitudinis immenſitatis, bonitatis, æternitatis &c. Nam quemadmodum Deus ratione magnitudinis, immenſitatis ſuæ bonitatis intra ſe ſubſtantialiter quoad ſe, & extra ſe accidentaliter quoad creata ambit omne ens attingendo penitus, ſic ſenſus ratione imaginis, in quantum poteſt, ſimilatur Deo ratione majoritatis ſuæ, eò quòd ſenſitivum ratione magnitudinis ſuæ bonitatis &c. ſubſtantialiter ambit totum ſuum ſenſibile proprium agendo, & ipſum ſenſibile ſubſtantialiter ipſum ſenſitivum patiendo. Et quoniam ipſum ſenſibile proprium ratione majoritatis ſuæ bonitatis habet naturam eſſendi totum à prædominio cum toto vegetabili & toto ſenſibili idem animabile totum ambiens, igitur ſenſitivum totum ſuum proprium ſenſibile agendo ambit per conſequens ratione majoritatis ſuæ vegetabile & elementabile in ſuo proprio ſenſibili agendo, & ita ſenſat illa, itaque vegetativum & elementativum appetentes majoritatem ſenſitivi, quia majorem habent formalitatem in eo, quàm in ſe ipſis ſubſtantialiter, non reſiſtunt ratione ſubſtantialis majoritatis eorum ipſi ſenſitivo in ſuis propriis materiis antedictis, ſed appetunt eſſe cum illo idem animalitivum ſub dominio ipſius ſenſitivi, ut eorum magnitudo ratione beneficii ſenſitivi magìs ambiat agendo ſuas proprias materias, & materiæ illorum è converſo patiendo. Itaque una majoritas animalis de diverſis majoritatibus activè & paſſivè ſecundùm ſubſtantiam conſtituta ambit agendo patiendo totam ſubſtantiam animalis elementando & vegetando ſub ſentire ſubſtantiali: Et ulteriùs ratione magnitudinis ſuæ bonitatis &c. extenditur diverſificando ſe ad ambiendum diverſas majoritates extrinſecarum ſenſibilitatum tangendo, guſtando &c. ut ad imaginem magnitudinis Dei, ſicut nec ipſa intra ſe ipſam conſiſtit otioſa ſubſtantialiter, ita nec extra ſe accidentaliter, ne convertatur in minoritatem & diſſimilitudinem Dei per lineam continuam.

17. Septima diffinitio modum denotat, ſecundùm quem ſenſus in æqualitate ſeu per æqualitatem attingit ſive ſubſtantialiter ſive accidentaliter, nam ſenſus communis coæquat principia ſua ſive compaſativè ſive proportionaliter ſcilicet bonitatem ſubſtantialem coæquatam cum magnitudine &c. ſubſtantiali & è converſo, quæ conſtituunt in ſubſtantiali ſubjecto ſubſtantiale ſenſitivum & ſubſtantiale ſenſibile, ut potentia ſive ſenſus ſit pars ſubſtantialis conjuncti, quoad viſum, auditum &c. & hæc æqualitas ſic ambiens & diffuſa ſenſum communem de ſe conſtituit & ad æqualitates ſubſtantiales eſſentiæ vegetabilis & eſſentiæ elementabilis transmittit conjungendo eas ſecum & ſenſando ipſas, ut earundem accidentia cum ſuis ſenſibus particularibus attingere poſſit, quæ ſunt ſonus, color figura, ſapor &c. hujusmodi, & ſic per accidens potentiæ attingunt per æqualitatem accidentalem aliam æqualitatum cum alia, ſicut inter quantitatem intenſam & extenſam, inter actionem & paſſionem &c. hujusmodi; hæc autem omnia ſic habent eſſe in æqualitate prædicta, ut finis concordantiæ, bonitatis, magnitudinis &c. ſensûs & aliarum ſecum unitarum quieſcere poſſint.

18. Cùm minoritas ſit ens circa nihilum, attingit quidem ſenſus de minoritatibus ſuis alias minoritates, quemadmodum viſus de minoritate lucis ſuæ proportionata ad minoritatem lucis exterioris attingit de nocte coloratum & quemadmodum guſtus infirmus de minoritate cauſata ſibi ab infirmitate attingit guſtabile, & quemadmodum & ſenſus communis de minoritate ſua ſenſat elementatum ſibi conjunctum, de majoritate verò ſua vegetativum ſibi con-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

junctum. Elementatum quidem ratione finis bonitatis &c. est magis circa nihilum; quàm vegetatum, cùm elementatum sit propter vegetatum, non autem è converso.

De secundo Probationis modo.

1. PRima conditio potestatis virtutis est, *quòd virtus potestatis consistit in virtute possendi & verificandi.* Unde innuitur, quòd sensus ratione possendi & verificandi in virtute suæ potestatis & veritatis attingit, eò quòd potestas ipsius sensûs habet virtutem possendi & veritas ejus virtutem verificandi, & eò quòd virtus & veritas ipsius sensûs ratione potestatis possunt existere in bonitate & magnitudine &c. & agere de bonitate magnitudine &c. cùm virtus in ipso sensu sit origo unionis existentiæ & agentiæ bonitatis & existentiæ & agentiæ magnitudinis &c. in existentia & agentia potestatis & veritatis ipsius sensûs; & sic ratione prædictæ conditionis patet, quomodo sensus existendo attingit, nam sicut anima movet corpus ad per se movendum, sic virtus sensûs movet potestatem in veritate & è converso ad per se attingendum.

2. *Cùm virtus potestatis ex distinctione potentiæ, habitûs & actûs infundatur,* (ût vult tertia conditio potestatis virtutis) innuitur, quòd sensus ratione potestatis virtutis & distinctionis suæ attingit per potentiam, habitum & actum, nam sensus communis infundendo redundare facit virtutem suam per suas potentias particulares: ita quòd quilibet sensus particularis existens sui universalis sensûs potentia habet sentire suum potentialiter, dum ratione illius virtutis eidem infusæ non sentit. Hanc autem virtutem non potest recipere, nisi objectum ipsius sensûs sit sensibile, hâc sensibilitate existente actu in objecto. Habitus verò sentiendi in sensu consistit actu, in tantò, quòd sensus communis infundendo virtutem suam suis sensibus particularibus distinguit illam secundùm differentiam illam, ratione cujus ipsi, quoad bonitatem, quoad magnitudinem &c. permanent distincti, & distinctam infundit eam per potentiam ratione materiæ, ut attingendi sensus particularis habeat potestatem, & per habitum ratione formæ, ut ipse sensus particularis possit per se formaliter attingere. Itaque sensus aptus natus est attingere suum objectum, & cum fit obviatio mutua virtutum sensûs & virtutum objecti sui, infunditur quidem ex utraque parte actus attingendi.

3. Quinta conditio potestatis virtutis vult *impossibile esse, quòd potestas & virtus sint oppositæ*, quocirca significatur, quòd impossibile est potestatem & virtutem attingendi sensûs esse oppositæ, ergo per oppositum hujus impossibilitatis attingit sensus scilicet per concordantiam ipsius virtutis & potestatis sensûs. Nam sicut visus ratione concordantiæ lucis attingit coloratum, ita similiter attingit illud ratione concordantiæ potestatis & virtutis sui. Itaque existit hæc concordantia modus, per quem ipsa potentia particularis attingit & etiam concordantia potestatis & virtutis objecti, resultante de his duabus concordantiis unâ concordantiâ, per quam sensus est attingens & objectum attinctum.

4. *Virtus est potestatis instrumentum & è converso, per quod manuducitur principium ad finem* (ût vult octava conditio potestatis virtutis) itaque ratione hujus instrumenti, quod est potestas sensûs & virtus ejus, attingit ipse sensus: nam ex hoc, quòd potestas ratione virtutis & è converso est instrumentum seu medium, per quod principiativum videlicet sensitivum venit ad finem sentiendi objectum suum, & per quod principiabile remotum scilicet objectum venit ad finem sentiendi ab objecto, manuducuntur quidem sensus & objectum à prædicto instrumento, quod est potestas & virtus utriusque partis, ad finem attingendi.

5. *Eò quòd forma potestatis in forma veritatis consistit* (ût vult quinta conditio potestatis veritatis) significatur potestatem sensûs esse formam sentientem in vero ratione potestatis, & veritatem ipsius sensûs esse formam sentientem in posse ratione veritatis; aliter enim esset impossibile, quòd potestas ût forma posset esse in veritate & è converso. Ergo quoniam ita est de necessitate, quòd in forma potestatis sensûs stat forma veritatis ipsius sensûs & è converso, attingit ipse sensus per modum existendi suæ formæ potestatis in forma veritatis suæ & è converso. Formarum igitur ipsius sensûs aliâ existente in alia habet attingere sensus, quod siquidem attingere est intimum, unde extremum oritur attingere, quod est sentire objecta.

6. *Cùm finis potestatis sit in fine veritatis &*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tis & è converſo (ſecundùm quòd vult ſeptima conditio poteſtatis veritatis) eſt quidem finis poteſtatis ſenſûs in fine veritatis ejus, nam cùm hoc ſit veritas poteſtatem ſenſûs eſſe, ut ipſe ratione illius poteſtatis attingat, & cùm hoc ſit poteſtas veritatem ſenſûs eſſe, ut ipſe ratione veritatis attingat, ut igitur poteſtas ipſius ſenſûs ſuum finem habeat in veritate illius & è converſo, attingit ipſe ſenſus tali modo, quòd poteſtas & veritas ejus habent prædictum mutuum finem in ſe ipſis. Et ſicut poteſtas ſenſûs tranſit ad finem veritatis ſenſûs, ut in illo fine quieſcat, & veritas ejus è converſo ad finem illius poteſtatis, ut ſimiliter in eo quieſcat, fine utriusque exiſtente eodem, ſic tranſit poteſtas ſenſûs exiſtens in veritate ſenſûs ad veritatem objecti exiſtentem in poteſtate ipſius objecti, ut in illa quieſcat, & veritas ſenſûs exiſtens in poteſtate ipſius ſenſûs ad poteſtatem objecti exiſtentem in veritate ipſius objecti, ut in illa quieſcat.

7. *Poteſtas & veritas cum majoritate impugnantes minoritatem* denotant in octava conditione poteſtatis veritatis, quòd poteſtas & veritas ſenſûs cum majoritate ſua minoritatem attinctionis impugnant, cùm illa minoritas ſit earum oppoſitum, exiſtens privationi poteſtatis & veritatis ſenſûs propinqua, & ideo, quia majoritas, poteſt adverſus minoritatem & non è converſo, devincitur à majoritate minoritas, & prævalet majoritas in poteſtate & veritate attingendi ſenſûs, & exiſtente ipſo ſenſu de pluribus talibus majoritatibus ſuorum principiorum conſtituto, tranſit quidem cum omnibus illis majoritatibus ad objectum ſuum, cùm ſe offert ad illud ſumendum: & quoniam ipſum objectum eſt attingibile ipſi ſenſui, privant poteſtas & veritas ipſius objecti cum majoritate ſua attingibilitatem ipſius, quæ cum minoritate poteſtatis & veritatis ſe defendit, ſed prævalet majoritas in objecto, & devincitur minoritas in eo, & tranſit ſenſus ad objectum ſuum, poteſtate attingente poteſtatem, & veritate veritatem, & majoritate majoritatem.

8. *Veritas per virtutem ſuam contradicit falſitati* (ût vult quarta conditio virtutis & veritatis) cùm ergo abſentia attinctionis ſenſûs concordet ipſi non eſſe, & non eſſe falſitati, cotradicit quidem veritas ſenſûs per virtutem ſuam abſentiæ attinctionis, ut objecti veritas poſſit attingi: itaque veritate ipſius ſenſûs movente virtutem ſuam ad attingendum attingit ſenſus, & ſicut mens humana in ſono violæ notam informat, ut illum ſonum ſic informatum auditus attingat, ſic veritas ſenſûs informat in vero virtutem ſuam attingendi, ut illud verum ſenſûs ſic ſenſitivè informatum tranſeat ad verum objecti, in quo virtus ipſius objecti à ſua veritate attingibiliter informatur. Itaque ipſis formis interioribus & in eisdem attinguntur formæ exteriores in objecto attingibili exiſtentes.

9. Secundùm quintam conditionem virtutis & veritatis *ens verum formificat de virtute infuſa bonitati, magnitudini &c.* Unde cùm ſenſus ſit ens verum aptum natum attingere, habet quidem attingendo formificare, ſeu formificando attingere de virtute attingendi infuſa ſuæ bonitati, magnitudini &c. ut uniformiter concurrant omnes ad objectum ipſius ſenſûs depurantes ab informitate lineam ſuam de ipſismet conſtitutam contrahendo illam ad formitatem, & hoc modo ſenſus habet virtutem attingendi veritatem objecti ſui. Veruntamen accidit aliquoties, quòd veritas ratione veri de virtute ſua bonitati &c. infuſa formificare non poteſt, nec per rectam lineam conſtruere formam attingendi, & tunc impedita eſt attinctio ſenſûs aliquibus partibus ei accidentaliter reſiſtentibus, quod verò accidit ratione rebellionis ſecretorum objecti aut ratione corruptionis aliquarum partium ſenſûs, ût in viſu, in quo deficiente extrinſeca luce deficit ei ſua lux intrinſeca & è converſo.

10. Sexta conditio virtutis & veritatis eſt, *quòd in conjuncto virtus & veritas bonitatis, magnitudinis &c. conjunguntur.* Quocirca ſignificatur, quòd virtus & veritas ſenſûs tranſeuntes per bonitatem, magnitudinem &c. durationem &c. ſenſûs, implicant ipſum ſenſum eſſe verum & eundem exiſtentem verum eſſe virtuoſum, ut ipſa virtus & ipſa veritas bonitatis &c. ſenſûs conjungantur in ſenſu de illis principiis conjuncto. Itaque ſenſus exiſtens virtuoſus & verus conſtitutus eſt de omnibus virtutibus & veritatibus ſuis in ſuam bonitatem &c. diffuſis & in unam ſenſûs virtutem communem conjunctis, & ſic de virtuoſo & vero bono magno &c.: cum omnibus his prædictis ſenſus conjunctus ſeu unitus eſt aptus natus attingere objectum ſuum ſecundùm eosdem modos prædictos, quibus conjunctus eſt; nam ſicut ipſe ſenſus ratione eorum, quæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quæ dicta sunt, est sensosus, id est, sensuitate plenus, sic similiter objectum illius de suis principiis similibus modis conjunctus est attinctiosus, id est, attingibilitate plenus.

11. Nona conditio virtutis & veritatis vult *virtutem & veritatem coæquari existente virtute id, per quòd potentia naturam habet agendi.* Unde significatur modus attingendi sensûs, nam ex hoc, quòd virtus & veritas sensûs in diffinitione sua sunt æquales & hoc in tanto, quòd sicut veritas est id, quod est verum de bonitate magnitudine &c. sensûs, ita etiam est id, quod oritur de illâmet bonitate &c. ut ipsæ sint unum verum sensûs ratione veritatis sensûs, sicut sunt unum virtuosum sensûs ratione virtutis sensûs, & sicut sunt unum bonum sensûs ratione bonitatis sensûs, itaque in connexione virtuosi veri boni &c. ex prædictis principiis & in existendo unum sensum communem ex omnibus illis principiis constitutum, infundit quidem ipse sensus se ipsum reflectens se unà cum his principiis, de quibus constituitur, super suas particulares potentias, infundens eis talem modum virtutis & veritatis attingendi objecta, qualem habet existendi, ut dictum est.

12. *Concordantia ratione virtutis contradicit vitio* (sicut vult prima conditio virtutis concordantiæ) cùm ergo sensus communis de pluribus principiis concordantiæ scilicet de bonitate magnitudine &c. sit constitutus, omnibus illis principiis concordativè concurrentibus ad constituendum ipsum sensum virtuosum & concordantibus ad attingendum sine cessatione virtutis, quæ est vitium, quemadmodum elementa ad constituendum elementatum concurrunt concordativè, non cessantia ratione virtutis concordantiæ, attingit quidem ipse sensus in tanta concordantia principiorum ratione virtutis, quòd ipsa virtus ratione istius concordantiæ est incessans, cujus cessatio est vitium & subjecti corrruptio: & sicut virtus elementalis distinguitur in eodem subjecto in choleram, sanguinem, phlegma & melancholiam, quod est ratione concordantiæ bonitatis magnitudinis elementalium concordantium se eodem modo distingui; ita ipse communis sensus in eodem subjecto animalis in particulares potentias se distinguit, aliâ quidem illarum attingente sub visione, aliâ verò sub auditione &c. hujusmodi: & ad istas concurrunt virtus ratione concordantiæ bonitatis &c. contra vitium, & concordantia ratione virtutis bonitatis &c. contra contrarietatem, quæ scilicet vitium & contrarietas sunt non virtuositas & ociositas, itaque concordantia contrariando vitio attinctionis est via seu manuductio sensui ad attingendum ratione virtutis.

13. Secundùm primam conditionem virtutis & medii, *consistit in medio virtus ratione finis*, in medio quidem continuo, quod est inter potentiam & objectum, consistit virtus, ut sensus & objectum in uno fine, participare possint, qui est objectum attingi ab ipso sensu, & præter istam virtutem non posset esse medium, quoniam ipsa est subjectum, in quo virtus sensûs & virtus objecti conveniunt ad constituendum virtutem videndi: per ipsam namque virtutem medii relucescit virtus subjecti in virtute intrinseca potentiæ, quæ est in sensibili propinquo, super quam se reflectit virtus formalis sensûs, sicut virtus coloris in virtute visibilis intrinseci, quæ materialiter subjecta est virtuti visivi. Est autem sensibile propinquum medium propinquum, in quo incipit continuari per lineam continuam virtus videndi per medium extrinsecum usque ad objectum. Hoc autem ita esse oportet, ut virtus potentiæ in suo fine quiescat, & ut virtus uniat bonitates, magnitudines &c. ad attingendum, ita quòd finis influat & principium refluat attingendi virtutem.

14. *Veritas sensûs ratione finis ipsius sensûs conjungit & mensurat & extendit per omnes extremitates suas verum sensûs cum vero sensûs & bonum sensûs cum bono sensûs &c.* ût primà conditione veritatis medii denotatur, ita quòd hæc omnia intra se ad attingendum se mensurantia medium intrinsecum constituunt extensum per omnes extremitates medii extrinseci de principiis vegetativæ & elementativæ potentiæ constituti, ita quòd veritas animalis per prædictum medium intensum & extensum de diversis veritatibus constituta conjungit & mensurat per omnes extremitates suas ratione finis sensûs verum elementatum vegetatum & sensatum cum vero elementato vegetato & sensato &c. quæ ratione elementationis cum veris exterioribus remotis participant, & constituto una medio de omnibus interioribus principiis animalis conjungit veritas participationis hujus medii intrinseci animalis & medii remoti verum remotum cum vero propinquo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

pinquo &c. & de his omnibus unum resultat medium continuum exterius usque ad objectum, per quod scilicet medium verum sensûs ratione suæ apprehensionis ad se trahit verum objecti, quemadmodum anhelitus respirando per fistulam in aqua positam attrahit ipsam aquam.

15. *Sine verificante & verificato non potest veritas esse finis* (sicut vult secunda conditio veritatis finîs) & hoc intelligendum est secundùm æqualitatem seu æqualitatis proportionem, quam decet esse inter verificantem & verificatum, & quoniam hoc ita est, quòd verificans seu verificativum, quod est sensitivum, videlicet forma sensûs est intrinsecè sensando & extrinsecè sentiendo verificativum, correspondet illi verificabile sensibile, quod est materia sensûs, tot modis & in tantùm patiendo, quot modis & in quantùm est ejus forma agendo & è converso. Ejus autem forma, quod est ipsum verificativum de veritate, bonitate &c. activis sensitivè constitutum, verificativum, quod est elementativum, & quod est vegetativum scilicet sensitivum remotum secum uniendo conjungit ad finem sui in animalitivum, ut ipsum sensitivum unitum cum eis attingat ea vera sentiendo, cum quibus sensitivum suum remotum per continuam lineam de intrà extrà unitum est, ergo ipsum verificabile seu verificatum propinquum, quod est sensibile propinquum, de veritate bonitate &c. sensibili constitutum, videlicet propinquâ materiâ sensûs, habet secum unire conjunctam remotam materiam sensûs, quæ est verificabile elementabile & verificabile vegetabile, ut ipsa à suo sensitivo unà cum istis verificando sensetur, & sentiantur in ea illa vera extrinseca, cum quibus per continuam lineam unitum est remotũ verificabile sensûs, quod est remotum sensibile. Et secundùm ista, quæ dicta sunt, bonitas & magnitudo sensûs sunt ipsum verum, quod de ipsis sub ratione sensûs prædicari potest & ratione istorummet acquiescit veritas sensûs fini suo existendo & ab exterioribus acquirendo.

De Tertio modo solutionis.

1. SUppositio modum attingendi sensûs per simile repræsentat, nam suppositio est quædam confusio de possibilitate affirmationis & possibilitate ejus oppositæ negationis constituta, ut possibilitas alterius partis per discursum convertatur in demonstrationem. Suppositio autem ipsius sensûs in ipso sensu considerata est in sensu communi ipsa possibilitas attingendi & non attingendi objectũ exterius, quæ tunc in demonstrationem convertitur, dum ipse sensus communis eorum naturam attingendi influit ad suos sensus particulares per illam lineam continuam, quæ est de interioribus sensibus usque ad objectum, existentibus ipsis particularibus sensibus determinatis ad determinatum objectum videlicet visu ad determinatum colorem & auditu ad determinatum sonum & sic de aliis, quemadmodum intellectus per viam demonstrationis procedit ad determinatum verum seu falsum hujus, quod quæritur.

2. Sicut humanus intellectus est ens reale habens modum suum intelligendi, sic sensus est ens reale habens suum modum sentiendi, de quo multimodè in his præcedentibus dictum est: nam sicut modus essendi rei intelligibilis habet suum modum intellecti essendi, cui proportionatur, ita modus essendi rei sensibilis habet modum suum sensiti essendi, cui proportionatur.

3. Sicut humanus intellectus per secundos modos investigandi tertiæ regulæ intelligendo attingit (ût supradictum est) sic similiter attingit sensus sentiendo. Per primum namque attingit ratione sensitivi sensibilis sentiendi & sensiti, quia privato aliquo istorum privaretur & attingere & existere etiam sensûs. Ergo in ratione cujuslibet eorum sentit. Item per duplices terminos concordantes attingit, videlicet secundùm propinquitatem & remotionem quæ sunt in subjecto sensûs, & secundùm interioritatem & exterioritatem attingente sensu intra se objectum extrinsecum. Iterum attingit ratione duplicium terminorum contrariorum, videlicet ratione plenitudinis & vacuitatis, eò quòd sensus per totam suam bonitatem, magnitudinem &c. intensè & extensè plenus est attinctivitate & attingibilitate propinquâ. Objectum verò per totam suam bonitatem &c. plenum est attingibilitate remotâ ipsius sensûs in tota linea, quam sensus de se continuat in objectum, ut non sit vacuum attingendi aliquatenus in sensu, nec in intermedio sensûs & objecti, nec in ipso objecto. Secundùm igitur hos terminos triangulares in concordantia fluit ipsum attingere sensûs, videlicet de ipso sensu per ipsum intermedium ad objectum, & refluit de objecto per ipsum intermedium ad ipsum sen-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sum, & contingit aliquoties sensum esse contrarium medio & objecto, videlicet, quando sensus infirmatur (ût jam prædictum est) & aliquoties medium esse contrarium sensui & objecto, ût de obliquitate facici in speculo, & de depressione & elevatione soni prædictum est, aut cùm aliquo alio accidente impeditur, ac etiam contrarium est objectum ipsi sensui per ipsum medium, cùm sensibilitas ipsius objecti fortior est quàm ipsius sensûs sensibilitas propinqua, quod fit, cùm visus aspicit rectè faciem solis in splendore illius, aut cùm auditus aliquo nimio sono percutitur, aut cùm fortis odor corrumpit odoratum, & sic de aliis particularibus sensibus. Iterum secundùm mutuum respectum quatuor terminorum procedit attingere sensûs, videlic. secundùm unitatem, diversitatem, medium & objectum, ipsâ unitate existente ex parte sensûs communis & ipsâ diversitate existente ratione sensuum particularium, medium autem habet esse ratione suorum extremorum scilicet sensûs & objecti, objectum verò tanquam terminus, ad quem fluendo, & tanquam terminus, à quo refluendo, & est ista circulatio inter prædictos terminos sic, quòd unitas unit in uno cõmuni sensu prædictam diversitatem, & prædictum medium diversificatũ in ipsâ diversitate & ipsum objectum diversificatum in ipsa diversitate & medificatum in ipso medio, atque diversitas diversificat medium unitum & objectum unitum & medificatum & unitatem objectatam & medificatam, aliter non haberent ista quatuor proportionem, per quam possent attingere sensûs fluere & refluere. Per quatuor terminos ante dictos, ac etiam per multas alias circularitates principiorum habet attingere sensus.

4. Cùm sensus suum objectum attingit, habet quidem in ipso medio extrinseco statim construere quoddam omnino generale, sibi, videlicet quoddam universum; in quo per medium non omnino generale specificatum attingit illud omnino speciale objectum, ad quod se dirigit attingendum, quemadmodum in visu patet, quoniam visus apertis oculis statim suum construit horizontem, qui constructus existit ei quoddam ômnino generale proprium ipsi visui, id est, quoddam universum aptum natum contrahi circulariter de circulo in circulum per lineam continuam, contrahentem sibi continuè ipsum horizontem de majori generalitate seu universalitate ad minorem generalitatem de gradu in gradum continuè usque ad objectum omnino speciale, sicut fit, cùm visus lunam aut aliquam stellarum accipit superiùs pro objecto, quia tunc ipse horizon habet ita continuari de gradu in gradum continuè, ut dictum est, usque ad illum ultimum punctum prædictæ lineæ, quem visus apprehendit immediatè continuum ipsi lunæ, in quo contrahitur ad omninò speciale per ipsam lineam continuam, quæ est ipsum non omninò speciale, seu non omninò generale, per quod contrahitur omninò generale prædictum ad omninò speciale prædictum. Hoc etiam simili modo est ex parte gustûs, quoniam cùm instrumentum gustûs tangit objectum gustabile veluti vinum, statim similiter suum constituit horizontem, videlicet quoddam omnino generale sibi seu universum, quod ambit saporem, frigiditatem, fortitudinem &c. hujusmodi ipsius gustabilis objecti, quemadmodum horizon visûs ambit colorem figuram extremitates, propinquitatem, remotionem &c. hujusmodi objecti visibilis, & tunc ad illam lineam continuam, quæ est de ipso gustu usque ad suum objectum, contrahit illud omnino generale de circulo in circulum continuè & gradatim de majori generalitate ad minorem usque ad ultimum punctum lineæ immediatè continuum ipsi objecto gustabili omnino speciali, in quo scilicet puncto in tantùm contractus est, quòd exit ab omni generalitate, sicut de visu prædictum est, quo scilicet horizonte contracto sic ad omninò speciale contrahuntur in ipso horizonte qualitates seu passiones ipsius objecti alia cum alia ad sensibilitatem objecti, sicut figura &c. hujusmodi ad visibilitatem, & sapor & frigiditas &c. ad gustabilitatem.

5. Sicut intellectus ex realitate objecti sui acquirit in se rationem intelligibilem, sic sensus ex realitate objecti sui acquirit in se instinctum sensibilem, & ideo sicut ratio intellectûs est subjectum contradictionis rationalis, ita instinctus ipsius sensûs est subjectum contradictionis, quam sensus facit in ipso instinctu; nam sicut intellectus in ratione sua intelligendo deviato modo affirmat verum esse falsum contradictoriè, sic sensus in instinctu suo sentiendo deviato modo affirmat hoc, quod non sentitur, esse hoc, quod sentitur, sicut patet in gustu infirmo, quoniam gustus secundùm instinctum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ctum suum attingens pomi saporem in amaritudine affirmat quidem secundùm ipsum instinctum suum dulcedinem pomi esse amaritudinem: & sicut visus similiter infirmus, cui caput unius hominis apparet esse duo capita, secundùm instinctum suum infirmum videndo affirmat unum esse duo, aut quando ipse visus infirmus videndo paleas affirmat se videre serpentes, vel aspiciendo aliquas figuras affirmat se videre animalia &c. hujusmodi; & similiter, sicut odoratus infirmus, quem percutit odor, sentiendo fœtorem affirmat, & sic de cœteris sensibus infirmis.

6. Quoniam ita est, quòd summa causa movet firmamentum ad per se movendum ita sicut scit sapientia ipsius summæ causæ, habent ideo supra cœlestia corpora ab ipsa divina sapientia naturalem instinctum per se prosequendi ea, ad quæ ab ipsa sapientia moventur, & quoniam sensus animalis motus à suo generante ad per se attingendum sub dominio firmamenti movetur ab ipso firmamento ad per se attingendum, & recipit instinctum naturalem ab ipso firmamento, ut ipso instinctu naturali coactus de necessitate suum attingat objectum, cùm & ipse sensus cum suis potentiis & cæteræ inferiores potentiæ cum ipso sensu & earum objecta ei necessitati sint subjecti, ad quam ineffabilis discretio summæ causæ necessitat naturalem instinctum firmamenti, sed non obstante aliquâ contradictione (ût supra probatum est) cùm ipse sensus ad hoc per se moveatur, tendit quidem ratione perfectitatis ad hanc necessitatem liber, gratiâ cujus libertatis importat secum contingentiam contra oppositum libertatis, quæ est coactio, & sic sensus procedit necessitatus & liber ad attingendum, ita similiter objectum stat necessitatum & liberum ad attingendum se & medium similiter hujus attinctionis necessitatum & liberum, & ideo, cùm ipsa attinctio impeditur, hoc habet esse ratione alicujus contingentiæ provenientis aut de libertate sensûs vel medii vel objecti.

7. Propter attinctivitatem sensûs & attingibilitatem objecti est attinctio sensûs & objecti, & quia manifestè videmus esse ipsam attinctionem sensûs & objecti, oportet esse attinctivitatem sensûs & attingibilitatem objecti; & in tantùm est necessaria secundùm æquiparantiam intelligibilitas sensûs, quantùm intelligibilitas objecti & è converso, & sic fluit effectus causæ formalis & materialis ex æquiparantia necessitatis formæ & materiæ suæ.

8. Ratione finîs & virtutis sensûs transcendit sensus ultra suas substantiales metas ad objectum, quemadmodum patet in visu, qui cùm de natura sua sit indivisibilis & impossibilis essendi extrà se ipsum seu mittendi aliquid ejus substantiæ extra ipsum, cùm nihil esse subjecti possit esse extra se ipsum, nihilominus de virtute & naturâ sui ultra metas subjecti transcendit ad objectum, attingens illud in se ipso infra metas subjecti sui, hoc autem per ipsum visum simpliciter esse non potest, sed ratione aptitudinis medii & objecti. Et hoc suo modo similiter sequitur de cæteris sensibus particularibus, super hoc autem intellectum mirari contingit (ût supra octavâ regulâ dictum est de materia sensûs) in qua etiam manifestatur transcensus imaginationis & intellectûs secundùm modum attingendi sensûs.

9. In quocunque sit majoritas finîs, impossibile est esse vacuum sive superfluum, quia aliquid non potest esse subjectum vacui, nec aliquid sine subjecto potest esse. Hæc autem majoritas finîs per comparationem in proportione & per proportionem in comparatione consistit intensè & extensè in continua linea per totam substantiam animalis de intimis & primis principiis ipsius animalis usque ad illa objecta, quæ sentiendo ipsum animal attingit, ita quòd elementalis potentia animalis est in majoritate finîs proportionis, quia ipsa habens suam minoritatem finîs comparationis ex parte suî in se habet majoritatem finîs comparationis ex parte potentiæ vegetalis in ipsa potentia vegetali, & ipsa potentia vegetalis est in minoritate finîs proportionis habens suam minoritatem finîs comparationis ex parte potentiæ elementalis in eadem, & suam majoritatem finîs ex parte suî in se ipsa. Hoc idem est suo modo de vegetali potentia ad sensualem, quod est de elementali ad vegetalem, & ideo ista minoritas finîs habet existere elementando sub vegetare, & vegetando sub sensare, & sensando sub sentire usque ad exteriora objecta ab ipso sentire in ipso sensu sumpta: & iterum ab exterioribus objectis objectando in sentire super sensare, & in sentire super vegetare & in vegetare super elementare, usque ad ignire, calefacere & aërificare, humefacere &c. elementorum, & istis modis fluit majoritas finîs proportionis de intimis extremi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tremitatibus animalis per prædictam lineam continuam usque ad extremitates exteriores ad objecta sensûs, & de ipsis objectis refluit per eandem usque ad intimas extremitates prædictas, ut dando & recipiendo fluenter & refluenter sit majoritas finîs in motu vitæ ipsius animalis ratione impossibilitatis superflui & vacui in eodem motu vitæ ipsius animalis.

DE
OCTAVA QUÆSTIONE
SIGNIFICATA PER I.

Quæritur. Quomodo elementa existunt & agunt in elementato?

Primus solutionis modus per primam Distinctionem.

1. IN primo igitur modo istius quæstionis per diffinitiones procedendo declaratur nobis solutio præpositæ quæstionis & primò sic per bonitatem. Elementatum de quatuor elementis constitutum est, sive unitum, bonitas ergo elementati de quatuor diversis bonitatibus est constituta sive unita, & magnitudo ejus de quatuor magnitudinibus, & sic de aliis. Quælibet autem istarum quatuor bonitatum existens activa & passiva unà cum aliis principiis activis & passivis suum constituit elementum, quemadmodum activa & passiva bonitas &c. ignîs ignem, & activa & passiva &c. aëris aërem, & sic de reliquis duobus elementis; & sic unumquodque ipsorum quatuor elementorum existens agens & patiens in se ipso & in quolibet aliorum ad finem suî vel alicujus aliorum constituit elementatum. Et isto modo bonitas cujuslibet prædictorum est id, ratione cujus elementum est bonum agens bonum ratione ipsius bonitatis suî & aliorum & ratione cujus esse cujuslibet ipsorum elementorum bonum est, atque bonitas elementati ex prædictis quatuor bonitatibus constituta, est id, ratione cujus elementatum existens bonum agit bonum sub specie alicujus vegetati igniendo, calefaciendo &c. aërefaciendo, humefaciendo &c. & sic de aliis duobus elementis.

2. Magnitudo ignîs & ita de unoquoque aliorum elementorum magnificat bonitatem, durationem &c. ignîs, ut ipsa bonitas, duratio &c. sint magnæ, existendo id, quod sunt, in ipso igne, & agendo etiam in ipso igne, ad hoc, ut ipse ignis sit id, quod est, in toto se ipso & in totis aliis elementis in elementato, agens in toto se ipso & in totis aliis elementis & in toto elementato ambiente magnitudine suâ omnes extremitates suî & aliorum elementorum in omnibus extremitatibus elementati, in tantùm, quòd ipsa magnitudo ignîs existens id, quod est, pariter cum aliis magnitudinibus aliorum elementorum, quæ existunt ea, quæ sunt, existit eadem magnitudo elementati, ratione cujus magnitudinis ipsa bonitas elementati constituta de pluribus bonitatibus elementorum, quemadmodum & magnitudo & ipsa duratio elementati constituta de pluribus durationibus eorum &c. sunt magnæ, & agunt magnum ipsâ magnitudine earum ambiente omnes extremitates essendi & agendi elementati.

3. Duratio cujuslibet elementorum est ejus proprietas ratione cujus bonitas, magnitudo &c. illius existendo & agendo durant quælibet in se ipsa & in alia, ut illud elementum existens & agens bonum magnum &c. in se ipso duret in se ipso & in aliis elementis existendo & agendo bonum magnum &c. in eis ad finem elementati in se ipso & in ipsis elementis durantis vegetati, quoniam sicut impossibile est, quòd bonitas alicujus elementorum ratione durationis duret existendo & agendo in se ipsa, ita quòd non in magnitudine &c. & è converso, ita est impossibile ratione durationis suæ, quòd aliquod elementorum duret existendo & agendo in se ipso, nisi duret existendo & agendo in cæteris elementis sub ipso elementato.

4. Potestas elementorum est id, per quod bonitas, magnitudo &c. eorum possunt existere & agere in elementato, aliter potestas, de qua unà cum aliis principiis ipsa elementa constituta sunt, non sufficeret eis, sed potius oppositum ipsius potestatis esset eis sufficientia, quod esset malum eis videlicet privatio suæ bonitatis, magnitudinis &c., unde non haberent ipsa elementa naturalem appetitum & instinctum constituendi mixtum, sed hoc est falsum manifestè, ergo elementa sunt existentia & agentia in elementato, est autem sub ratione finîs vegetationis finis eorum fractus & remissus ratione finîs vegetativi & materiæ elementativi: itaque finis vegetativi potest de fine elementorum in elementato, sicut finis ignîs

potest

(c) 2006 Ministerio de Cultura

poteſt de fine aliorum elementorum in cholerico: & quod eſt de fine idem ſuo modo eſt de bonitate &c. ſunt etenim ipſa elementa gradata ſecundùm magìs & minus & ſecundùm quòd magìs & minus eorum differentia eſt in concordantia & in contrarietate, poteſt quodlibet eorum in alio quolibet exiſtere & agere; quemadmodum & ignis quarti gradûs caliditatis, in quo exiſtit & agit terra tertii gradûs ſiccitatis & aër ſecundi gradûs humiditatis & aqua primi gradûs frigiditatis.

5. Sicut ſapientia eſt id, ratione cujus ſapiens intelligit, ſic uniuscujusque elementorum inſtinctus eſt id, ratione cujus ipſum elementum inſtinguit, id eſt, ſecundùm induſtriam naturæ ſuæ agit ſubſtantialiter & accidentaliter. Et ſicut de diverſis bonitatibus &c. elementorum aggregatur una bonitas &c. elementati, ſic eodem modo de diverſis inſtinctibus elementorum aggregatur unus inſtinctus in exiſtere & agere ipſius elementati ſuper ſua elementa. Et ex hoc inſtinctu elementati & ex inſtinctu vegetati, quod de generante proceſſit unà cum inſtinctu influxo à ſupra cœleſtibus corporibus conſtat unus inſtinctus, quo unumquodque vegetatum diſcretè tendit ad ſibi determinatam ſpeciem, figuram, quantitatem, qualitatem &c. hujusmodi; & ſic inſtinctus hujus elementati vegetati eſt id, ratione cujus ipſum elementatum vegetatum inſtinguit iſtam ſpeciem, figuram &c. id eſt, quaſi diſcretè tendens ad eas: & ideo dum contingit aliquem prædictorum inſtinctuum prædicti communis inſtinctûs deficere ipſi communi inſtinctui, tendunt quidem in confuſionem inſtinctuum elementorum prædicti tres inſtinctus, & corrumpitur ipſum elementatum.

6. Sicut voluntas eſt id, ratione cujus bonitas magnitudo &c. ſunt deſiderabiles, & per quam ſuppoſitum bonum magnum &c. exiſtit volens, ita appetitus cujuslibet elementi in elementato eſt id, per quod ſua bonitas, magnitudo &c. ſunt appetibiles in ipſo elemento, & per quam ipſum elementatum in vegetatum exiſtit ſuppoſitum magnum bonum &c. appetens uno appetitu de diverſis appetitibus conſtituto (ſicut de inſtinctu prædictum eſt) & ſicut bonitas cujuslibet elementi in bonificativum & bonificabile conſiſtit diſtincta, ſic appetitus ipſius elementi in appetitivum & appetibile diſtinctus conſiſtit, ratione quorum quodlibet elementum exiſtendo & agendo cum bonitate, magnitudine &c. in elementato appetit & appetitur, ratione cujus appetitionis appetit & appetitur elementatum exiſtere & agere ſub vegetato ſecundùm inſtinctum bonitatis, magnitudinis &c. totius vegetati. Eſt enim appetitus in majori & fortiori eſſe & agere in elementato quàm in elementis, & in vegetato quàm in elementato, & in ſenſato quàm in vegetato: quia quanto plùs appetitus aſcendit de gradu in gradum, tanto magìs de diverſis appetitibus uniendo ſe fortificatur, recedens tanto magìs à confuſione ipſius Chaos, ubi appetitus exiſtendo & agendo adeo remiſſus eſt, ratione appetituum diverſorum finium ſibi ad invicem reſiſtentium, quòd propter magnam ſuî confuſionem tradit ſe indifferenter convertibilem de prima forma & primâ materiâ ad appetitum cujuslibet agentis naturalis in appetitum cujuslibet ſpeciei generationi & corruptioni ſubjectæ, ut de prima materia potentialiter & de prima forma habitualiter veniat in actũ exiſtendi & agendi ſub forma & materia ſpecifica alicujus ſpeciei recedens à confuſione exiſtendi & agendi.

7. Cùm virtus ſit origo unionis, bonitatis, magnitudinis &c. oportet eam igitur eſſe neceſſariò tantæ penetrationis de toto principio in totum principium exiſtendo & agendo, quòd quælibet minima pars cujuslibet in minimam partem cujuslibet eorum nectendo unitur in exiſtere & agere ad unum finem, ut totum principium cum toto principio exiſtendo & agendo ſit unum. Et ideo virtus ignîs in elementato adeo penetrativa eſt in penetrabilitate ſua de tota bonitate ipſius ignîs in totam magnitudinem ejus activè & paſſivè & è converſo, & ſic de aliis, quòd per viam unionis nectit totam minimam partem cujuslibet cum tota minima parte cujuslibet earum igniendo calefaciendo &c. & per conſequens totum cum toto, quòd reſultat unus ignis igniens, calefaciens &c. in ipſo elementato. Hoc idem ſuo modo eſt de reliquis elementis. Et quoniam ita eſt, quòd ignis concordat aëri & terræ, & aër igni & aquæ, & aqua aëri & terræ, & terra aquæ & igni, ſecundùm iſtam quidem concordantiam mutuam elementorum penetrat virtus cujuslibet elementi activè & paſſivè reſultans exiſtendo & agendo in totam virtutem eorum, quæ illi virtuti per mutuam concordantiam applaudent. Veruntamen de

(c) 2006 Ministerio de Cultura

virtute in virtutem interea consistit contrarietas videlicet inter ignem & aquam, aërem & terram, quæ prædictarum virtutum impedit penetrationem, ut de virtutibus ipsorum elementorum non sit una virtus, quæ ratione suæ penetrationis uniat in elementatum bonitatem ignîs cum bonitate aëris &c, sed dum ita est, quòd hæc contrarietas prædictæ concordantiæ cedit, penetrat quidem tota virtus opposita totam virtutem oppositam & è converso, penetrando totam virtutem propositam & de quatuor virtutibus elementorum unientium suas bonitates, magnitudines &c. constat illa virtus elementati in existere & agere virtuali ipsius elementati, quæ scilicet virtus est origo unionis totius bonitatis, magnitudinis ipsius elementati.

8. Cùm fit motus de veritatibus diversis in unam veritatem, tunc illa veritas una in creatis est id, quod est verum de bonitate, magnitudine &c. & ejus verificare est id, quod est verum de bonificare, magnificare &c. & sicut hæc diffinitio convenit veritati constitutæ & suo actui, ita similiter convenit cuilibet veritatum constituentium, aliter ipsa veritas constituibilis de his, quæ non essent vera, constitueretur, quod est impossibile: ergo veritas ignîs & veritas aëris &c. igniendo, calefaciendo &c. aëre ando, humefaciendo &c. & sic de aliis, sunt ea, quæ sunt vera de suis bonitatibus, magnitudinibus &c. atque ignire, calefacere &c. aëreare, humefacere &c. in ipso elementato sunt ea, quæ sunt vera de suis bonificare, magnificare &c. per consequens igitur ascendendo de gradu in gradum una veritas hujus plantæ aut hujus animalis constituta de veritate elementati & de veritate vegetati, recepta à veritate generantis & de veritate orbis influxa est id, quod est magnum verum de magna bonitate &c. hujus talis individui; & ideo major est elementorum veritas & diffinitio hujus veritatis eorum in existere & agere in hac ultima veritate & in ejus diffinitione quàm in medio, & in medio quàm in principio suo, quia sic habent existere & agere in majori veritate de pluribus veritatibus multiplicata.

9. Sicut gloria est ipsa delectatio, cui bonitas, magnitudo &c. acquiescunt, ita per oppositum elementorum confusio in chaos est ipsa elementorum afflictio propter diversorum finium contrarietates, quam effugiunt ipsa elementa, ût plùs possunt. Et ideo in ipso etiam chaos elementa naturalem habent appetitum ad mutuum inter se applausum oppositum illius afflictionis, quam quodlibet ipsorum habet à mutua resistentia alterius eorum, ut in eo quiescere possint. Et idcirco perquirunt agens naturale producens de delectatione sua aliquod humidum radicale delectatum sub fine principali alicujus elementorum, ut ipsum radicale humidum convertendo ipsa elementa activa & passiva in se ipsum, illam delectationem, quam ipsa elementa habent in potentia & habitu, cui appetunt quiescere, convertat in delectationem suam actu, convertendo prædictam afflictionem in potentiam & habitum. Et sic ipsa elementa conversa in humidum nutrimentale ipsius humidi radicalis alicujus vegetati seu sensati consequuntur proportionaliter existendo & agendo, scilicet igniendo & aëreando &c. calefaciendo, humefaciendo &c. delectationem suam seu applausum, quiescentia eidem, cui, dum sunt in Chaos, acquiescere peroptant.

10. Cùm differentia sit, ratione cujus bonitas magnitudo &c. sunt inconfusæ & per consequens, per quam bonificare, magnificare &c. sunt inconfusa, appetunt ideo ipsa elementa de confusione ipsius Chaos egredi, ubi eorum existere & agere sunt confusa, & pervenire ad inconfusionem, ubi sua existere & agere possint in differentia conservari, agente & patiente quolibet ipsorum elementorum in se ipso & in alio, & existente quolibet eorundem in se ipso & in alio. Hoc autem est impossibile in substantia ipsius Chaos, quia in ipso non potest aliquod eorum esse diversificativum & diversificabile sui ipsius ab alio, sed potius confusivum & confusibile sui ipsius cum alio. Unde appetunt necessariò esse extra Chaos, & ut ita loquar, constituere specificas substantias vegetatas seu sensatas, ubi ipsa per rectam proportionem diversificata existant & agant in differentia, ubi scilicet ignitivum, calefactivum &c. in suo proprio ignibili, & calefactibili &c. & sic de aliis elementis, calefaciens cætera elementa sit diversificativum diversificans in suo proprio diversificabili cætera elementa à se ipso & sic de aliis.

11. Concordantia in quolibet elemento est id, per quod bonitas, magnitudo &c. ipsius elementi concordant in uno scilicet in ipso elemento, velut in igne vel in aëre &c. &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

&c. & hoc ſine intima contrarietate: atque concordantia bonitatis, magnitudinis &c. elementati eſt id, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. ipſius elementati igniendo calefaciendo &c. concordant in uno, hoc eſt in ipſo elementato, & in pluribus, hoc eſt, in bonitate &c. conſtituta per concordantiam unius ad plura, & è converſo, de quatuor bonitatibus elementorum, & in magnitudine ſimiliter conſtituta per eandem concordantiam de quatuor magnitudinibus quatuor elementorum. Sed tamen hæc concordantia non eſt in ipſo elementato ſine contrarietate eidem concordantiæ oppoſita, quæ ſcilicet contrarietas provenit accidentaliter ratione finîs, quem per ſe obtinere appetit quodlibet ipſorum elementorum. Iterum eodem modo ipſa concordantia hujus ſuppoſiti elementati & vegetati ſeu ſenſati eſt id, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. ejus exiſtendo & agendo concordant in uno, videlicet in ipſo ſuppoſito, & in pluribus, ſcilicet in prædicta bonitate &c. elementati & in bonitate &c. aſſumpta à generante & ab influentia orbis, quæ ſiquidem concordantia ceſſare incipit, cùm contrarietas principiorum elementati incipit ſuperare ceſſando ab exiſtere & agere concordantiam eorum in ipſo elementato, aut cùm per accidens principia ipſius ſuppoſiti ſufficientiam concordantiæ ſuæ ab influentia orbîs non acceptant. Ex prima namque contrarietate, quæ eſt primorum principiorum elementorum, deſtruitur ipſa concordantia plurium in unum videlicet concordantia primorum principiorum ratione contrarietatis ipſorum elementorum. In ſecunda verò contrarietate deſtruitur concordantia unius ad plura, quia ex quo in ipſo uno ceſſat concordantia bonitatis, magnitudinis &c. ſuæ unitatis, adeſt earum contrarietas. Itaque deſtructo uno duorum membrorum diffinitionis concordantiæ deſtruitur & reliquum de neceſſitate.

12. Unumquodque elementorum habet ſibi innatum ſuum principalem finem, ad quem tendit, quemadmodum ignis colericum & calidum, & aër ſanguineum & humidum, & aqua flegmaticum & frigidum, & terra melancholicum & ſiccum; quodlibet autem iſtorum elementorum ratione majorificandi ſe naturaliter appetit ſuper cætera ſuum finem in unoquoque elementato, & producens de ſuo exiſtere ſuum agere, quantùm poteſt, videlicet ignis igniendo, calefaciendo &c. & aër aëreando & humefaciendo &c. tendit ad principalitatem ſui finîs, quantùm poteſt, & quoniam impoſſibile eſt in uno quoque elementato eſſe plures fines principales præter unum, cujuscunque ſit elementi, ſicut aut colericum, aut ſanguineum, aut phlegmaticum, aut melancholicum, & quodlibet principaliter exiſtendo & agendo intendat in ipſo elementato illum, qui ſuus eſt, eſt quidem mutua reſiſtentia in ipſo elementato inter ipſa elementa propter prædictos diverſos fines eorum, quæ eſt contrarietas, ex qua ſiquidem contrarietate oritur corruptio ipſius elementati. Hæc autem contrarietas principaliter fundatur in elementis immediatè contrariis, videlicet inter ignem & aquam, aërem & terram, quia quicquid ignis de exiſtere & agere ſuo videlicet de ignire, calefacere &c. conſtruit ad finem ſuum in ipſo elementato, aqua, quantùm poteſt, deſtruit de exiſtere & agere ſuo propter ſuum finem in ipſo elementato. Eodem modo, quicquid conſtruit aqua ad finem ſuum exiſtendo & agendo, ignis ſimiliter deſtruit propter ſuum finem in elementato. Hoc idem ſimiliter ſuo modo eſt deaëre adverſus terram, & è converſo, in eodem elementato, donec in tanto agendo & patiendo contrarietativè adeo confracta ſunt, quòd minimè poteſt quodlibet eorum contra ſuum oppoſitum, & ſic iterum revertuntur in confuſionem.

13. Bonitas elementalis & magnitudo elementalis &c. ſunt omnium elementorum principia in ratione hujus finîs, qui eſt elementati ſubſtantia, nam bonitas ignîs, bonitas aëris &c. una ſunt in radice bonitas, ſimiliter & eorum magnitudines, una magnitudo &c. Hoc enim eſt, quia ipſa elementalis bonitas & ſic de magnitudine eſt unum primum principium diverſificata in bonitatem ignîs, aëris &c. ut, cùm ipſa per ſe cum ſua magnitudine &c. non poſſit eſſe ſine prædicta diverſitate ſuppoſitum, cauſet tanquam efficiens ratione unitatis ſuæ bonitatem ignîs & bonitatem aëris &c. de ſe ipſis activè & paſſivè conſtituere unum ſuppoſitum elementatum, & ſic ipſa prima bonitas, & ſic de magnitudine, ſe habet ad omnia, quæ ſunt de ipſa per totum medium usque ad finem, videlicet ad bonitatem magnitudinem &c. cujuslibet elementi, & ad eorum formas & materias in exiſtendo & agen-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& agendo, & ad eorum accidentia usque ad finem scilicet ad elementatum, bonificatum &c. atque finis se habet ad omnia, quæ sunt per totum prædictum medium, quia per totum medium influit naturam suam ad ipsum primum principium movens efficiens in ipso principio per totum ipsum medium usque ad ipsum finem, ut ab ipso agente moveantur ipsæ formæ elementorum super suas materias in ipso primo principio per totum ipsum medium usque ad ipsum finem, ita quòd per ipsum medium sine vacuitate continuatur fluxus & refluxus de principio ad finem & è converso, quo durante in ipso elementato durat ipsum elementatum, & quo deficiente per consequens ipsum elementatum deficere necesse est.

14. Quicquid igitur est in ipso elementato de ipsa prima elementali bonitate, magnitudine &c. de quibus bonitates, magnitudines &c. elementorum constitutæ sunt usque ad elementatum, est ipsum medium continuum, quod est subjectum, per quod ipse finis videlicet ipsum elementatum influit ad suum primum & ultimum principium, videlicet ad primam elementalem bonitatem magnitudinem &c. ut per idem medium refluat istud idem principium ad ipsum finem suum, ipso medio sapiente naturam ipsius principii, videlicet ipsa elementa in suis bonitatibus, magnitudinibus &c. agendo & patiendo secundùm suas formas & materias substantialiter & accidentaliter, diversificando se usque ad ipsum primum principium, & ipso sapiente naturam sui finîs scilicet ipsius elementati, uniendo se per lineam continuam usque ad ipsum finem scilicet ad ipsum elementatum, itaque in ipso medio ipsius elementati continuato à primis extremis primorum principiorum elementalium existendo & agendo usque ad ultima extrema ipsius elementati est in unitate elementalis diversitas, & è converso, existendo & agendo, & forma in materia, & è converso, & tota forma & materia in formato & materiato, & è converso, & substantia in accidente, & è converso, & accidens in accidente & è converso, his omnibus agendo & patiendo constituentibus per totum prædictum medium continuum unum elementatum de se ipsis.

15. Elementa in elementato secundùm naturam illius vegetati, in quo sunt, diffinitionem finîs existendo & agendo sequuntur, quia ratione concordantiæ, quam habent agendo & existendo bonitas, magnitudo &c. cujuslibet elementi sub ipso elementato ad finem ipsius elementati & ratione mutuæ concordantiæ, quam habent inter se elementa existendo & agendo ad illum finem, & ratione necessitatis illius finîs necessitantis prædictam concordantiam totam de primis principiis elementalibus usque ad ipsum finem, amplectitur quidem concordantia bonitatem, magnitudinem &c. existentes & agentes cujuslibet elementi, contrahens eas quamlibet ad aliam in elementum, & amplectitur iterum omnes bonitates, magnitudines &c. existentes & agentes elementorum per medium proportionatum ad ipsum finem, & contrahendo eas ad invicem secundùm proportionem medii facit existere finem scilicet elementatum, ut ipsa concordantia, cùm sit hujus principium, & ipsa bonitas, magnitudo &c. quiescant in illo; & sic elementatum est ipse finis, cui elementalis bonitas, magnitudo &c. in ratione agentis, formæ, & materiæ acquiescunt.

16. In quantùm concordat majoritas magnitudini immensitatis, bonitatis &c. in tantò est ejus imago, & in tantùm per consequens appetit secundùm suum instinctum naturalem unumquodque ipsorum elementorum in ipso elementato existere & agere in majoritate, cùm ratione majoritatis plùs habeat & plùs habere possit existentiæ & agentiæ in bonitate & magnitudine &c. quàm ratione minoritatis. Sic igitur ratione majoritatis habet unumquodque elementum existere in elementato, & sicut habet existere in elementato ratione majoritatis, sic etiam habet agere de toto illo existere in ipso elementato ratione majoritatis: & ideo ubicunque sint elementa, necesse est, ea tota esse ad invicem mixta, ut cujuslibet eorum existentia & agentia & ambitus existendi & agendi sint in majoritate, quolibet eorum participante cum alio. Si autem non essent ita mixta, esset aliquod eorum ab alio *depuratum*, existens in tantùm otiosum & in tantùm depuratum ab elementato, & à fine suî & ab influentia elementati & à majoritate extensionis & à plenitudine existendi & agendi, quanta esset illa depuratio alicujus eorum ab alio, quod est contra majoritatem existendi & agendi elementi & elementati.

17. Ratione diffinitionis æqualitatis concordant

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cordant in tanta æqualitate bonitas, magnitudo &c. ignîs aut aëris &c. quòd ignis aut aër &c. ubicunque ſit, in tantum eſt bonus, quantum magnus, & è converſo, & ſic de aliis, & ita quieſcit concordantia bonitatis, magnitudinis &c. cujuslibet elementi in æqualitate exiſtentiæ principiorum illius elementi, & ſicut quieſcit in exiſtentia eorum, ita appetit quieſcere in agentia eorum, eò quòd quodlibet elementum in tantum appetit agere, quantum exiſtere: & ideo cùm ſit concordantia inter principia ipſorum elementorum in exiſtere & agere, & non poſſit acquieſcere æqualitati eorum comparativè propter habitum, quem quodlibet eorum habet ad principalem finem ſuî, ſaltem retinet ipſa concordantia æqualitatem exiſtentiæ & agentiæ eorum in proportione, cui in elementato acquieſcit.

18. Unumquodque elementorum recedit à nihilo, quantum poteſt, cùm autem minoritas ſit ens circa nihilum, recedit igitur, quantum poteſt, à minoritate, accedens ad majoritatem, appetens minoritatem ſuam convertere in majoritatem, ut à minoritate diſtare poſſit, & ideo habet appetitum naturalem recedendi à confuſione ipſius Chaos & intrare vegetatum ſeu ſenſatum, ut in illo habeat majus exiſtere & agere, quàm in ipſa confuſione, ac etiam ratione ipſius majoris diſtantiæ à minoritate habet unumquodque elementum exiſtens extra ſphæram ſuam naturalem appetitum tendendi ad eam, ſicut ignis ſurſum & terra deorſum, quia unumquodque illorum magis diſtat à minoritate & à non eſſe ſuî in propria ſphæra quàm in aliena: & idcirco unumquodque eorum ſecundùm proprium inſtinctum & appetitum dirigit ſe ipſum exiſtendo & agendo ad locum ſuum, ubicunque ſit extrà proprium locum.

De ſecundo Probationis modo.

1. ELementa illam virtutem bonitatis in magnitudine imitantur, quam ſignificat quinta conditio bonitatis, magnitudinis. Videlicet *illam virtutem ſuæ ſummæ cauſæ, quæ poteſt eſſe idem numero cum magnitudine.* Sequuntur enim, quantum poſſunt, naturam ſuæ cauſæ, nam in quantum unumquodque ipſorum elementorum appetit virtutem ſuam eſſe cum magnitudine bonitatis, appetit quidem unà cum aliis conſtruere elementatum, in quo exiſtente uno conſiſtant unitæ ejus bonitas, magnitudo, virtus &c. ipſis, ſcilicet bonitate, magnitudine &c. unà cum bonitate &c. cujuslibet aliorum elementorum, exiſtentibus ipſis principiis, de quibus ipſum elementatum eſt conſtitutum, exiſtit unum ſuppoſitum bonum, magnum, virtuoſum &c. ratione bonitatis, magnitudinis, virtutis &c. cujuslibet ipſorum elementorum conſtituti de bonitate, magnitudine &c. in unum, videlicet in unum ignem aut aërem &c. ut ipſum elementatum ſit ens ratione eorum cuilibet ſimilatum.

2. Cùm poteſtas cujuslibet elementi conſtituta ſit de poteſtate differentiæ & de poteſtate concordantiæ & contrarietatis cum poteſtate magnitudine &c. *idcirco conjungit poteſtas cujuslibet elementi & disjungit operationes ſuas* (ſicut innuit quarta conditio poteſtatis differentiæ) ita videlicet, quòd conjungit inter bonum & bonum, bonum & magnum &c. hujusmodi, & disjungit inter bonum & malum, bonum & parvum, magnum & malum &c. hujusmodi, usque elementatum de ipſo cum aliis ſtat conſtructum, in quo ſcilicet elementato conſiſtit & agit, & ſic habet conjungere formam & materiam ad ſuum formatum & materiatum generando, disjungit autem materiam ab aliis formis corrumpendo, ut ipſum elementum ſuum conſtruere poſſit.

3. Secundùm quintam conditionem poteſtatis concordantiæ, una communis poteſtas aggregata & multiplicata de qualibet poteſtate cujuslibet elementi eſt ipſa poteſtas in elementato, *quæ ratione concordantiæ*, quam habet ad bonitatem, magnitudinem &c. elementati &c. *in majoritate ſua majorificat bonum cum bono, bonum cum magno &c.* in tantum, quòd habet elementatum conſtructum & plenum in majoritate ſua de bonitate magnitudine &c. quemadmodum poteſtas ignis de ſua majoritate concordantiæ ſuæ bonitatis &c. in cholerico majorificat ignificativum cum ignificabili, & exiſtere ignîs cum ignificare, & calidum cum ſicco, & lucidum cum levi &c. hujusmodi. Ut autem unumquodque elementorum iſtam poteſtatem ſuam poſſit habere in jam prædicto agere concordando & multiplicando aliud bonum cum reliquo &c. (ût dictum eſt) habet quidem inſtinctum ad elementatum, cum quo reſiſtit oppoſito illius elementati. Et ut prædicta poteſtas ſufficere poſſit, ſunt etiam elementa extra elementatum in uni-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

verso, videlicet in chaos mixta, quæ de se ipsis fluunt in ipsis elementis intra elementatum compositis & unitis interioribus & exterioribus elementati per continuam lineam participantibus simul.

4. Secundùm tertiam conditionem potestatis finis, *minoritas finîs potestatis in accidentibus invenitur.* Hæc autem conditio est ideo, quia majoritas finîs potestatis in substantia reperitur. Finis igitur cujuslibet elementi in elementato duplex consistit, videlicet substantialis & accidentalis, substantialis quidem est elementatum esse videlicet unam substantiam significatam, aërificatam, aqueificatam & terreificatam, ad quam fluunt substantialia principia ejus, scilicet elementativum & elementabile constituta de substantialibus principiis elementorum scilicet elementativum de ignificativo, aërificativo &c. & elementabile de ignificabili, aërificabili &c. fluunt autem ista principia elementati ad ipsum elementatum cum suo agere substantiali scilicet elementare de substantialibus agere elementorum constituto, scilicet de ignificare aërificare &c. Et per hoc patet, quomodo sub isto fine substantiali consistunt essentialia ipsius finîs. Finis verò accidentalis ipsorum elementorum in elementato est ipsum elementatum esse qualificatum, quantificatum &c. hujusmodi, qui siquidem finis habet sua principia accidentalia videlicet qualificativum & qualificabile cum suo qualificare, quæ constituta sunt de principiis accidentalibus elementorum, videlicet qualificativum de calefactivo, humefactivo, frigefactivo &c. hujusmodi; Et qualificabile de calefactibili, humefactibili & frigefactibili &c. hujusmodi, & qualificare de calefacere, humefacere, frigefacere &c. hujusmodi. Similiter & quantificativum prædicti quantificati de quantificativo ignificativi, aërificativi &c. Et quantificabile ejus de quantificabili ignificabilis aërificabilis &c. & quantificare ipsius de quantificare ignificandi &c. & sic de aliis hujusmodi. Et per hoc patet, quomodo accidentia elementatæ substantiæ fluunt ab eadem. Secundùm verò existere & agere prædictorum duorum finium potestatis manifestum est alium ipsorum finium esse causatum ab alio, non tamen è converso, finis enim minor causatur à majore, & non è converso. Et secundùm hæc, quæ dicta sunt, manifestatur modus existendi & agendi elementorum in elementato ratione substantiæ & accidentium, ut substantialiter & accidentaliter elementatum de finibus potestatis suorum principiorum plenum consistat.

5. Quoniam ita est, *quòd posse substantiale elementati est de majoritate & minoritate constitutum, est quidem ipsum posse elementati corruptibile* (ût vult secunda conditio potestatis majoritatis) ad corruptibilitatem verò ipsius posse elementati sequitur corruptibilitas ipsius elementati, cùm etiam unà cum suo posse sit de minoritatibus constitutum, quod patet isto modo. Ipsum posse substantiale ipsius elementati de majoritate & minoritate constitutum est, quemadmodum patet in cholerico, nam omnia elementa construendo ipsum habent in eo sua posse in uno posse ipsius cholerici: veruntamen istud posse magis entificatum est à posse ignîs quàm à posse terræ, & à posse terræ quàm à posse aëris, & à posse aëris quàm à posse aquæ: itaque prædictum posse de tribus majoritatibus & de tribus minoritatibus constitutum est, & propter hoc est corruptibile ac etiam generabile: corruptibile quidem, quia terra aqua & aër, quantum est de natura cujuslibet istorum, appetunt esse majores igne in ipso posse, & per consequens aër major ipsâ terrâ, & aqua major aëre, & è converso: itaque minoritates prædictæ adversus majoritates prædictas pugnant, & è converso, in tanto, quòd oritur inde corruptio, & per consequens generatio, cùm majoritas sit causa generationis, & minoritas causa corruptionis. Hoc autem fieri non posset, nisi elementa extrà elementatum influerent in elementa intrà elementatum, & nisi ipsa elementa intrà refluerent in ipsa elementa extrà.

6. Cùm elementa existendo & agendo sint principia elementatati, habet quodlibet eorum primam conditionem concordantiæ contrarietatis, videlicet *proprietatem concordativam, ratione cujus est concordativum & concordabile, & proprietatem contrariativam, ratione cujus est contrariativum & contrariabile*; quod patet: nam ignis habet proprietatem concordativam & concordabilem terræ & aëri concordando bonitatem suam bonitati terræ, recipiens ab ea siccitatem, & concordando bonitatem suam bonitati aëris, dans illi caliditatem; habetque proprietatem contrariativam bonitatẽ suâ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſuâ contrariante bonitati aquæ & è converſo & contrariante concordantiâ, quam habet aëri & terræ illi concordantiæ, quam habet aqua terræ & aëri, has quidem proprietates habet ignis à ſua bonitate &c. & unumquodque aliorum elementorum ſecundùm ſuam propriam qualitatem ad conſtituendum elementatum, in quo principia elementorum conſequuntur fines ſuos. Hæ autem proprietates exiſtentes in elementis intraneis conſtituentibus elementatum vivunt per lineam continuam de eisdem proprietatibus elementorum extra elementatum exiſtentium & agentium de ſuis proprietatibus prædictis per totam illam ſubſtantiam elementalem, quæ ſub convexitate ſphæræ lunæ conſiſtit, ut non ſit vacuum in medio extremitatum illius ſubſtantiæ elementalis.

7. Secundùm conditionem ſecundam concordantiæ contrarietatis exiſtunt & agunt in elementato elementa, quia finis ipſorum elementorum ipſa elementa conjungit in elementatum ratione concordantiæ ſuarum bonitatum, magnitudinum &c. quam exiſtendo & agendo ſubſtantialiter & accidentaliter habent ad illum finem, & ſic habet fieri generatio per *mediumconjunctionis* agente formâ in materia ſine reſiſtentia ad conſtitutionem finîs, ac etiam finîs ipſorum elementorum, ad quam quodlibet eorum principaliter tendit ratione cotrarietatis, elementa disjungit corrumpens elementatum. Et ſic deviatur medium à fine generationis ipsâ contrarietate deviante in medio materiam à forma, ut ipſa forma in illa agere non poſſit per viam concordantiæ, ſed potius per viam contrarietatis corrumpendo gradatim medium à parte finîs, & reducendo ipſum ad principia, de quibus eſt conſtitutum, quæ cùm exeunt propter ipſam corruptionem à prædicto medio, veniunt in confuſionem ſuî, conſervantia potentialiter & habitualiter aliquem finem, in quo de ipſa confuſione reducantur ad actum inconfuſa.

8. Elementa in elementato habent tertiam conditionem virtutis differentiæ, quia unumquodque ipſorum elementorum diverſimodè ſtat & diverſimodè agit, ſecundùm quòd finis, efficiens, forma & materia conſiſtunt diverſimodè in virtute cujuslibet elementi & in virtute cujuslibet elementati, & ideo propter magnam differentiam virtutis in unitate & unitatis in differentia exiſtendo & agendo perficiunt elementa de ſuo exiſtere & agere ſuppoſitum elementatum habens propter ſuámmet virtutem ſic diverſificatam & unitam ſibi complementum ſeu ſufficientiam producendi ſuum ſimile ſpecie, ita quòd ipſa virtus prædicta exiſtens una ſufficit cuilibet elementorum & ipſi elementato ad diverſimodè exiſtendum & agendum, ſicut dictum eſt: ſicut eadem terra viridarii exiſtens una eadem ſpecie ſufficit ad nutriendum de ſe ipſa multas arbores diverſas ſpecie: & ſicut prædicta virtus una pluribus diverſis ſufficit exiſtendo & agendo (ſicut dictum eſt) ita una ſubſtantia ipſius chaos conſtans confuſa de ipſis quatuor elementis ſub prima forma & prima materia ſufficit diverſis elementatis viventibus de ipſa.

9. Cùm ratione virtutis bonitatum, magnitudinum &c. elementorum exiſtendo & agendo in elementato conjungantur forma & materia ipſius elementati (prout ſignificatur quartâ conditione virtutis differentiæ) ſunt ipſa elementa in elementato exiſtentia & agentia potentialiter, habitualiter & actualiter, eò quòd virtus elementorum & elementati ad conjungendum prædictam formam & prædictam materiam ratione ſui ambitûs requirit ad exiſtere & agere ipſorum elementorum & ipſius elementati potentiam, habitum & actum, eò quòd ſine his oporteret in elementato ratione ipſorum elementorum eſſe vacuum & imperfectum, cùm ipſa virtus diverſificari non poſſit, niſi illa ſubjecta diverſificentur, in quibus ipſam virtutem neceſſe eſt diverſificari, & cùm ipſa ſubjecta virtutis diverſificari non poſſint, niſi diverſificetur ipſa virtus, in qua ſubjecta ipſa diverſificari oportet: hæc autem ſubjecta ſunt forma & materia, quæ diverſificantur ratione prædictæ virtutis, & ipſa virtus ratione earum, in hoc, quia elementis exterioribus circumeuntibus elementatum intrant quidem formæ & materiæ elementorum exteriorum in formas & materias elementorum interiorum, de quibus ſcilicet formis interioribus conſtat una forma & de quibus ſcilicet materiis conſtat una materia elementati. Et fit iſte introitus ratione penetrationis virtutis usque ad intima elementati, & ſic ipſa virtus & ipſa forma & materia venientes de extrà diversè intrando uniuntur per plenam lineam ſuæ diverſitatis & unitatis, & refluentes de intrà extrà diverſificantur, & ipſa elementa exiſtunt & agunt in elementato ratione prædictæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dictæ virtutis actualiter, quantùm ad conjunctum existens actu & potentialiter, ut ipsa virtus sit agibilis ratione materiæ ab extrà intrà, & habitualiter, ut sit activa formaliter, habituantibus elementis in ipso supposito existente actu aliud suppositum habitu, in quo supposito scilicet habituato consistit aliud suppositum potentialiter gratiâ generationis.

10. Secundùm quintam conditionem virtutis concordantiæ existunt & agunt elementa in elementato, eò quòd virtus eorum existens & agens in elementato ratione magnitudinis major est in ipsa concordantia elementorum, minor verò in eorum contrarietate, sicut patet. Quoniam ignis ipsius elementati & extra ipsum elementatum stat cum majoritate virtutis concordans terræ & aëri, sed cum minoritate contrarians aquæ, & contrarians ratione aquæ eis, quibus concordat, ac etiam stat in majoritate virtutis ratione concordantiæ, quam aqua habet aëri & terræ ad finem ipsius ignîs, in minoritate verò ratione contrarietatis aëris & terræ, & sic de aliis: simpliciter enim concordantia virtutis est in majoritate virtutis, & ejus contrarietas in minoritate, quia concordantia importat esse, cotrarietas verò privationem; unde cùm in elementato fit elementorum corruptio, declinat majoritas concordantiæ in minoritate virtutis quo ad elementatum, quod corrumpitur, & reducitur majoritas concordantiæ quo ad elementatum, quod inde generatur.

11. *Cùm major sit virtus ratione concordantiæ in æqualitate, quàm in majoritate* (secundùm sextam conditionem virtutis concordantiæ) significatur, quòd ignis in elementato existens & agens majorem habet virtutem in sua æqualitate essentiali in hoc, quod æqualiter est constitutum de sua bonitate, magnitudine &c. quàm in illa majoritate, quam ipse habet super aërem, aut quam ipse habet in elementato cholerico ratione prædominationis super alia elementa, quod est, quia ignis cum suis partibus magìs remotus est à linea de contiguitatibus constituta, quàm ab illa linea, quæ est de majoritate & minoritate constituta, atque magìs lineatus est & quantificatus de linea continua de æqualitatibus suorum principiorum constituta, quàm de aliâ: unde quantò plùs ignis coæquans suam bonitatem, magnitudinem &c. in cholerico protendit illam coæquationem in intensitatem, tantò majoricat esse suum & virtutem suam super cætera elementa.

12. Quinta conditio virtutis principii significat, quòd elementa existendo & agendo in elementato accidentia ipsius elementati constituunt de virtute substantiæ procedente virtute de substantia in operationem cum accidentibus, in tantò, quòd de substantia procedunt per ipsam virtutem plures quantitates & plura alia accidentia, videlicet quantitas bonitatis & quantitas magnitudinis &c. de quibus omnibus quantitatibus fit una quantitas extensa ambiens totum extensum elementatum in longitudine, latitudine & profunditate. Et isto modo *virtus in elementato ex majoritate substantiæ principiat istas minoritates, de quibus ipsa accidentia substantiæ constituuntur.* Sunt autem ipsæ majoritates substantiæ illa substantialia principia, de quibus ipsa substantia constituta est, videlicet forma & materia ipsius substantiæ atque bonitas magnitudo &c. de quibus ipsa forma & ipsa materia constitutæ sunt. Et quoniam quodlibet ipsorum primorum principiorum est quantum, quale &c. habens in se relationem, videlicet bonitas bonificativum & bonificabile, & sic de aliis, influuntur quidem inde principia accidentalia, ut substantialia principia virtutem habeant agendi & producendi.

13. *Cùm virtus ratione finîs sit major in medio, quàm in principio* (ût vult secunda conditio virtutis medii) majorem habent virtutem existendi & agendi in medio ratione finîs ipsa elementa in elementato quàm in illis principiis, de quibus ipsa elementa constituta sunt, videlicet quàm ipsa bonitas, magnitudo &c. Medium autem istud, ubi ipsa virtus elementorum major est, quàm in prædictis principiis, sunt ipsa ignificare, aërificare &c. constituta de bonificare, magnificare &c. quæ sunt medium bonificativi & bonificabilis, magnificativi & magnificabilis, de quibus ignificativum & aërificativum &c. & ignificabile & aërificabile &c. sunt constituta, videlicet ignificativum &c. de bonificativo &c. & ignificabile de bonificabili &c. Ex istis quidem conjungit virtus unum elementatum ipsis actibus elementorum scilicet ignificare &c. existentibus medio hujus conjunctionis, atque formâ & materiâ, videlicet elementativo & elementabili, existentibus essentiis ipsius elementati, de quibus elementare oritur.

Hæc

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Hæc autem omnia prædicta concurrunt ad producendum elementatum, qui eſt finis agentis naturalis.

14. Cùm aliqua virtus elementorum in elementato exiſtendo & agendo deviatur à fine, habet corrumpi neceſſariò, quia *illa virtus, quæ eſt in medio ſine fine, conſiſtit in minoritate* ſecundùm quartam conditionem virtutis medii, quod habet eſſe, ut ipſa virtus non conſiſtat otioſa, ne ratione otioſitatis illius medii impediat tranſitum principii ad finem. Et ideo, ut exiſtere illius virtutis non ſit in elementato ſuperfluum ratione abſentiæ agendi ipſius virtutis ad finem, abeſt neceſſariò illa virtus in elementato: unde ſequitur privatio alicujus rei in elementato, ſicut in animali membrorum contractio vel abſentia eorum, quia abeſt illa virtus in ipſo elementato, videlicet in ipſo animali, quæ agens ad finem eſt cauſa rectitudinis membrorum aut præſentiæ eorum & ſic de aliis hujusmodi.

15. Finis principiorum extrinſecorum elementalium, quæ ſuut bonitates, magnitudines &c. extrinſecorum elementorum elementati, ita movet iſta principia extrinſeca ad elementatum, quòd quantùm poteſt, facit ea remanere cum ſuis elementis in elementato; quoniam ſi moveret ea, nec faceret illa reſidere in elementato, cùm recederent ab elementato, auferrent ſecum elementa intrinſeca elementati, de quibus elementatum eſt conſtitutum, & hoc, cùm ſint ejusdem naturæ: itaque prædictus finis moveret principia ſua contra majoritatem ſuam, quod eſt impoſſibile ſecundùm primam conditionem principii finîs. Eſt enim majoritas prædicti finîs principia ejus moveri ad elementatum, quoniam prædicta principia propter nutrimentum vitæ elementati habent eſſe. Ergo elementa extrinſeca elementatum intrant in eo permanentia & agentia, ut ſint in majoritate ſui finîs intrà ſe ipſa & extrà, & ſecundùm hoc exiſtunt & agunt ſubſtantialiter & accidentaliter quodlibet eorum de proprietatibus & conditionibus ſuis, ſunt autem inviſibilia, quamvis appareant in elementati figura.

16. Naturaliter elementa, quantùm poſſunt, evitant tertiam conditionem principii finîs: evitant enim minoritatem finîs materiæ ſuæ, ut evitent minoritatem formæ ſuæ, de quibus ſcilicet formâ & materiâ majorificant elementatum, ut ipſa eadem forma elementati ſuam majoritatem finîs habeat in ipſa eadem materia ſua. Eſt autem hæc majoritas finîs ſubſtantialiter multiplicata de pluribus formis ſubſtantialium principiorum ſcilicet bonitatis &c. elementorum, de quibus formis conſtant formæ elementorum aggregantes unam formam ſubſtantialem elementati & de pluribus materiis prædictorum ſubſtantialium principiorum conſtituentibus ſubſtantiales materias elementorum, conſtituentes unam materiam elementati. Et iterum ratione accidentium ipſius ſubſtantiæ elementatæ principiorum eam conſtituentium eſt prædicta majoritas finîs accidentaliter multiplicata, videlicet de quantitate, qualitate &c. prædictorum ſubſtantialium principiorum, quæ ſunt quantificativa & quantificabilia, qualificativa & qualificabilia, & ſic de aliis hujusmodi per omnes ſubſtantiales formas & materias prædictas, usque gradatim conſtituunt unum quantificativum, qualificativum &c. elementati, & unum quantificabile & qualificabile &c. ſub una quantitate, qualitate &c. unius alicujus elementati. Hæc autem multiplicatio ſubſtantialis & accidentalis majoritatis finîs in ipſo elementato habet ita eſſe, ut totum ipſum elementatum ſit ſubſtantialiter & accidentaliter de ipſa majoritate finîs plenum.

De tertio Probationis modo.

1. AMpliori modo more ſolito ſuppoſitionem ſumere nos oportet, quia in modo exiſtendi & agendi elementorum in elementato eam neceſſariò invenimus, quoniam ſicut ſuppoſitiva voluntas in abſentia intelligendi neceſſitatem rei vel impoſſibilitatem ſequitur poſſibilitatem obtinendi in intellectu illam poſſibilitatem vel neceſſitatem, ſic ſimiliter appetitus cujuslibet elementi in elementato, cùm ſit extrà illum principalem ſeu ultimum finem, quem in ſuo inſtiuctu naturali appetit obtinere, ſequitur poſſibilitatem obtinendi illum finem, quam ſiquidem ſecutionem poſſibilitatis oportet eſſe ejus ſuppoſitionem obtinendi illum, ſicut quòd voluntas humana ſequatur poſſibilitatem, dicimus ſuppoſitionem. Hæc autem elementalis ſuppoſitio conſiſtit in quolibet gradu elementorum in elementato: ſicut patet in elementato cholerico in quarto gradu, in quo appetitus terræ in tertio gradu ſupponit poſſibile ſe obtinere ſuum quartum gradum in eodem elementato & appetitus aëris in ſecundo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cundo gradu se obtinere suum tertium, ut obtineat suum quartum in eodem, atque appetitus aquæ in primo suum secundum gradum in eodem, ut habeat tertium in eodem ad habendum in ipso eodem elementato suum quartum: appetitus verò ignis supponens possibile, nunquam esse ibi alium quartum gradum præter suum, agit ideo super alios gradus inferiores tantâ quantitate persistentiæ suæ, quòd alios gradus inferiores in ipso elementato ultra metas procedere non permittit, ut non adsit necessitas corruptionis sui quarti gradûs, seu necessitas generationis alterius quarti gradûs.

2. Sicut modus intelligendi intellectûs est similitudo modi essendi rei, eò quòd est effectus modi essendi rei, potentiæ & objecti, potentiæ quidem tanquam ex parte agentis, objecti verò tanquam ex parte subjecti; ita similiter modus essendi elementati est similitudo modi essendi rei agentis naturalis & elementorum, agentis quidem naturalis tanquam ex parte efficientis naturalis, elementorum verò tanquam ex parte subjecti. Iterum etiam, sicut anima humana habet suum modum intelligendi ratione intellectûs & suum modum volendi ratione voluntatis ordinatos ad modum essendi rei, sic unumquodque elementorum in elementato existendo & agendo sub modo instinguendi & appetendi agentis naturalis habet suum modum instinguendi ratione sui instinctûs naturalis, & appetendi ratione sui appetitûs naturalis, ordinatos ad modum essendi rei instinctæ & appetitæ ab eisdem, ita quòd quatuor modis instinguendi quatuor elementorum sub modo instinguendi naturalis agentis constituitur ipse modus instinguendi elementati vegetati; Et de quatuor modis appetendi quatuor elementorum sub modo appetendi agentis naturalis constituitur ipse modus appetendi elementati. Constituitur autem modus instinguendi cujuslibet elementi ex modo instinguendi elementalis bonitatis & ex modo instinguendi elementalis magnitudinis, & sic de aliis primis principiis elementalibus. Similiter & modus appetendi cujuslibet elementi ex modis appetendi primorum principiorum, ut de primis principiis elementalibus per lineam continuam in diversitate & unitate non sit dari vacuum instinctûs & appetitûs, sed plenum per totum elementatum.

3. Considerando elementa in elementato secundùm modos secundarios investigandi tertiæ regulæ, sic sunt in ipso ratione cujuslibet elementalis bonitatis in eo existentis bonificativum, bonificabile, bonificare & bonificatum, & magnificativum, magnificabile, magnificare & magnificatum. Similiter ratione cujuslibet magnitudinis in eo existentis & similiter ratione ignîs de ipsis primis principiis constituti, sunt in ipso elementato ignificativum, ignificabile, ignificare, ignificatum, & eodem modo ratione aëris aërificativum, aërificabile, aërificare & aërificatum & sic de aliis elementis, ut ratione elementati sint in ipso elementato elementativum, elementabile & elementare. Iterum existunt & agunt ipsa elementa in elementato secundùm duplices terminos ad invicem concordantes, videlicet secundùm formam & materiam, formam & figuram, substantiam & accidens, intensitatem & extensitatem, primam intentionem & secundam, & sic de aliis hujusmodi. Et iterum secundùm duplices terminos contrariantes, videlicet concordantiam & contrarietatem, caliditatem & frigiditatem, humiditatem & siccitatem, levitatem & ponderositatem, luciditatem & obscuritatem &c. hujusmodi. Iterum existunt & agunt in eodem elementato secundùm triplices terminos concordantes respectivè, ût secundùm formam, materiam, & conjunctionem, potentiam, habitum & actum, longum, latum & profundum: ac etiam existunt & agunt elementa in ipso elementato secundùm unum terminum concordantem duobus contrariis, ût secundùm differentiam concordantem concordantiæ & contrarietati ratione differentiæ & concordantiæ ipsorum elementorum, aut etiam secundùm se ipsa scilicet secundùm ignem concordantem aëri & terræ & secundùm aërem concordantem igni & aquæ & secundùm aquam concordantem aëri & terræ & secundùm terram concordantem igni & aquæ. Et sunt etiam in ipso elementato secundùm unum terminum contrariantem duobus concordantibus, ût secundùm corruptionem contrariantem formæ & materiæ, & secundùm deviationem medii contrariantem principio & fini. Iterum sunt & agunt elementa in elementato secundùm quadruplices terminos concordantes, qui sunt finis, efficiens, forma & materia, sursum, deorsum, antrorsum, retrorsum, & sic de aliis: & secundùm quadruplices terminos, quorum unus contrariatur duobus concordantibus,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tibus, vîdelicet ignis frigiditati aquæ & frigiditati terræ, & concordat caliditati aëris; & sic de quolibet aliorum. Ac etiam ipsa elementa in elementato sunt ipsi termini seu principia, quorum unumquodque concordat duobus contrariantibus, & contrariatur uni concordanti illis duobus contrariantibus, ût patet in ipsa tertia regula. Et habent ita esse & ita agere necessariò elementa in elementato, quòd positis existentiâ & agentiâ unius eorum ponuntur existentia & agentia cujuslibet aliorum, habentque ipsa quatuor elementa existere & agere in elementato circulariter in primo, secundo, tertio & quarto modis antedictis, secundùm quòd patet in quinto & ultimo modo investigandi secundæ partis hujus tertiæ regulæ.

4. Bonitas elementalis & magnitudo elementalis &c. & differentia elementalis & concordantia elementalis &c. sunt ipsa generalia & prima principia elementorum elementati, & bonificare prædictæ bonitatis & magnificare prædictæ magnitudinis &c. & differre prædictæ differentiæ & concordare prædictæ concordantiæ &c. sunt universalia agere elementalia, sed prædicta bonitas contracta ad magnitudinem & contracta ad durationem, & sic de aliis, & contracta similiter ad differentiam & ad concordantiam, & sic de aliis, specificatur de generalitate sua, & specificando diversificatur, & diversificando multiplicatur, ita quòd in natura elementali in elementato quot sunt principia prima, tot habentur bonitates diversæ seu distinctæ de una bonitate generali per multitudinem suæ contractionis ad multa princincipia constitutæ. Hoc idem similiter habet esse de bonificare ipsius bonitatis per multiplicem contractionem sui ad alios multiplices actus prædictorum primorum principiorum: & quod est de uno principio & agere illius velut de bonitate & bonificare dictum est, hoc idem est de unoquoque aliorum & agere suo videlicet de magnitudine & magnificare &c. & de differentia & differre &c. & permanent unum idem ipsa principia ratione cujuslibet unitatis eorum contractæ ad quamlibet aliam unitatem. Et hoc idem est de unitatibus agentiæ eorum. Hæ autem existentiæ principiorum prædictorum sic contractæ ad invicem, ita quòd inter se non est vacuum contractionis, contrahuntur ad hanc proprietatem, quæ est igneitas, & ad istam, quæ est aëreitas, & ad alias duas, quæ sunt aqueitas & terreitas, ita quòd quælibet istarum proprietatum tot diversitates sui habet, quot habet cum prædictis principiis contractiones, & quot habet contractiones, tot habet sui ipsius specificationes; & quoniam ita est, quòd ipsa principia sic ad invicem contracta (ût dictum est) cuilibet prædictarum proprietatum contrahuntur, contrahitur de necessitate quælibet ipsarum proprietatum ad quamlibet ipsarum; & contrahendo secundùm illam specificatur, ita quòd altera est igneitas contracta ad aëreitatem, alia verò contracta ad terreitatem, & alia contracta ad aqueitatem, & sic de unaquaque aliarum, & permanent unum idem, quia eadem igneitas est in aëreitate, terreitate & aqueitate, & sic de qualibet aliarum. Et isto eodem modo contractionis & specificationis, quo se habent prædicta prima principia ad prædictas proprietates, se habent agere prædictorum principiorum similiter ad invicem contracta, sicut sua principia ad agere cujuslibet proprietatum prædictarum, videlicet bonificare &c. ad ignificare &c. atque vegetalitas individua agentis naturalis contrahens ad se principia ad invicem contracta suæ vegetalitatis generalis contrahit ad se prædictas elementorum proprietates ad invicem contractas & specificatas secundùm supra prædictam contractionem & specificationem ad hoc individuum elementatum vegetatum, ac etiam vegetare individuum prædictæ individuæ vegetalitatis, contrahens ad se generale bonificare &c. vegetandi generalis prædictæ vegetalitatis generalis contrahit ad se ignificare, aërificare &c. contracta ad invicem secundùm contractionem bonificandi &c. primorum principiorum elementalium in vegetare individuum hujus elementati vegetati, ita quòd non est dari vacuum contractionis de primis extremitatibus primorum principiorum & agentiæ eorum per totum medium continuum contrahendi usque ad ultimas extremitates hujus individui elementati vegetati.

5. Quemadmodum intellectus humanus in ratione sua habet potentiam & habitum contradictionis, quæ existens realiter actu impossibilis est, cùm ita est, quòd reducitur ad actum, rationaliter habet corrumpere modum intelligendi, sic in elementali essentia est potentia & habitus contradictionis, quæ nunquam actu esse potest. Et

cùm

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cùm elementa conantur illam reducere in actum, corrumpitur illud elementatum, in quo intendunt illam adducere in actum, quia non est aliquid, quod contradictionis possit esse subjectum; hoc autem patet isto modo. Manifestum est, quòd ignis & aqua, aër & terra sunt contraria, quolibet istorum appetente prædominium elementati de tota bonitate, magnitudine &c. suæ existentiæ & agentiæ: agens verò naturale sustinere non potest præter unius illorum prædominium in ratione unius finîs, secundùm quòd manifestum est elementa sub ipso agente naturali esse gradata, superiore gradu habente prædominium super cæteros regendo illos ad suum finem, sustinere quidem non potest quodlibet eorum à prædominio, quia contradictio realis sequeretur, quia in elementato quarti gradûs elementorum sequeretur, quòd quartus gradus esset ignîs & non esset ignîs, quia esset gradus aquæ, & esset aquæ & non esset aquæ, quia esset ignîs: & quòd esset aëris & non esset aëris, quia esset terræ, & quòd esset terræ & non esset terræ, quia esset aëris. Et sic quartus gradus unius oppositorum esset quartus gradus alterius, quod est impossibile ratione contradictionis. Restat ergo, quòd elementa in elementato existendo & agendo gradata sunt proportionaliter, ita quòd gradus inferiores sub superiori gradu patiuntur proportionaliter, ut quodlibet ipsorum elementorum suam potentiam & actum conservet, ut adhuc quodlibet eorum intentum suum secundùm finem suum actu recuperare possit in elementato. Et cùm ita est, quòd aliquod elementorum prædictam proportionem destruere nititur, adducens prædictam contradictionem ad actum, quantùm potest, corrumpitur elementatum in tantum, quantum adducit prædictam contradictionem: itaque per accidens existit contradictio in potentia & habitu in essentia elementali in elementato in hoc, quòd substantialiter unumquodque ipsorum finem suum & non alterius appetit dominari. Et ratio hujus est, quia agens naturale potest indifferenter alicujus eorum prædominium acceptare.

6. Elementis existentibus & agentibus proportionaliter sub agente naturali gradatis stat quidem necessitas specifica & individuata existentiæ & agentiæ elementorum & elementati sub necessitate existentiæ & agentiæ hujus agentis naturalis individui per totum medium continuum à primis extremitatibus primorum principiorum elementalium usque ad ultimas extremitates principiorum ipsius agentis specifici. Et dum ita est, quòd elementalis necessitas sub agente naturali nimis fluit ad generationem, fit inde per contingens præter communem naturæ consuetudinem in ipso generato additamentum, sicut sextus digitus in manu vel aliquid hujusmodi: aut dum ita est, quòd prædicta necessitas ad prædictam generationem conflüit diminuta, causatur per contingentiam illius diminutionis defectus alicujus membri seu membrorum in generato, sicut patet in cœcis nascentibus seu contractis, ergo dum proportionatè fluit elementalis necessitas sub agens naturale, de sunt prædictæ contingentiæ accidentales. Aliæ verò sunt contingentiæ substantiales videlicet principales, quæ in elementorum naturâ existendo & agendo in elementato intluduntur existentes causæ corruptionis elementati, quia licet necessitas cujuslibet elementi, sicut prædictum est, existat & agat proportionaliter in elementato sub gradibus proportionaliter gradatis, nihilominus unumquodque ipsorum elementorum existendo & agendo, quantùm est de natura suî, expectat in ipso elementato per contingens sui contrarii elementi privationem, secundùm quòd futurorum necessitas ministrabit.

7. Elementa in elementato habent existere & agere ratione æquiparantiæ suorum primorum principiorum, existente ipsâ æquiparantiâ continuatâ substantialiter & accidentaliter per totum elementatum, secundùm exigentiam finîs elementati. Est enim ipsa primorum principiorum æquiparantia causa constitutionis elementati æquiparata æquiparantiæ principiorum agentis naturalis: ac etiam in elementato est æquiparantia causa æquiparantiæ, quia propter æquiparantiam existendi & agendi bonitatis bonificativæ & bonificabilis & sic de magnitudine &c. habet ignis existendo & agendo æquiparantiam in suo ignificativo & ignificabili & sic de cæteris elementis, quia ex hoc, quòd ignis &c. est ignificativus secundùm æquiparantiam & ignificabilis existendo, & calefactivus & calefactibilis, & sic de aliis, agendo, & sic de aliis elementis secundùm se, sunt quidem bonitas &c. de quibus ignis constitutus est, & de quibus similiter constant alia elementa, bonificativa & bo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& bonificabilis per totum ſubjectum elementatum; & hoc ita, quòd ſubſtantialis æquiparantia formarum & materiarum primorum principiorum elementalium cauſat ſubſtantialiter æquiparantiam formæ & materiæ cujuslibet elementi exiſtentis ſubſtantialiter & agentis accidentaliter in elementato, quia de prædictis formis conſtat ſubſtantialiter forma cujuslibet elementi, & de prædictis materiis materia cujuslibet elementi: & ideo cauſatur forma cujuslibet elementi à prædictis formis & ejus materia à prædictis materiis,ut æquiparantia formæ & materiæ cujuslibet elementi cauſet ſubſtantialiter cum æquiparantia ipſorum elementorum æquiparantiam formæ & materiæ elementati accidentaliter. Et æquiparantia accidentalium formarum & materiarum primorum principiorum cauſat accidentaliter æquiparantiam accidentalium formarum & materiarum cujuslibet elementi, ut inde cauſetur æquiparantia accidentalium formarum & materiarum elementati usque ad agens naturale. Itaque juxta tres demonſtrationis ſpecies exiſtunt & agunt ſubſtantialiter & accidentaliter elementa in elementato, ſecundùm quòd æquiparantia exiſtit ſubſtantialiter & accidentaliter *in propter quid* & è converſo,procedendo continuè de primis principiis usque ad ultima agentis naturalis ipſius elementati, & exiſtit in *quia*, refluendo de ultimis ipſius agentis naturalis usque ad prima principia elementalia, ut impoſſibilis ſit vacuitas æquiparantiæ in *propter quid & quia*, videlicet in *cauſa* & in *effectu* in tota exiſtentia & agentia elementati.

8. Sicutintellectus humanus in punctis tranſcendentibus tranſcendit naturam ſuam, cùm attingit realitatem objecti ultra naturam ſuæ rationis (ût in octava regula dictum eſt) & habet ita tranſcendere, ut ſit in majori bonitate, magnitudine &c. attinctionis, ita ignis & unumquodque aliorum elementorum concurrens per totum circulum elementorum, intrante parte cujuslibet ipſorum in partem cujuslibet aliorũ ſubſtantialiter & accidentaliter, tranſcendit ad elementatum, quod non eſt elementum, cùm ſit nobilior in elementati natura quàm ſimpliciter in natura ſui ipſius. Eſt enim nobilior in ipſo elementato, quia ipſum elementatum ex hoc, quòd eſt de ipſis elementis compoſitum, habet in ſe ignem ſimplicem & compoſitum, & cætera elementa ſimplicia & compoſita. Simplicia quidem, quia continet in ſe bonitatem, magnitudinem &c. de quibus unumquodque ipſorum elementorum ſimplicium conſtitutum eſt: compoſita verò, quia bonitas &c. ignîs cum bonitate &c. aëris &c. compoſitæ ſunt, quantitas &c. bonitatis &c. ignîs cum quantitate &c. bonitatis &c. aëris &c. & magnitudo iſtorum cum magnitudine, & ſic de aliis. Et inde ſequitur implicatio extenſio & ſubſtantia corporea, in quibus forma ignîs eſt compoſita cum forma aëris, terræ & aquæ, & materia ejus cum materia aëris, aquæ & terræ: & ſic, ut ipſe ignis poſſit venire ad finem intentum, permittit ſe componi cum contrario ſuo videlicet cum aqua, quod eſt ultra naturam ipſius ignîs; quemadmodum intellectus humanus permittit componi ſuum modum intelligendi cum modo eſſendi rei contrario rationi ipſius intellectûs, ut ad finem intentum venire poſſit ultra naturam ſuam, ſcilicet ad realitatem objecti obtinendam: hoc idem ſuo modo eſt de quolibet aliorum elementorum, ut poſſit elementatum ſub vegetato conſtituere, ut inde in naturam ſuam tranſcendant altiorem. Hæc autem omnia ſignificata ſunt in ipſa octava regula in materia elementali.

9. Nona regula & ultima ratione majoritatis finîs ſignificat elementa exiſtentia & agentia in elementato, ita ſicut dictum eſt in unoquoque §. primi, ſecundi & tertii modi hujus quæſtionis propoſitæ, ut majoritas finîs exiſtentiæ & agentiæ elementorum & elementati in aliqua diſtinctione vel conditione aut regula non pereat, cujus periclitatio ſubſtantialiter & accidentaliter in aliquo ipſius elementati vacuum ſeu ſuperfluum implicaret, quæ ſunt impoſſibilia. Idcirco finis in elementato habet ipſum elementatum ſubjectum ſubſtantiatum de majoritatibus finium elementorum, ut nullus finis eorum ſit extrà majoritatem, nec aliqua majoritas ipſorum extra finem, quod eſt impoſſibile, cùm alius iſtorum alii naturaliter acquieſcat, ſcilicet majoritas fini & è converſo. Et ideo ſunt elementa actu ſubſtantialiter & accidentaliter in elementato, ut ſubſtantiatum non ſit ſine ſubſtantia ſibi ſubjecta actu, nec è converſo, ſed ut ratione majoritatis finîs ſubſtantia ſit in toto ſubſtantiato ſuo & ſubſtantiatum in tota ſubſtantia ſua, & accidentia in toto accidentato, & è converſo,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& per totam ſubſtantiam & ſubſtantiatum, & è converſo, ut totum elementatum ſit plenum ſuæ ſubſtantiæ & ſuorum accidentium absque minoritate finîs.

DE
NONA QUÆSTIONE SIGNIFICATA PER K.

Quæritur. Quomodo hæc ars eſt inventiva?

RArius quod eſt ac utilius hujus artis, eſt benè ſciri modum inventivum hujus artis. *Eſt autem ejus modus inveniendi deductio plurium diffinitionum & conditionum & regularum ipſius artis ad eandem concluſionem, & unius diffinitionis, aut conditionis, aut regulæ ad diverſas concluſiones*, ût ſupra in antedictis quæſtionibus manifeſtè patet. Et „ in his implicatur deductio diverſarum „ diffinitionum ex una diffinitione ſumptarum ad eandem concluſionem, & diverſarum conditionum ex una conditione ſumptarum ad eandem concluſionem, „ & ſimiliter diverſarum regularum ex una „ regula ad eandem concluſionem,& etiam „ ex una quæſtione diverſarum quæſtionum ſumptarum ad eandem concluſionem, ût inferius declaratur.

Veruntamen ad majorem evidentiam hujus artis, & ut pleniùs diſcurſus appareat, per figuras ſubjungimus tres modos ſolvendi quæſtiones.

In quorum primo aliquæ quæſtiones ultimæ partis quartæ diſtinctionis ſolvuntur transmittendo ad diffinitiones in prima diſtinctione.

In ſecundo ſolvuntur quæſtiones per primam & ſecundam figuram hujus artis, transmittendo ad conditiones in diſtinctione ſecunda, *quod fit, ut pateat modus applicandi conditiones ad figuras.*

In tertio verò & ultimo ſolvuntur quæſtiones in tertia & quarta figura hujus artis per regulas & per novem quæſtiones primæ partis quartæ diſtinctionis, *quod fit, ut detur modus applicandi ad figuras hujus artis regulas & quæſtiones.*

1. In primo quidem modo talis ſervatur proceſſus. Primò acceptâ igitur primâ quæſtione bonitatis,magnitudinis. *Utrum Deus benedictus ſit ens infinitum?* Perquiratur ejus ſolutio in diffinitione bonitatis iſto modo. Deus eſt Ens, quod eſt ipſa bonitas, & bonum agens bonum ratione ipſius bonitatis, aliter ipſe non eſſet Deus, cùm Deum conſideremus eſſe ſummum bonum, hoc habito facienda eſt applicatio hujus diffinitionis bonitatis ad diffinitionem magnitudinis, & habetur, quòd Deus exiſtens ens, quod eſt ipſa bonitas, agens bonum ratione bonitatis, agit ipſum bonum magnum ratione magnitudinis, cùm ipſa ſumma bonitas ſic agendo & exiſtendo ſit magna ratione magnitudinis, ambiens omnes extremitates eſſendi, ergo Deus eſt ens infinitum, ut infinita magnitudo ratione ſuæ bonitatis exiſtendo & agendo bonum non ambiat infinitas extremitates non eſſendi, quod eſt impoſſibile.

Eadem etiam concluſio patet additâ diffinitione bonitatis diffinitioni æternitatis, quia cùm æternitas ſit duratio infinita & Deus ratione bonitatis ſuæ ſit ens agens bonum cum magnitudine, ergo Deus exiſtendo & agendo bonum magnum cum bonitate & magnitudine durat infinitè bonus magnus ratione ſuæ bonitatis & magnitudinis, ergo ipſe eſt infinitus: quod ſi non; infinita duratio eſſet proprietas, ratione cujus malitia, parvitas &c. durarent infinitè, & per conſequens ratione cujus ipſa malitia exiſtens id, per quod malum agit malum,in magnitudine per omnes extremitates eſſendi duraret infinitè, quod eſt impoſſibile, ergo &c.

Hæc eadem concluſio patet,additâ ipsâ diffinitione bonitatis cum diffinitione magnitudinis & diffinitione æternitatis diffinitioni poteſtatis,nam ex hoc,quòd divina bonitas & divina magnitudo durantes infinitè ens agens bonum magnum per omnes extremitates eſſendi, cùm etiam hoc ſit magnum bonum eſſe per omnes ipſas extremitates durationis infinitæ,poteſt igitur ipſa divina bonitas, magnitudo, æternitas exiſtere ens infinitum bonum magnum durans & potens, aliter deficeret poteſtas bonitati & æternitati Dei, & per conſequens diffinitio poteſtatis diffinitioni bonitatis, magnitudinis & æternitatis,& ſic eſſet dari Deum non eſſe; ad cujus non eſſe ſequerentur malitia, parvitas & privatio bonæ, magnæ &c. exiſtentes & agentes per omnes extremitates eſſendi ratione ſuæ poteſtatis, quod eſt ſumma contradictio, ergo &c.

Diffinitio ſapientiæ ſimiliter addita prædictis diffinitionibus manifeſtat hoc idem, quoniam ſi non eſt bonum eſſe Deum ens infinitum æternaliter per omnes extremitates eſſendi ratione ſuæ bonitatis in magnitudi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gnitudine, æternitate & potestate & è converso, attingit quidem divina sapientia diffinitionem bonitatis esse diffinitionem malitiæ in diffinitione parvitatis, privationis & impotentiæ & è converso, & diffinitionem parvitatis, privationis & impotentiæ esse diffinitionem magnitudinis æternitatis & potestatis in diffinitione bonitatis, & per consequens diffinitionem suam esse diffinitionem ignorantiæ in diffinitione bonitatis &c. & diffinitionem ignorantiæ esse diffinitionem sapientiæ in diffinitione malitiæ &c. videlicet quòd sapientia est proprietas, ratione cujus insipiens ignorat bonitatem Dei esse ens infinitum, ratione cujus bonum agit bonum, & magnitudinem Dei esse id, ratione cujus bonitas, æternitas &c. Dei sunt magnæ &c. & sic de aliis: & quòd ignorantia est proprietas, ratione cujus sapiens intelligit malitiam in Deo esse non ens infinitum, ratione cujus malum agit malum: & sic oppositio modo de aliis diffinitionibus. Unde sequuntur multæ contradictiones, ergo Deus est ens infinitum. Hoc etiam eodem modo manifestari potest multis aliis rationibus, addendo singulas alias diffinitiones, quæ sunt voluntatis, virtutis &c. diffinitionibus antedictis.

Sicut Deum esse ens infinitum manifestum est per diffinitiones additas diffinitionibus, simili modo manifestatur hoc idem per conditiones additas conditionibus. Sumatur ergo conditio prima bonitatis magnitudinis, nam ex hoc, quòd tota divina substantia convertitur tota cum bonitate totâ & tota cum magnitudine totâ &c. quia aliter non esset Deus, oportet ipsam substantiam esse ens infinitum existendo & agendo & hoc ratione infinitæ conversionis Dei & infinitæ suæ bonitatis &c. ut existendo & agendo sit impossibile in eo considerari vel fieri additamentum. Et hoc etiam probat secunda conditio bonitatis magnitudinis addita primæ, quoniam nisi Deus esset ens omnimodè infinitum existendo & agendo ratione conversionis suî cum qualibet suarum dignitatum, ipsa quidem bonitas Dei existeret impotens in essentia parvitatis bonificans, magnificans &c. vel existeret potens in essentia magnitudinis, malificans, parvificans, quod est impossibile, ergo &c.

Iterum additâ tertiâ conditione bonitatis magnitudinis prædictis duabus conditionibus multiplicatur istius ejusdem conclusionis probatio, quoniam nisi ipsa divina bonitas esset adeo potens in essentia magnitudinis bonificando & magnificando, quòd Deus esset ens infinitum ratione infinitæ conversionis ipsius Deitatis cum bonitate, magnitudine &c. sciretur quidem necessariò bonitas in magnitudine cum malitia & parvitate, quod satis patet manifestè falsum, ergo &c.

Iterum similiter additâ quartâ conditione bonitatis, magnitudinis, fortiùs exprimitur hoc idem, quoniam si divina bonitas scitur necessariò esse in magnitudine cum malitia & parvitate, quia scitur impotens in essentia magnitudinis bonificare & magnificare in tantum, quòd sit ens infinitum per conversionem ipsius Deitatis cum bonitate, magnitudine, æternitate &c. Deus quidem existens bonitas, magnitudo &c. scitur necessariò existere malitia parvitas &c. atque ejus bonitas existens magnitudo, voluntas &c. scitur necessariò existere parvitas voluntatis &c. quæ sunt manifestæ contradictiones. Ergo Deus est necessariò ens infinitum. Hoc idem similiter potest expressiùs ab intellectu videri addendo consimili modo, si hoc portare possit, quintam & sextam conditiones consequentes, & sic de aliis consequentibus conditionibus, ad jam applicatas conditiones.

Similiter per regulas manifestatur hæc eadem conclusio aliâ regularum additâ alii: quoniam si Deus non est infinitus, voluntas quidem & intellectus hominis secundùm primam regulam coæquari non possent in intellectu intelligente eum finitum & voluntate diligente eum infinitum. Et additâ secundâ regulâ primæ modus diligendi ens infinitum facit supponere voluntatem ens in omni perfectione infinitum, & modus odiendi absentiam entis in omni perfectione infiniti facit supponere voluntatem, non esse ipsum ens infinitum, sed nullo modo habet ipsa voluntas naturam odiendi ipsum infinitum aut diligendi absentiam ipsius entis infiniti: cùm ergo intellectus humanus ex eadem natura animæ rationalis cum voluntate sit constitutus, non habet modum intelligendi naturaliter absentiam entis in omni perfectione infiniti & præsentiam non entis in omni perfectione infiniti, quoniam diligere bonum existens sine aliquo malo non potest contrariari ipsi intelligere bono existente absque aliquo falso, de necessitate ergo habet intellige-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

telligere oppositum, ergo est ipsum ens infinitum.

Hoc etiam patet additâ tertiâ regulâ secundæ regulæ & primæ, quia cùm voluntas supponit non ens in omni perfectione infinitum, tunc se habent sic modus intelligendi & modus essendi, quòd modus intelligendi de necessitate declinat falsificativum, falsificabile, falsificare & falsificatum esse veritatis, & malificativum, malificabile, malificare & malificatum esse bonitatis, & per consequens verificativum &c. esse falsitatis & bonificativum &c. esse malitiæ, & sic contradictio est conversio & è converso, quia sic esse est non esse, & è converso, & perfectio defectus, & è converso, atque perfectio est in non esse & non esse in defectu ratione perfectionis, & defectus in esse ratione non essendi & esse in perfectione ratione sui defectûs; & multæ etiam aliæ contradictiones & impossibilitates cum istis habent modum essendi rei, quod est absurdum, in modo intelligendi, falsè ergo supponit voluntas non esse prædictum ens infinitum, quare de necessitate oppositum est necessarium, scilicet ens infinitum, & istud est Deus.

Et additâ super hoc quartâ regulâ adhuc multiplicantur impossibilitates & contradictiones ad absentiam infiniti entis, quoniam cùm voluntas supponit non esse prædictum ens infinitum, attingit intellectus discursivus in suo modo intelligendi ipsam voluntatem ex hoc contrahere sibi dolorem, qui quidem dolor & lætitia convertuntur, ita quòd voluntas contrahens sibi dolorem, contrahit suum lætativum, lætabile, lætare, & lætatum ad dolorem, ita quòd lætativum & dolorativum, & sic de aliis, in tantum contrahuntur, quòd convertuntur, quod nullo modo esse potest, nec contrahi ad modum intelligendi, quia hoc attingit intellectus manifestè falsum: & si hoc habeat esse ultra intellectum, intellectus contrahens se ad modum intelligendi, contrahit se ad modum ignorandi, eò quòd suum scitivum convertitur cum suo ignorativo & suum scibile cum ignorabili, & sic de aliis. Et ista sunt manifestè contradictoria & impossibilia: impossibile est ergo, quòd infinitum convertatur cum non ente infinito, vel contrahantur simul, ergo oportet infinitum ens esse & infinitum non ens non esse de necessitate, hoc autem infinitum ens est Deus benedictus.

Iterum addendo desuper quintam & sextam & alias regulas multiplicari possunt quasi innumerabiles rationes ad probandum necessariò Deum esse infinitum. Sed quia contractis omnibus regulis ad invicem tanta insurgit dicendi materia, quòd importabilis est simul intellectui, propter hoc de ipsa nolumus ulterius prosequi.

Ista eadem conclusio patet, atque etiam in conclusionibus antecedentium quæstionum aliâ earum additâ alii, quia cùm ipse Deus sit tantus in agere, quantus in existere (ût in prima quæstione probatum est) nulla potest fieri vel considerari super ipsum additio, quia non esset perfectus, & si non esset perfectus, non posset dare perfectum motum firmamento, nec perfectum attingere substantiis separatis, & sic de aliis, quia perfectionem, quam non habet, dare non posset, oppositum autem manifestis rationibus probatum est, ergo &c.

2. Assumptâ primâ quæstione magnitudinis æternitatis, *utrum Deus in extensitate sit infinitus sine corporeitate?* recurrendum est ad diffinitionem magnitudinis, quæ est hæc. *Magnitudo est id, ratione cujus bonitas duratio sunt magnæ, ambiens omnes extremitates essendi.* Itaque inveniuntur per artem bonitas magna & duratio magna per omnes extremitates essendi, & sic de aliis, cùm magnitudo in aliqua parte non possit esse aliquid sine bonitate, nec sine duratione, & sic de aliis, & sic magnitudo invenit se bonam durantem &c. & invenit se bonam, quia bonitas ejus est magna in duratione potestate &c. & invenit se durantem &c. quia ejus duratio est magna in bonitate, potestate &c. & sic de potestate &c. Itaque contrahendo aliam ipsarum dignitatum Dei ad aliam, & aliam ipsarum ratione alterius earum ad aliam, explicat ars plures magnitudines in bonitate, & plures in æternitate &c. deinde convertatur diffinitio magnitudinis in diffinitionem bonitatis, & è converso, & ita bonitas est id, ratione cujus magnitudo, æternitas &c. sunt bonæ, ambiens omnes extremitates essendi, & sic explicat ars plures bonitates sicut plures magnitudines. Hoc idem est de aliis dignitatibus etiam conversâ diffinitione bonitatis in diffinitionem magnitudinis, & sic est magnitudo ens, ratione cujus magnum agit magnum, & sic de aliis dignitatibus, ita quòd ista diffinitio est magnitudinis &c. in bonitate, duratione &c. & ratione cujuslibet istarum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

iſtarum eſt in alia; & quod eſt de bonitate, magnitudine, idem eſt de aliis ad ſe ipſas & ad bonitatem & ad magnitudinem, ita quòd ſicut omnes divinæ dignitates convertuntur eſſentialiter, ita & earum diffinitiones. Unde ex eadem dignitate multæ explicantur dignitates remanentes idem quod illa; ratione cujus multitudinis identalis non implicantis eſſentialem differentiam ſed inconfuſionem ambientis omnes extremitates eſſendi explicatur neceſſariò in extenſitate ſpirituali divina immenſitas ſeu infinitas non indigens corporali ſubjecto, cùm habeat illud ſpirituale ſibi ſufficiens, quod etiam multò meliùs ſufficit eſſe ſubjectum extenſitati de infinita Dei bonitate, magnitudine &c. conſtanti quàm corpus extenſitati de corporali bonitate magnitudine &c. conſtructæ. Et ſicut corporalis extenſitas eſt finita, quia de finitis principiis conſtituta, ſic divina extenſitas eſt infinita, quia de infinitis dignitatibus Dei conſtat.

Hoc etiam probatur per ſecundam conditionem magnitudinis æternitatis additam converſioni prædictarum diffinitionum, quoniam niſi intellectus divinus, qui eſt ipſa ſapientia Dei, intelligeret quamlibet dignitatem Dei adeo (ût ſupra dictum eſt) multiplicatas, quòd implicent prædictam extenſitatem ſpiritualem ſine corpore, non eſſet infinitus, quia neſcit magnitudinem ſuam in infinitate ad hoc ſufficientem, ſed intellectum divinum impoſſibile eſt non eſſe infinitum ratione ſuæ infinitæ magnitudinis, quia ſic non eſſet Deus, ergo Deus eſt infinitus in extenſitate ſine corpore, ſed hæc extenſitas ultra imaginationem omnino conſiſtit, imaginatio namque extenſitatem nullam attingere poteſt præter eam, quæ corpori contracta eſt, ſolus quidem intellectus ab imaginatione denudatus propter neceſſitatem ſupradictam attingit eam eſſe de neceſſitate.

3. Aſſumptâ ſeptimâ quæſtione æternitatis, poteſtatis, *utrum ratione realium rationum æternitas & poteſtas habeant in Deo realiter actus proprios*? accipiatur diffinitio æternitatis, quæ eſt. *Æternitas eſt proprietas, ratione cujus bonitas, magnitudo, poteſtas &c. infinitè durant*, modò, cùm poteſtas in Deo ſit æqualîs conditionis cum æternitate, ſimiliter & magnitudo &c. convertatur diffinitio æternitatis in diffinitionem poteſtatis. Et ſic *poteſtas Dei eſt in Deo proprietas, ratione cujus æternitas magnitudo &c. poſſificant infinitè*. Et ſic de magnitudine, *quæ eſt ipſa proprietas in Deo, ratione cujus bonitas magnitudo &c. Dei magnificant:* & ſic de aliis dignitatibus Dei: modò, ut totum ſit plenum ratione infinitatis ipſarum dignitatum & earum diffinitionum, convertatur eſſentialiter & propriè diffinitio in diffinitionem permanendo eſſentialiter & propriè quælibet earum id, quod ipſa eſt, quia ratione infinitatis, ut non ſit in Deo vacuum & otioſitas, convertitur eſſentialiter & propriè in Deo dignitas in dignitatem permanendo quælibet earum eſſentialiter & propriè id, quod ipſa eſt. Et concludendum eſt neceſſariò, quòd ratione ipſarum rationum realium Dei, videlicet ipſarum dignitatum, bonificare exiſtens eſſentialiter & propriè actus magnitudinis, eſt eſſentialiter & propriè actus bonitatis, & magnificare exiſtens eſſentialiter & propriè actus bonitatis, eſt eſſentialiter & propriè actus magnitudinis; & ſic de aliis actibus dignitatum: quod ſi non, abeſſent quidem in Deo prædictæ converſiones & deſtrueretur in eo diffinitio æternitatis & diffinitio poteſtatis, & per conſequens æternitas & poteſtas, quia cùm ſit bonum magnum &c. in Deo prædictos actus proprios eſſe, ita (ſicut dictum eſt) neceſſarium eſt, quòd ærernitas faciat eos durare, & poteſtas exiſtere, ſicut dictum eſt, ut æternitas Dei non ſit proprietas, ratione cujus bonitas hujus boni prædicti & magnitudo hujus magni prædicti non durant, & ut poteſtas Dei non ſit id, ratione cujus iſta bonitas & iſta magnitudo non poſſint ſic exiſtere & agere, ût prædictum eſt, quòd eſſet ſumma privatio & impotentia in Deo, ergo &c.

Hoc idem etiam probat ſeptima conditio æternitatis poteſtatis addita prædictis diffinitionibus, quoniam niſi prædictæ diffinitiones cum ſuis diffinitis procederent ad affirmativam concluſionem hujus quæſtionis (ût prædictum eſt) manifeſtum eſt, quòd æternitas & poteſtas non eſſent inconfuſæ rationes in concordantia totius ejusdem unitatis eſſentiæ earundem & cujuslibet earum, quod eſt impoſſibile in Deo, ût vult ipſa ſeptima conditio prædicta ergo &c.

4. Propoſitâ quæſtione quintâ poteſtatis ſapientiæ, *utrum poſſe ſufficeret intellectui ſine diſtinguere*? accipiatur diffinitio poteſtatis, quæ eſt hæc. *Poteſtas eſt id, ratione cujus bonitas magnitudo &c. poſſunt exiſtere & agere*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſed bonitas ſine bonificare agere non poteſt, nec magnitudo ſine magnificare, ergo à bonificare habet bonitas poteſtatem, ratione cujus poteſt agere, ſimiliter & magnitudo à magnificare & ſic de aliis, nec bonificare poteſt eſſe ſine bonificativo & bonificabili, & bonificativum & bonificabile ſine ſuâmet diſtinctione ſeu diſtinguere. Ergo de ultimo ad primum bonitas à diſtinctione ſive à diſtinguere habet poteſtatem, ratione cujus poteſt agere, ſimiliter & magnitudo. Ergo cùm idem ſit judicium intellectûs & bonitatis &c. quo ad poteſtatem, manifeſtum eſt, quòd poſſe intellectui ſufficere non poteſt ſine diſtinguere. Et hoc eſt, quia ſicut agere intellectûs non poteſt habere ſufficientiam ſine diſtinguere, ſic nec poteſt in ſuo poſſe. Quare ſi poſſe ſufficeret intellectui ſine diſtinguere, ſufficeret quidem ipſum poſſe illi, ipſo poſſe exiſtente in privatione, quod eſt contradictio & contra quintam conditionem poteſtatis ſapientiæ, *cùm non ſit ſcibile poteſtatem habere ſine diſtinguere poſſe*, ergo &c.

5. Aſſumptâ ſecundâ quæſtione ſapientiæ voluntatis, *quomodo ſapientia & voluntas conſiſtunt in libertate*? recipiatur diffinito ſapientiæ ſic. Sapientia non poteſt eſſe proprietas, ratione cujus ſapiens intelligit, nec etiam voluntas proprietas, ratione cujus volens diligit, niſi in ipſa ſapientia eſſent intellectivum, intelligibile, intelligere & intellectum, & in ipſa voluntate volitivum, volibile, velle & volitum, quæ cum ipſa ſapientia & voluntate conſtituta ſunt de libertate bonitatis &c. in anima rationali: conſtituuntur ergo intellectivum & volitivum aliud iſtorum in alio de liberativo bonificativo bonitatis, & magnificativo magnitudinis &c & intelligibile & volibile aliud ipſorum in alio de liberabili, bonificabili bonitatis & magnificabili magnitudinis &c. & ſic ſuo modo intelligere & velle & intellectum & volitum conſtituuntur. Quocirca conſiſtit diffinitio prædicta ſapientiæ & voluntatis in libertate & è converſo, & convertitur diffinitio ſapientiæ in diffinitionem libertatis in ipſa ſapientia & voluntate, ita quòd libertas eſt proprietas, ratione cujus liberativum ſeu liberans liberat, id eſt, utitur libertate in ipſa ſapientia & voluntate ſub intellectivo & volitivo.

Hoc etiam confirmat ſecunda conditio ſapientiæ voluntatis, quoniam niſi hoc ita eſſet (ût dictum eſt) *non eſſet impoſſibile ſapientiam & voluntatem in veritate cogi*, ſicut è converſo. Quare ſecundùm prædicta manifeſtè patet, unde libertas oritur in ſapientia & voluntate, & quomodo conſiſtunt in ea & ipsâ utuntur.

6. Aſſumptâ ſecundâ quæſtione voluntatis virtutis, *utrum beatus tantam habeat beatitudinem ratione virtutis, quantam ratione voluntatis*? aſſumatur diffinitio voluntatis ad propoſitum ſic. *Cûm voluntas ſit proprietas, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. ſunt deſiderabiles*, eſt ipſa voluntas proprietas volitiva magnitudinis in bonitate & bonitatis in magnitudine, quocirca bonitas magnitudo &c. ſunt ſic magìs deſiderabiles in majoritate quàm in minoritate, & per conſequens magìs in æqualitate quàm in inæqualitate. Et ideo beatitudinem beati tantam oportet fluere ex parte virtutis, quantam ex parte voluntatis, & è converſo, ut non ſit dari aliquid voluntatis actu in beatitudine, ubi non ſit virtus actu nec è converſo, quia in tantum implicaretur vitium in voluntate, in quantum ipſa voluntas extenderetur ultra virtutem, & per conſequens eſſet voluntas in tantum proprietas, ratione cujus malitia, parvitas &c. eſſent deſiderabiles, quod eſt contra ipſam diffinitionem voluntatis. Quare neceſſariò oportet voluntatem & virtutem beati eſſe in ejus beatitudine æquales.

Et hoc manifeſtè confirmat decima conditio voluntatis virtutis, quare ratione virtutis ſibi æqualîs optat voluntas ſibi beatitudinem.

7. Acceptâ quintâ quæſtione virtutis veritatis, *quomodo ens verum habituat virtutes*? recipiatur ejus ſolutio in diffinitione virtutis ſic. *Cùm virtus ſit origo unionis, bonitatis, magnitudinis &c. in uno bono magno &c.* & ſit principium ſui agere, ut ipſum agere ſuum & exiſtere ſint magìs virtuoſa, habet quidem ita unire ſuppoſitum naturæ virtuoſum ſubſtantialiter & unà ſecum de bonitate, magnitudine &c. quòd ipſum ſuppoſitum habet habitualiter virtutem generandi aliud ſuppoſitum ſibi ſimile ſpecie; & ideo quando homo generat hominem, habituat quidem in eo generativam in illa virtute, quam ipſe homo, qui gignitur, recipit actu ab ipſo generante. Unde ſimili inquiſitione docet ars, quomodo virtutes morales etiam moraliter habituantur: nam ex hoc, quòd ſuppoſitum humanum agens moraliter de morali bonitate magnitudine &c. per

(c) 2006 Ministerio de Cultura

&c. per virtutem ſuam unit aliquam virtutem moralem actu, habituantur quidem in illa cæteræ virtutes, quæ aliquoties reducuntur in actum. Et hoc quintâ conditione virtutis veritatis confirmatur, quia ſic ens verum verificando informat in veritate ſua virtutem, de qua informat actum bonitatis, magnitutinis &c. ut ipſe actus ſit virtuoſus à vitio diſtans.

8. Aſſumptâ ſecundâ quæſtione veritatis gloriæ, *quomodo ex una diffinitione diverſæ extrahuntur diffinitiones ad eandem concluſionem alicujus quæſtionis*? Et ponatur, quòd ſit tertia quæſtio gloriæ veritatis. *Utrum veritas poſſit contradicere gloriæ*? Accipiamus igitur ipſam diffinitionem veritatis,& in quantum poterimus in propoſito & in oppoſito explicando implicita multiplicemus, convertentes eam in diffinitiones aliorum principiorum reducendo eas ad eandem concluſionem prædictæ tertiæ quæſtionis. Et iterum accipientes ſingulas diffinitiones jam traditas eorum principiorum, quæ in ipſa diffinitione accepta ponuntur, & contrahendo aliam alii reducendo ad idem, & hoc de uno concordantium ad aliud in propoſito, ſicut de veritate ad gloriam vel è converſo, & ſic de aliis: aut de uno concordantium ad aliud in oppoſito, ût de falſitate ad pœnam, & è converſo, & ſic de aliis: aut de uno contrariorum ad aliud diſtrahendo aliud iſtorum ab alio, quamplures per artem multiplicabimus diffinitiones, & ad idem videlicet ad eandem concluſionem reducentur, cùm ipſius ejusdem concluſionis veritas conſervabit inter prædicta concordantia concordantiam & inter prædicta contraria contrarietatem, & cùm ejus oppoſita falſitas faciet ſequi inter concordantia prædicta cotrarietatem ſeu contradictionem, & inter prædicta contraria concordantiam ſeu converſionem, & hoc ſic exemplificabimus: & primò per converſionem diffinitionis iſto modo. *Veritas eſt id, quod eſt verum de bonitate, magnitudine, gloria &c.* ad oppoſitum ergo falſitas eſt id, quod eſt falſum de malitia, parvitate, pœna &c. modò convertatur diffinitio veritatis in diffinitionem gloriæ & in diffinitionem bonitatis &c. & diffinitio falſitatis in diffinitionem pœnæ & in diffinitionem malitiæ &c. & habemus, quòd gloria eſt id, quod eſt glorioſum de veritate, bonitate, magnitudine &c. & pœna eſt id, quod eſt pœnoſum de falſitate, malitia, parvitate &c. & ſic de aliis in propoſito & oppoſito; & iſtæ diffinitiones ſic ſumptæ ſunt omnes veræ: per conſequens igitur iſtæ diffinitiones erunt omnes falſæ, veritas eſt id, quod eſt verum de malitia, parvitate, pœna &c. & falſitas eſt id, quod eſt falſum de bonitate, magnitudine, gloria &c. & iſtæ ſimiliter per conſequens converſiones. Gloria eſt id, quod eſt glorioſum de malitia, parvitate, falſitate &c. & pœna eſt id, quod eſt pœnoſum de bonitate, magnitudine, veritate &c. & ſic de aliis hujusmodi. Ergo ſi ad concluſionem affirmativam propoſitæ quæſtionis non contradicit diffinitio veritatis diffinitioni falſitatis & è converſo, ſed convertatur cum ea, aut ſi converſio diffinitionis veritatis in diffinitionem gloriæ & è converſo, non contradicat converſioni diffinitionis falſitatis in diffinitionem pœnæ & è converſo, ſed convertatur cum ea, aut ſi prædictæ diffinitiones falſæ non permanent in falſitate, manifeſtum eſt. Quòd ejus oppoſita concluſio negativa eſt vera neceſſariò, videlicet quòd veritas non poteſt contradicere gloriæ. Quòd ita ſe habeat (ût dictum eſt) ad concluſionem affirmativam propoſitæ quæſtionis, patet manifeſtè: quoniam eò quòd veritas poſſet contradicere gloriæ, poſſet eſſe falſitas, & per conſequens diffinitio veritatis & diffinitio falſitatis, & è converſo, & eò ipſo per conſequens poſſet deſtrui converſio diffinitionis veritatis in diffinitionem gloriæ, & è converſo, & diffinitionis falſitatis in diffinitionem pœnæ, & è converſo, quia poſſent non contradicere ſibi ipſis, ſed poſſent converti: & ſequeretur, quòd ſupradictæ diffinitiones falſæ poſſent eſſe omnes veræ, quia ſic poſſet eſſe neceſſariò veritas id, quod eſt verum de malitia, parvitate, pœna &c. & falſitas id, quod eſt falſum de bonitate, magnitudine gloria &c. & ſic de aliis: unde multæ implicantur contradictiones & impoſſibilitates ad eandem concluſionem affirmativam, neceſſaria eſt ergo ejus contradictoria negativa, impoſſibile eſt ergo, quòd veritas ipſi gloriæ contradicat.

Iterum per contractionem ad invicem diverſarum diffinitionum jam acceptarum de uno concordantium ad aliud in propoſito vel in oppoſito ſeu per diſtractionem diverſarum diffinitionum ad invicem contrariorum principiorum patet multitudo diffinitionum ab una diffinitione per explicationem extractarum iſto modo. Aſſumatur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

matur propoſita quæſtio tertia veritatis gloriæ, & videamus, quot terminos hujus artis ſeu principia in ſe continet; & manifeſtum eſt, quòd continet veritatem & gloriam, & contradicere ipſi gloriæ in poſſe ipſius veritatis, & ipſum poſſe in contradicere ipſi gloriæ, & ſic explicitè continet hæc quæſtio quatuor terminos hujus artis. Et modo ſumatur ipſa diffinitio veritatis pro priucipali, & contrahatur ad diffinitionem gloriæ ſecundùm poſſe contradicendi diſtractum à contractione veritatis ad gloriam, ſic: veritas gloriæ eſt id, quod eſt verum de bonitate magnitudine &c. impoſſibilitatis contradictionis ſeu contrarietatis inter veritatem & ſuam gloriam, & gloria veritatis eſt id, quod eſt glorioſum de bonitate, magnitudine &c. impoſſibilitatis contradictionis ſeu contrarietatis inter gloriam & ſuam veritatem, cùm ipſa ſit id, cui bonitas, magnitudo &c. acquieſcunt, & per conſequens in oppoſito, falſitas in pœna eſt id, quod eſt falſum de malitia parvitate &c. impoſſibilitatis contradictionis ſeu contrarietatis inter falſitatem & ſuam pœnam & è converſo. Ergo negativa concluſio prædictæ quæſtionis eſt vera neceſſariò ratione prædictæ neceſſariæ impoſſibilitatis in propoſito & oppoſito.

Iterum ſumatur ipſa diffinitio veritatis, & contrahatur ad diffinitionem poteſtatis gloriæ ſecundùm poſſe contradicendi diſtractum à contractione veritatis gloriæ ad poteſtatem ipſius gloriæ. Et ſic veritas poteſtatis gloriæ eſt id, quod eſt verum de bonitate &c. poſſendi exiſtere & agere bonitatis &c. gloriæ ſine poſſibilitate contradictionis ipſius veritatis & gloriæ, & poteſtas gloriæ eſt id, quod eſt potens de bonitate, magnitudine &c. exiſtendi & agendi bonitatis &c. gloriæ absque contrarietate gloriæ & veritatis, ergo &c.

Iterum ſumatur ipſa diffinitio veritatis gloriæ, & contrahatur diffinitioni contrarietatis ſecundùm diſtractionem ipſius diffinitionis contrarietatis ab ipſa veritate & ab ipſa gloria ſic. Veritas gloriæ eſt id, quod eſt verum de bonitate, magnitudine &c. impoſſibilitatis reſiſtentiæ mutuæ aliquorum, cùm inter veritatem & gloriam non ſint diverſi fines mutuè reſiſtentes; atque contrarietas gloriæ veritatis (ût ita loquamur) eſt id, quod eſt contrarians ſeu contradicens poſſibilitati contradictionis inter gloriam & veritatem, ergo &c. Eodem modo ſecundùm ſe poteſt contrahi diffinitio falſitatis ad ſua concordantia ad eandem concluſionem prædictam, ut eliciantur inde diverſæ diffinitiones veræ ad oppoſitum prædictarum diffinitionum veritatis, quæ ad invicem cum iſtis poſſent converti, quod eſſet contradictio, ſi affirmativa concluſio propoſitæ quæſtionis eſſet vera.

Iterum diffinitio veritatis per impoſſibile poteſt contrahi per diffinitionem falſitatis ad diffinitionem pœnæ, malitiæ &c. ſuo modo in oppoſito, ſicut ſupra contracta eſt ad gloriam per ſe ipſam, ût: veritas eſt id, quod eſt falſum de malitia, parvitate &c. impoſſibilitatis contradictionis ſeu contrarietatis inter veritatem & gloriam ſuam, & gloria veritatis eſt id, quod eſt pœnoſum de malitia, parvitate &c. impoſſibilitatis contradictionis inter gloriam & ſuam veritatem, & ſic de aliis. Iſtæ autem diffinitiones ratione impoſſibilitatis ſunt manifeſtè falſæ, quæ neceſſariò eſſent veræ, ſi veritas poſſet contradicere gloriæ: extat ergo neceſſariò ejus contradictoria concluſio vera, videlicet impoſſibile, quòd veritas ipſi gloriæ contradicere poſſit.

Iterum ſi ex diffinitione veritatis alias diffinitiones per ejus contractiones ad idem multiplicare velimus, poſſumus quidem eam contrahere ad diffinitionem bonitatis & ad diffinitionem magnitudinis, & ſic de aliis. Et ad oppoſitum ad diffinitionem falſitatis & ad diffinitionem malitiæ, & ſic de aliis, ſemper ad idem concludendum, & per impoſſibile diffinitionem veritatis ad diffinitionem malitiæ, & ſic de aliis; & hoc per impoſſibilitatem converſionis diffinitionum oppoſitarum ſeu contradictoriarum, & per impoſſibilitatem veritatis earum, quæ ſunt falſæ, ſicut jam exemplificatum eſt.

9. Acceptâ primâ quæſtione gloriæ differentiæ, *utrum in gloria ſit diſtinctio, ut concordantia ſit in ea*? Recipiatur ejus ſolutio in diffinitionem gloriæ iſto modo. Gloria eſt ipſa delectatio, cui bonitas &c. acquieſcunt, de neceſſitate igitur oportet ipſam gloriam quiete bonitatis &c. adeo eſſe plenam, quòd ratione alicujus defectûs illius non appetat aliqua illarum quieſcere ultra. Hoc autem eſſet impoſſibile, niſi in ea eſſent gloriativum & gloriabile, gloriatum & gloriari, quibus bonificativum & bonificabile, bonificatum & bonificare bonitatis, & magnificativum, magnificabile, magnificatum & magnificare magnitudinis, & ſic de aliis, acquie-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

acquieſcant, exiſtente ipſo glorificativo, bonificativo &c. alio à gloriabili, bonificabili &c. gloriato & bonificato &c. in ratione gloriativitatis, & exiſtente ipſo gloriabili gloriato alio à gloriativo, bonificativo &c. in ratione gloriabilitatis. Et ratione hujus diſtinctionis & concordantiæ inveniunt bonitas, magnitudo &c. gloriam totam plenam de ſe ipſa in ſe ipſam, & appetunt quælibet in alia quieſcere de tota activitate & agibilitate & actione, quibus quo ad ſe ipſas plenæ ſunt, ut poſſint plenè quieſcere in ipſa gloria, ut, ſicut ipſæ ſunt activitate & agibilitate & actione plenæ quoad ſe ipſas, quieſcentes mutuè in ſe ipſis, ita ſint plenæ prædictis activitate & agibilitate & actione gloriæ quieſcentes in eadem. Hoc etiam affirmat ſeptima conditio gloriæ differentiæ, cùm æqualitas gloriativi, gloriabilis & gloriati non poſſit eſſe in gloriari ſine diſtinctione & concordantia gloriativi & gloriabilis & gloriati.

10. Acceptâ tertiâ quæſtione differentiæ concordantiæ. *Quomodo producitur differentia ſpecifica & individuata ex univerſali differentia & concordantia ſpecifica & individuata ex univerſali concordantia?* Solvendum eſt per diffinitionem differentiæ conſervatæ in primis principiis naturæ, & per totum medium usque ad ipſa individua ſpecifica iſto modo. Cùm bonitas, magnitudo &c. prima principia ſint inconfuſæ ratione differentiæ appetentes de proprio inſtinctu naturæ ratione majoritatis multiplicare ſeu augmentare ſe ipſas quælibet in activo & agibili agere & acto inconfuſis ſuî & cujuslibet alterius earum, ut magìs recedant à confuſione, majorificantes, quantùm poſſunt, ſecum differentiam in differentiativo differentiabili, & differre & differentiato illius inconfuſis, contrahit ſe unaquæque ipſarum ad aliam inconfusè ratione differentiæ, ut majorificantes ſe ipſas cum ſuis activis & agibilibus &c. majorificent concordantiam ſuam univerſalem ſeu primam in ſua univerſali ſeu prima differentia, ad hoc, quòd in ejus concordativo & concordabili &c. in prædicto differentiativo & differentiabili, & è converſo, majorificent ſeu majorificare poſſint ſua activa & agibilia &c. Et hoc etiam appetunt differentia & concordantia in propriis inſtinctibus ſuis, ut majorificantes ſe ipſas in illis & illas in ſe ipſis majorificent ſua propria activa & agibilia &c. in activis & agibilibus illarum, & è converſo. Et ideo ratione hujus tantæ majorificationis contrahunt ſe omnes, quælibet ratione ſuî & ratione cujuslibet aliarum ad quatuor proprietates elementorum differentes & concordantes, quæ ſunt *igneitas*, *aëreitas*, *aqueitas* & *terreitas*; & quamvìs iſtarum contrarietas hoc, quantum poteſt, deſtruat, nihilominus. adhuc ratione majoritatis concordantiæ ipſarum proprietatum in differentia earundem, & è converſo, majorificant ſuam differentiam & ſuam concordantiam prædictas, & differentiativum, concordativum &c. in differentiativo, concordativo &c. igneitatis, aëreitatis &c. contrahentes ſuam differentiam & concordantiam ad differentiativam & concordativam proprias & communes igneitatis &c.: proprias quidem, quia contrahunt ſuum differentiativum & concordativum &c. ignificativo &c. ipſius ignîs, & ſic de quolibet aliorum elementorum: communes verò, quia contrahunt ipſum differentiativum concordativum &c. ſuî ad ignificativum &c. aërificativum &c. aqueificativum &c. & terreificativum &c. Et inde ratione iſtius contractionis de differentiativo concordativo, bonificativo &c. ſic inconfusè contracto, individuatur unum univerſale ſeu generale elementativum, quod eſt ipſa univerſalis forma, & de differentiabili, concordabili, bonificabili &c. ſic inconfusè contracto individuatur unum univerſale ſeu generale elementabile, quod eſt ipſa univerſalis materia: de quibus ſcilicet formâ & materiâ univerſalibus tota ſubſtantia ipſius chaos in ratione univerſalis elementati individui conſtitutum eſt, permanente ita univerſali differentiâ in ipſo chaos inter univerſalem formam & univerſalem materiam, ipſum conſtituentes individuatâ per mutuam contractionem prædictarum differentiarum; hoc idem eſt de concordantia ſuo modo. Sed cùm iſta differentia non ſit adhuc ſine confuſione, nec iſta concordantia ſine contrarietate in ipſo chaos ratione contrarietatis elementorum exiſtentis in illo adhuc in ſuis propriis inſtinctibus, appetunt ipſa prima principia & prædictæ quatuor elementorum proprietates ſuas differentias & concordantias & per conſequens ipſam univerſalem differentiam & univerſalem concordantiam ad altiorem differentiam & altiorem concordantiam eſſe contractas, ut vehementiùs majorificantes ſe ipſas in differentia concordantiæ & in concordantia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

differentiæ & ipsam concordantiam & differentiam in se ipsis vehementiùs à confusione & contrarietate distare possint. Et idcirco appetunt differentiam & concordantiam formæ & materiæ alicujus agentis naturalis videlicet hujus plantæ vel animalis, quod contrahens differentiam & concordantiam influentiæ orbis ad suammet differentiam & concordantiam majorificans inde suam differentiam & concordantiam in suo differentiativo concordativo &c. appetit tanquam super subjectum remotum majorificare suam differentiam & concordantiam de prædicta differentia & concordantia universalibus, quæ constant per supradictam contractionem differentiarum & concordantiarum ad invicem primorum principiorum & quatuor substantialium proprietatum elementorum. Quocirca contrahens illas ad suam propriam differentiam & concordantiam, ut ratione majoritatis differendi & concordandi differentiativum & concordativum sit agens super differentiabile & concordabile remotum in suo proprio differentiabili & concordabili per mutuam contractionem differentiativi & concordativi remoti ad se ipsum, ut una communis differentia individua & una communis concordantia individua hujus plantæ vel animalis, quæ sunt inter unam communem formam & unam communem materiam individuam hujus suppositi, individuentur & specificentur de omnibus differentiis & concordantiis per continuam lineam à differentia & concordantia influentiæ orbis & agentis naturalis usque ad primam differentiam & ad primam concordantiam primæ elementalis bonitatis, magnitudinis, ut per differre differentiæ & concordare concordantiæ fluentia naturaliter de prima differentia & prima concordantia primorum principiorum per supradictas contractiones usque ad hanc specificam & individuam differentiam & concordantiam & refluentia continuè per eas contractiones usque ad primam prædictam distent in majoritate distantiæ ipsa prima differentia cum prima concordantia, & ipsa differentia proprietatum elementorum cum sua concordantia, & differentia agentis naturalis & influentiæ orbîs cum sua concordantia, à confusione & contrarietate in plenitudine operationis naturæ.

Et hoc etiam confirmat tertia conditio differentiæ concordantiæ: quia *natura ratione differentiæ & concordantiæ distinguit & concordat & specificat medium* influentiæ universalis in particulare & refluentiæ particularis in universale per contractionem & specificationem, in tantum, quòd constituitur medium specificum & individuatum, in quo differentia & concordantia individuatæ sunt à principiis superioribus influxæ.

11. Assumptâ quintâ quæstione concordantiæ contrarietatis: *utrum in concordantia possit esse coæquare sine componere.* Assumptâ igitur diffinitione concordantiæ dicendum est, quòd concordantia est id, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. in uno & in pluribus concordant. Simplicitas autem in substantia simplici, cùm non sit opposita concordantiæ, sed concordans, est id, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. in uno & in pluribus simplices existunt ratione simplificativi, simplificabilis, simplificare & simplificati in una simplicitate ratione concordantiæ coæquatorum. Ergo in concordantia, quæ est in substantia simplici potest esse coæquare sine componere, ipsâ simplicitate distante à compositione ratione sui simplificativi simplificantis & coæquantis sibi in concordantia suum simplificabile de eadem simplicitate sua in ipsa eadem simplicitate; aliter ipsa simplicitas non esset magìs remota à compositione per existere & agere, quàm per existere tantùm, quod est manifestè falsum, quare &c.

Hoc etiam significat quinta conditio concordantiæ contrarietatis, quoniam, ex quo *concordantia habet naturam coæquativam & contrarietas naturam inæquativam*, non potest contrarietas in conjuncto de rebus inæqualibus conficere simplicitatem, ergo ut in summa substantia simplici concordantia magìs distet à contrarietate & simplicitas à compositione, facit stare ipsa concordantia de rebus æqualibus simplicitatem in simplicissima bonitate, magnitudine &c. & è converso simplicitas concordantiam eodem modo.

12. Assumptâ tertiâ quæstione contrarietatis principii: *quæ sunt principia generationis & corruptionis?* dicendum est per diffinitionem contrarietatis in sensualibus, quia de his quæritur, quòd principia generationis sunt ipsa prima principia elementalia concordantia seu adhærentia ad unum finem & principia generantis & agentis naturalis & influentiæ orbis concordantia seu adhærentia ad illum eundem finem. Principia verò

(c) 2006 Ministerio de Cultura

verò corruptionis sunt hæc eadem, cùm aliqua contrarietas eorum propter diversos fines surgit inter ea contra prædictum finem, ut sint principia generationis alterius finîs. Secundùm quòd significatur tertiâ conditione contrarietatis principii, quia si contrarietas non esset principium disjunctivum, ut concordantia esset principium conjunctivum, non esset concordantia in majoritate principii, & contrarietas in minoritate.

13. Assumptâ primâ quæstione principii medii: *quomodo principium transit per medium ad finem*? dicendum est per diffinitionem principii, quòd unumquodque primorum principiorum in subjecto sive sit formale sive materiale, aut efficiens vel finale, se habet ad omnia, quæ sunt in ipso subjecto, de primis extremitatibus primorum principiorum usque ad ultimas extremitates totius suppositi, & hoc in ratione finîs, quod est esse ipsius suppositi; ratione autem ipsius finîs est ipsum principium finale in ipso fine & ratione ipsius finîs habet prioritatem super illud principium, quod se habet ad ipsum in principio non finali & in medio. Hæc quidem prioritas constituta est de finali bonitate, finali magnitudine &c. Et quoniam ita est, quòd ipsum principium est unum idem in fine & in medio & in principio: in fine quidem, ût in supposito de ipso cum aliis principiis finalibus unito; in medio verò, ût in contractione & in specificatione suî ad alia principia ad ipsum suppositum; atque in principio, ût in formis & in materiis ipsorum principiorum primorum, aliter esset dari vacuum in supposito, quod est impossibile. Idcirco per ipsam identitatem ipsius principii transit ejus prioritas prædicta ad medium & de medio ad principium & movet formam ad formam & materiam ad materiam, & formam ad materiam, & è converso, primorum principiorum, quæ intrant medium videlicet contractionem mutuam ad invicem & veniunt stare omnes formæ eorum ratione prædictæ contractionis sub una forma communi ipsius finîs, & omnes materiæ eorum sub una materia communi unius finîs, videlicet ad unum supposítum de ipsa communi forma & communi materia unitum, cujus finis est ipsa prioritas, quæ in principio & medio movet ea, & isto modo transit principium per medium ad finem, eò quòd prioritas & majoritas ipsius finîs transit de fine ad ipsum medium & principium movens ipsum. Et hoc est, quod dicit prima conditio principii finis, *principium se habet ad medium ratione finîs.*

14. Assumptâ primâ quæstione medii finîs, *unde oritur majoritas medii*? dicendum est: cùm medium sit ipsum subjectum, per quod finis influit ad principium & per quod principium refluit ad finem, quod scilicet subjectum naturam sapit utriusque; & principium totam majoritatem suæ bonitatis magnitudinis &c. habeat ex parte finîs, quòd majoritas medii oritur ex bonitate, magnitudine &c. finîs, ad quam se habet majoritas bonitatis &c. principii: & ideo *majoritas medii se habet ad majoritatem finís*, prout vult prima conditio medii finîs.

15. Assumptâ secundâ quæstione majoritatis finis: *utrum omnia entia sint in majoritate finîs*? dicendum est secundùm diffinitionem finîs, cùm finis sit id, cui principium acquiescit, nec finis possit esse præter majoritatem, nec è converso, quòd principium acquiescit majoritati finîs, vel fini majoritatis; præter autem ista, quæ sunt bonitas, magnitudo &c. non habet aliud esse, nec ista, cùm sint principia, sunt ratione prædictæ diffinitionis finîs præter majoritatem finîs, quia sic essent præter finem, & per consequens quiescerent contrario finis, scilicet privationi, quod est contra naturam principii & diffinitionis finis. Ergo cùm præter bonitatem &c. non habeat aliquid esse, nec bonitas &c. sint aliquid præter majoritatem finîs, necessariò ergo sunt omnia entia in majoritate finîs. Præterea Deus est ipse major finis, cui naturaliter omnia principiata quiescunt, ratione ergo hujus quietis sunt omnia principiata in majoritate finîs, aliter minoritas effectûs, quæ propter magnitudinem Dei est imago & effectus ipsius magnitudinis Dei, non quiesceret in suo fine, videlicet in ipsa magnitudine, & sic esset potiùs imago parvitatis, quàm magnitudinis Dei, quod manifestè falsum est: & destrueretur secunda conditio finîs majoritatis, quia finis majoritatis sic non distaret à minoritate, quod falsum est, ergo &c.

16. Assumptâ secundâ quæstione sapientiæ majoritatis: *quomodo finitum attingit infinitum*? extrahatur ejus solutio de diffinitione majoritatis isto modo. Cùm majoritas sit imago magnitudinis immensitatis Dei, est magnitudo objectum majoritatis, idcirco majoritas ad magnitudinem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tendit, tanquam ad centrum ſuum, & ideo cùm infinitum eſſe ſit ipſa ultima magnitudo ſumma, ad quam ipſe intellectus in tota majoritate ſua attingendi principiatus eſt, tendit ideo ipſa majoritas intellectûs ad attingendum ipſum eſſe infinitum tanquam centrum ſuum, ut attingente finitate intellectûs infinitatem illius eſſe ſit ipſa majoritas ipſius intellectûs imago magnitudinis illius immenſitatis. Hoc autem eſſet impoſſibile, niſi eſſet unum continuum medium de utriusque natura conſtitutum, in quo natura infinita attingibilis & finita natura attinctiva continuò de alia ipſarum ad aliam participarent, ut non ſit dari vacuum inter eas, & per conſequens privationem divinæ imaginis ad ſuum imaginatum, in quo etiam medio virtus bonitatis, magnitudinis &c. ipſius eſſe infiniti ad attingendum ſe infinitam moveat virtutem finitam ipſius finitæ bonitatis, magnitudinis &c. naturæ attingentis. Et idcirco ſequitur, quòd potentia in virtute objecti ſe communicantis infinitè attingit ipſum objectum infinitum de ſua finitate in ipſo medio de finitate & infinitate conſtante continuo, ipsâ infinitate permanente in illo eodem id, quod ipſa eſt, absque ſuî ipſius alteratione vel permutatione, & ipsâ finitate ſimiliter permanente in illo eodem id, quod ipſa eſt, absque ſuî ipſius alteratione vel permutatione: ita etiam & multò meliùs ſicut viſu natura ſenſata in una ſenſibilitate continua conſtante de ſenſibilitate ſenſata visûs & de ſenſibilitate non ſenſata objecti ſentita, ſentit in ſe ipſa ſenſibilitatem non ſenſatam objecti, ipſis ſcilicet naturâ ſenſatâ visûs & naturâ non ſenſatâ objecti permanentibus quâlibet earum id, quod ipſa eſt, videlicet iſtâ ſine permutatione vel alteratione ſenſandi in ſe, & illâ ſine permutatione vel alteratione non ſenſandi in ſe. Iſto igitur modo, qui dictus eſt, finitum non egrediens de finitate ſua, attingit in ipſa finitate infinitum non permutatum vel diminutum de infinitate ſua. *Itaque ſpeculatur intellectus in minoritate ſua majoritatem*, ſecundùm quod vult ſecunda conditio ſapientiæ minoritatis.

17. Aſſumptâ ipsâ quæſtione finîs æqualitatis: *utrum prima materia poſſit eſſe ſine forma*? dicendum eſt ſecundùm diffinitionem æqualitatis, quòd prima materia habet in ſe æqualitatem bonitatis magnitudinis &c. quæ eſt ſubjectum, cui finis concordantiæ bonitatis, magnitudinis &c. ipſius primæ materiæ acquieſcit. Manifeſtum eſt ergo per ipſam diffinitionem, quòd prima materia æqualitatem ſuorum principiorum habere non poteſt ſine fine concordantiæ illorum, nec ipſum finem ſine concordantia illorum, nec concordantiam ſine concordativo & concordabili &c. finitivo fininibili &c. æqualificativo æqualificabili &c. bonificativo bonificabili &c. & ſic de aliis, nec concordativum finitivum, æqualificativum, bonificativum &c. ſine forma, quoniam iſta contracta in unum ſunt ipſa forma prima in tanta quantitate actionis ſuper primam materiam, quanta eſt ipſa prima materia in paſſione concordabilis, finibilis, æqualibilis, bonificabilis &c. quæ contracta in unum ſunt ipſa materia prima. Ut, in quantùm ipſa materia prima eſt univerſalis potentia primorum principiorum ad individua generabilia ratione individuæ materiæ actu, in tantùm ſit ipſa forma prima univerſalis habitus ipſorum primorum principiorum ad eadem individua generabilia ratione individuæ formæ actu. Hoc autem eſſet impoſſibile, ſi prima materia poſſet eſſe ſine prædicta forma prima, impoſſibile eſt ergo eam eſſe ſine illa: quæ ſcilicet materia prima, ſi eſſet ſine illa, eſſet quidem falſa ipſa conditio finîs æqualitatis, quia ſic diſtaret finis à majoritate ratione inæqualitatis, quod eſt impoſſibile, quare &c.

18. Aſſumptâ primâ quæſtione ſapientiæ minoritatis, *utrum intellectus ſit tantum volens ratione voluntatis, quantum eſt bonificans ratione bonitatis*? Reſpondendum eſt per diffinitionem minoritatis, cùm minoritas ſit ens circa nihil, quòd per oppoſitum majoritas eſt ens circa aliquid. Et idcirco, ut actus intellectûs non ſit ens circa nihil, & eo ipso non ſit ens circa aliquid, quod eſt contradictio, oportet, quòd intellectus tantùm ſit volens ratione voluntatis, quantùm eſt bonificans ratione bonitatis & è converſo, quia in quantùm non eſſet in tantùm agens ratione iſtius principii, quod eſt voluntas, quantùm ratione illius, quod eſt bonitas, aut è converſo, in tantùm eſſet ens circa nihilum, quod manifeſtè patet ratione minoritatis, & hoc eſſet ex ejus natura. Et cùm hoc, quod eſt ex ejus natura, ſit ens circa aliquid, neceſſariò ſequeretur hæc contradictio, quòd eo ipso, quòd actus ſeu agere ipſius intellectûs eſt ens circa aliquid ratione majoritatis, eo ipso eſſet ens circa nihilum,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nihilum, quod est impossibile: & inde sequeretur etiam, cùm intellectus diligat naturam suam, quòd intellectus ratione suæ voluntatis diligeret minoritatem nobilitatis odiens majoritatem nobilitatis, quod est contra conditionem ipsam sapientiæ minoritatis.

De secundo Probationis modo.

1. DIscurrentibus etiam per secundum modum in conditionibus patet, quomodo hæc ars est inventiva, & hoc sic. Sumatur secunda quæstio bonitatis, magnitudinis: *quomodo explicatur implicitum?* dicendum est per undecimam conditionem bonitatis magnitudinis, quia *illa bonitas est magna, quæ in essentia magnitudinis principiat bonum*, & eodem modo, quia illa magnitudo est bona, quæ in essentia bonitatis principiat magnum, quod oportet esse in essentia bonitatis existente in essentia magnitudinis bonificativum, bonificabile, bonificare, bonificatum, & in essentia magnitudinis existente in essentia bonitatis eodem modo magnificativum, magnificabile, magnificare, magnificatum &c. aliter non essent bonitas, magnitudo principiativæ, nec per consequens principiabiles (ût significat secunda conditio prædicta) unde per hanc explicationem patet, quòd bonitas, bonificativum & bonificabile &c. de natura suî implicat in essentiam suam, & quia implicat in se de natura suî magnitudinem tanquam id, in quo est, implicat in se ratione magnitudinis suum bonificativum esse magnificativum & suum bonificabile esse magnificabile, & sic de aliis, & è converso. Similiter sequitur de magnitudine. Vult ergo ars, quòd implicitum explicetur contrahendo aliud principium hujus artis ad aliud extrahendo illa implicita, quæ in eis continentur. Velut si quæratur aliquid de Deo, in Deo quidem implicantur bonitas magnitudo &c. & in bonitate, magnitudine &c. illi termini, qui jam prædicti sunt. Postmodum contrahatur aliud istorum jam explicitorum ad aliud (ût supra exemplificatum est) & usque ad propositum vel oppositum, & habet fieri explicatio generaliter secundùm processum hujus artis, cùm explicantur ex conditione diffinitiones principiorum eorum, de quibus ipsa conditio extracta est, sicut patet in prædicta secunda conditione, de qua explicari possunt diffinitio bonitatis & diffinitio magnitudinis atque diffinitio principii, quia bonitas, magnitudo & principium explicantur in ea. Iterum acceptis principiis explicitis secundùm ordinem secundæ distinctionis explicari debent illa principia, quæ eisdem principiis explicitis implicitè sunt annexa, sicut patet in secunda quæstione bonitatis, magnitudinis, quia in ipsa bonitate & magnitudine jam explicitis implicatur potestas, quæ explicari potest, & sic deinceps concatenando per secundam distinctionem.

Et etiam explicatio fieri potest in aliquo terminorum ipsius B. vel C. &c. sicut acceptâ suppositione explicitè potest explicatio fieri bonitatis & differentiæ & primæ quæstionis sub B. implicatarum. Et accepta etiam ipsa prima regula implicat in se alias regulas omnes ratione suæ annexionis, quam habet cum eis, & quoniam ipsæ regulæ sunt materia ambiens omnia, implicantur quidem in eis omnia principia inexplicita.

Simili modo etiam implicita litterarum cujuslibet litteræ in qualibet quæstione ipsarum novem quæstionum generalium quartæ distinctionis explicari possunt, sicut primus §. primæ quæstionis, cùm sit de B. ratione bonitatis, potest explicare decimum ejusdem quæstionis, cùm sit etiam de B. ratione differentiæ: & idem etiam de secundo & undecimo, tertio & duodecimo & sic de aliis. Itaque artista secundùm hæc, quæ dicta sunt, potest circulariter explicare implicita in explicitis principiis hujus artis. *Hoc autem fieri oportet, ut infinitas implicitorum sub finitate explicitorum comprehendatur, existentibus terminis infinitis implicitis, in explicitis terminis finitis, & infinitis diffinitionibus implicitis in explicitis diffinitionibus finitis; & sic de conditionibus, regulis & quæstionibus, ad hoc, ut ars sit universalior seu generalior apta infinita implicita successivè in suis explicitis explicare.*

2. Acceptâ secundâ quæstione bonitatis æternitatis: *quomodo fortificantur conditiones?* solvatur per fortificationem secundæ conditionis bonitatis etiam, quæ est hæc. *Impossibile est sciri bonitatem esse causam malitiæ in æternitate.* Et primò per diffinitiones suorum principiorum, de quibus ipsa conditio est constituta: quoniam si possibile esset, bonitatem esse causam malitiæ, possibile esset bonitatem esse id, ratione cujus bonum agit malum, & possibile esset æternitatem esse proprietatem, ratione cujus summa

(c) 2006 Ministerio de Cultura

bonitas, ſumma magnitudo &c. conſiſterent privatæ, & ſic deſtructis iſtis diffinitionibus ſequitur, quòd bonitas, æternitas non ſunt id, quod ſunt, quod eſt contradictio; per conſequens deſtruitur diffinitio ſapientiæ, quia ſic ſapientia eſt id, per quod ſapiens ignorat. Ratione prædictæ contradictionis & ratione hujus fortificationis manifeſtatur efficacia veritatis prædictæ conditionis. Eodem modo poſſunt aliæ conditiones per diffinitiones ſuorum principiorum fortificari. Iterum etiam cùm conditiones per ſua propria principia ſint annexæ conditionibus, poteſt fortificari prædicta conditio per omnes conditiones, quæ de bonitate cum aliis principiis conſtitutæ ſunt (ſicut patet per conditionem bonitatis poteſtatis) additis prædictæ conditioni. Quoniam ſi poſſibile eſt ſciri bonum eſſe cauſam malitiæ in æternitate, ſic bonificare & poſſe poſſunt eſſe non idem eſſentiâ & naturâ, quod per ſe manifeſtum eſt. Et bonum eſſet ſciri, atque bonum eſſet nolle actum bonitatis & poteſtatis, ſed potiùs velle actum malitiæ & impotentiæ, & poſſibile eſſet bonum eſſe in virtute poteſtatis ſine bonificare & poſſe, & ſic de aliis conſequentibus conditionibus. Hæc eadem fortificatio poteſt fieri ſimiliter per ipſas conditiones, quæ de æternitate cum aliis principiis fundantur.

Iterum poteſt fortificari prædicta conditio per ipſa principia, quæ in bonitate æternitate & ſapientia continentur implicita, explicando ipſa ad ipſam propoſitam conditionem, ût in §. antecedente iſtum dictum eſt.

Et poteſt etiam fortificari per regulas, ſicut patet per primam regulam, ût ſi prædicta conditio convertatur in quæſtionem. *Utrum ſit poſſibile ſciri bonitatem eſſe cauſam malitiæ in æternitate*? quia ſuppoſitio ſtatim ponit poſſibile utramque partem concluſionis, & tunc illa pars, quæ continet veritatem, contrahitur ad fortificandum veritatem concluſionis prædictæ quæſtionis convertibilis in prædictam conditionem, ita quòd ratione prædictæ ſuppoſitionis diſcurrens intellectus per circumſtantias fortificationum prædictæ conditionis manifeſtabit voluntati & memoriæ veritatem.

Similitur per alias regulas poteſt prædicta conditio fortificari ac etiam per proceſſum novem quæſtionum generalium hujus artis: & ſicut hoc fortificatur, ita via & doctrina datur fortificandi alias conditiones.

3. Aſſumptâ octavâ quæſtione magnitudinis, æternitatis: *Utrum æternitas ſine concordantia poſſit exiſtere in magnitudine*, vult octava conditio magnitudinis, æternitatis *impoſſibile inveniri ſine concordantia infinitatem in magnitudine & æternitate.* Ergo cùm ipſa conditio ſit vera, ſecundùm quod patet per diffinitiones eorum principiorum, de quibus ipſa conditio conſtituta eſt, non poteſt æternitas ſine concordantia exiſtere in magnitudine, quia ſine infinitate non eſt æternitas in magnitudine, nec etiam è converſo, nec ſine concordantia eſt infinitas in magnitudine & æternitate. Impoſſibile eſt ergo æternitatem ſine concordantia exiſtere in magnitudine. Quòd autem infinitas non poſſit exiſtere in magnitudine & æternitate ſine concordantia, patet, quoniam cùm concordantia ſit id, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. concordant in uno & in pluribus, neceſſariò oportet ratione concordandi eſſe concordativum & concordabile cum ipſo concordare, cum quibus ſtat major diſtantia à contrarietate & contrariari, quàm ſine ipſis, ergo infinitas non poteſt eſſe in magnitudine & æternitate ſine concordantia, nec per conſequens æternitas in magnitudine ſine ipſa concordantia, quoniam ſi poſſet, non diſtaret tantùm à contrarietate & contrariari & à privatione & à privari & à parvitate & à parvificari, & ſic non eſſet in tantùm in magnitudine nec in æternitate, nec æternitas in tantùm in magnitudine, ſed in privatione & parvitate; & ſic eſſet æternitas, quantùm ad hoc, proprietas, ratione cujus malitia, parvitas &c. durarent, & magnitudo etiam proprietas, ratione cujus bonitas &c. eſſent parvæ, non ambiens omnes extremitates eſſendi, quod eſt impoſſibile, ergo &c. Per iſta igitur patet, quomodo hæc ars eſt inventiva per conditiones in diffinitionibus principiorum earum.

4. Aſſumptâ decima tertiâ quæſtione æternitatis ſapientiæ: *quomodo ex una conditione diverſæ extrahuntur conditiones ad eandem concluſionem*? Recipiatur decima tertia conditio æternitatis ſapientiæ, quæ eſt hæc: *privatio & ignorantia ſunt minoritates diſſimiles æternitati & ſapientiæ:* & addantur ei aliæ conditiones, utpote undecima conditio & duodecima æternitatis ſapientiæ, quæ ſunt hæ: *impoſſibile eſt inter æternitatem & ejus ſcibilitatem eſſe majoritatem:* & *æternitas & ejus ſapientia, quia ſunt æquales, producunt æqualiter ſimilitu-*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſimilitudines ſuas. Et diverſificetur conditio undecima ſecundùm iſtas in propoſito & oppoſito, & diverſificata reducatur toties, quoties diverſificatur, ad concluſionem alicujus ſpecialis quæſtionis, velut ad concluſionem hujus undecimæ quæſtionis æternitatis, ſapientiæ. *Utrum ſine productione poſſit eſſe ſcibilitas in æternitate?* iſto modo. Cùm privatio & ignorantia ſint minoritates diſſimiles æternitati & ſapientiæ, ſequitur neceſſariò, quòd ſunt minoritates ſimiles non eſſe & inſipientiæ, & per oppoſitum, quòd eſſe & intelligentia ſunt majoritates ſimiles æternitati & ſapientiæ, & per conſequens diſſimiles non eſſe & inſipientiæ. Et iſtæ conditiones ſunt veræ, ergo earum contradictoriæ ſeu contrariæ ſunt falſæ, videlicet quòd privatio & ignorantia ſunt majoritates ſimiles æternitati & ſapientiæ & diſſimiles non eſſe & inſipientiæ, & quòd eſſe & intelligentia ſunt minoritates diſſimiles æternitati & ſapientiæ & ſimiles non eſſe & inſipientiæ. Unde cùm ſcibilitas ſit in æternitate, ut de illa ſcitum producatur in æternitate, eò quòd in ea non ſit hujus æternitatis oppoſitum, quod eſt privatio eſſendi ſcitum ex ſcibilitate, & quod eſt privatio eſſendi ipſum ſcitum & ſcibilitatem ex ſapientia æternitatis, impoſſibile eſt ſcibilitatem eſſe in æternitate ſine productione: quoniam ſi poſſet in ea eſſe ſine productione, ſequeretur in æternitate & ſapientia prædicta privatio, quam oporteret neceſſariò eſſe majoritatem ſimilem æternitati & ſapientiæ, ex quo eſſet in ipſa ſumma ſapientia & æternitate, privatio autem in eſſentia ſapientiæ eſt ignorantia concordans privationi. Quare de neceſſitate, ſi affirmativa concluſio hujus quæſtionis duodecimæ eſſet vera, ſequeretur manifeſtè, quòd omnes prædictæ conditiones veræ eſſent falſæ, & per conſequens omnes prædictæ conditiones falſæ eſſent veræ, quod eſt manifeſta contradictio: & quòd unaquæque earum verarum converteretur cum ſua oppoſita vera, & quælibet ipſarum falſarum cum ſua oppoſita falſa, quod eſt manifeſta contradictio. Quare de neceſſitate negativa concluſio ipſius quæſtionis procedit.

Iterum ſi addatur undecima conditio præſuppoſitæ decimæ tertiæ conditioni, diverſificabitur ipſa decima tertia conditio & diverſificando multiplicabitur ſic. *Privatio & ignorantia* exiſtentes minoritates diſſimiles *æternitati & ſapientiæ* faciunt impoſſibile eſſe majoritatem inter *æternitatem* & ejus *ſcibilitatem*, atque impoſſibilis majoritas inter ipſam *æternitatem* & ejus *ſcibilitatem* facit *privationem & ignorantiam* eſſe minoritates diſſimiles *æternitati & ſapientiæ*, & per conſequens *eſſe & intelligentia* æquales exiſtentes ſummæ ſimilitudines *æternitatis & ſapientiæ* faciunt eſſe neceſſariam æqualitatem inter *æternitatem* & ejus *ſcibilitatem*, atque neceſſaria æqualitas inter *æternitatem* & ejus *ſcibilitatem* facit *eſſe & intelligentiam* exiſtentes æquales eſſe ſummas ſimilitudines *æternitatis & ſapientiæ*. Et iſtæ conditiones ſunt veræ & patentes ſano intellectui, ergo earum oppoſitæ contrariæ ſeu contradictoriæ ſunt falſæ. Unde applicando iſtas conditiones ad propoſitam quæſtionem duodecimam *impoſſibile eſt ſcibilitatem æternitatis eſſe in æternitate ſine productione.* Quia ſequeretur, quòd privatio & ignorantia exiſtentes diſſimilitudines æternitati & ſapientiæ cauſarent eſſe neceſſariam majoritatem & minoritatem inter æternitatem & ejus ſcibilitatem: majoritatem quidem ex parte exiſtendi, & minoritatem ex parte agendi ſcitum de ſcibilitate ſeu ſcitum & ſcibilitatem de ſapientia &c. & ſic de aliis conditionibus hujusmodi, tam etiam oppoſitis, quàm propoſitis veris, quæ omnes eſſent falſæ & earum contrariæ ſeu contradictoriæ falſæ eſſent veræ, quod eſt contradictio, ergo &c.

5. Aſſumptâ quintâ quæſtione differentiæ, concordantiæ in ſecunda figura: *utrum ſit unus ſenſus communis?* perquiratur ejus ſolutio in quinta conditione differentiæ concordantiæ. Nam ex quo ita eſt, quòd *concordantia plùs poteſt diſtare à contrarietate in majoritate differentiæ, quàm in minoritate*, & per conſequens differentia à confuſione in majoritate concordantiæ, quàm in minoritate, oportet quidem unum ſenſum in quolibet animali eſſe diſtinctum in plures ſenſus particulares, ita quòd ex parte unitatis ipſius communis ſenſûs eſt concordantia, & ex parte particularitatum differentia: & ſic oportet eſſe unum communem ſenſum diſtinctum in plures ſenſus particulares, ut dicta conditio verificetur in eo. Quod ſi non, falſitas prædictæ conditionis eſſet in eo veritas, quod eſt contradictio; & ſequeretur, quòd inter ignificativum & ignificabile propinquum, quæ ſunt ejusdem eſſentiæ ignîs, eſſet minor differentia ratione majoris concordantiæ, & inter ipſum ignificativum & ſuum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſuum ignificabile remotum major differentia ratione minoris concordantiæ,& ſic differentia plùs diſtaret à confuſione in minoritate concordantiæ, quàm in majoritate, quod eſt manifeſtè falſum. Ergo ratione majoris concordantiæ plùs poteſt diſtare differentia à confuſione, & ratione majoris differentiæ poteſt ipſa concordantia plùs diſtare à contrarietate, quare oportet eſſe unum ſenſum communem, in quo ſit majoritas differentiæ ſenſuum particularium ratione majoritatis concordantiæ propter ipſam unitatem, & diverſos ſeu diſtinctos ſenſus particulares ex diſtinctione ipſius ſenſûs communis in ipſos ſenſus particulares ratione majoritatis differentiæ propter ipſam unitatem, plùs enim poteſt poteſtas, & plùs agit, quando differre facit in eadem plures res aliâ earum in aliâ, quàm cum differre facit eas in plures eſſentias diverſas: & per conſequens plùs facit eas concordare in eadem eſſentia, quàm in diverſis, & magìs diſtare ab oppoſitis earum.

6. Aſſumptâ primâ quæſtione concordantiæ contrarietatis : *quomodo patitur materia ſub forma agente ratione finîs* ? dicendum eſt per primam conditionem concordantiæ contrarietatis. Cùm principium habeat in ratione formæ proprietatem concordativam, ratione cujus eſt concordativum, & proprietatem contrariativam, ratione cujus eſt contrariativum; & in ratione materiæ proprietatem concordabilem, ratione cujus eſt concordabile, & proprietatem contrariabilem, ratione cujus eſt contrariabile, poteſt quidem ipſum principium, quod eſt formale conſtitutum de concordativo & contrariativo agere ſuper ſuum principium materiale, quod eſt conſtitutum de concordabili contrariabili, & hoc per omnia principia originalia diffuſivè, videlicet per bonificativum bonificabile, magnificativum magnificabile &c. & ſic de aliis hujusmodi principiis, ita quòd de omnibus bonificativis, magnificativis &c. conſtituitur forma, & de omnibus bonificabilibus, magnificabilibus &c. materia, agente ipsâ formâ ſuper ipſam materiam, & patiente illâ materiâ ſub ipſa forma. Finis autem de ipſa forma & de ipſa materia activè & paſſivè conſtitutus eſt; quod fit, quia omnia principia prima ad illum finem tendunt, cùm ad ipſum ſe contrahant activè & paſſivè, ut in otioſitate non conſiſtant, & ut agens naturale ſuper his agat ratione bonitatis &c. & ut extra ſe ſuum ſimile producere poſſit.

7. Aſſumptâ primâ quæſtione contrarietatis finîs : *utrum contrarietas priùs incipiat ſubſtantialiter, quàm accidentaliter*? dicendum eſt per primam conditionem contrarietatis finîs, quòd *contrarietas priùs incipiat, ubi plùs contradicit*, ſed plùs contradicit fini in majoritate ſubſtantiæ, quàm accidentis, priùs ergo incipit ſubſtantialiter, quàm accidentaliter. Veruntamen iſta contrarietas ex parte finîs & formæ conſiſtit. Eſt autem alia contrarietas ſecundaria, quæ priùs incipit accidentaliter, quàm ſubſtantialiter: & hæc eſt, cujus contrariativum contrarietatis accidentia transmittit & infundit materiæ, ut poſſit eam remittere à forma corruptibili, & remittendo dirigere ad aliam formam generabilem, aliter eſſet impoſſibilis in materia alteratio formarum, & ſic invenitur hujusmodi ſolutio quæſtionis per prædictam conditionem, & diſtinguendo de prioritate contrarietatis ſecundùm finem & principium.

8. Aſſumptâ tertiâ quæſtione principii finîs: *utrum genera & ſpecies ſint entia realia*? ſolvatur per explicationem tertiæ conditionis principii finîs ſic. *In minoritate finîs materiæ conſiſtit minoritas finîs formæ*, minoritas enim finîs materiæ eſt cauſa, quare finis formæ conſiſtit in minoritate, nam ex eo, quòd materia plures appetit formas, minorificat quidem finem ſuum, & per conſequens finem ipſius formæ, cum qua eſt in conjuncto. Eſt autem hæc minoritas ratione minoritatis influentiæ ſuperiorum ſeu primorum principiorum, quæ ſunt prima bonitas, prima magnitudo &c. de quibus ſunt ipſa forma & ipſa materia conſtitutæ, eò quòd ipſa bonitas ratione formalitatis ſuæ contracta ad formam compoſiti, ſe contrahit lentè ad compoſitum, & per conſequens ratione materialitatis ſuæ contracta ad materiam, lentè ſimiliter ſe communicat eidem: idem eſt de magnitudine &c. attamen communicante ſe bonitate &c. formaliter & materialiter compoſito ita lentè (ſicut dictum eſt) communicat ſe quidem materialiùs eidem, quàm formaliùs, ratione prædictæ minoritatis; & ideo minorificat materia finem formæ, ſub qua patitur, exiſtens eidem rebellis. Sed cùm ita eſt, quòd bonitas &c. magìs ſe communicat conjuncto ratione formæ, quàm ratione materiæ, conſiſtit materia in majoritate formæ ratione

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tione finîs, & durabilius eſt ipſum conjunctum, atque materia magìs appetit illam formam. Et hæc eſt explanatio propoſitæ conditionis, quæ reducta ad propoſitam quæſtionem ſolvit eam iſto modo. Una eſt bonitas in rerum natura exiſtens genus, & ſic de magnitudine &c. Hæc autem licèt cum magnitudine &c. ſit genus, contracta tamen ad proprietates ſpeciales conſiſtit ſpecies diviſa ab alia ſpecie, quam etiam ratione ejus proprietatis conſtituit, ſicut eadem bonitas, quæ contracta cum magnitudine &c. ad igneitatem, aëreitatem &c. diviſa eſt in ignem, aërem, aquam, terram, exiſtens eadem in ſe ipſa ratione generis & diſtincta in hanc ſpeciem & illam ratione diverſarum proprietatum, ad quas una eadem ſe contrahit: & habet ita diſtingui de genere in ſpecies naturaliter ratione differentiæ, quæ in tantùm eſt primum principium, in quantùm ipſa bonitas & ipſa magnitudo &c. Et idcirco, ſicut ipſa bonitas prima eſt genus & ſubjectum bonitatibus ſpecificis, ita differentia prima eſt genus & ſubjectum differentiis ſpecificis, quæ ſunt inter ſpeciem & ſpeciem, quia contracta eſt ad easdem. Itaque à parte ſuperiori una bonitas & ſic de magnitudine &c. exiſtens genus, eſt ſubjectum omnibus bonitatibus ſpecificis ſub ea contentis, & una differentia ſimiliter differentiis ſpecificis: ſed à parte inferiori ipſæ ſpecies ſunt ſubjectæ quælibet ſuæ bonitati ſpecificæ & ſuæ differentiæ ſpecificæ, & ſic de aliis; ſicut ignis, qui eſt ſubjectus ſuæ ſpecificæ bonitati &c. & ſuæ ſpecificæ differentiæ, quam habet ad aërem &c. & ſic de aliis elementis. Itaque omnis ſpecies naturalis habet duo ſubjecta, aliud à parte ſuperiori, aliud verò à parte inferiori, aliter enim ſtare non poſſent. Unde manifeſtè patet, quòd genera & ſpecies ſunt, de quibus quæritur, entia realia intelligibilia, non autem ſenſibilia, ſicut de bonitate & differentia declaratum eſt, ut eodem modo intelligatur de corporeitate, animalitate, humanitate &c. hujusmodi: quoniam niſi ipſa genera & ipſæ ſpecies eſſent entia realia, bonitas quidem & magnitudo &c. & differentia & concordantia &c. ſuperiora nihil eſſent, & per conſequens & earum individua, quia abſente causâ abeſt effectus neceſſariò, & per conſequens prædicta explanatio tertiæ conditionis præpoſitæ nihil eſſet, & quoniam iſta omnia ſunt impoſſibilia, ſunt ergo genera & ſpecies entia realia neceſſariò.

De Tertio Probationis modo ſecundùm tertiam figuram.

EST etiam hæc ars inventiva per tertiam figuram ejus, conſiderando ſignificata literarum ipſius figuræ, & applicando illa ad diffinitiones, conditiones, regulas, & ad novem quæſtiones per regulas hujus figuræ ſignificatas: ut per ipſam applicationem inveniantur rerum quæſibilium ſolutiones, velut in quatuor quæſtionibus ad hæc ſumptis per exemplificationem manifeſtum fiet.

Sed quoniam modus inveſtigandi & inveniendi per diffinitiones & conditiones jam traditus eſt, proponimus tantùm modum inveſtigandi & inveniendi hujus tertiæ figuræ tradere in regulis ipſius artis & novem ejus quæſtionibus principalibus ſeu generalibus, ut prolixitatem nimiam evitemus.

1. Sumatur igitur ſecunda quæſtio bonitatis, magnitudinis. *Quid ſunt divina bonitas & magnitudo?* & accedamus in tertia figura ad primam cameram, quæ eſt B. C. & primò fiat inquiſitio per regulas, deinde ordinatè per quæſtiones iſto modo. B. ſignificat primam regulam, per quam ſupponat voluntas divinam bonitatem eſſe divinam magnitudinem, & è converſo, & ipſammet divinam bonitatem eſſe magnum divinum, & è converſo, & ſimiliter ipſam divinam magnitudinem eſſe bonum divinum & è converſo, atque ipſum bonum divinum eſſe magnum divinum, & è converſo. Hanc identitatem unitatis & converſionis non eſt dari in aliquo, præterquam in Deo. Iterum ſupponat voluntas oppoſitum hujus converſionis, habemus quidem duas poſitiones contradictorias, quarum prima eſt affirmativa prædictæ converſionis, altera verò negativa ejusdem converſionis. Per affirmativam quidem requieſcunt memoria, intellectus, & voluntas pleni in objecto, nec inveniunt aliquid vacui vel ſuperflui in ipſo objecto; per negativam autem remanent prædictæ potentiæ vacuæ in objecto, attingentes vacuum inter divinam bonitatem & magnitudinem, & ſuperfluum in ſe ipſis in hoc, quòd plùs poſſunt attingere objectum, quòd ipſum ſit in ſe ipſo, ſed hæc ſunt manifeſtè impoſſibilia ex parte prædictæ ſuppoſitionis negativæ: ergo prædicta diffinitio divinæ bonitatis & magnitudinis ſuppoſita af-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

firmativè in prædicta converſione & unitate neceſſariò eſt vera.

Secunda regula, quæ eſt modus eſſendi & modus intelligendi per C. ſignificata, dat doctrinam faciendi ipſam diffinitionem, de qua quæritur, iſto modo. Intellectus noſter alio modo attingit bonitatem divinam, quia attingit eam ſub ratione, quà bonitas, & alio modo intelligit magnitudinem divinam, quia intelligit eam ſub ratione, quà magnitudo. Quia cùm ipſe intellectus ſit de bonitate, magnitudine &c. conſtitutus, habet modum intelligendi, quò ad bonitatem, & modum intelligendi, quò ad magnitudinem. Unde ut non deficiat magnitudo Dei bonitati ſuæ, nec è converſo, oportet modum eſſendi rei non ſolùm ita eſſe proportionatum modo intelligendi intellectûs, ſicut ipſe intellectus attingit, imò etiam ultra modum intelligendi naturalem ipſius intellectûs eſt ipſe modus eſſendi divinæ bonitatis & magnitudinis proportionabilis ſuper naturali modo intelligendi intellectûs adepto ex natura objecti; itaque intellectus, cùm ſit conſtitutus de bonitate &c., quarum rationes ita ſunt diverſæ, quòd alia illarum non eſt illud, quod eſt alia, proportionat vero modo ſuum modum intelligendi, modo eſſendi divinæ bonitatis & magnitudinis, in quantùm in diverſitate ſui modi intelligendi attingit quamlibet earum habere quò ad ſe propriam rationem realem, videlicet bonitatem Dei habere propriam rationem realem, quò ad ſe, & magnitudinem propriam rationem realem quò ad ſe. Sed cùm ulteriùs intellectus non aſcendit, ſed ponit talem metam diverſitatis inter divinam bonitatem & magnitudinem, qualem ipſe intellectus habet inter ſuam bonitatem & ſuam magnitudinem, de quibus eſt conſtitutus, ponit quidem contrarietatem inter ſuum modum intelligendi & modum eſſendi divinæ bonitatis & magnitudinis, quia, quantùm ad hoc, contradictoriè attingit prædictum modum eſſendi: ſed cùm ipſe intellectus attingat inde ſummam impoſſibilitatem includi in divinis, tranſit ulteriùs ad naturam objecti: & non obſtante divinam bonitatem habere propriam rationem realem quò ad ſe, & divinam magnitudinem propriam rationem realem quò ad ſe: attingit ipſe intellectus in ſuo ſupernaturali modo intelligendi neceſſariò divinam bonitatem eſſe divinam magnitudinem & è converſo, & propriam rationem hujus permanentem in ſua proprietate eſſe propriam rationem iſtius permanentem in ſua proprietate & è converſo. Et ſic divina bonitas & magnitudo ſunt unum idem & alia idem, quod alia, quarum iſtius ratio permanens in proprietate ſua convertitur propriè cum propria ratione illius permanente in proprietate ſua, & ita ſolvitur per regulas quæſtio præaſſumpta.

Modò ſumatur B. C. in tertia figura, prout ſignificant quæſtiones & aliquos §. in eisdem quæſtionibus contentos, & primò ſumatur B. primam quæſtionem ſignificans & primum & quartum §. ejusdem quæſtionis, & applicetur ipſe primus §. ad ſupradictam diffinitionem bonitatis & magnitudinis, de qua quæritur iſto modo. Manifeſtum eſt per ipsúmmet §. Deum eſſe in tantùm Deum agendo, quantùm exiſtendo, & hujus affirmationis neceſſitas confirmatur in hoc, quòd Deus eſt ſuámet bonitas, & ſuámet bonitas eſt ipſe Deus. Ergo divina bonitas eſt ens, quod eſt in tantò id, quod eſt, agendo, quantùm exiſtendo, & ſic divina bonitas in tantò eſt bonificans, quantùm ipſa eſt id, quod eſt, & in tantò eſt bonificabilis, quantùm ipſa eſt id, quod eſt, & in tantùm eſt bonificare, quantùm ipſa eſt id, quod eſt, ut ipſa ſit in tantùm bonitas agendo, quantùm exiſtendo. Hoc autem ſic eſſe oportet, ut divinum bonificans ſuo bonificabili in bonitate & bonificare non deficiat, nec è converſo, & ſic divina bonitas eſt ipſum ens, quod exiſtit tantùm agendo, quantùm exiſtendo. Et hæc diffinitio bonitatis non eſt alicujus bonitatis ſeu entis, niſi ſolius Dei.

Iterum per decimum §. ipſius primæ quæſtionis denotatum per B. ratione differentiæ vult ars ſignificari diffinitionem divinæ bonitatis diffiniendo illam ſub ratione differentiæ, ita quòd ipſa divina bonitas eſt ipſa divina diſtinctio, quæ tanta eſt in agere ſuo, hoc eſt in diſtinguere, quanta eſt in ſuo exiſtere, quod eſt, ut ipſa divina bonitas exiſtens convertibilis cum ipſa divina diſtinctione diſtinguat in tantùm, quantùm ipſa exiſtit inter bonificativum & bonificabile, ſeu bonificatum, ipſis ſcilicet bonificativo & bonificabili &c. exiſtentibus eſſentialiter & naturaliter ipſa eadem bonitas, quæ indiviſibilis eſſentialiter & naturaliter exiſtit ipſa divina diſtinctio diſtinguens tantùm, quantùm ipſa eſt, ſicut dictum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ctum eſt : ut de tantò, quantùm eſt, non ſit otioſa nec vacua in agere diſtinctionis, quod eſſet ſummum malum, ſed ut ipſa tota exiſtens indiviſibiliter tota ipſa diſtinctio diſtinguens in tantùm, quantùm ipſa exiſtit unum, & diſtinctio facit rationes reales in Deo permanere inconfuſas & inconfusè easdem eſſe idem numero eſſentialiter & naturaliter & inconfusè aliam earum eſſe idem, quod alia eſſentialiter & naturaliter. Quod tamen eſſet impoſſibile, niſi ipſa divina bonitas eſſet in tantùm diſtinctio divina, quantùm ipſa eſt, & niſi diſtingueret in tantùm, quantùm ipſa exiſtit diſtinctio divina. Hoc idem, quò ad rationem magnitudinis intelligendum eſt de magnitudine divina, & ſic divina bonitas ſimiliter & magnitudo eſt tota ipſa diſtinctio, & è converſo, quæ diſtinguens in tantùm, quantùm ipſa tota exiſtit tota diſtinctio, facit neceſſariò ipſas rationes reales exiſtere naturaliter unum idem, & aliam idem, quod alia ſine confuſione.

Et notandum eſt, quòd diffinitio bonitatis poteſt fieri in ſecunda quæſtione per C. denotata, ubi dicit, quòd Angelus attingit Deum ſubſtantialiter. Et ſic divina bonitas eſt ens, quam Angeli bonitas attingit ſubſtantialiter, ita etiam poteſt fieri in aliis ſequentibus quæſtionibus per §. per eandem litteram importatos.

Poſtea tranſeundum eſt ad C. denotantem magnitudinem in ſecundo §. & concordantiam in undecimo primæ quæſtionis, ſed primò ad ſecundum, ubi ſignificatur magnitudinem Dei eſſe id, quod ſufficit Deo eum eſſe in tantùm agendo, quantùm exiſtendo, & per quam omnis parvitas & privatio ſtat à Deo remota, & per quam exiſtere Dei non poteſt agere in ſuum contrarium, quod eſt parvitas, & privatio actûs magnitudinis, bonitatis.

Iterum in undecimo §. ejusdem primæ quæſtionis ſignificat C. divinam magnitudinem eſſe illam concordantiam, quæ exiſtens inter divinam bonitatem & magnitudinem eſt infinitus actus concordandi, & ſic concordantia divina eſt infinita, quæ tamen non eſſet infinita, niſi ipſa divina magnitudo eſſet illa concordantia, ergo ratione concordantiæ magnitudo de ratione ſuî eſt id, per quod divina bonitas & ipſamet magnitudo ſunt unum idem numero exiſtere & agere, quæ ſubſtantialiter ſeu eſſentialiter convertuntur, & per conſequens eſt id, per quod impoſſibilis eſt infinita contrarietas inter bonitatem & ipſam magnitudinem. Et ſicut divina magnitudo eſt ipſa divina concordantia, quò ad rationem magnitudinis (ſicut dictum eſt) ſic etiam, in tantùm eſt ipſa bonitas ipſamet concordantia, quò ad rationem bonitatis: & ſicut dictum eſt de magnitudine & concordantia ratione quæſtionis per B. denotatæ, ſic ſuo modo poſſunt deduci ad ipſam quæſtionem æternitas & poteſtas & cætera principia, quæ tamen omittimus propter nimiam prolixitatem.

Nec etiam de cætero in qualibet ipſarum novem quæſtionum, quas deducemus, ad concludendum propoſitas quæſtiones non procedemus niſi tantùm per duos §. denotatos per eandem litteram, quæ ſuam denotat quæſtionem, ſicut in ſecunda quæſtione, quam C. deſignat, exemplificabimus per ſecundum & undecimum §. per C. denotatos, & ſic de aliis, quod tamen ſic facimus, ut prolixitatem nimiam evitemus, & ut bonus intellectus & fortis exercitium inveniat procedendo ſimiliter, ſicut jam per quartum §. in prima quæſtione per B. denotata dedimus exemplum.

Significante igitur C. ſecundam quæſtionem & hujus quæſtionis ſecundum §. & undecimum ratione magnitudinis & concordantiæ, dicendum eſt primò per ſecundum §., quòd divina magnitudo, cùm ſit ipſa immenſitas, eſt id, ratione cujus Deus eſt immenſus, & eſt id, ratione cujus divina bonitas, æternitas &c. habent immenſum attingere, videlicet agere. Et eſt id, ratione cujus Deus absque aliquo impedimento accidentis attingit intenſivè ſingulariter ſuam bonitatem eſſe id, quod ipſa eſt in ratione ſuî, & ſuam magnitudinem eſſe id, quod ipſa eſt in ratione ſuî, & ſic de aliis dignitatibus ſuis, & extenſivè omnes eſſe unam bonitatem, unam magnitudinem &c. & quamlibet eſſe idem, quod alia, ita quòd ejus intenſitas & extenſitas convertuntur, permanente quâlibet ipſarum propriè id, quod ipſa eſt. Et hoc quia nec ſucceſſio, nec quantitas, nec aliquod accidens poteſt impedire Deum ſic attingere ratione magnitudinis ſuæ: & ſic divina magnitudo eſt id, per quod impoſſibile eſt prædicta accidentia impedire Deum ſic attingere (ût dictum eſt) & ſic per conſequens ipſa magnitudo divina eſt id, per quod ſic attingendo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

magnificat immensè suam bonitatem, durationem &c.

In undecimo quidem §. secundæ quæstionis, quam C. repræsentat, denotatur, quòd magnitudo Dei ratione immensitatis, ut in immensitate Dei non sit aliquid vacuitatis, est ipsa immensa, seu infinita Dei concordantia constans ratione ipsius magnitudinis de suámet essentiali bonitate, magnitudine &c., de quibus per conversionem cum eis, & cum qualibet earum constat immensum esse Dei, & hoc in tantùm ratione ipsius immensitatis constat ipsa divina concordantia de divina bonitate &c. quòd convertitur cum eis, & cum qualibet earum. Unde cùm ipse Deus de ista concordantia sua attingat in ipsámet concordantia omnes concordantias ei repræsentabiles, concordans & gubernans eas, atque entificans eas in sua concordantia, ergo magnitudo divina ratione concordantiæ est id, de quo attingit Deus in ipsa magnitudine suas omnes concordantias & magnitudines ei repræsentabiles, concordans & gubernans atque entificans eas in magnitudine sua, atque de bonitate sua attingit eas in ipsa bonitate sua eo modo, sicut ipsa magnitudo, cùm ipsa Dei bonitas & ejus magnitudo convertantur. Et sic ratione hujus conversionis magnitudo est id, per quod bonitas Dei de se ipsa in se ipsa attingit omnes alias bonitates, magnitudines, concordantias &c. hujusmodi. Et è converso bonitas est id, per quod ipsa magnitudo, æternitas de se ipsa in se ipsa attingit easdem.

2. Assumptâ decimâ quartâ quæstione magnitudinis, æternitatis: *quomodo ex una regula extrahuntur diversæ regulæ ad eandem conclusionem*? & ponatur, quòd conclusio sit hujus sequentis quæstionis, *utrum in Deo sit majoritas*? sumatur igitur in tertia figura secunda regula pro principali significata per C. videlicet *modus essendi & modus intelligendi* & tertia regula & per consequens *modus investigandi* designatus per D.; sed primò per C. videamus, quibus modis per se diversificari potest & diversificando multiplicari. Diversificatur quidem *secundùm propositum & oppositum*, quia sumendo proportionem inter modum essendi & intelligendi sic habemus istam regulam per C. significatam, sumendo verò disproportionem seu contrarietatem inter eos sic habemus istam regulam, modum non essendi rei additum ad modum intelligendi, & modum ignorandi additum ad modum essendi: & sic extrahitur *ista regula*, quæ est *modus non essendi & modus ignorandi* à sua *opposita regula*, quæ est *modus essendi & modus intelligendi* sumpta per C. Et istæ duæ regulæ sunt veræ. Prima quidem habet esse, cùm modus intelligendi venit liber ad modum essendi; secunda verò, cùm modus intelligendi procedit impeditus sive ligatus ad modum essendi, cujus siquidem impedimentum sive ligamentum habet multimodè provenire, scilicet cùm modus essendi est purè intelligibilis sine sensu & imaginatione, & modus intelligendi à sensu & imaginatione non se denudat, sicut patet in punctis transcendentibus: aut cùm nimia voluntas præsupponit impossibilem vel necessarium esse modum essendi vel non essendi ignotum, quia sic modus intelligendi subjugatus est modo volendi non sequens finem suum, sed finem modi volendi, sicut patet in obstinatis, vel in his, quorum voluntas nutrita est circa aliquod objectum diligendum vel odiendum, sive sit verum in se sive falsum: aut cùm modus essendi est de difficili attingibilis, & modica voluntas sciendi stimulat modum intelligendi tendere ad illum modum essendi; sicut patet in his, quorum voluntas alibi principaliter occupatur: aut cùm modus memorandi modum essendi non bene proportionatus est modo intelligendi ratione nimis frequentis recordationis alterius objecti nimis dilecti vel oditi. Omnibus quidem istis modis captivatur modus intelligendi, & cogitur perverti in suum oppositum videlicet in modum ignorandi, & maximè etiam à minoritate cogitur perverti in modum ignorandi, quia cùm ratione minoritatis suæ sit naturaliter circa non ens, facile est ei esse circa non ens, & difficile recedere à non ente; unde licèt ratione majoritatis suæ proportionando se modo essendi contra minoritatem suam recedat à non ente, non potest quidem recedere sine natura essendi circa non ens, quæ multoties modum essendi aufert ei credenti se esse illi proportionatum. Sic igitur habemus modum ignorandi modum essendi extractum per oppositum à modo intelligendi modum essendi, & sic habemus *duas regulas veras*, quarum prima est *præceptiva*, alia verò *prohibitiva*. Modò fiat prima *prohibitiva* & secunda *præceptiva*, habemus *duas alias regulas*, quæ sunt *falsæ*, & tam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& tam iſtæ falſæ, quàm illæ veræ per C. importantur. Nunc autem accipiatur propoſita quæſtio, de qua intenditur concludere, *utrum majoritas ſit vel non ſit in Deo*? & fiat proportio, quantùm poterit, inter modum eſſendi & modum intelligendi, & per conſequens removebitur modus ignorandi à modo eſſendi Dei & modo intelligendi. Et manifeſtum eſt, quòd modus intelligendi Deum eſt intelligi ens bonitate, magnitudine &c. immenſum, ſed in immenſo non eſt majùs nec minùs, quia non eſſet id, quod eſt, ſcilicet immenſum; ergo modus intelligendi Deum eſt eum intelligi ſine minoritate. Et iſte modus intelligendi vero modo eſſendi eſt proportionatus, quoniam ita intelligi eſt intelligi bonum magnum &c. & intelligi oppoſitum eſt intelligi malum parvum &c. Ergo modus intelligendi eſt vero modo eſſendi proportionatus, & ejus oppoſitus modus ignorandi ab illo modo eſſendi remotus, quod ſi non, modus intelligendi verum modum eſſendi ab illo vero modo eſſendi eſt remotus, & ejus oppoſitus modus ignorandi remotus à vero modo eſſendi eſt ipſi vero modo eſſendi proportionatus, quod eſt contradictio: & ſic duæ præcedentes regulæ veræ ſunt falſæ & duæ ſequentes falſæ ſunt veræ, quod eſt manifeſta contradictio. Ergo modus intelligendi attingens Deum eſſe ſine majoritate in ſe ipſo ratione ſuæ immenſitatis verè proportionatus eſt modo eſſendi ſui objecti, & ejus oppoſitus modus ignorandi ab eo remotus.

Iterum aſſumpto D. ad propoſitum, videlicet ad tertiam regulam, *quæ eſt modus inveſtigandi intellectûs*, habemus quidem conſiderare ipſum modum inveſtigandi ſecundùm modum eſſendi & modum intelligendi, quia declinatio bonitatis videlicet bonificativum, bonificabile &c. bonitatis & ſic de aliis principiis eſt modus eſſendi bonitatis, & ſic de aliis principiis. Etiam quòd aliquod principiorum dicatur ſecundùm concordantiam vel contrarietatem per habitudinem ſuî ad aliud principium, ità habet eſſe modus ipſius principii & ſic de cæteris, quæ in ipſa tertia regula continentur. Et quoniam, ſicut eſt modus eſſendi rei & ejusdem modi modus intelligendi, ita habet eſſe modus inveſtigandi: unde patet, quòd tertia regula naſcitur de ſecunda, & implicatur alia regula, quæ eſt prima intentio & ſecunda, quia modus eſſendi eſt per primam intentionem, & modus intelligendi per ſecundam, atque modus intelligendi eſt per primam intentionem & modus inveſtigandi per ſecundam: modò diverſificentur prædictæ duæ regulæ *in propoſito & oppoſito* ſecundùm verum & falſum per iſtam, quæ eſt prima intentio & ſecunda iſto modo. Modum eſſendi rei eſſe per primam intentionem & modum intelligendi per ſecundam, atque modum intelligendi per primam intentionem & modum inveſtigandi per ſecundam eſt regula vera; per conſequens igitur non eſſe modum eſſendi per ſecundam intentionem & modum intelligendi per primam, iterum non eſſe modum intelligendi per ſecundam & modum inveſtigandi per primam eſt regula vera. Ergo modum inveſtigandi eſſe per primam intentionem & modum intelligendi per ſecundam, iterum modum intelligendi per primam & modum eſſendi per ſecundam, iſta regula eſt falſa, per conſequens ergo falſa eſt iſta, ſcilicet modum inveſtigandi non eſſe per ſecundam intentionem & modum intelligendi per primam, & iterum non eſſe modum intelligendi per ſecundam & modum eſſendi per primam. Sic igitur ex his regulis, quæ de principali regula ipſius C. multiplicatæ ſunt, multiplicantur cum ipſa iſtæ quatuor regulæ in propoſito & oppoſito ſecundùm verum & falſum, quæ reducendæ ſunt cum ſuis præcedentibus ad concluſionem propoſitam iſto modo. Quòd veritas prædictæ extractionis remaneat & præceptio in veris & prohibitio in falſis, unde patet neceſſariò ſupradictam concluſionem negativam neceſſariò eſſe veram. Quoniam ſi in Deo eſſet majoritas & modus intelligendi ratione immenſitatis ejus (ût prædictum eſt) attingat neceſſariò in eo non eſſe minoritatem, manifeſtum eſt, quoniam ſic verus modus intelligendi non cauſatur à vero modo eſſendi, nec verus modus inveſtigandi à vero modo eſſendi & intelligendi. Et iſta regula falſa oppoſita, prædictæ regulæ extrahendi eſt vera, & oppoſita vera eſt falſa, quod eſt contradictio. Et iterum ſequitur manifeſtè, ſi in Deo eſt majoritas, & modus intelligendi per neceſſarium modum inveſtigandi attingat in Deo de neceſſitate oppoſitum (ût ſuprà dictum eſt) ſequitur de neceſſitate modum inveſtigandi eſſe per primam intentionem & modum intelligendi per ſecundam; quia ſic cauſat modus inveſtigandi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

stigandi modum intelligendi : & iterum modum intelligendi esse per primam intentionem & modum essendi per secundam, quia sic ipse modus essendi necessarius, quem attingit modus intelligendi, non à se ipso sumitur, sed à primo modo intelligendi sumpto à modo investigandi, & sic supradictæ duæ regulæ veræ primæ intentionis & secundæ multiplicatæ super regulas significatas per C. D. sunt falsæ, & aliæ duæ falsæ eis oppositæ sunt veræ, quod est manifesta contradictio. Unde per istum §. cum antecedente §. patet manifestè modus extrahendi de una regula plures regulas ad eandem conclusionem, ut, sicut hîc dictum est de secunda regula per C. & per tertiam in C. D., ita intelligatur posse extrahi de qualibet aliarum consequentium regularum hujus artis per D. E. &c. significatarum.

Ad discurrendum per secundam & tertiam quæstionem resumatur prædicta quæstio, *utrum in Deo sit majoritas ?* Et primò per secundum §. hujus quæstionis, *quomodo substantiæ separatæ attingunt ?* in quo significatur in Deo non esse majoritatem, quoniam Angelus ratione suæ magnitudinis, quantùm potest, attingit Deum bonum, magnum & æternum &c. & ideo Angelus attingit Deum, quantùm potest, cum magnitudine recedens, quantùm potest, à parvitate attingendi, & per consequens à minoritate, in tantùm, quòd ratione æternitatis, magnitudinis &c. remotus est ab attinctione in tempore, loco &c. quæ parvitati & minoritati concordant. Unde si in Deo esset majoritas ; Angelus, cùm sit finaliter deputatus attingere Deum, conaretur, quantùm posset, ratione sui objecti finalis attingere majoritatem & minoritatem in Deo : itáque attingeret Angelus Deum suum pro objecto bonum, in quantùm Deus, malum verò, in quantùm major & minor ratione privationis bonitatis &c. ex minoritate provenientis, quæ siquidem minoritas in Deo minor esset, quàm minoritas temporis, loci &c. hujusmodi, quæ, cùm esset in objecto suo finali, naturaliter impediret eum attingere, quia natura ejus est non attingere privationem, quia sic attingere suum terminaretur naturaliter in nihilum, & sic naturaliter parvitas attingendi parvificaret suam bonitatem, durationem &c. quod est contra ipsum secundum §. ergo &c.

Hoc idem probatur per undecimum §. ratione concordantiæ in ipsa quæstione per C. significata : quoniam si in Deo esset majoritas, illa quidem concordantia, de qua unà cum aliis principiis angelicæ essentiæ Angelus est constitutus ad attingendum Deum, non posset attingere in Deo esse concordantiam sine contrarietate, quia magnitudo sic concordaret bonitati, æternitati &c. ad infinitè è converso majorificandum & minorificandum, quod est impossibile & contradictio, quia ratione infinitatis majoritas & minoritas in Deo converterentur ; & quoniam Angelus per concordantiam bonitatis magnitudinis &c. sui est de ipsa bonitate, magnitudine &c. constitutus ad attingendum alias concordantias in sua concordantia repræsentabiles, oporteret, cùm finaliter sit constitutus ad attingendum Deum, quòd ipsa concordantia principiorum angelicorum converteretur cum contrarietate eorundem, ita quòd ipse concordativus existens eo ipso contrariativus, quia est concordativus, & è converso, attingens illa principia, de quibus ipsorum principiorum concordantiæ sub ratione concordantiæ sunt constitutæ, attingeret eas esse contrarietates sub ratione contrarietatis constitutas, quod est manifesta contradictio. Ergo &c.

Iterum in eadem camera tertiæ figuræ restat D. significans tertiam quæstionem de motu firmamenti & æternitatem in tertio §. illius & ejusdem duodecimo contrarietatem, significat autem ipse tertius §. in Deo non esse majoritatem in hoc, quia manifestè probat ratione durationis, quòd Deus movet firmamentum ad per se movendum, & hoc isto modo. Motus firmamenti major est in duratione, quia ipsa summa causa movet ipsum ad per se movendum : nam duo motus sic durant inconfusi in eodem motu firmamenti ; quare, si Deus durationem motûs ipsius firmamenti tantum majorificet, quòd illum tantum distare faciat à minoritate, quòd in se retineat tantam majoritatem, quod est se à Deo moveri ad per se movendum, & propter hoc sit ipsum firmamentum in ultima meta magnitudinis movendi : quantò magìs ergo divina æternitas distat à minoritate in immensitate sua, quæ siquidem distantia esse non posset, si in eo esset majoritas, quia per consequens esset in eo minoritas ratione relationis. Ergo in Deo non est majoritas, quia sequeretur, quòd daret illam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ret illam perfectionem firmamento, quam non haberet ſibi, & ſic perfectio motûs firmamenti à nihilo cauſaretur, quod eſt impoſſibile, ergo &c.

Iſtud idem probat duodecimus §. ejusdem quæſtionis motûs firmamenti per D. ſignificatus ratione contrarietatis, & hoc iſto modo. Quoniam inter moventem firmamentum ad per ſe movendum & ipſum firmamentum motum ad per ſe movendum non ſunt diverſi fines ad invicem reſiſtentes (ût ſignificatur in ipſo duodecimo §.) ſequitur, quòd ipſum firmamentum motum à Deo nullum habet impedimentum per ſe movendi, proveniens ex aliqua minoritate reſiſtentiæ ad invicem diverſorum finium, cùm ergo cauſa ſit in majori fine, quàm ipſe effectus, nulla quidem eſt in ea reſiſtentia propter diverſos fines, ergo non eſt in ea majoritas, quia per conſequens eſſet in ea minoritas, & ſic eſſet in ea mutua reſiſtentia propter diverſos fines tendente ipsâ majoritate infinitè ad eſſe, & minoritate infinitè ad non eſſe, & ſic eſſet effectus in majori bonitate &c. ratione concordantiæ propter unum finem, & cauſa in minori bonitate, magnitudine &c. quàm effectus ratione contrarietatis propter diverſos fines, quod eſt impoſſibile, ergo &c.

3. Aſſumptâ duodecimâ æternitatis poteſtatis. *Utrum mundus ſit æternus?* Vult ordo tertiæ figuræ & hujus proceſsûs, quòd inquiratur ejus reſponſio in tertia & quarta regula, in camera de D. E. & primò in tertia regula ſecundùm ejus ſecundam partem aſſumendo primò terminum ſimplicem ſcilicet declinando æternitatem mundi in æternativo, æternare, æternabili, & æternato, per quam ſiquidem declinationem ſignificatur neceſſariò mundus non eſſe æternus: quoniam ſi mundus eſſet æternus, nunquam æternabile ſuæ æternitatis poſſet per æternare converti in æternatum, nec è converſo. Quia ſi ſic, implicaret æternitas vacuum in natura ſuî, quia æternabile ratione æternitatis non poteſt eſſe niſi æternabile, nec æternatum etiam niſi æternatum. Quare ſi æternabile converteretur in æternatum, ipſa converſio eſſe non poſſet præter mutationem, nec mutatio præter tempus, & ſic incideret tempus in natura æternitatis, & ſic æternitas in ſe ipſa includeret vacuum, & converteretur aliud diſparatorum in aliud, quod eſt impoſſibile, ergo impoſſibile eſt, quòd æternabile convertatur in æternatum vel è converſo, ita quòd æternabile permaneat æternabile, & æternatum æternatum, & ſic eſt ſuperfluum æternabile, quia non eſt aptum natum reduci in æternatum, & per conſequens æternativum: nec habet etiam ipſa æternitas æternare, ex quo æternativum & æternabile non convertuntur in actum, nec per conſequens æternatum, & præter iſta non poteſt eſſe in ſubjecto aliquo æternitas, quia ſic eſſet ſine ſuis propriis conditionibus: ergo non eſt in mundo. Manifeſtum eſt ergo, quòd non eſt æternus. Iſtud idem patet per duplices terminos ſumptos, qui ſunt actio & paſſio, nam ratione actionis invenitur, quòd divina æternitas activa movens æternitatem mundi paſſivam movet eam ad totum mundum per ſe durandum, & ſic movet totam æternitatem cauſatam ad durandum æternaliter vitia & imperfectiones contra divinam bonitatem &c. quod eſt impoſſibile, ergo &c. Iterum per triplices terminos oſtenditur hoc idem, quoniam ſi mundus eſſet æternus, ſicut ignis concordat duobus contrariis, ſcilicet aëri & terræ, ita ipſa æternitas mundi duobus contrariis concordaret videlicet bonitati & malitiæ, perfectioni & defectui, veritati & falſitati & ſic de aliis: hæc autem contrarietas ſuſtentaretur in æternitate mundi ſub prædicta concordantia, quod eſſet malum æternitati, & ſic eſſet æternitas cauſa & ſubjectum ſui oppoſiti, quod eſt impoſſibile, quare &c. Iterum per quadruplices terminos ſequeretur, quòd eſſe eſſet propter non eſſe, & è converſo, & perfectio propter defectum, & è converſo, & ſic cauſaret circulariter ab æterno eſſe non eſſe, & non eſſe perfectionem, & perfectio defectum, & defectus eſſe: itaque ipſa æternitas mundi exiſtens cauſata ab ipſa æternitate conſtituta eſſet de eſſe & non eſſe, perfectione & defectu propter finem & non finem, bonum & non bonum &c. quod eſt contradictio, ergo &c.

Significat autem E. in eadem camera cum D. quartam regulam. Unde concluditur neceſſariò mundum non eſſe æternum iſto modo. Si mundus eſt æternus; ſunt itaque duæ æternitates, quarum alia eſt cauſa, alia verò effectus, & ſic exiſtit æternitas genus, quod contractum ad cauſam & ad effectum conſtituit iſtas duas ſpecies ſcilicet æternitatem cauſæ ſcilicet Dei, & æternitatem effectûs ſcilicet mundi, & ſic eſt di-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

est diversitas inter æternitatem & æternitatem, quia diversitas est inter æternum & æternum; & inde sequitur manifestè, quòd æternitas non est solius Dei proprietas, sicut immensitas una, & Deitas una, quod est impossibile: quoniam sicut est impossibile, plures esse immensitates & Deitates, ita per rectam lineam impossibile est plures esse æternitates; & sicut est impossibile, quòd immensitas & Deitas pluribus subjectis diversis contrahantur, per quam contractionem sint plures immensi & plures Dii in diversitate essentiæ, sic est etiam impossibile esse plures æternos in diversitate essentiæ scilicet Deum & mundum, alioquin esset ipsa divina æternitas cum minoritate proprietatis & identitatis, & immensitas & Deitas cum majoritate, quod est impossibile, ergo &c.

Præterea positis D. E. tertiæ figuræ in quæstionibus ab ipsis literis denotatis, significatur primò per D. adduci tertium §. tertiæ quæstionis ad propositam quæstionem de æternitate mundi sic. Probatum est in ipso tertio §., quòd necessariò firmamentum movetur à Deo ad per se movendum: cùm ergo ita sit causata æternitas mundi in mundo, si sit æternus, sicut motus firmamenti in firmamento, sequitur necessariò, quòd mundus à Deo æternificatur ad per se æternificandum semetipsum, quemadmodum firmamentum à Deo movetur ad movendum semetipsum, quod si non, sequeretur illud idem impossibile, quod sequeretur, si firmamentum non moveretur à Deo ad per se movendum se ipsum, sicut in ipso tertio §. manifestè probatur, ergo mundus æternificat se ipsum Deo æternificante ipsum, sed impossibile est, quòd æternificet se ipsum, ex quo est actu æternus, quia æternitas æternificandi non recipit aliquam mutationem, & sic destruitur æternificabile, sicut prædictum est, ergo mundus æternitatem habere non potest: firmamentum autem se ipsum movere potest, cùm quælibet pars illius non sit ubique in ipso circulo, quo ipsum movet se ipsum, movendo partem suî in loco alterius partis suî successivè.

Iterum cùm duodecimus §. hujus quæstionis ratione contrarietatis per D. significetur, adducendum est ad eandem conclusionem isto modo. Sicut non potest esse contrarietas inter Deum & motum firmamenti, ratione cujus impossibilitatis scilicet ipsius contrarietatis oportet necessariò firmamentum moveri totum ad per se ipsum movendum totum, non obstante ipsâ rationali contradictione, sicut in ipso duodecimo §. probatum est, sic inter Deum & mundum non potest esse contrarietas, cùm Deus & ipse mundus non habeant præter unum & ultimum finem, qui est ipse Deus, quia Deus perpetuat mundum ad per se perpetuandum se ipsum ad istum finem ultimum, qui est Deus. Impossibile est igitur illud esse, quod causat hujus perpetuitatis destructionem, per quam esset contrarietas inter Deum, scilicet ipsam causam & mundum, scilicet effectum; sed æternitas ipsius mundi est hujusmodi, quia si ipsa est, mundus quidem ratione illius est æternus, & per consequens æternatus ad per se æternandum, ut sit æternando causatus ad per se æternandum se ipsum ratione causæ. Cùm autem æternatum sit æternum & æternatum æternet se ipsum, & id, quod agit, priùs oporteat esse, quàm id, quod patitur, necessarium est ergo mundum esse ante se ipsum, & æternum ante æternum, quod est contradictio manifesta, quia sic esset mundus & non esset, quod est contra divinam æternitatem & perpetuitatem mundi, impossibile est ergo mundum esse æternum.

Postea sumpto E. ratione potestatis in quarto §. hujus quæstionis, *quomodo intellectus conjunctus attingit?* significante per E. concludit necessariò mundum non esse æternum isto modo. Intellectus conjunctus intensivè habet potestatem attingendi purè intellectualia, extensivè verò sensualia: extensivè namque intelligit homo sensibilia & vegetabilia elementata, per quæ ipse homo existit unus, & agit constitutus de ipsis cum ipso intellectu, & hoc ita continuè, quòd de intellectu usque ad elementa totum continuum est in ipso homine, ut inter diversas essentias vacuum in eodem homine non sit dari. Ita similiter, si mundus est æternus, sequeretur necessariò mundum in divina æternitate esse æternatum, quemadmodum potentia hominis scilicet sensitiva, vegetativa & elementativa in intellectu sunt intellectuatæ, unde sequitur aliud ab eis scil. homo. Itaque staret æternitas mundi causata in æternitate Dei & unita cum ea, unde resultaret tertium, quod necessariò oporteret esse Deum & mundum de natura causæ & causati constitutum, ad hoc, ut non esset vacuum inter hanc æternitatem & illam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

illam, nec dividuitas seu disparatio inter unum infinitum & reliquum: sed cùm sit manifestè impossibile, quòd æternitas causans & æternitas causata aliud tertium constituant de se ipsis, ergo &c.

Iterum sumpto decimo tertio §. significato per E. manifestatur eadem conclusio sic. Si mundus est æternus, bonitas quidem & magnitudo & potestas & cætera principia mundum constituentia in ipsa æternitate sunt æternata, & è converso ipsa æternitas bonificata magnificata &c. in eisdem: hoc autem significatum est in ipso decimo tertio §. antedicto in intellectu & principiis, de quibus ipse intellectus constitutus est. Nam sicut intellectus totus est imaginatus, sensatus &c. sic mundi æternitas tota est bonificata, magnificata &c. & è converso tota ejus bonitas æternata, & tota ejus magnitudo magnificata, & sic de aliis hujusmodi. Itaque non est in mundo tempus, nec quantitas, nec generatio, nec privatio, nec malitia, nec parvitas, & sic de aliis hujusmodi, quod est manifestè falsum, quia contrarium per se patet ad sensum: falsum est ergo, mundum esse æternum. *Itaque patet, quomodo ars est inventiva inveniendo mundi novitatem*, ût jam dictum est.

4. Assumptâ similiter decimâ tertiâ quæstione potestatis sapientiæ, *utrum sit unus numero universalis intellectus?* solvatur quidem hæc quæstio in camera de E. F. & primò per quartam regulam per E. designatam isto modo. Si sunt plures intellectus per se ita, quòd non sit eis aliquis alius intellectus unus numero, unde sint, prima quidem principia uniuscujusque illorum, quæ sunt bonitas, magnitudo, duratio, potestas &c. contracta sunt substantialiter in majoritate finîs concordantiæ bonitatis &c. atque majoritas libertatis ad bonum magnum &c. contracta est ad quemlibet intellectum: si verò sit unus intellectus numero omnibus aliis intellectibus, ipse quidem intellectus unus cum suis principiis accidentaliter se contrahit ad hominem, quia mediante materiâ corporis humani particularizatur. Itaque bonitas cujuslibet intellectûs particularizati magìs contracta est parvitati, quàm magnitudini, & magnitudo magìs contracta malitiæ, quàm bonitati ratione finîs privationis, ad quem quilibet intellectus humanus contractus est. Itaque principia intellectum constituentia majorem habent à se invicem distractionem, quàm contractionem, & majorem habent ad sua opposita contraria contractionem quàm ab illis distractionem, quod est manifestè impossibile, quia multæ contradictiones sequerentur, sicut de alia vita, si non esset, imò etiam privaretur ipsa alia vita universis intellectibus, cujus oppositum manifestis rationibus suprà probatum est. Impossibile est ergo esse unum intellectum numero.

Hoc etiam probat quinta regula de contradictione per F. significata, quoniam si est unus intellectus, ex hoc quidem, quia est, oportet eum esse bonum magnum &c. ne ratione contradictionis sequatur aliud superfluum sive vacuum in natura, ergo bonum magnum &c. est eum esse, si est, ergo quicquid facit ad non esse illius, est malum, parvum &c. sed manifestum est esse bonum magnum &c. virtutes & aliam vitam, ût suprà probatum est, ergo quicquid facit ad non esse illarum, est malum parvum &c. sed ita est, ût manifestè patet, quòd esse illius intellectûs unius, de quo quæritur, si est, facit non esse virtutes & aliam vitam, & virtutes & alia vita, si sunt, faciunt non esse ipsum intellectum unum numero. Manifestum est ergo, si ipse intellectus unus est, quòd bonum & malum, parvum & magnum &c. simpliciter est eum esse & non esse, & bonum & malum, & magnum & parvum &c. est virtutes & aliam vitam esse & non esse, quod est manifesta contradictio. Ergo oportet necessariò alteram istarum partium contradicentium esse & alteram non esse, cùm contradictio in re & ratione simul nihil sit, sed (ût manifestè patet) impossibile est non esse virtutes & etiam aliam vitam (ût manifestè suprà probatum est) ergo ipse intellectus unus numero, de quo quæritur, non est.

In quarto §. quartæ quæstionis secundùm E. in primo modo significatur conclusionem negativam propositæ quæstionis esse tenendam isto modo. Si sit unus intellectus numero, ipse quidem constitutus est ex pluribus potestatibus in unam potestatem suam, scilicet ex potestate bonitatis suæ & ex potestate magnitudinis suæ, & sic de aliis, in unam potestatem sibi essentialem & universalem & individuam ratione simplicitatis suæ; unde sicut existit ex pluribus potestatibus una potestas individua, ita etiam ex pluribus posse in unum posse universale & ratione simplicitatis individuum intelligit. Cùm ergo ipse intellectus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ratione unius potestatis universalis simplicis & unius posse universalis & simplicis in intelligere sit individuus, & ipse sit idem, quod omnes intellectus humani, necessarium est quippe, ut omnis homo intelligat, quicquid omnes alii intelligunt, quod manifestè falsum est secundùm propriam experientiam: vel sequitur, quòd quilibet homo sit intellectivus habens proprium intelligibile de natura suî intensè & extensè, intellectus verò numero unus non, quia extensio pertinet ad corpus; & sic quantum est de natura suî, non potest extensè intelligere, si enim intelligeret extensè, intelligeret intensè, & sic per consequens esset unum intelligere omnibus hominibus, ratione unius individuæ simplicitatis unius intellectûs & unius intelligere, quod manifestè falsum est (ût dictum est) ergo &c.

Iterum in decimo tertio §. ejusdem quæstionis secundùm E. significatur, si est unus intellectus tantùm numero, quòd ipse ratione suæ bonitatis, magnitudinis &c. de quibus ipse constitutus est, constituit omnes potentias inferiores uniuscujusque hominis in eo, quòd intellectuat eas videlicet imaginativam, sensitivam, vegetativam & elementativam. Itaque cùm unus sit intellectus idem numero indivisibilis ratione simplicitatis & formalitatis suæ, ût suppositum est, sequitur, quòd meus intellectus est idem, quod tuus, & è converso, quò ad id, quod est intellectus: per consequens igitur, cùm intellectus meus sit id quod tuus, quò ad id, quod est intellectus, & ipse intellectus, quò ad id, quod ipse est, habet intellectuare imaginativam &c. dans eis esse in se, sequitur, quòd intellectus tuus intellectuat meam imaginationem sensitivam &c. dans ei esse in se, & meus tuam & è converso; & sic tuus intellectus, cùm sit meus, & è converso, est quidem meus intellectus unum principium ad tuas potentias, & tuus ad meas. Unde sequitur, postquam est unum principium meus intellectus & tuus, quòd unus est finis tuus intellectus & meus, per consequens igitur, cùm medium sapiat naturam sui principii & sui finîs, quia si haberet aliam naturam, quam non reciperet à principio & à fine, non posset principium per illud transire ad finem, sequitur, cùm imaginativa, sensitiva &c. sit subjectum ipsius intellectûs, quia eas intellectuat in se ipso, quòd mea imaginativa, sensitiva &c. est tua imaginativa, sensitiva &c. & è converso, existentes unum idem medium, id est, unum subjectum indivisibile ratione indivisibilitatis & ipsius principii & ipsius finîs, cùm ergo mea imaginativa, sensitiva &c. sint tua imaginativa sensitiva &c. & è converso, & meus intellectus sit tuus &c. è converso, necessariò ego sum tu, & è converso, quod est absurdum; ergo &c.

Postea verò de quæstione E. transeundum est ad quæstionem de F. ad virtutes morales, & in quinto & decimo quarto §. per F. significatis præsuppositæ quæstionis solutio invenienda. Et primò per quintum §. supradictum patet manifestè eandem conclusionem negativam esse veram: quoniam *sine virtute non est sapientia proprietas, ratione cujus sapiens intelligit*, unde sequitur, quòd virtus moralis existens similitudo virtutis substantialis est modus intelligendi (ût vult ipse quintus §. prædictus) per consequens ergo vitium est modus ignorandi, quare necessariò sequitur, si meus intellectus est tuus intellectus & è converso, & ego intelligam & tu ignores, quòd mea virtus sit in te, & tuum vitium in me, ratione cujus tu intelligas & ego ignorem, & per consequens eo ipso, quòd ego intelligo, ego ignoro, & è converso, & eo ipso, quòd intelligo & ignoro, tu intelligis & ignoras, ac etiam eo ipso, quòd ego sum virtuosus, sim vitiosus & è converso, & tu similiter. Ista autem manifestè sunt contradictoria, quare &c.

Hoc habito, transeundum est ad decimum quartum §. speculando F. ratione medii virtutis, deinde applicando ipsum medium virtutis speculatum ad propositam quæstionem, manifestatur eadem conclusio negativa isto modo, sicut patet in ipso decimo quarto §. Virtus moralis est medium, per quod finis influit ad suum principium, & per quod principium refluit ad suum finem, itaque ipsum medium sapit utriusque naturam videlicet ipsius principii & ipsius finîs, & per consequens è converso principium & finis sapiunt sui medii naturam, quod est ipsa virtus moralis, ut ipsâ virtute morali sint induti & præmium habeant per eandem: sed quando ita est, quòd finis influit, & principium refluit præter virtutem moralem, tunc ratione privationis ipsius virtutis moralis est vitium medium privationis ipsius medii moralis virtute induti, eò quia finis in influendo & principium in refluendo deficiunt in bonitate &c. Et isto modo, qui prædictus est, vivit virtus in virtuoso, cùm durat fluxus & refluxus inter princi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

principium & finem per virtutis medium ordinatum, & in oppoſito dominatur vitium in vitioſo propter abſentiam prædicti fluxûs & refluxûs ratione medii deviati; quod tamen falſum eſt, ſi eſt unus intellectus numero, quia ſic abſentia & præſentia prædicti fluxûs & refluxûs convertuntur, & medium virtuoſum & vitioſum, & per conſequens virtuoſus & vitioſus: quod patet, quoniam ſi eſt ipſe intellectus unus numero, habet ipſe in virtute morali & in ejus oppoſito unum medium in te & in me fluendo ratione finîs, & refluendo ratione principii, cùm ipſe ſit in te & in me unus fluens & refluens. Et ideo ſuppoſito, quòd tu ſis in virtute & ego in vitio: Iſta ſuppoſitio eſt iſta eadem ſuppoſitio, quòd ego ſum in virtute & tu in vitio, & iſta converſio eſt vera. Unde ſequitur, quòd ego virtuoſus eo ipſo ſum vitioſus & è converſo, & tu ſimiliter, quia unum idem eſt medium ad vitium & ad virtutem, & eadem fluentia & refluentia inter principium & finem vitii & virtutis. Hæc autem ſunt manifeſtè contradictoria, ergo &c. & *per hoc patet, quomodo hæc ars eſt inventiva, eliciendo propoſitæ quæſtionis ſolutionem ex camera E. F. in textu ſibi ſubjecto* & iſta ſufficiant *ſuper figuram tertiam* hujus artis.

De eodem tertio probationis modo ſecundùm quartam figuram.

1. SUper quartam figuram hujus artis procedimus iſto modo & formemus in ea iſtam cameram ſcilicet F. G. I. gratiâ ordinis proſequendi. Et ratione F. G. ſignificantium ſapientiam & voluntatem ſumatur undecima quæſtio ſapientiæ voluntatis. *Utrum prædeſtinatio & liberum arbitrium poſſint ſtare ſimul*? ſignificat autem F. *regulam de contradictione*, conſiderando igitur contradictionem, ſecundùm quod jacet in textu ipſius regulæ, & applicando ad propoſitum, ſolvitur quæſtio ſic. Ratio intellectûs recipiens divinam ſapientiam & juſtitiam ponendo metam diverſitatis inter eas, quæ nihil eſt realiter, quamvìs ſint inconfuſæ, affirmat, ſi prædeſtinatio eſt, liberum arbitrium non eſſe, & è converſo, atque recipiens utriusque neceſſitatem ratione neceſſitatis divinæ ſapientiæ & juſtitiæ, non dimittens illam diverſitatem, quam imponit inter eas, recipit eas in contradictione ratione ipſius diverſitatis affirmando & negando utramque partem (prædeſtinatio eſt & non eſt, liberum arbitrium eſt & non eſt.) Hæc autem contradictio in re nihil eſt, quia cujus cauſa eſt nihil realiter, & ipſum eſt nihil realiter, quia illa diverſitas, quam intellectus imponit inter ipſam ſapientiam & juſtitiam, nihil eſt in re, quamvìs eas recipiat ſub diverſitate gratiâ inconfuſionis earum. Hoc etiam patet per realem contradictionem, quæ ſequeretur inde, ſi prædeſtinatio & liberum arbitrium non ſtarent ſimul, quia ſapientia ratione perfectionis ſuæ eſſet comprehenſiva totius prædeſtinati, ſed non juſtitia totius liberi, & è converſo Juſtitia ratione perfectionis ſuæ eſſet comprehenſiva totius liberi ad bonum & malum, ſed non ſapientia totius prædeſtinati; & ſic ſapientia eſſet comprehenſiva & non comprehenſiva totius objecti ſui ratione ſuî & juſtitiæ: comprehenſiva quidem ratione ſuî, non comprehenſiva ratione juſtitiæ, & ſic eodem modo de Juſtitia. Unde ſequeretur, quòd ipſa ſapientia Dei, quæ idem eſt inconfusè, quod ipſamet Juſtitia, & è converſo, non eſſet idem, quantum ad hoc quod divina Juſtitia, nec è converſo, quod eſt manifeſta contradictio, quæ realiter ſequeretur, ſi prædeſtinatio & liberum arbitrium non ſtarent ſimul: ſed cùm ipſa contradictio realis (ût vult ipſa quinta regula) ſtare non poſſit, ergo &c.

In ſexta regula per G. ſignificata ſecundùm neceſſarium & contingens dicendum eſt, cùm divina ſapientia ſit immenſa, quòd ipſa de neceſſitate eſt comprehenſiva, ejúsque effectus comprehenſibilis & comprehenſus, ac etiam, cùm ipſa Juſtitia divina ſit ipsâ eâdem immenſitate immenſa, eſt quidem comprehenſiva & ejus effectus comprehenſibilis: de neceſſitate ergo oportet, quòd effectus earum ſit ab eis æqualiter comprehenſibilis & comprehenſus. Ergo in quantum prædeſtinatus comprehenſus eſt ſub ratione divinæ ſapientiæ, in tantum liber comprehenſus eſt ſub ratione divinæ Juſtitiæ, exiſtente prædeſtinato in tantùm ſubjecto actioni ſapientiæ, quantùm liberum exiſtit ſubjectum actioni divinæ Juſtitiæ & è converſo. Et hoc ita de neceſſitate oportet, ut divinæ dignitates non ſint in ſubjecto ſuo defectivæ. Ergo de neceſſitate cauſæ ſtant in effectu prædeſtinatio & liberum arbitrium ſimul, & de neceſſitate iſta, non ratione cauſæ, ſed ratione effectûs deſcendit contingens, quòd prædeſtinatus poteſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

potest damnari vel præscitus salvari, vel quòd liber in libertate sua possit prædestinari vel præsciri. Ratio autem, quare ista necessitas stat ex parte causæ, est, quia divina sapientia & divina Justitia sunt idem numero, quocirca illarum alia contra aliam seu contra se ipsam esse non potest. Et ratio, quare contingentia prædicta stat ex parte subjecti ipsarum dignitatum, videlicet ex parte effectûs earum, est, quia licèt prædictæ divinæ dignitates æqualiter & eodem actu, cùm sint idem, influant in effectum, tamen ipse effectus alio modo recipit comprehensionem sapientiæ ratione prædestinationis, & alio modo recipit comprehensionem justitiæ ratione libertatis, & ideo nulla sequitur in re contradictio, sed in ratione intellectûs tantùm, ita quòd necessitas stat in re ex parte causæ & contingentia ex parte effectûs. Unde fabricat intellectus contradictionem in ratione sua, quam contradictionem superat ipse intellectus per punctum transcendens, ût patet in hoc §. sequenti.

Secundùm quod in quinta regula de contradictione supradictum est, & ita continetur in octava regula de punctis transcendentibus per I. significata. *Punctus transcendens est altitudo seu difficultas realitatis objecti, implicans in potentia contradictionem*, eò quòd ipsa potentia de natura suî eam penitus attingere non potest. Quocirca ipsa potentia scilicet ipse intellectus, si hujus propositæ quæstionis vult attingere veram conclusionem, oportet eum transire ultra rationem propriam ad realitatem objecti, & judicare secundùm realitatem objecti, quam attingit necessariam. Quemadmodum in ipsa octava regula in diversis materiis exemplificatum est, quocunque igitur modo affirmet sive neget ex hoc ratio propria intellectûs, necessarium est effectum sequi necessitatem suæ causæ, ita quòd per illum sit impossibile importari defectum in ipsa causa. Oportet ergo de necessitate, quòd divina sapientia causans prædestinatum, & divina Justitia causans liberum ad bonum & ad malum, nullum defectum seu privationem causent in se ipsis ratione sui effectûs. Hoc autem est manifestè necessarium ex parte ipsius objecti, quod est divina sapientia & divina Justitia, & hanc realitatem ratione ipsius objecti attingit intellectus manifestam & semper immutabilem. De necessitate ergo prædestinatio & liberum arbitrium stant simul, ut per absentiam alterius illorum non importetur in causa privatio seu defectus. Et hîc vincitur ratio ipsius intellectûs dicens, si prædestinatio est, liberum arbitrium non est, aut è converso, quoniam si realiter non vinceretur, sed esset verum id, quod ipsa dictat, sequeretur, quòd id, quod intellectus attingit necessarium in sapientia & Justitia Dei, esset impossibile realiter & in ratione, & id, quod ipsa ratio habet ex defectu suî, concluderet necessitatem, quod est contradictio & magnum inconveniens, ergo &c.

Secundùm quæstionem de virtutibus per F. significatam in suo quinto §. per eandem literam sumpto significatur, quòd divina sapientia non prædestinat prædestinatum sine virtute, quia (ût vult ipse §.) *sine virtute non est sapientia proprietas, ratione cujus sapiens intelligit:* similiter etiam cùm divina Justitia sit idem, quod divina sapientia, non potest ipsa Dei Justitia sub ratione suî agere de homine libero sine virtute, quia sicut sine virtute sapiens non intelligit, sic etiam sine virtute justus non justificat. Unde patet manifestè, quòd prædestinatio & liberum arbitrium stant simul, quia cùm divinæ sapientiæ & justitiæ non sit nisi unica virtus, cum qua etiam convertitur, si prædestinatio staret ita, quòd ratione ipsius prædestinationis liberum arbitrium non esset, prædestinaret quidem ipsa sapientia sine virtute, quia privaret suámmet virtutem, quam habet justitia in homine, aut è converso, si liberum arbitrium esset, & quia ipsum esset, non esset prædestinatio, sequeretur privatio similiter ejusdem virtutis in sapientia, per quam privationem esset impossibile justitiam uti actu suo in homine. Ergo cùm sit impossibile, quòd hæc sine virtute prædestinet, & ista sine virtute justificet actus humanos, necessarium est prædestinationem & liberum arbitrium esse simul.

Hoc idem etiam manifestum est in decimo quarto §. ejusdem quæstionis per F. sumpto ratione medii, nam medium est subjectum, per quod finis influit ad principium, & per quod principium refluit ad finem. Est autem istud medium virtus moralis, per quod sapientia Dei influit prædestinationem & justitia Dei libertatem ad hominem sapientem & justum, & per quod ipse homo sapiens & justus refluit se ipsum prædestinatum & liberum ad ipsam sapientiam & justitiam Dei; quare oportet necessariò prædestinationem & liberum arbitrium simul

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mul ſtare neceſſariò, quia per abſentiam alterius iſtarum influentium abeſſet neceſſariò altera, impoſſibile eſt enim, quòd divina ſapientia prædeſtinare poſſit quicquam, niſi in ipſo prædeſtinare ſit tantum Juſtitia, quanta eſt in illo ipſa ſapientia; & impoſſibile eſt divinam juſtitiam juſtificare de libertate, niſi in ipſo juſtificare ſit in tantum ipſa Dei ſapientia, quanta eſt in illo ejus juſtitia: quoniam ſi divina ſapientia prædeſtinaret ſine juſtitia, prædeſtinaret cum injuria, & ſi divina Juſtitia juſtificaret de libertate ſine ſapientia, juſtificaret cum ignorantia, injuria verò & ignorantia non ſunt ſine vitio, quod manifeſtum eſt. Unde ſequeretur, quòd ſi prædeſtinatio eſſet ita, quòd non eſſet liberum arbitrium, quòd ſapientia influens prædeſtinationem, influeret injuriam in prædeſtinatum per medium, quod eſt vitium & privatio virtutis moralis, & ſic homo ſapiens injuſtus reflueret ſe prædeſtinatum injuſtum per medium vitioſum ad ſapientiam. Eſſet autem iſtud medium vitium, quia ſine influentia juſtitiæ ad juſtum & ſine refluentia juſtitiæ ad juſtitiam non poſſet eſſe medium virtus. Hoc idem ſimiliter ſequeretur ſuo modo, ſi liberum arbitrium eſſet ſine prædeſtinatione. Itaque nunquam eſſet virtus medium influentiæ Creatoris ad creaturam, nec refluentiæ creaturæ ad creatorem in ratione ignorantiæ & injuriæ, quæ importarentur in Deo contra ſapientiam & juſtitiam ejus, ſi prædeſtinatio & liberum arbitrium non ſtarent ſimul, ſed hoc eſt manifeſtè falſum & impoſſibile, ergo &c.

Sumptâ ad propoſitum ſextâ quæſtione & ejus ſexto §. per G., quæ eſt: *utrum ſit alia vita*? neceſſarium eſt prædeſtinationem & liberum arbitrium ſtare ſimul iſto modo. Humana voluntas eſt proprietas, ratione cujus divina ſapientia & divina Juſtitia ſunt deſiderabiles in perfectione, & ideo ipſa voluntas humana eſt proprietas, ratione cujus ſapientia & Juſtitia Dei ſunt deſiderabiles in magnitudine actionis ſuper effectum ſuum. Quare ſequitur de neceſſitate, ſi prædeſtinatio & liberum arbitrium non ſtant ſimul, quòd prædicta actio eſt in parvitate & defectu ſuper effectum ſuum, & quòd humana voluntas eſt proprietas magis deſiderativa perfectionis divinæ ſapientiæ & juſtitiæ, quàm ipſæ ſint deſiderabiles in ipſa perfectione, quod eſt impoſſibile, & ſic, quantum ad hoc, voluntas humana eſt proprietas, ratione cujus divina ſapientia & juſtitia ſunt deſiderabiles in earum parvitate & defectu, ut ratione ipſarum ſit ipſa voluntas deſiderativa in magnitudine & perfectione ſuî, quod eſt impoſſibile, ergo &c.

Iterum decimus quintus §. hujus quæſtionis ſecundùm G. ſignificat prædeſtinationem & liberum arbitrium neceſſariò ſtare ſimul, quoniam ſi eſt prædeſtinatio, & ratione prædeſtinationis non ſit liberum arbitrium, abſunt bonitas, magnitudo &c. Fidei, Spei &c. per quas principium ſeu principiatum appetit quieſcere ipſi ſummo eſſe, quod eſt ipſa Juſtitia Dei, aut ſi eſt liberum arbitrium, & ratione illius non ſit prædeſtinatio, abſunt ſimiliter bonitas & magnitudo &c. Fidei & Spei, per quas ipſümmet principiatum confidit, ſperat &c. ſe quieſcere ipſi eſſe juſto bono magno &c. ſicut ſcivit & ſcit ipſa ſapientia Dei; quare neceſſariò oportet ſtare utrumque ſcilicet prædeſtinationem & liberum arbitrium, ut propter abſentiam alicujus iſtorum principium ſeu principiatum acquieſcens eſſe non acquieſcat privationi, quod eſt contradictio. Aliter enim ipſi ſummo fini, qui eſt Deus, non acquieſcerent omnia principia, quod eſt impoſſibile, cùm ſit ſummus & ultimus finis, quare &c.

Secundùm quod dictum eſt in octavo §. in octava quæſtione de elementis ſecundùm I. Cùm ſit motus de veritatibus diverſis in unam veritatem, tunc illa veritas una eſt id, quod eſt verum de bonitate, magnitudine &c. & ejus verificare eſt id, quod eſt verum de bonificare, magnificare &c. Homo autem ratione magnitudinis, bonitatis &c. illius finis, quare principiatus eſt, de pluribus diverſis veritatibus in unam veritatem conſtitutus eſt, ut per illam unam in ſe & diſtinctam in diverſis veritatibus conſequatur finem ſuum. Finis autem ipſius hominis unus eſt, videlicet præmium ipſius ſapientiæ, juſtitiæ, bonitatis &c. Dei, quare oportet ipſum hominem de tot veritatibus in unam veritatem verificare, de quot veritatibus in unam veritatem ejus præmium conſtat, ſed de ſapientia, juſtitia &c. Dei conſtat ejus præmium unum, ergo oportet, quòd veritas ſit conſtituta de ſapientia, juſtitia &c. creata, ſimiles prædictæ ſapientiæ & juſtitiæ Dei, & quòd ejus verificare ſit conſtitutum de creato intelligere, juſtificare &c. Quare oportet neceſſariò prædeſtinationem & liberum arbitrium ſtare ſimul, quia nemo negare poteſt, quin bonum & verum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

verum sit justitiam præmiari hominem propter virtutes, de quibus propter justitiam homo verificat, nec aliquis negare potest, quin bonum & verum sit ipsi Deo & per consequens ipsi effectui divinam sapientiam de suo scire ambire omnia, ut ipse effectus liberè ratione justitiæ verificet de ipso scire divinæ sapientiæ verificans de virtutibus. Ergo oportet prædestinationem & liberum arbitrium esse simul, ut fiat motus de veritate prædestinationis & de veritate liberi arbitrii in unam veritatem, de qua sub libertate & scientia Dei homo verificat, ut consequatur ipsum unum verificare, quod est de sapientia & justitia Dei. Et ideo si prædestinatio esset ita, quòd non esset cum ea liberum arbitrium aut è converso, constitueretur veritas de his, quæ non essent vera, quod est impossibile, quia ad veritatem prædestinationis necessaria est veritas liberi arbitrii & è converso. Quemadmodum ad veritatem sapientiæ divinæ necessaria est veritas justitiæ divinæ & è converso & ad positionem actûs sapientiæ divinæ necessaria est positio actûs justitiæ & è converso, quare &c.

Hoc idem etiam probatur secundùm decimum septimum ejusdem quæstionis §. quia ratione diffinitionis æqualitatis concordant in tanta æqualitate divina sapientia & justitia, quòd tantum influit ipsa divina sapientia in ipsum effectum suum ratione sciendi, quantum ipsa divina justitia ratione justificandi & è converso; & tantum etiam influit ipsa divina sapientia in eundem ratione justificandi, quantum ratione sciendi & è converso, & tantum similiter influit divina justitia in eundem ratione sciendi, quantum ratione justificandi & è converso, quod est, quia in existere & agere quælibet harum est id, quod alia & è converso; quare oportet prædestinationem & liberum arbitrium esse simul, ut divina sapientia tantum influat prædestinato vel præscito, quantum divina justitia libero ad damnationem vel salvationem, & ut etiam tantum influat ipsa sapientia libero ad damnationem vel salvationem, quantum prædestinato vel præscito, & justitia tantum prædestinato vel præscito, quantum libero ad damnationem. Et nisi hoc ita esset ex parte ipsius sapientiæ & Justitiæ Dei, ignis & unumquodque aliorum elementorum esset nobilioris conditionis, quàm Deus, quod est impossibile, quia ignis, ubicunque sit, in tantùm est bonus, quantùm magnus & è converso, & sic de aliis elementis. Sed Deus ubicunque non esset tantùm sapiens, quantùm justus, vel tantùm justus, quantùm sapiens. Quare oportet necessariò prædestinationem & liberum arbitrium simul stare. Et sic quantum ad hæc, quæ dicta sunt super ista quæstione, patet, quomodo hæc ars est inventiva.

2. Iterum. Assumptâ quartâ quæstione voluntatis, virtutis. *Utrum Deus creavit omnia ad se*? fiat in quarta figura ista camera G. H. C. recipiendo istarum litterarum primò in regulis significationem & postmodum in quæstionibus, sicut jam etiam processum est.

Nunc autem per necessarium & contingens designata per G. propositam quæstionem solvamus isto modo. Aut Deus creavit mundum de necessitate vel de contingentia vel de utraque, non enim creavit eum de necessitate sine contingentia, quia in creaturis non est necessitas sine contingentia, sicut nec prima intentio sine secunda; sed cùm omnes necessitates finaliter ordinentur ad unam necessitatem, quia omnes necessitantur ab illa necessitate, & præter eam nihil habent necessitatis, ut non sit dari vacuum influentiæ finis in medio de ipso principio usque ad finem, necessariò sequitur, quòd omnia creata sint ad illam necessitatem summam, quæ ponitur Deus esse, & sic sequitur, quòd Deus creavit omnia ad se ipsum, aliter sequeretur, quòd essent creata à Deo de contingentia & de necessitate ad aliud, quod non est Deus, quod præter Deum nullam haberet necessitatem, quod est impossibile, quare oportet, quòd finaliter Deus creavit omnia ad se ipsum.

Hoc etiam significatur per H. in regula de demonstratione & hoc per æquiparantiam isto modo. Divina voluntas & divina sapientia, & divina bonitas, magnitudo &c. de actibus suis æqualiter fluxerunt ad omnium creationem, ita quòd divina voluntas voluit creare omnia, & divina sapientia scivit creare omnia, & divina bonitas bonificavit creare omnia, atque divina magnitudo hoc ipsum magnificavit ratione perfeitatis divinæ, cùm illa sit omnium summa & per consequens voluntas voluit & sapientia scivit & bonitas bonificavit, & hoc æqualiter istud, quod magnitudo magnificavit, cùm æqualiter essent influentes & agentes in ipsa creatione. Ergo per Deum creata

(c) 2006 Ministerio de Cultura

creata ſunt omnia & per conſequens ad Deum. Iterum *propter quid* probatur hoc idem, nam propter hoc, quòd Deus eſt recolibilis, intelligibilis & amabilis in magnitudine bonitatis &c. recolendi, intelligendi & amandi, creavit ipſe Deus intellectivum, recolitivum & amativum in magnitudine bonitatis &c. recolendi, intelligendi & amandi. Quare oportet, quòd Deus omnia recolibilia, intelligibilia & amabilia ad ſe creaverit, aliter non eſſet recolibilis &c. in ultima magnitudine recolendi &c. nec per conſequens creaviſſet recolitivum &c. in ultima magnitudine recolendi &c. eum, quod eſt impoſſibile, ergo &c. Iterum quia melius recoli, intelligi & diligi Deum in ultima magnitudine recolendi, intelligendi & amandi, quàm ſit omne creatum, creavit Deus omnia ad ſe ipſum, ut non ſit privatus illâ magnitudine recolendi, intelligendi & amandi, à qua impoſſibile eſt eum privari.

Secunda regula de modo eſſendi & intelligendi deſignata per C. manifeſtat hoc idem, quia modus intelligendi proportionatus iſti modo eſſendi, quòd omnia creata à Deo habent eſſe & in virtute ejus conſiſtunt tanquam effectus in virtute ſuæ cauſæ, & quòd omne eſſe creatum majus eſt in eſſe divino, quàm in ſe ipſo & quàm in alio eſſe. Quare de neceſſitate attingit modus intelligendi iſtum modum eſſendi ſcilicet omnem creaturam à Deo eſſe creatam ad ipſum creatorem. Quod ſi non, modus eſſendi bonitatis, magnitudinis &c. eſſet modus non eſſendi earum, & modus intelligendi eſſet modus ignorandi, quod eſt contradictio, quare &c.

Similiter hoc etiam probatur idem in ſexto §. ſumpto per G. in ſexta quæſtione etiam ſignificata per G. *de alia vita.* Nam humana voluntas eſt proprietas, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. Dei ſunt deſiderabiles in magnitudine actionis ſuper effectum ſuum. Quare ſequitur ſimiliter, ſicut ſi alia vita non eſſet, ſi Deus non creavit ad ſe ipſum omnia, quæ creavit, quòd prædicta actio eſt in parvitate & defectu ſuper effectum ſuum, & quòd humana voluntas eſt proprietas magis deſiderativa divinæ bonitatis, magnitudinis &c. quàm ipſæ ſint deſiderabiles, quod eſt impoſſibile. Ac etiam ſequitur aliud impoſſibile, quod in eodem §. ſequitur, ſi alia vita non eſt, videlicet quòd ipſa voluntas humana eſt proprietas, ratione cujus bonitas magnitudo &c. ſunt deſiderabiles in parvitate & defectu, ut ratione earum ſit ipſa voluntas deſiderativa in magnitudine & perfectione ſuî, quod eſt impoſſibile, ergo oportet Deum omnia ad ſe creaſſe.

Hoc idem ſimiliter probatur in decimo quinto §. ejusdem quæſtionis ſumpto per G. quoniam ſi Deus non creavit omnia ad ſe, non eſt aliquis finis eſſendi, cui omnia acquieſcant, ſed potiùs privationis, quod falſum eſt; nam licèt in rebus creatis quædam earum aliis acquieſcant, non tamen ultimò & finaliter eisdem acquieſcunt, quia non eſt in eis bonitas ſine imperfectione bonitatis ultimæ & magnitudo ſine parvitate &c. ratione quorum defectuum veniunt ad non quieſcere. Veruntamen, quia illæ, quibus acquieſcunt, ſunt in majoritate eſſendi ratione ultimæ magnitudinis eſſendi, acquieſcunt quidem eis, ut per eas ſint ipſi ultimæ magnitudini eſſendi propinquiores, quemadmodum principium acquieſcit privationi, ut alicui eſſe acquieſcat. Sicut ergo finaliter omne principium acquieſcit ipſi eſſe, non autem privationi, ita omne creatum Deo acquieſcit, qui eſt ipſum ultimum eſſe ſine aliqua privatione bonitatis &c. quod eſt impoſſibile, niſi ipſe Deus creavit omnia ad ſe ipſum, ergo omnia creavit ad ſe ipſum, quod ſi non, ſummo fini, qui eſt Deus, non acquieſcunt omnia principia & per conſequens eſſe quieſcit privationi & non è converſo, & generatio corruptioni & non è converſo. Hæc autem omnia ſunt impoſſibilia, ergo Deus omnia creata creavit ad ſe ipſum.

Aſſumendo etiam ſeptimum §. quintæ quæſtionis, quæ eſt de virtutibus ſub H., manifeſta eſt ſimiliter hæc eadem concluſio iſto modo. Cùm humanus intellectus per virtutem ſuî & ſuorum conjunctorum uniens actum bonitatis cum actu magnitudinis &c. attingit Deum creaſſe omnia: attingit quidem omne creatum nihil habere à ſe ipſo, ſed à Deo id, quod eſt eſſe, ergo creatum non eſt ſuî ipſius, ſed eſt ipſius Dei, ſicut nec effectus eſt ſuî ipſius, ſed potiùs ipſius Dei. Quare oportet neceſſariò, quòd Deus omnia creavit ad ſe ipſum, quoniam ſi creaſſet ea ad ſe ipſa, creaſſet eſſe ad non eſſe, virtutem ad vitium, & ſic deſtructio ipſius ſeptimi §. ſequeretur videlicet, quòd virtus moralis eſſet origo unionis, bonitatis, magnitudinis &c. in uno magno habitu vitioſo, quia creatura à Deo non habet

vitium

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vitium, sed à se ipsa. Cùm ergo Deus crearet omnes creaturas ad se ipsas, vel ad aliquid creatum, quod à se ipso non habet esse, ordinaretur ipsa virtus, quod habet à Deo per se esse, ad vitium, quod à se ipso habet per se non esse, quemadmodum habent omnia, quæ non sunt à Deo, & sic destrueretur per consequens ultima pars ipsius §. septimi, videlicet quòd vitium tanquam finis esset origo conjunctionis bonitatis cum magnitudine &c. in malo parvo habitu vitioso, quod scilicet vitium oriretur ex incessatione virtutis substantialis non cessantis unire habitualiter bonum cum bono &c. ad habitum vitiosum, quod manifestè falsum est & absurdum, ergo &c.

Hoc idem etiam probatur per decimum sextũ §. ejusdem quæstionis sub ipso H., quia si Deus non creasset omnia ad se ipsum, sed ad aliud, quod non est Deus, sequeretur, quòd esse haberet perfecttionem suam ad non esse, & magìs esset esse simile ipsi non esse, quàm ipsi esse in hoc, quòd omnia non tenderent finaliter ad ipsum esse summè perfectum, quod est Deus, in quo nullum est non esse. Et sic sequeretur destructio ipsius decimi sexti §., videlicet, quòd virtus substantialis esset similitudo virtutis moralis, & quòd majoritas ipsius virtutis substantialis esset imago magnitudinis virtutis moralis, imò potiùs ipsa virtus moralis esset magìs substantialis, quàm ipsa virtus substantialis, unde procedit, & quòd omnis res, quantò magìs accederet ad non ens & minoritatem, esset magìs substantialis, & hoc esset de natura majoritatis virtutis accedere ad vitium, ût plùs posset, quod est contra ipsum decimum sextum §. Et ratio hujus patet manifestè in hoc, quoniam si Deus creasset omnia ad se ipsum, tenderent omnia esse infinitum, & illa, quæ sunt magìs circa non esse, tenderent magìs ad ea, quæ sunt circa esse, ut essent propinquiora ad esse infinitum & staret necessitas positionis ipsius decimi sexti §. prædicti; cùm ergo Deus creaverit omnia non ad se ipsum, sed ad alia, vel ad aliud, quæ non sunt Deus (ût præsuppositum est) sequitur necessariò, quòd hæc, quæ dicta sunt, impossibilia sunt & destructio totius ipsius decimi sexti §. præallegati. Quare oportet necessariò, quòd Deus creaverit omnia ad se ipsum.

Hoc habito vult ars, quòd recipiatur C., per quod habemus, quomodo Angelus attingit in secundo §. & undecimo primi modi, sed primò per secundum §. videndum est isto modo. Angelus bonus, cùm ratione magnitudinis sit magnus & ejus bonitas duratio &c. magnæ, attingit ratione bonitatis, magnitudinis durationis &c. quod esset impossibile, nisi attingeret Deum ratione tantæ magnitudinis bonitatis attingendi, quòd non potest ultrà; quare oportet, quòd Deus creaverit omnia ad se ipsum, quoniam si non creaverit omnia ad se ipsum, in quantum non creavit ea ad se ipsum, attingit Deum sub ratione parvitatis bonitatis &c. & illud, vel illa, ad quod vel ad quæ creavit omnia, attingit cum magnitudine bonitatis &c. creandi. Cùm ergo ita sit, quòd Angelus malignus attingat per oppositum Angeli boni, si Angelus bonus attingit Deum sub ratione parvitatis, bonitatis &c. ergo Angelus malus attingit eum sub ratione magnitudinis bonitatis &c. Itaqûe distat Angelus bonus à Deo, in quantum attingit eum sub ratione parvitatis bonitatis &c. quia Deus non creavit omnia ad se. Angelus verò malignus attingens per oppositum est ei propinquus, quod est manifestè impossibile & destructio ipsius secundi §. in attingere Angeli & dæmonis. Quare oportet necessariò, quòd Deus simpliciter omnia creaverit ad se ipsum, quia sic oportet attingere Angelum benignum sub ratione magnitudinis bonitatis &c. attingendi, quoniam Angelus malignus sub ratione magnitudinis malitiæ suæ &c. diligit & affectat, quòd Deus creasset, causasset omnia ad ipsum dæmonem. Hoc etiam idem desiderant peccatores hujus mundi & damnati secundùm perversam intentionem & delectationem, quia desiderant omnia ad se ipsos.

Hæc eadem conclusio probatur in undecimo §. ejusdem quæstionis sub C. isto modo. Cùm Angelus sit de concordantia bonitatis, magnitudinis &c. constitutus, attingit quidem de ipsa concordantia, de qua ipse constitutus est, alias concordantias in ipsa concordantia sua, ergo attingit de sua concordantia illam concordantiam, quam habent bonitas, magnitudo &c. Dei ad creandum creaturas, ergo non attingit de contrarietate sua, quam non habet, contrarietatem bonitatis & magnitudinis Dei, quæ non est ad creandum creaturas. Hoc autem est impossibile, si Deus non creaverit omnia ad se ipsum, quoniam si Deus non creaverit omnia ad se ipsum, creaverit quidem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dem omnia contra magnitudinem bonitatis &c. & creatoris & creaturæ, quia sic non est bonitas creandi sine malitia, nec magnitudo creandi sine parvitate &c. & sic implicatur contrarietas in Deo ratione creationis & similiter in creatura. Quæ siquidem contrarietas attingeretur de concordantia Angeli perversâ in contrarietatem ratione objecti & contrarietate dæmonis perversâ in concordantiam ratione objecti. Et sic cùm Angelus habeat gloriam de divina creatione, & dæmon pœnam; & gloria oriatur de concordantia bonitatis &c. & pœna oriatur de contrarietate illarum, sequeretur, quòd Angelus de perversione concordantiæ bonitatis &c. in contrarietatem earum haberet gloriam, & dæmon pœnam cum conversione contrarietatis, bonitatis &c. in concordantia earum, quod est impossibile & contra naturam principiorum hujus artis. Quare de necessitate oportet Deum creâsse omnia ad se ipsum. Et secundùm ista patet, quomodo hæc ars est inventiva.

3. Rursus. Assumptâ quæstione majoritatis æqualitatis: *Utrùm majoritas rerum universalium destruat majoritatem rerum particularium & è converso & æqualitas istarum æqualitatem illarum & è converso & minoritas istarum, minoritatem illarum & è converso?* Fiat ista camera H. I. K. in quarta figura, & assumantur istarum litterarum significata in regulis & quæstionibus, sicut suprà, & solvatur proposita quæstio. Et primò per regulam de demonstratione sumpta per H., & hoc secundùm æquiparantiam *in causa* & *in effectu*, universale existente causâ & particulare effectu isto modo. Bonitas universaliter sumpta & ad magnitudinem, durationem &c. contracta aliam de se implicat majoritatem ratione magnitudinis & aliam ratione durationis, & sic de aliis secundùm harum majoritatum æquiparantiam ad finem, & idem est de æqualitate & minoritate; ita, quòd per rectam lineam fit contractio majoritatis ex ipsis principiis universalibus ad se ipsa ad invicem, & similiter æqualitatis & minoritatis eorum: & hoc gradatim per lineam continuam usque ad majoritatem, æqualitatem, minoritatem particularis, quæ scilicet majoritas particularis, & sic de æqualitate & minoritate, quæ constant de ipsa universali majoritate omnium primorum principiorum generalium contracta gradatim usque ad istam minoritatem, ita quòd in illa est causa veniens de diversis æquiparantiis, æquiparans istam æquiparantiam contrahens, quantùm potest, sub ratione æquiparantiæ per lineam continuam omnes majoritates principiorum universalium ad hanc majoritatem particularem existentem effectum illius. Quare impossibile est, quòd majoritas universalis destruat majoritatem sui particularis vel è converso, quoniam si majoritas universalis destrueret majoritatem particularem, & sic de aliis, impossibilis esset prædicta contractio principiorum scilicet universalium bonitatis &c. & secundùm hoc bonitas esset malitia & magnitudo parvitas, quod est impossibile, ergo &c.; majoritas autem particularis majoritatem universalem destruere non potest, quia ratione majoritatis universalis sic contractæ (ût dictum est) ipsa majoritas particularis est id, quod ipsa est. Hoc idem suo modo intelligendum est de æqualitate & minoritate, quare negativa conclusio propositæ quæstionis procedit.

Significat autem I. per punctum transcendens hanc quæstionem esse solubilem secundùm 9. §. *de materia divina.* Quia cùm intellectus humanus considerat divinam bonitatem & veritatem immensam, & in particularibus videat bonitates destrui à malitiis & veritates à falsitatibus, tunc affirmat ex debilitate suî, quòd ista particularia inferiora de majoritate suæ malitiæ, falsitatis &c. destruunt illam summam majoritatem universalitatis, quam bonitas & veritas Dei habet super ista particularia inferiora, qui sunt homines, ut, si illa majoritas universalitatis esset tanta in divino universi, impossibile esset, quòd majoritas malitiæ & falsitatis superaret in hominibus bonitatem & veritatem, sed potiùs è converso. Quare oportet, quòd ista majoritas, quæ est in istis particularibus, qui sunt homines gratiâ libertatis, quam habent ad malum, destruat illam majoritatem universalem bonitatis &c. quam Deus habet super effectum suum. Hoc autem judicat intellectus secundùm suam propriam rationem non realem, sed dum revertitur ad prædictum 9. §., transcendit illam rationem, & attingit oppositum esse necessarium ratione inalterabilitatis & alterabilitatis influentiæ causæ super effectum suum, quia inalterabilis est ipsa influentia ex parte influentis, alterabilis verò ex parte recipientis. Et majoritas quidem hujus alterabilitatis facit majoritatem justitiæ bonitatis & veritatis ipsius

(c) 2006 Ministerio de Cultura

causæ esse suo effectui in omnibus circumstantiis ipsius effectûs magìs universalem. Quare si malitia in effectu superat bonitatem & falsitas veritatem, & è converso venientes de perseitate hominis agentis malum & falsum, non autem ab aliquo alio ab homine, quia Deus inalterabiliter influit homini ad per se agendum alterabiliter ratione libertatis; remanent ideo divina bonitas & veritas inalterabiliter universales hominibus ad influendum bonitatem & veritatem, quæ, si ratione perseitatis ipsius hominis pervertuntur ipsi homini in malitiam & falsitatem, impervertibiles quidem sunt ipsi Deo, sed semper remanent bonitas & veritas ad præmiandum vel condemnandum, & sic nunquam majoritas sive minoritas in his inferioribus particularibus destruere potest majoritatem ipsius summæ causæ.

Regula *de majoritate finîs* sub K. manifestat, quòd ens universale majoritatem &c. non destruit sui entis particularis, sed potiùs per viam proportionis conservat eam, ut universale super particulare suum magìs agere possit ratione majoritatis finîs in proportione; quemadmodum divina bonitas super bonitatem causatam, quia in quantò plùs agit super eam, magìs est ipsa bonitas patiens in majoritate finîs, quia magìs proportionatur illi. Hoc etiam patet similiter in creaturis velut in cholerico, in quo majoritas ignis non est contra majoritatem &c. terræ, aëris & aquæ; quoniam quantò major est terra &c. in subjectione ignîs, tantò plùs majoritas ignîs majorificat illam majoritatem sibi subditam, ut sit suppositum cholericum. Veruntamen quò ad majoritatem finîs in comparatione majoritas ignis destruit majoritatem terræ &c. in cholerico & è converso, quia unumquodque elementorum majorem habet habitum naturalem agendi super aliud elementum, quàm esse subjectum eidem, & secundùm istam majoritatem verum est, quòd alia majoritas aliam destruit per modum corruptionis & inde generatur alia per viam generationis & proportionis. Consimili modo etiam majoritas divinæ bonitatis, quam habet super effectum suum, illas majoritates effectûs, quas sine proportione invenit comparativè rebelles majoritati suæ finîs, destruit, declinans eas ad minoritatem finîs, sicut damnatos, quia divina majoritas bonitatis &c. eas declinavit ad minoritatem finîs, & beatos ad majoritatem. Damnati enim majoritatem secundæ intentionis sine proportione comparativè supposuerunt majoritati primæ intentionis destruentes eam: quare destructa est eis majoritas sui finîs in proportione.

Manifestum est secundùm 7. §. sub H. de modo attingendi sensûs, quòd sicut virtus universalis est origo unionis universalis bonitatis &c. existens intensa & extensa eo modo, sicut in ipso §. continetur, ut veniat intensè & extensè per ipsam unionem contractam in particularitatem hujus visûs & auditûs &c. hujusmodi, sic eodem modo majoritas &c. ipsius virtutis universalis est origo unionis majoritatis bonitatis & majoritatis magnitudinis &c. existens intensa & extensa, ut veniat intensè & extensè per ipsam unionem contractam in particularem majoritatem videlicet in istam majoritatem. Quare impossibile est, quòd majoritas universalis suam majoritatem particularem destruat intensè, sicut est impossibile, quòd virtus universalis suam particularem virtutem destruat intensè, quia destrueretur ejus diffinitio., & per consequens totus prædictus §., ergo &c.

Hoc etiam probatur sub H. decimo sexto §. ejusdem quæstionis, *nam quemadmodum Deus ratione magnitudinis immensitatis suæ bonitatis intra se substantialiter quò ad se, & extra se accidentaliter quò ad creata ambit omne ens, attingendo penitus*, sic ipsa majoritas universalis creata existens imago magnitudinis immensitatis prædictæ ambit omnes majoritates particulares, ita quòd ipsum majorificativum universale de sua universalitate usque ad ultimam particularitatem majorificat suum proprium majorificabile propinquum in remoto & remotum in propinquo, ut ambiat omnes extremitates majoritatis. Quemadmodum sensitivum ratione suæ majoritatis seu magnitudinis agendo ambit totum suum sensibile propinquum in remoto videlicet in vegetabili &c. Hoc autem esset impossibile, si majoritas universalis destrueret suam majoritatem particularem & è converso, quia perderet diffinitionem majoritatis & converteretur in diffinitionem minoritatis & è converso; similiter minoritas universalis, si destrueret minoritatem particularem, perderet diffinitionem minoritatis, & converteretur in diffinitionem majoritatis, & sic de æqualitate, & sic majoritas esset minori-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

noritas & è converso, æqualitas inæqualitas & è converso, & destrueretur ipse 16. §. antedictus, quia sensus de ratione majoritatis suæ non haberet imaginem magnitudinis & immensitatis Dei, nec ratione majoritatis ambiret totum sensitivum suum sensibile agendo, nec totum sensibile suum sensitivum patiendo, sed potiùs ratione minoritatis destruentis ipsam majoritatem ambiendi, quod falsum est, ût manifestè patet in ipso §., ergo &c. Veritas prima & originalis ratione majoritatis suæ contrahit se ad bonitatem, & contrahit se ad magnitudinem, & sic de aliis primis principiis, ut contrahendo diversificetur, & diversificata veniat in finem particularizatum, videlicet in unam veritatem particularem, & sic fit ille motus de veritatibus diversis in unam veritatem, de quo dicitur in 8. §. de quæstione elementorum sub I.; itáque ratione majoritatis, veritatis, & aliorum primorum principiorum universalium multiplicatur veritas & alia principia universalia per contractiones, quas habent ad invicem ratione suæ majoritatis, ut sic multiplicando se veniant particularizata in hoc concreto vero, ratione cujus ipsa universalia in majori veritate, bonitate &c. consistant ratione augmenti ipsius entis particularizati. Quare oportet necessariò conclusionem negativam propositæ quæstionis esse tenendam, ut diffinitio majoritatis æqualitatis &c. ac etiam bonitatis, veritatis &c. entium universalium & actuum earum sequatur in ente particulari & è converso, secundùm quòd significat ipse §. 8., quod esset impossibile, si majoritas, æqualitas &c. universales, & per consequens cœtera principia universalia destruerent majoritatem particularem & æqualitatem &c. entia particularia, & è converso, quia sic ipsa principia universalia contrahendo se ad invicem contradicerent sibi ipsis, & contradicendo sibi ipsis contraherent se ad invicem appetentia simul & semel existere & agere convertibiliter ratione veritatis & falsitatis, quod est contradictio, ergo &c.

Similiter probatur hoc idem sub I. 17. §. ejusdem quæstionis de elementis, quia ratione diffinitionis æqualitatis concordant ratione majoritatis in tanta æqualitate bonitas, magnitudo &c. universalia principia, secundùm quòd ipse §. declarat in igne, aëre & cœteris elementis, quòd ubicunque sit ipsa universalis bonitas, in tantum est magna durans &c. quantum ipsa est bonitas, & ubicunque sit universalis magnitudo, & sic de aliis, in tantum est bona durans, & sic de aliis, & ita acquiescit concordantia bonitatis magnitudinis & aliorum universalium principiorum æqualitati suæ, & hoc est ratione majoritatis ipsius concordantiæ & ipsorummet principiorum, sed cum ipsa bonitas universalis &c. universalia existant & agant de ipsâ universalitate per totum medium extremorum usque ad istud particulare, ut inter universale & particulare non sit dari vacuum; ergo ipsa bonitas universalis de universalitate sua per totum medium extremitatum usque ad istud particulare in tantum est magna durans &c. existendo & agendo, quantum bonitas & similiter magnitudo universalis, & sic de aliis principiis universalibus, in tantum bona durans &c. quantum magnitudo, ut existendo & agendo acquiescat concordantia ipsorum principiorum ratione majoritatis æqualitati. Hoc autem esset impossibile, si majoritas universalis destrueret suam majoritatem particularem, & sic de aliis, quia destrueretur ipse 17. §., quia in quantum superior majoritas, & sic de aliis, destrueret inferiorem, & è converso, non acquiescerent concordantia bonitatis, magnitudinis &c. cujuslibet elementi in æqualitate existentiæ principiorum ejus, & oporteret dari vacuum existendi & agendi principiorum ipsorum inter duo extrema scil. inter universalitatem & particularitatem, ita quòd æqualitas non esset medium inter majoritatem & minoritatem, nec majoritas & minoritas essent extremitates æqualitatis, & sic destrueretur instinctus & appetitus naturalis, & per consequens species majoritatis & minoritatis & æqualitatis & eorum individua, quod est impossibile, ergo &c.

Iterum sumpto K. ad propositam quæstionem scil. *quomodo hæc ars est inventiva?* & hujus quæstionis 9. §. *Utrùm in gloria sit distinctio, ut sit in ea concordantia?* & manifestum est, quòd hæc quæstio solvitur ratione diffinitionis gloriæ, quæ esset insufficiens bonitati, magnitudini &c. Dei, imò etiam impossibilis, nisi in ea essent gloriativum & gloriabile &c. quibus bonificativum magnificativum &c., bonificabile, magnificabile &c. acquiescerent, alio istorum existente alio ab alio, secundùm quòd in ipso §. dictum est, nec essent ipsæ dignitates plenæ activitate & agibilitate, quiescentes quælibet in alia & in se ipsa; quare ad propositam quæ-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quæstionem dicendum est, quòd similis insufficientia & impossibilitas quiescendi & plenitudinis sequeretur inter universalia principia, si universalis majoritas suam destrueret particularem majoritatem & è converso, & universalis æqualitas suam particularem æqualitatem &c. quoniam sicut manifestè patet, si negativa propositæ quæstionis esset falsa, bonitas, magnitudo &c. universalia non haberent delectationem inter se ad invicem, cui acquiescerent, quia non essent plenæ, sed ultra appeterent naturaliter quiescere, quia deficeret eis id, ratione cujus alia principaliter est ad aliam contracta: itaque bonificativum magnificativum &c. non acquiescerent delectativo, nec bonificabile, magnificabile &c. delectabili, sed appeterent quiescere ultrà ratione absentiæ plenitudinis activitatis agibilitatis & actionis, & nunquam obtinerent id, quod appeterent, & sic bonificativum, magnificativum &c. acquiescerent malificativo, parvificativo &c. bonificabile, magnificabile &c. malificabili & parvificabili &c. & privaretur majoritas distinctionis & concordantiæ in eisdem principiis, & plura alia impossibilia & contradictoria sequerentur, ergo negativa propositæ quæstionis necessariò est vera.

Per istum eundem processum potest solvi hæc quæstio: *Utrùm in Deo sit illud, per quod ipse magis distat à contrarietate?* quæ est de illis quæstionibus negativis, quæ sunt in fine libri hujus, & multæ etiam aliæ. De ista autem volumus sic prosequi ad exemplificandum, quomodo per eundem processum unius ejusdem quæstionis multæ sunt quæstiones solubiles, ut vehementiùs artis amplitudinem & efficaciam exprimamus, & hoc isto modo: manifestum est quidem, in Deo esse bonitatem, magnitudinem &c. & eas esse inconfusas (ût supra probatum est) & diffinitio gloriæ est, eam esse ipsam delectationem, cui ipsa bonitas, magnitudo &c. acquiescunt in plenitudine quiescendi: sed si in Deo non est id, per quod ipse distat plùs à contrarietate, est quidem in eo id, per quod non distat à contrarietate, quantùm distare potest, ergò bonitas, magnitudo &c. aliquam habent inclinationem ad contrarietatem, & per consequens ad privationem ratione resistentiæ propter diversos fines, & sic non habent divina bonitas &c. gloriam, cui finaliter acquiescant, sed est ejus gloria quiete bonitatis &c. adeò vacua, quòd ratione summi defectûs non acquiescunt sibi ipsis, sed potiùs ultra se ipsas oppositio illius, quod habent in se ipsis, & sic non est in eis glorificativum, cui bonificativum &c. acquiescat, nec glorificabile, cui bonificabile &c. acquiescat; & sic per consequens destruitur totus processus hujus 9. §., quod est summè impossibile Deo; ergò in Deo est id, per quod ipse plùs distet à contrarietate, & illud est infinita concordantia, quæ est infinitum non esse contrarietatis in Deo.

Iterum etiam, quòd majoritas universalis non destruat suam majoritatem particularem &c. patet in processu primæ quæstionis sapientiæ minoritatis. *Utrùm intellectus sit tantùm volens ratione voluntatis, quantùm bonificans ratione bonitatis?* & solutum est per diffinitionem minoritatis conversam per oppositum in diffinitionem majoritatis, ût eò quòd actus ipsius intellectûs est ens circa aliquid, & eò ipso non sit ens circa nihil, impossibilis est negativa conclusio illius quæstionis, quia sequeretur contradictio ex diffinitione prædicta veniens, ût in ipso processu illius quæstionis continetur.

Per istum eundem processum additum seu contractum ad propositam quæstionem manifestatur solutio ipsius propositæ quæstionis: quia ex hoc, quòd minoritas est ens circa nihil, & majoritas per oppositum est ens circa aliquid, non potest majoritas universalis destruere suam majoritatem particularem, nec è converso; quia si ista universalis destrueret illam suam particularem, destrueret quidem id, per quod ipsa est majoritas causativè, aut si ista particularis destrueret suam universalem, destrueret similiter id, per quod ipsa est majoritas effectivè. Et hoc siquidem destruere majoritatem esset ex natura ipsius majoritatis, per quod ipsa majoritas esset ens circa aliquid, & eò ipso, quòd destrueret ens circa aliquid, esset ens circa nihil; & sic sequeretur illa eadem contradictio prædicti processûs, videlicet eò ipso, quòd majoritas esset ens circa aliquid, quoad majoritatem, eò ipso esset ens circa nihil & è converso, quare &c.

Similiter gratiâ dandi exemplum amplificationis artis contrahimus istum eundem processum ad solvendum istam quæstionem. *Utrùm homo plùs habeat de esse in Deo, quàm in se ipso?* ut simili modo per processum quæstionum antè solutarum pateat via solvendi quæstiones de fine hujus libri:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

libri: In iſta autem procedimus iſto modo. Concluſio quidem affirmativa hujus quæſtionis procedit neceſſariò ex parte finîs, quoniam ſi homo plùs habet de eſſe in Deo quàm in ſe ipſo, manifeſtum eſt, quòd majoritas ipſius hominis permanet in prædictâ diffinitione ſuâ, oppoſita diffinitioni minoritatis, imò etiam ratione finîs tam immenſi non poteſt plùs eſſe ipſa majoritas humana ens circa aliquid, & ejus minoritas ens circa nihil; ſi autem homo plùs habet de eſſe in ſe ipſo, quàm in Deo, hæc eſt ſibi majoritas, ex quo ita oportet; & ſic ſequitur, cùm homo non habeat eſſe à ſe ipſo, ſed à Deo principaliter [ût ſupradictum eſt] quòd ex hoc, quòd homo ex ſe ipſo nihil eſt in ſe ipſo, majoritas eſſendi ipſius hominis proveniens à Deo ordinaretur ad minoritatem, & non è converſo: & ſic ipſa majoritas exiſtens ens circa aliquid, eſſet ens circa nihil ordinatum ad minoritatem, quæ exiſtens ens circa nihil eſſet circa aliquid, quod eſt contradictio, ergò plùs habet homo de eſſe in Deo quàm in ſe ipſo, & hoc modo patet, quomodo ars iſta eſt inventiva.

Rurſus aſſumptâ ipsâ quæſtione majoritatis minoritatis. *Quomodo ex eâdem quæſtione multæ extrahuntur quæſtiones ad eandem concluſionem?* ſumatur ipſa quæſtio æqualitatis minoritatis: *Utrùm ſit Deus?* ut de ipſa plures eliciantur quæſtiones ad eandem concluſionem. Et quoniam ipſa eſt æqualitatis, minoritatis, addatur ratione *4tæ figuræ* ipſis, ſcil. ipſi *æqualitati* & *minoritati*, *bonitas*, formando cameram iſtam ſcil. I. K. B. quia ſic patet proceſſus hujus figuræ, ut dimiſsâ unâ litterâ antecedente immediatè recipiatur alia immediatè conſequens, ût quia dimittitur H., recipiatur B. & cum dimittitur I. recipietur C. & ſic de aliis per ordinem, quousque devenietur ad eam, quæ primò fuit ordinata. Ad propoſitam ergò quæſtionem. *Utrùm Deus ſit?* & ad ejus cameram. I. K. B. accedamus ſumendo aliquas quæſtiones de fine hujus libri, quæ omnes affirmativè concluduntur, concludendo Deum eſſe, & omnes concluduntur negativè, concludendo Deum non eſſe. Et quoniam earum concluſiones affirmativæ ſunt neceſſariæ, ſecundùm quòd apparebit & patebit, ergò concluſio eſt neceſſaria ſcil. Deum eſſe. Nunc autem, quia I. regulam de punctis tranſcendentibus repræſentat, videamus per punctum tranſcendens multiplicationem quæſtionis ad eandem concluſionem iſto modo, ût in materia cæleſti continetur. Intellectus habet neceſſariò ſuperare illam amicitiam, quam habet cum imaginatione, cùm ultra firmamentum non poteſt imaginatio ſe extendere in infinitum, quia ut non ſit dari infinitum vacuum ſive nihil, & ut immenſa magnitudo, quæ eſt ultra firmamentum infinitum aliquid, non ſit nihil, affirmat intellectus neceſſariò ſuper imaginationem ultra firmamentum aliquid immenſum, quod ratione immenſæ poſitionis oportet eſſe id, quod dicimus Deum, & naſcitur inde hæc quæſtio: *Utrùm infinitum eſſe poſitivum ſit magis ſcibile & magis deſiderabile quàm finitum?* quam ſcil. quæſtionem oportet neceſſariò affirmari ratione magnitudinis, bonitatis &c. quæ majorem habent proportionem cum infinito eſſe poſitivo, quàm cum finito, quod eſſet falſum & oppoſitum verum, niſi eſſet illud ens poſitione infinitum, quod eſt ille Deus, quem inquirimus. Et ratio hujus ſtat in hoc, quia propter illam naturam, quæ conſiſtit in eſſe immenſum bonum &c. naturaliter eſt magis ſcibile & magis deſiderabile ens poſitione infinitum quàm finitum & majus bonum quàm minus bonum.

Sub K. ſignificat majoritas finîs majoritatem eſſe ordinatam ad finem & finem ad majoritatem, aliter eſſet impoſſibile eſſe majoritatem finîs, imò potiùs majoritas finîs eſſet minoritas finîs, & è converſo, quod eſt contradictio: & inde ſurgit hæc quæſtio: *Utrùm finis magis concordet ordinationi quàm inordinationi?* Manifeſtum eſt autem, quòd minoritas finîs in ratione minoritatis concordat inordinationi, & majoritas finîs in ratione majoritatis concordat ordinationi; impoſſibile eſt enim, quòd majoritas principaliter præter ordinationem obtineat ſuum finem ſeu finis ſuam majoritatem. Quare finis majorem habet concordantiam ordinationi, quàm inordinationi, ergò oportet neceſſariò Deum eſſe; quoniam ſi non eſt illud ens in omni perfectione, bonitate &c. immenſum, quod inquirimus, habet quidem majorem concordantiam inordinationi quàm ordinationi, cujus oppoſitum eſt neceſſarium, ût dictum eſt: & hæc conſequentia patet, quia ex quo non eſt Deus, eſt quidem infinitus defectus & infinitum malum &c. & infinita inordinatio, & non eſt alia vita niſi iſta, imò eſt infinitum non eſſe; & ſic infinitum non eſſe, infinitum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

malum, infinitus defectus &c. ratione ſuæ infinitatis eſſent finis omnium eorum, quæ ſunt in finita bonitate, perfectione &c. quod eſt impoſſibile, ergo &c.

Per B. ſignificatur prima regula, quæ docet in dubiis utramque partem concluſionis eſſe ſupponendam, ergò in manifeſtis, quæ ſunt extra dubitationem, nulla eſt ſuppoſitio, videl. in his, quæ per ſe ſunt nota. Unde ad concluſionem propoſitæ quæſtionis, cùm naturaliter ſit appetibile Deum eſſe, oritur hæc quæſtio: *Utrùm ſit magis appetibile bonum quàm malum, & magnum quàm parvum, & eſſe quàm non eſſe?* cujus affirmativa concluſio eſt in veritate per ſe nota, & ejus oppoſita negativa per ſe nota, exiſtentes penitus extra terminos ſuppoſitionis, ergò Deus eſt neceſſariò, quoniam ſi Deus non eſt, negativa quidem concluſio hujus ſubjunctæ quæſtionis eſt in veritate per ſe nota, & ejus oppoſita affirmativa in falſitate per ſe nota, exiſtentes extra terminos ſuppoſitionis; & ſic ſequitur, quòd duo contradictoria per ſe nota extra ſuppoſitionem ſunt ambo vera, & ambo falſa, quod eſt manifeſta contradictio, quæ ſequitur ex prædicta quæſtione ſubjuncta: *ſi Deus non eſt.* Quare oportet neceſſariò Deum eſſe.

Factâ multiplicatione quæſtionum per regulas ad eandem concluſionem faciendа eſt etiam per quæſtiones per I. K. B. cum ſuis §. denotatas. Primò autem ſub. I. de 8. §. de quæſtione elementorum procedimus iſto modo: cum qua, *utrùm Deus ſit*, quæritur, *utrùm ſit verum illud, per quod homo virtuoſus magis habet virtutis?* quoniam ad affirmationem alterius iſtarum vel negationem affirmatur neceſſariò vel negatur reliqua. Vult autem 8. §. prædictus contractus ad virtutes eſſe neceſſariò verum id, per quod homo virtuoſus magis habet de virtute, quoniam cùm fit motus de veritatibus diverſis, ût de veritate fidei, ſpei, charitatis, juſtitiæ &c. in unam veritatem virtutis, tunc illa veritas eſt id, quod eſt verum de bonitate, magnitudine virtutis, & ejus verificare eſt id, quod eſt verum de bonificare, magnificare &c. confidendi, ſperandi &c. Quoniam ſi non eſſet verum id, per quod virtuoſus magis habet de virtute, ſequeretur, quòd prædicta veritas de diverſis veritatibus prædictis conſtituta eſſet falſitas in magnitudine ſuæ bonitatis &c. & ejus bonitas eſſet malitia in magnitudine ſuæ veritatis &c. & per conſequens, cùm fieret motus de diverſis veritatibus in majori minoritate bonitatis &c. in unam veritatem, tunc illa veritas eſſet id, quod eſt verum in majoritate bonitatis, ita quòd ultimò recedendo maximè à magnitudine eſſendi, cùm fieret motus de privatione bonitatis magnitudinis &c. in unam veritatem, quod tamen eſt impoſſibile, tunc illa veritas eſſet id, quod eſt ſummè verum de bonitate &c. Et in hoc converterentur veritas & falſitas, & verificare & falſificare, quia ſic conſtitueretur veritas de his, quæ non eſſent vera, & per oppoſitum falſitas de his, quæ non eſſent falſa; quare, ut non ſequantur iſtæ & multæ aliæ contradictiones, oportet neceſſariò illud eſſe verum, per quod virtuoſus magis habet ſeu habere poteſt de virtute; quod tamen falſum eſt & impoſſibile, ſi Deus non eſt, cùm ipſe ſit finis omnium virtutum, ſi iſte ſit, ergò ad negationem Dei ſequuntur ſupradictæ contradictiones, ergò Deus eſt.

Si Deus eſt, ipſe eſt ipſa immenſa bonitas, ipſa immenſa magnitudo, ipſa immenſa æternitas &c. hujusmodi. Cùm ergò quæritur, utrùm ſit Deus, quæritur utique, utrùm finis ſit in tanta nobilitate, in bonitate, magnitudine &c. quanta eſt in æternitate? Iſtarum igitur quæſtionum ad poſitionem unius ponitur & reliqua, & ad interemptionem alterius interimitur & reliqua. Quòd autem finis ſit in tanta nobilitate in bonitate, in magnitudine &c. quanta eſt in æternitate, patet neceſſariò ſecundùm proceſſum 17. §. de quæſtione elementorum ſub I. iſto modo. Manifeſtum eſt, quòd ratione diffinitionis æqualitatis concordant in tanta æqualitate bonitas, magnitudo duratio &c. quòd ipſa res conſtituta de bonitate, magnitudine, duratione &c. in quantum eſt bona, in tantum eſt magna & non ultrà, & è converſo; & in quantum eſt magna, in tantum eſt bona & non ultrà; & è converſo, in quantum eſt magna & bona, in tantum eſt durans, & ſic de aliis. Et inde eſt, quòd ubicunque ſit aliquod elementorum, in quantum eſt bonum, in tantum eſt magnum, & è converſo, & ſic de aliis. Itaque quieſcit concordantia bonitatis &c. cujuslibet elementi & uniuscujusque rei de bonitate, magnitudine &c. conſtitutæ in æqualitate exiſtentiæ principiorum illius. Hoc autem ita oportet neceſſariò eſſe, quia contradictorium oppoſitum cujuslibet iſtorum principiorum, videl. abſentia bonitatis, abſentia magnitudinis, durationis &c. conver-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vertitur cum nihilo, quia præſentia cujuslibet ipſorum principiorum eſt aliquid: quare cùm præſentia cujuslibet iſtorum principiorum ſit ſubjectum præſentiæ cujuslibet aliorum & è converſo, bonitate exiſtente in magnitudine, ratione cujus eſt magna, & è converſo magnitudine exiſtente in bonitate, ratione cujus eſt bona, ſequeretur, quòd ſi res conſtituta de bonitate, magnitudine, duratione &c. eſſet bona ulteriùs quàm magna, vel magna ulteriùs quàm bona, vel durans ulteriùs quàm bona magna & è converſo, quòd in tantò aliquid eſſet in nihilo & è converſo, & in tantum eſſet præſentia bonitatis abſentia bonitatis, & è converſo, & præſentia magnitudinis abſentia magnitudinis, & è converſo, quod eſt contradictio. Quare oportet durantem rem, in quantum eſt durans, in tantum eſſe bonam magnam &c. & non ultra & è converſo. Ergo ut in æternitate non ſequantur prædictæ contradictiones, oportet, quòd finis ſit in tanta bonitate & nobilitate, in bonitate, magnitudine &c. quanta eſt in æternitate, ergò Deus. Quia ſic haberetur infinita bonitas in infinita magnitudine, & è converſo, & infinita bonitas in infinita duratione & è converſo, de quibus ſic exiſtentibus, conſtat illa res, quam dicimus Deum.

Dicto ergò de quæſtione I. ad propoſitam quæſtionem dicendum eſt de quæſtione K. & primò per ejus 9. §. ſub ipſo K., in quo quæritur, utrùm in gloria ſit diſtinctio, ut concordantia ſit in ea? Et ſolvitur hæc quæſtio affirmativè & per diffinitionem gloriæ in hoc, quòd neceſſariò oportet eſſe in gloria, gloriativum, gloriabile &c. ut bonitas, magnitudo &c. acquieſcant ipſi gloriæ ita plenæ quiete bonitatis &c. quòd aliqua ipſarum non appetat quieſcere ultrà, quieſcente bonificativo magnificativo &c. gloriativo gloriæ pleno & bonificabili, magnificabili &c. gloriabili gloriæ pleno. Per hunc etiam proceſſum ſolvitur hæc quæſtio: *Utrùm gloria ſit major in prima intentione quàm in ſecunda*? cujus affirmativa concluſio neceſſariò ponitur poſito Deo in eſſe, & cujus affirmativa concluſio interimitur interempto Deo in eſſe: quoniam ſi Deus eſt, cùm ipſe ſit infinitæ bonitatis & gloriæ &c. ipſe eſt finis & prima intentio omnium rerum. Quòd autem per proceſſum prædictum contractum ad primam intentionem & ſecundam, ponatur neceſſariò gloriam eſſe majorem in prima intentione quàm in ſecunda, patet manifeſtè, quoniam bonitas, magnitudo &c. ſecundæ intentionis acquieſcunt gloriæ primæ intentionis, quam inveniunt plenam quiete ſecundæ intentionis, quia bonificativum, magnificativum &c. ſecundæ intentionis acquieſcunt gloriæ primæ intentionis, & bonificabile &c. ſecundæ intentionis gloriabili primæ intentionis quiete ſecundæ intentionis pleno, propter quam plenitudinem non appetunt quieſcere ultrà, ſic quòd bonitas, magnitudo &c. gloriæ inveniunt ipſam gloriam plenam gloriativo gloriabili &c. ratione cujus plenitudinis non appetunt quieſcere ultrà. Quare neceſſariò oportet gloriam eſſe majorem in prima intentione quàm in ſecunda, quoniam ſi gloria eſſet major in ſecunda intentione quàm in prima, impoſſibile eſſet, quòd bonitas, magnitudo &c. ſecundæ intentionis acquieſceret gloriæ primæ intentionis, ſed potiùs è convetſo; & per conſequens impoſſibile eſſet bonificativum, magnificativum &c. ſecundæ intentionis acquieſcere gloriativo primæ intentionis, & bonificabile &c. ſecundæ intentionis gloriabili primæ ſed potiùs è converſo: unde ſequeretur manifeſta contradictio, videl. quòd minoritas eò ipſo, quòd eſſet minoritas, eſſet majoritas & è converſo. Quare de neceſſitate oportet gloriam eſſe majorem in prima intentione quàm in ſecunda, ergò Deus eſt neceſſariò. Quoniam ſi id, quod dicimus Deum, nihil eſt, ſequitur quòd immenſa gloria eſt nihil; ſed manifeſtum eſt, quantò gloria major eſt, quòd tantò eſt propinquior immenſitati gloriæ, ergò quantò major eſt gloria, tantò propinquior eſt nihilo, cùm immenſa gloria ſit nihil. Ergò per oppoſitum, quantò minor eſt gloria, tantò magis diſtat ab immenſitate gloriæ, ſed cùm immenſitas gloriæ ſit nihil, & quod magis diſtat à nihilo, ſit majus quàm quod propinquum eſt nihilo, ergò minor gloria major eſt quàm major, ſed gloria ſecundæ intentionis minor eſt, quàm gloria primæ intentionis, ergò gloria major eſt in ſecunda intentione quàm primâ, cujus oppoſitum manifeſtè probatum eſt ſuprà. Ergo major eſt gloria in prima intentione quàm in ſecunda. Et per conſequens eſt immenſa gloria, quam dicimus Deum, quæ etiam, ſi non eſſet, multæ aliæ impoſſibilitates ſequerentur, quoniam ſic eſſet magnitudo contenti major quàm magnitudo continentis, ſicut magnitudo interior firmamenti major

quàm

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quàm magnitudo exterior firmamenti, quoniam ista interior esset magis remota à nihilo, & illa exterior magis propinqua nihil, quia cum nihilo participaret, & sicut bonitas &c., quæ magis esset remota à nihilo in principio, quàm in medio, & in medio quàm in fine; & sic esset major in principio quàm in medio, & in medio quàm in fine, & similiter major in ratione quàm in re contra regulam de C. & per consequens de B. E. &c.

Iterum in 18. §. sub K. per diffinitionem minoritatis per oppositum convertibilem in diffinitionem majoritatis probatum est ratione impossibilitatis contradictionis hujus, quòd diffinitio minoritatis esset diffinitio majoritatis & è converso, quòd intellectus in tantum est volens ratione voluntatis, quantùm bonificans ratione bonitatis & è converso. Et per istummet processum contractum in fine ad majorem minoritatem & majoritatem solvitur ista quæstio: *Utrùm minoritas sit major in fine quàm in medio?* Quæ sequitur ad istam quæstionem principalem: *Utrùm Deus sit?* secundùm quòd patet in earum conclusione, quia conclusâ aliquâ aliarum aut affirmativè aut negativè concluditur & reliqua eodem modo de necessitate, secundùm quòd patet in hoc processu. Quoniam minoritas est ens circa nihilum, necessariò est majoritas ens circa aliquid: manifestum est autem, quòd istæ diffinitiones majores sunt in fine quàm in medio, quia cùm finis habeat majus esse quàm medium, quod per se patet, magis quidem est minoritas in diffinitione sua, videlicet quòd magis est ens circa nihilum in majori esse suo quàm in minori, eò quòd majus habet subjectum in majori esse quàm in minori, & magis recedit ab esse suî, & diffinitione suî in minori esse quàm in majori. Et sicut minoritas est magis in diffinitione sua ratione majoris privationis in majori esse quàm in minori, & magis recedit ab esse suî & diffinitione suâ in minori esse quàm in majori, quia minùs privat & minùs minorificat, ita majoritas per oppositum magis est in diffinitione sua ratione majoris positionis in majori esse quàm in minori, & magis recedit ab esse suî & diffinitione suâ in minori esse quàm in majori, quia minùs ponit & minùs majorificat. Manifestum est ergò, quòd minoritas major est in fine quàm in medio, similiter & majoritas; quoniam si major esset in medio quàm in fine, oporteret, quòd majoritas existens major in medio quàm in fine poneret illud & majorificaret in medio, per quod ipsa esset major in medio quàm in fine, sed illud est non esse, quia illud medium non est majus quàm suus finis, ergò si major est in medio quàm in fine, ponit quidem non esse & majorificat illud, quod realiter nihil aliud est quàm privare illud esse & minorificare illud, quod est entificare circa nihilum, videl. actus minoritatis, & sic majoritas est ens circa nihilum entificans circa nihilum, & per oppositum minoritas est ens circa aliquid, eò quòd ipsa existens major, cùm est in medio quàm cùm est in fine, privat & minorificat illud non esse, per quod medium est majus suo fine, sed privare & minorificare non esse realiter nihil aliud est quàm ponere & majorificare esse, quod est entificare circa aliquid, ergò minoritas est ens circa aliquid, entificans circa aliquid. Et sic diffinitio minoritatis convertitur in diffinitionem majoritatis & è converso, quod est contradictio. Quare de necessitate majores sunt minoritas & majoritas in fine quàm in medio, quod est impossibile, si Deus non est; quoniam si Deus est, ipse est finis ultimus & summus omnium rerum, quare si ipse non est, est finis iste nihil, ergò de necessitate majores sunt majoritas & minoritas in medio quàm in fine, quia eundo de medio ad finem, itur de esse in non esse, sed minoritatem & majoritatem esse majores in medio quàm in fine, est contradictio manifesta [ût dictum est] ergò de necessitate Deus est.

Post ista veniendum est ad B., id est, ad primam quæstionem. *Utrùm Deus sit tantum Deus agendo in se, quantum existendo in se?* & ad ejus primum §. in primo modo sumptum per B. & addendus est iste §. huic quæstioni. *Utrùm bonum sit esse, & malum non esse?* quæ includitur in ista principali. *Utrùm Deus sit?* & manifestum est per ipsam diffinitionem bonitatis, quoniam bonum est esse & malum est non esse. Nam eò ipso, quòd bonitas est id, ratione cujus bonum agit bonum, oportet necessariò, quòd bonum sit esse ratione bonitatis causantis bonum agere bonum ad essendum bonum, non autem ad non essendum; quod tamen falsum est, nisi sit bonitas infinita, quæ existens ens infinitum sit id, ratione cujus bonum infinitum agit bonum infinitum de se ipso

(c)-2006 Ministerio de Cultura

ipſo in ſe ipſo, cùm impoſſibile ſit eſſe præter unum infinitum, & hoc manifeſtè patet; quoniam ſi illa infinita bonitas non eſt, ipſum quidem infinitum bonum prædictum non eſt, & ſic eſt magis de non eſſe quàm de eſſe, quia infinitum & immenſum non eſſe eſt, quia omne eſſe eſt finitum & limitatum atque malum, eò quòd totus ſuus finis principalis eſt in privatione, quia ſimpliciter plùs eſt de non eſſe quàm de eſſe; & ſic malum eſt eſſe ſimpliciter, & per conſequens bonum non eſſe, & hoc, cùm eſſe magis tendat ad non eſſe ratione finîs quàm ad eſſe, quia non eſt prædicta infinita bonitas exiſtens id, ratione cujus infinitum bonum agit de ſe ipſo infinitum bonum in ſe ipſo, ſed manifeſtè probatum eſt, quòd bonum eſt eſſe & malum eſt non eſſe, ergò ipſa infinita bonitas eſt & infinitum bonum prædictum, ergò Deus eſt.

Iterum ſub B. recipiendo 10. §. primæ quæſtionis in iſta quæſtione. *Utrùm ſit aliquod ens, in quo bonitas, magnitudo &c. ſunt idem numero, ita quòd inconfusè alia illarum ſit id quod alia.* Quæ quidem quæſtio ſumitur ex principali quæſtione. *Utrùm Deus ſit?* & ſolvitur per diffinitionem differentiæ, quoniam ſi non eſt illud ens, ſequitur quidem privatio ſummæ bonitatis ſummæ magnitudinis &c. & ſic eſt dari ſummum defectum & ſummam vacuitatem ratione hujus privationis; quoniam ſicut cœcus privatur majori bonitate intelligendi quàm videndi ratione ipſius cæcitatis, & homo majorem habet bonitatem intelligendi quàm videndi ratione viſûs, ſic & multò meliùs plùs eſt de non eſſe quàm de eſſe ratione hujus tantæ privationis, quæ implicat ſummum vacuum & ſummum defectum, quia ſic non eſt omne plenum, ſed potiùs magis vacuum quàm plenum, & magis propinquum confuſioni quàm inconfuſioni, & hoc ita eſſe eſt plenum eſſe, quia eſt bonum magnum &c. ex quo ita eſt, & ſic omne plenum eſt non plenum, vid. vacuum & non vacuum, quod eſt contradictio, aut confuſio pleni & vacui, quod eſt impoſſibile, ergò oportet eſſe aliquod ens, in quo bonitas, magnitudo &c. ſint idem numero, ita quòd alia ipſarum ſit id quod alia inconfusè, quod eſt impoſſibile, niſi ſit infinitum ens ſeu immenſum, quòd ratione bonitatis, magnitudinis &c. exiſtentium immenſarum in ſe ipſis & in inconfuſione agat tantum ex ſe ipſo immenſo in ſe ipſum immenſum, quantum exiſtit immenſum in ſe ipſo: quoniam ſi eſt aliquod ens, cujus bonitas, magnitudo & omnes aliæ dignitates ſint idem numero, ita quòd quælibet iſtarum ſit id quod quælibet alia inconfusè, per conſequens quicquid eſt in illo ente, convertitur inconfusè cum quocunque, quod eſt in illo ente; & ſic exiſtere & agere illius de neceſſitate convertuntur, ita quòd tantum eſt agens ex ſe ipſo in ſe ipſum, quantum exiſtit in ſe ipſo, aliter eſſet impoſſibile, quòd, quicquid in ipſo converteretur inconfusè cum quolibet, quod eſt in ipſo, & per conſequens bonitas, magnitudo & cœteræ dignitates ejus non eſſent ita idem numero, quòd alia illarum eſſet id quod alia inconfuſa, cujus oppoſitum manifeſtè probatum eſt; aut eſſet dari illam contradictionem aut confuſionem, quam continet ipſe 10. §. primæ quæſtionis, videl. infinitum eſſe finitum, & è converſo, aut quòd non eſſet dari finitum nec infinitum, ſed remaneret bonitas, magnitudo &c. ipſius ſummi entis in ſe confusè, & per conſequens ejus bonificans & bonificabilis confuſi, quod eſt impoſſibile & contra diffinitionem differentiæ. Ergò de neceſſitate eſt aliquod ens immenſum, in quo bonitas, magnitudo &c. ſunt idem numero, ita quòd inconfusè quælibet earum eſt id quod eſt alia. Et per conſequens ipſum ens eſt tantum agens de ſe ipſo immenſo in ſe ipſum immenſum, quantum exiſtit in ſe ipſo immenſo, quod quidem ens eſt id, quod quærimus, videl. ipſe Benedictus Deus.

De ſecunda Parte principali quartæ diſtinctionis, quæ tot continet quæſtiones, quot ſunt in ſecunda diſtinctione conditiones.

QUæſtiones iſtæ conſequentes per ſecundam diſtinctionem hujus artis ſolvuntur, ſecundùm enim rubricas & numerum ipſius ſecundæ diſtinctionis inquirenda eſt ſolutio cujuslibet iſtarum quæſtionum, ita quòd prima iſtarum quæſtionum in prima conditione primæ rubricæ ſecundæ diſtinctionis ſolvitur, & ſecunda in ſecunda conditione & tertia in tertia & quarta in quarta & ſic deinceps ſolvendo usque ad ultimam quæſtionem hujus artis in ultima conditione ipſius ſecundæ diſtinctionis. Solvuntur autem iſtæ quæſtiones per ipſam ſecun-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cundam distinctionem sic, quia si conclusio negativa conditionem, cui assignatur, destruat, ejus quidem opposita affirmatio necessariò est tenenda; si verò affirmativa concluſio ipsam conditionem, cui assignatur, similiter destruat, ejus etiam opposita negatio est necessariò acceptanda. In his ergò quæstionibus ita concludendum est, quòd conditiones integræ consistant & illæsæ. Sicut etiam quæstiones istæ per secundam distinctionem [ût dictum est] sunt solubiles, ita similiter sunt solubiles suo modo per primam & tertiam distinctionem secundùm modum & exemplum datum per processum hujus artis in 9. quæstionibus præcedentibus istas. Artista igitur harum consequentium quæstionum solutiones inquirere debet in prædictis distinctionibus & processu hujus artis, ut secundùm doctrinam datam de quæstionibus solutis & solubilibus in hac arte scriptis sciat solvere quæstiones alias faciendas.

Bonitas Magnitudo.

QUÆSTIO I. Utrùm Deus benedictus sit ipse Ens infinitum?

2. Quid sunt divina bonitas & magnitudo?
3. Utrùm bonitas & magnitudo possunt tantum sufficere de se ipsis scibili quantum sufficiunt scito?
4. Utrùm in creatis bonitas sit magnitudo & voluntas & è converso?
5. Utrùm virtus possit esse tanta in magnitudine, quòd possit esse virtus bonitatis?
6. Utrùm magnitudo sit ratio conversionis bonitatis & veritatis?
7. Utrùm bonitas ratione magnitudinis sit glorioſa?
8. Utrùm magnitudo ratione suæ essentiæ, naturæ & proprietatis sufficiat, quòd in essentia bonitatis sit distinctio bonificantis & bonificati sine distinctione ipsius essentiæ & naturæ bonitatis?
9. Utrùm bonitas sine concordantia sit magna?
10. Utrùm in magnitudine bonitatis possit esse contrarietas?
11. Quomodo explicatur implicitum?
12. Utrùm natura magnitudinis sufficiat bono ad hoc, quòd ipsa sit in medio bonificantis & bonificati?
13. Quare bonitas carens fine consistit in parvitate?
14. Quare bonitas magis concordat majoritati quàm minoritati?
15. Utrùm bonitas sine æqualitate possit distare à parvitate?
16. Utrùm divina bonitas distet tantum à majoritate ratione suî quantum ratione magnitudinis?

Bonitas Æternitas.

QUæstio 1. Utrùm illa potestas, quæ potest, potuit & poterit, sit de natura bonitatis & æternitatis?

2. Quomodo fortificantur conditiones?
3. Utrùm sit bonum mundum diligi esse ab æterno?
4. Utrùm esset malum æternitatem esse ab æterno subjectam vitio?
5. Utrùm esset malum falsitatem esse ab æterno?
6. Utrùm malitia & pœna possint esse de natura æternitatis?
7. Utrùm differentia, quæ est inter bonitatem & malitiam, possit esse æterna?
8. Utrùm sit malum concordare in æternitate?
9. Utrùm natura æternitatis possit sustinere contrarietatem bonitatis & malitiæ?
10. Utrùm æternitas ex natura suî possit sustinere bonum principiare?
11. Utrùm æternitas ratione suæ naturæ possit sustinere medium bonitatis?
12. Utrùm esset malum in æternitate esse finem existendo & infiniendo?
13. Utrùm esset malum, quòd natura æternitatis posset sustinere majoritatem?
14. Utrùm esset bonum coæquationem esse in æternitate bonificantis & bonificati?
15. Utrùm in æternitate possit esse minoritas?

Bonitas Potestas.

QUæstio 1. Utrùm sit scibile, quòd bonitas, quæ est infinita potestas possit bonificare in infinitum?

2. Utrùm voluntas possit velle magis ratione suæ potestatis quàm ratione suæ bonitatis?
3. Utrùm virtus æqualiter consistat inter bonitatem & potestatem?
4. Utrùm bonitas & potestas tantum distent à falsitate agendo, quantum existendo?
5. Utrùm ratione gloriæ posse sit in tantum necessarium bonitati quantum bonificare?
6. Utrùm distinctio sit potentia boni, per quam agit distinguendo?
7. Quare potestas potest concordare sine bonitate malum malo, & bonitas sine pote-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

potestate non potest concordare bonum bono?
8. Utrùm potestas sine bonitate possit contradicere suo contrario?
9. Utrùm bonitas in suo principio possit attingere finem suum?
10. Utrùm bonitas tantum possit agere in potestate quantum potestas in bonitate?
11. Utrùm bonitas aut bonum aut utrumque sit finis potestatis?
12. Quare bonus magis potest agere de bono quàm bonitas?
13. Utrùm bonificare & possificare possint coæquari?
14. Utrùm bonitas possit bonificare sine minorificare?

Bonitas Sapientia.

QUæstio 1. Utrùm bonum sit magis objectum voluntatis quàm sapientiæ?
2. Utrùm intellectus possit intelligere extra virtutem bonitatis?
3. Utrùm intellectus tantum intelligat in bono quantum in malo?
4. Utrùm intellectus sit bonus intelligendo glorificantem & glorificatum?
5. Utrùm sit differentia inter bonificare & intelligere?
6. Utrùm in eodem esse bonitatis & sapientiæ sit concordantia inter bonificare & intelligere?
7. Utrùm intellectus ratione bonitatis possit ignorare?
8. Quare ignorare est malum principium?
9. Utrùm sit intelligibile in bonificare esse successionem?
10. Utrùm sit scibile, quòd bonificare, sit in fine?
11. Utrùm sit scibile bonificare esse sine majorificare?
12. Utrùm sit scibile coæquare in bonificare?
13. Utrùm minoritas possit resistere majoritati bonitatis & sapientiæ?

Bonitas Voluntas.

QUæstio 1. Utrùm voluntas otiosa sit bona?
2. Utrùm sit bonum, quòd velle & nolle distent æqualiter à falsitate?
3. Utrùm gloria sit magis diligibilis in bono, quàm pœna odibilis in malo?
4. Utrùm sit bonum in natura voluntatis esse distinctionem?
5. Utrùm sit bonum voluntatem per eandem virtutem esse concordativam & contrariativam?
6. Utrùm voluntas tantum possit contradicere bono quantum malo?
7. Utrùm volens possit sustinere, quòd bonificans sit principium volito?
8. Utrùm sit bonum, quòd voluntas conjungat in medio principium & finem?
9. Utrùm in bonificare consistat finis voluntatis?
10. Utrùm sit bonum diligere totam voluntatem esse in agendo bonum?
11. Utrùm bonificare & velle sint de natura coæquationis?
12. Utrùm bonitas & voluntas, quæ sunt idem, sint idem sine minoritate?

Bonitas Virtus.

QUæstio 1. Utrùm sit verum, quòd bonitas virtutem habeat & virtus bonitatem?
2. Utrùm sit bonum, quòd glorians habeat virtutem gloriandi?
3. Utrùm sit bonum, quòd bonitas ût bonum habeat virtutem distinguendi?
4. Utrùm bonum habeat virtutem concordativam in se & extra se?
5. Quare est impossibilis contrarietas inter bonitatem & virtutem?
6. Utrùm in principio bonum præcedat virtutem aut virtus bonum?
7. Utrùm proprietas virtutis possit sufficere ad conservandum unitatem & naturam bonitatis, conjungendo bonum bono?
8. Utrùm virtus ratione suæ interioritatis consistat in fine voluntatis?
9. Utrùm virtus possit esse major in bonitate quàm bonitas in virtute?
10. Utrùm sit necessarium esse æqualitatem inter bonitatem & virtutem?
11. Utrùm vitium priùs incipiat ratione minoritatis virtutis quàm bonitatis?

Bonitas Veritas.

QUæstio 1. Utrùm conversio summæ bonitatis & summæ gloriæ possit esse sine verificare?
2. Utrùm bonitas & veritas possint sustinere distinctionem in suamet essentia & natura?
3. Utrùm bonum & verum possint habere gloriam sine concordantia?
4. Quare illud bonum, quod est ipsa veritas, permittit esse falsitatem?
5. Utrùm bonitas & veritas sine principio habeant formam?
6. Utrùm illud medium, in quo bonitas est in veritate & veritas in bonitate, sit medium bonitatis & veritatis?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

7. Utrùm finis veritatis sit in bonitate, & finis bonitatis in veritate?
8. Utrùm intellectus sit melior & verior existendo quàm agendo?
9. Utrùm intellectus ratione suæ bonitatis tantum se habeat ad bonum quantum ad verum ratione suæ veritatis?
10. Utrùm non esse Deum esset malum & falsum?

Bonitas Gloria.

QUæstio 1. Utrùm in essentia, quæ est ipsa bonitas & glorians & gloriatus, sint entia distincta?
2. Utrùm sit bonum, quòd concordantia habeat in gloria entia concordantia?
3. Utrùm sit bonum, quòd glorians sit tantum glorioſus agendo quantum existendo?
4. Utrùm sit bonum, quòd glorians de gloria producat glorioſum?
5. Utrùm infinita potestas ratione infinitatis suî & bonitatis & gloriæ possit conjungere bonitatem & gloriam in bono glorioſo?
6. Utrùm finis gloriæ distet tantum à pœna ratione suî quantum ratione bonitatis?
7. Utrùm inter bonitatem & gloriam sit majoritas?
8. Utrùm in eodem suppoſito bonitas & gloria possint esse inæquales?
9. Quare bonitas est magis desiderabilis ratione majoritatis quàm minoritatis?

Bonitas Differentia.

QUæstio 1. Utrùm possit esse infinitas sine distinctione?
2. Utrùm bonitas ratione distinctionis distet magis à contrarietate quàm ratione concordantiæ?
3. Utrùm natura bonitatis possit sustinere distinctionem ratione bonificantis & bonificati?
4. Utrùm bonitas existens in distinctione possit sine essentiali conversione esse infinita?
5. Utrùm in fine bonitatis sit distinctio?
6. Utrùm bonitas sine distinctione distet infinitè à malitia?
7. Utrùm sit bonum esse distinctionem inter bonificabilitatem & bonificatum?
8. Utrùm in essentia bonitatis distinctio & æqualitas distent æqualiter à minoritate?

Bonitas Concordantia.

QUæstio 1. Utrùm contrarietas possit contradicere conversioni bonitatis & concordantiæ?
2. Utrùm agens bonum priùs incipiat ratione concordantiæ quàm ratione contrarietatis?
3. Quid est causa, quare bonitas & concordantia sunt in medio?
4. Quomodo bonitas cum concordantia contradicit contrarietati?
5. Quare bonitas major est in concordantia quàm malitia in contrarietate?
6. Quare bonitas major est in æqualitate quàm in majoritate?
7. Quare bonitas concordat majoritati & malitia minoritati?

Bonitas Contrarietas.

QUæstio 1. Quomodo concordantia bonitatis præcedit contrarietatem malitiæ?
2. Quomodo bonum consistit in medio & malum in extremis?
3. Quare bonum est existere concordantiam in fine?
4. Utrùm illa bonitas, quæ est concordantia, sit causa contrarietatis?
5. Utrùm esset bonum contrarietatem esse æqualitatem?
6. Quomodo bonitas contradicit minoritati?

Bonitas Principium.

QUæstio 1. quomodo bonitas consistit in intensitate & extensitate?
2. Quomodo finis est de natura principii & medii?
3. Utrùm principiabile sit magis appetibile, quàm principiatum?
4. Utrùm in principiare sit æqualitas?
5. Utrùm principiatum de minoritate productum possit esse in majoritate?

Bonitas Medium.

QUæstio 1. quomodo medium est augmentabile in bonitate?
2. Quomodo medium priùs est constitutum de rebus æqualibus ratione majoritatis, quàm ratione minoritatis?
3. Utrùm bonificatus & bonificabilis possint esse æquales in bonificare?
4. Utrùm medium per modum objecti sit æqualiter intellectui imago majoritatis & minoritatis?

Bonitas Finis.

QUæstio 1., quomodo substantia est finis accidentis?

2. Quo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. Quomodo bonitas & finis contradicunt minoritati?
3. Utrùm finis ſit tantus agendo quantus exiſtendo?

Bonitas Majoritas.

QUæſtio 1. Quare in natura bonitatis concordat æqualitas majoritati & majoritas minoritati?
2. Utrùm ſit magis de intenſitate in majoritate, quàm in minoritate?

Bonitas Æqualitas.

QUæſtio 1. Utrùm bonitas poſſit eſſe major quàm æqualitas?

Bonitas Minoritas.

QUæſtio 1. Quomodo finis diſtat à majoritate?

Magnitudo Æternitas.

QUÆSTIO I. Utrùm Deus in extenſitate ſit infinitus ſine corporeitate?
2. Utrùm finis æternitatis ſit in magnitudine ſine intellectu infinito & æterno?
3. Utrùm voluntas ratione magnitudinis virtutis ſuæ poſſit eſſe tanta in extenſitate quanta in intenſitate?
4. Utrùm æternitas diſtet tantum à quantitate ratione magnitudinis virtutis quantum à tempore ratione proprietatis ſuæ?
5. Utrùm æternitas ſit attingibilis ratione magnitudinis intellectûs & veritatis?
6. Utrùm æternitas ſit tanta exiſtendo quanta agendo?
7. Utrùm plures æternitates poſſint eſſe infinitæ in magnitudine?
8. Utrùm æternitas ſine concordantia poſſit exiſtere in magnitudine?
9. Utrùm infinitas æternitatis ſit in infinitate magnitudinis & è converſo?
10. Utrùm ens quantum poſſit eſſe infinitum & æternum cum actu infinito & æterno?
11. Utrùm bonitas tantum diſtet ab extremitatibus ratione magnitudinis quantum ratione æternitatis?
12. Quomodo magnitudo & æternitas ſunt incomprehenſibiles?
13. Utrùm in magnitudine & æternitate ſit æqualitas?
14. Quomodo ex una regula extrahuntur diverſæ regulæ ad eandem concluſionem?
15. Utrùm in Deo ſit majoritas?

Magnitudo Poteſtas.

QUæſtio 1. Utrùm magnitudo & poteſtas ſint minores in re quàm in ratione intellectûs?
2. Utrùm magnitudo & poteſtas ſint magis ſcibiles & agibiles quàm volibiles?
3. Quomodo magnitudo & poteſtas poſſunt eſſe idem?
4. Quomodo magnitudo & veritas poſſunt eſſe æquales?
5. Quomodo magnitudo eſt magnum & poteſtas potens?
6. Utrùm magnitudo exiſtendo & agendo poſſit eſſe ſuppoſitum?
7. Quomodo magnitudo & poteſtas conſtituunt ſuppoſitum magnum & potens?
8. Utrùm ſit concordantia in identitate magnitudinis & poteſtatis?
9. Quomodo principium conſiſtit in magnitudine & poteſtate?
10. Quomodo poteſtas conſervat in ſuppoſito magno naturam magnitudinis & ſui ipſius?
11. Quid eſt finis magnitudinis & poteſtatis?
12. Quomodo poteſtas non permittit in entibus magnis exiſtere majoritatem?
13. Quomodo magnitudo & poteſtas conſiſtunt in ſummitate?
14. Quomodo poteſtas conſiſtit in minoritate?

Magnitudo Sapientia.

QUæſtio 1. Quomodo ſapientia conſiſtit in magnitudine voluntatis?
2. Utrùm magnitudo ſine infinitate ſufficeret virtuti ſapientiæ?
3. Utrùm verum inviſibile ſit magis ſcibile quàm verum viſibile?
4. Utrùm ſcibile ſit magis deſiderabile in magnitudine quàm in parvitate?
5. Utrùm intellectus intelligat infuſivè & ſucceſſivè?
6. Utrùm intellectus ratione diſtinctionis ſit diſcurſivus & ratione concordantiæ ſit infuſivus?
7. Quid eſt cauſa incorruptibilitatis intellectûs?
8. Quid eſt cauſa magnitudinis intellectûs?
9. Quomodo intellectus multiplicat intelligere ſuum?
10. Quæ eſt magnitudo intellectûs?
11. In quo cognoſcitur magnitudo intellectûs?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

12. In quo consistit æqualitas intellectûs?
13. Utrùm intellectivum intelligat in suo proprio intelligibili intelligibile remotum?

Magnitudo Voluntas.

QUæstio 1. Quare otiositas voluntatis convertitur in vitium?
2. Utrùm velle sine nolle sufficeret magnitudini voluntatis?
3. Utrùm magnitudo sit ens sufficiens voluntati?
4. Quomodo voluntas est infusivè successiva?
5. Quomodo magnitudo voluntatis consistit in concordantia sua?
6. Utrùm voluntas ratione magnitudinis sufficiat esse suppositum volens & volibile?
7. Utrùm voluntas attingat in se finem suum?
8. Quomodo voluntas habet virtutem conjunctivam & conjungibilem?
9. Quæ est magnitudo voluntatis?
10. Quid est causa multiplicationis voluntatis?
11. Quomodo voluntas habet virtutem coæquativam?
12. Utrùm Deus benedictus creaverit in magnitudine æquales omnes voluntates creatas?

Magnitudo Virtus.

QUæstio 1. Utrùm virtus & magnitudo convertantur?
2. In quo consistit via gloriæ?
3. Quomodo virtus consistit in parvitate?
4. Quare virtus est major concordando quàm contrariando?
5. Quid est causa multiplicationis virtutis?
6. Quomodo virtus est principiativa?
7. Quomodo virtus est conjunctiva & magnificativa?
8. Quomodo est virtus infusiva?
9. Utrùm virtus plùs possit resistere vitio quàm vitium virtuti?
10. Quomodo virtus acquiescit?
11. Utrùm virtus magis contradicat parvitati quàm minoritati?

Magnitudo Veritas.

QUæstio 1. In quo consistit magnitudo viæ gloriæ?
2. Quomodo veritas est objectabilis in magnitudine?
3. Utrùm sint entia de essentia veritatis existentia verificativus & verificabilis?
4. Utrùm veritas possit contradicere magnitudini suæ?
5. In quo consistit magnitudo veritatis?
6. Utrùm veritas sit magis infusibilis quàm acquisibilis?
7. Quare veritas est objectum intellectûs?
8. Utrùm intellectus verus sit liber?
9. Utrùm in magnitudine sit æqualitas?
10. Quomodo veritas est causa & majoritas effectus?

Magnitudo Gloria.

QUæstio 1. Utrùm glorians & gloriatus & gloriare & gloriabilis sint de magnitudine gloriæ?
2. Quomodo influitur gloria?
3. Per quid gloria distat à pœna?
4. Quomodo pœna est speculum obliquum gloriæ, in quo intellectus speculatur magnitudinem gloriæ?
5. In quo consistit magnitudo gloriæ?
6. Utrùm gloria consistat in medio magnorum?
7. Utrùm gloria sit magis desiderabilis ratione suî quàm ratione desiderantis?
8. Utrùm æqualitas sit desiderabilis in gloria?
9. Utrùm gloria possit esse in majoritate magnitudinis?

Magnitudo Differentia.

QUæstio 1. Utrùm distinctio sit in majori magnitudine quàm possit esse?
2. Utrùm magnitudo sit non contrarietas in contrarietate?
3. Utrùm magnitudo possit ratione distinctionis?
4. Utrùm magnitudo habeat metas suas in distinctione?
5. Utrùm differentia diminuat magnitudinem?
6. Utrùm magnitudo possit supplere majoritati distinctionis?
7. Utrùm magnitudo sufficiat distinguere extra majoritatem & minoritatem?
8. Utrùm in differentia sit majoritas antecedens minoritatis?

Magnitudo Concordantia.

QUæstio 1. Utrùm in magnitudine sit concordantia antecedens distinctionis & è converso?
2. Utrùm concordare sit antecedens magnitudinis & magnificare antecedens concordantiæ?

3. Utrùm

(c) 2006 Ministerio de Cultura

3. Utrùm contrarietas ſit in magnitudine antecedens diſtinctionis?
4. Utrùm finis ſit in magnitudine conſequens concordantiæ?
5. Utrùm concordantia in fine ſit magnitudo?
6. Utrùm in magnitudine ſit æqualitas conſequens concordantiæ?
7. Utrùm antecedens, quod per ſecundam intentionem eſt in magnitudine, poſſit eſſe per primam intentionem?

Magnitudo Contrarietas.

QUæſtio 1. Quid eſt major contrarietas?
2. Utrùm medium poſſit contradicere principio & fini ſuî?
3. Utrùm finis ſit de contrariis?
4. Utrùm contrarietas rerum ſubſtantialium ſit major quàm accidentalium?
5. Quare eſt impoſſibile, quòd per concordantiam contrarietas ſit in æqualitate cum magnitudine cauſa magnitudinis?
6. Quomodo magnitudo & contrarietas opponuntur?

Magnitudo Principium.

QUæſtio 1. Utrùm magnitudo poſſit eſſe ſine medio?
2. Quare magnitudo generationi concordat & corruptio parvitati?
3. Utrùm magnificans priùs incipiat producere magnificatum in magnitudine quàm in parvitate?
4. Utrùm concordantia & contrarietas coæquentur in principio generationis & corruptionis?
5. Quomodo principium movet magnitudinem ad parvitatem?

Magnitudo Medium.

QUæſtio 1. Quomodo ſecunda intentio conſiſtit in magnitudine?
2. Quomodo magnitudo participat cum parvitate?
3. Utrùm inæqualitas tota habeat concordantiam cum parvitate?
4. Utrùm ignis habeat magnitudinem ſuam in medio?

Magnitudo Finis.

QUæſtio 1. Quomodo finis eſt de ipſa eſſentia, de qua eſt æqualitas?
2. Quomodo privatio finîs & inæqualitas concordant parvitati?
3. Utrùm magnitudo ſine fine diſtet à parvitate?

Magnitudo Majoritas.

QUæſtio 1. Utrùm magnitudo præcedat majoritatem?
2. Quid eſt imago parvitatis?

Magnitudo Æqualitas.

QUæſtio 1. Utrùm magnitudo plùs contradicat parvitati ratione majoritatis, quàm ratione minoritatis?

Magnitudo Minoritas.

QUæſtio 1. Quomodo magnitudo implicat majoritatem?

Æternitas Poteſtas.

QUæſtio 1. Utrùm æternum & potens convertantur?
2. Utrùm aliqua voluntas ſit æterna?
3. Utrùm virtus exiſtens actu ſit magis ſimilitudo æternitatis & poteſtatis quàm virtus exiſtens in potentia?
4. Utrùm æternitas & poteſtas convertendo ſe conſiſtant?
5. Utrùm poſſe ſit æternum ratione æternitatis, quemadmodum æternitas eſt æterna ratione poteſtatis?
6. Utrùm æternitas poſſit eſſe per ſe propriè ſuppoſitum, ita quòd non ſit idem quod poteſtas?
7. Utrùm ratione realium rationum æternitas & poteſtas habeant realiter actus proprios?
8. Utrùm æternitas & poteſtas habeant, in quo concordent?
9. Utrùm æternitas & poteſtas poſſint in ſe ſuſtinere principium?
10. Utrùm ſit magis impoſſibile æternum eſſe ſine fine quàm non æternum?
11. Utrùm poteſtas poſſit poſſe ſuum infinitum, quemadmodum poteſt illud æternum?
12. Utrùm mundus ſit æternus?
13. Utrùm poſſe ſit finis æternitatis & æternificare finis poteſtatis?
14. Utrùm æternitas ſine poſſe poſſet eſſe ſine minoritate?

Æternitas Sapientia.

QUæſtio 1. Utrùm ignis ſit agendo durans?
2. Utrùm ſit verum, quòd ſciens æternum convertat in æternitate ſcibile verum?
3. Utrùm falſitas ſit æterna?
4. Quid eſt magis ſcibile, aut una æternitas aut plures æternitates?

5. Utrùm

(c) 2006 Ministerio de Cultura

5. Utrùm sit verum in objecto hoc, per quod humanus intellectus habet modum at ingendi?
6. Utrùm durare in æternitate sit agere?
7. Utrùm ignorantia sit æterna?
8. Utrùm natura æternitatis possit sustinere quantitatem?
9. Utrùm natura æternitatis possit sustinere successionem?
10. Utrùm natura æternitatis de æternabili, intelligibili sufficiat naturæ sapientiæ?
11. Utrùm natura sapientiæ de scibilitate sufficiat æternitati?
12. Utrùm sine productione possit esse scibilitas in æternitate?
13. Quomodo ex una conditione extrahuntur diversæ conditiones ad eandem conclusionem?

Æternitas Voluntas.

QUæstio 1. Utrùm virtus voluntatis duret ratione æternitatis aut ratione sui ipsius?
2. Utrùm natura æternitatis sustineat verificare æternaliter & ipsa natura voluntatis immensè?
3. Utrùm æternitas sufficiat perfectioni voluntatis & è converso?
4. Utrùm æternitas sustineat distinctionem inter volens & volitum?
5. Utrùm unitas æternitatis & voluntatis sustineat operationem volitam & æternatam?
6. Utrùm æternitas possit contradicere volenti & volito?
7. Utrùm æternitas sufficiat voluntati ad hoc, quòd volens sit suppositum & voluntas æternitati ad hoc, quod æternans sit suppositum?
8. Utrùm æternitas sit tantum volibilis, quòd habeat in se æternans, æternatum, æternare, æternabile?
9. Utrùm æternitas sit ratione finis voluntatis & è converso?
10. Utrùm in æternitate sit in tantum necessarium æternare, quantum in voluntate velle?
11. Utrùm in æternitate & voluntate sit existendo & agendo æqualitas?
12. Utrùm summa voluntas possit optare minoritatem esse in natura æternitatis?

Æternitas Virtus.

QUæstio 1. Utrùm veritas sufficiat virtuti æternitatis?

Quare gloria acquiritur cum virtute & 2. duratione?

Utrùm æternitas & ejus virtus possint su- 3. stinere distinctionem inter existere & agere?

4. Utrùm virtus possit aliquid concordare in æternitate?
5. Quare vitium & privatio concordant?
6. Quare vitium est durabile?
7. Utrùm intellectus possit mensurare æternum cum vitio?
8. Utrùm virtus possit esse in æternitate otiosa?
9. Utrùm virtus sit major in æternitate quàm in ratione?
10. Quomodo virtutes sunt durabiles?
11. Utrùm minoritas virtutis sit vitium?

Æternitas Veritas.

QUæstio 1. Utrùm æternitas sine gloriâ sufficeret veritati?
2. Utrùm æternitas & veritas possint essentialiter sustinere distinctionem?
3. Utrùm æternitas plùs distet à privatione ratione veritatis intellectualis quàm sensualis?
4. Utrùm æternitas posset sustinere veritatem esse corruptibilem?
5. Utrùm æternitas sit sine veritate, si falsitas est æterna?
6. Utrùm verum sit æternabile & æternum verificabile?
7. Utrùm in fine æternitatis producatur finis veritatis?
8. Utrùm sit verum id, per quod æternitas plùs distat à falsitate?
9. Utrùm humana ratio possit attingere in natura æternitatis verificatum verificabile?
10. Utrùm veritas in æternitate præcedat omnes minoritates?

Æternitas Gloria.

QUæstio 1. Utrùm glorioſum infinitum possit extra se producere glorioſum?
2. Quomodo concordantia est appetibilis in duratione & delectatione?
3. Utrùm contrarietas tantum distet ab æternitate, quantum à gloriâ?
4. Utrùm æternitas & gloria sufficiant infinitati Unitatis?
5. Utrùm æternum possit esse non glorioſum?
6. Utrùm unus finis possit sufficere pluribus æternitatibus?
7. Utrùm gloria possit producere suum simile in infinitate?
8. Utrùm majoritas sit magis appetibilis in æternitate quàm in gloria?
9. Utrùm æternitas & gloria in identitate ipsarummet sint unum suppositum?

Æter-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Æternitas Differentia.

QUæstio 1. Utrùm sit realis concordantia inter æternitatem & æternum?
2. Utrùm æternitas possit contradicere distinctioni?
3. Utrùm sit inconveniens æternum esse principium in distinguendo?
4. Utrùm medium habens metas possit esse æternum?
5. Utrùm possint esse plures æternitates unum finem habentes?
6. Utrùm æternitas contradicat majoritati concordantiæ?
7. Utrùm æternitas possit esse contra suam æqualitatem?
8. Utrùm intellectus cum minoritate possit esse æternus?

Æternitas Concordantia.

QUæstio 1. Utrùm possit esse concordantia æternitatis sine contrarietate?
2. Utrùm concordantia sufficiat æternitati, quòd ipsa sit principium æternum sine contrarietate?
3. Utrùm æterna concordantia possit sustinere extremitates?
4. Utrùm finis possit existere sine concordare?
5. Utrùm concordantia in æternitate sit æqualitas?
6. Utrùm concordantia præcedat inæqualitatem in æternitate?
7. Utrùm minoritas possit contradicere æqualitati æternitatis?

Æternitas Contrarietas.

QUæstio 1. Utrùm æternitas sit principium sine contrarietate?
2. Utrùm contrarietas possit esse æternitas?
3. Utrùm Deus posset facere contrarietatem esse finem?
4. Quare concordant contrarietas & minoritas?
5. Quare contrarietas non potest esse æqualitas?
6. Quare contrarietas & inæqualitas concordant minoritati?

Æternitas Principium.

QUæstio 1. Quomodo æternitas comprehendit principium & finem?
2. Quomodo æternum movet entia ad durandum?
3. Utrùm æternum plùs possit incipere in æternitate quàm extra æternitatem?
4. Utrùm æternum possit principiare æternum principiabile?
5. Utrùm æternum possit cum minoritate principiari?

Æternitas Medium.

QUæstio 1. Utrùm æternum possit æternaliter participare cum privatione?
2. Utrùm æternitas extra se indigeat aliquo?
3. Quomodo æternitas est causa durationis?
4. Utrùm sit medium sine minoritate?

Æternitas Finis.

QUæstio 1. Utrùm majoritas possit esse finis?
2. Utrùm æternitas possit esse finis cum æqualitate?
3. Utrùm æternitas magis distet à minoritate ratione majoritatis quàm ratione minoritatis?

Æternitas Majoritas.

QUæstio 1. Utrùm æternitas magis producat suum simile existendo quàm agendo?
2. Utrùm majoritas plùs repræsentet æternitatem coæquando quàm majorificando?

Æternitas Æqualitas.

QUæstio 1. Quomodo æternitas & æqualitas concordant?

Æternitas Minoritas.

QUæstio 1. Utrùm æternitas possit simpliciter præcedere minoritatem?

Potestas Sapientia.

QUÆSTIO I. Utrùm potestas habeat posse in existere sapientiæ & sapientia scire in posse potestatis?
2. Utrùm potestas habeat virtutem scitivam & sapientia possitivam?
3. Utrùm potestas possit verificare scitum & scibile?
4. Utrùm intellectus majorem habeat potestatem se sciendi quàm aliud à se ipso?
5. Utrùm posse sufficeret intellectui sine distinguere?
6. Utrùm potestas tantum possit concordando quantum intellectus objectando?
7. Quid est ratio ignorantiæ intellectûs?
8. Utrùm

(c) 2006 Ministerio de Cultura

8. Utrùm summus possitivus habeat summum possibilem?
9. Utrùm proprium possibile possit esse proprium possitum
10. Utrùm intellectus possit magis attingere finem suum ratione suî quàm ratione potestatis?
11. Utrùm potestas tantum possit in intellectu ratione existendi quantum ratione agendi?
12. Utrùm potestas possit esse subjectum scibilitatis?
13. Utrùm sit unus numero universalis intellectus?

Potestas Voluntas.

QUæstio 1. Utrùm libertas voluntatis consistat in libertate potestatis?
2. Utrùm voluntas volendo contradicat suæ potestati?
3. Utrùm potestas possit habere bonum sine appetitu?
4. Utrùm voluntas sit subjectum appetitûs potestatis?
5. Utrùm potestas possit sine appetitu?
6. Utrùm liberum arbitrium consistat tantum in potestate quantum in voluntate?
7. Utrùm voluntas & potestas sint unum principium ratione magnitudinis, bonitatis &c.?
8. Utrùm sit medium inter volentem & potentem?
9. Utrùm potestas sit inquisitiva?
10. Utrùm potestas sit divisibilis ratione diversarum scientiarum?
11. Utrùm potestas possit coæquare posse suum ipsi velle & voluntatis?
12. Utrùm posse & velle constringantur?

Potestas Virtus.

QUæstio 1. Utrùm potestas habeat virtutem possificativam aut sit virtus possificativa?
2. Utrùm virtus existens potestas & actus potestatis possit deficere?
3. Utrùm virtus potestatis distinguatur ratione potentiæ, habitûs & actûs?
4. Utrùm potestas concordando possit habere virtutem, nisi haberet virtutem distinguendo?
5. Utrùm virtus voluntatis possit contradicere virtuti potestatis?
6. Utrùm virtus sit principiativa ratione sui ipsius & principiabilis ratione potestatis?
7. Quomodo virtus consistit in medio potestatis & è converso?
8. Quomodo potestas est discursiva cum virtute?
9. Utrùm virtus influatur à potestate?
10. Utrùm virtus existens potestas possit indigentiam pati?
11. Utrùm virtus deficiat in differentia, quam habet cum potestate?

Potestas Veritas.

QUæstio 1. Quare gloria non potest acquiri sine veritate?
2. Utrùm sit differentia inter potestatem & veritatem?
3. Quid est ratio concordantiæ, potestatis & veritatis?
4. In quo contradicit veritas falsitati?
5. Utrùm potestas possit extra veritatem?
6. Quomodo posse consistit in verificare & è converso?
7. Quomodo potestas habet veritatem & è converso?
8. Utrùm veritas possit esse major potestate?
9. Utrùm veritas & potestas sint æquales?
10. Quomodo veritas consistit in potestate?

Potestas Gloria.

QUæstio 1. Utrùm in-supposito differentia sit potentia potestatis & è converso?
2. Cùm potestas det concordantiam gloriæ, utrùm possit dare concordantiam pœnæ?
3. Utrùm in puniendo contradicat potestas justitiæ potestati misericordiæ?
4. Utrùm gloria sit subjectum potestati voluntatis & intellectûs hominis?
5. Quomodo potestas potest in medio & in extremitatibus delectationis?
6. Quomodo potestas quiescit in gloriâ?
7. Quomodo potestas consistit in summitate?
8. Utrùm potestas possit se coæquare gloriæ?
9. Quomodo gloria deficit ratione potestatis?

Potestas Differentia.

QUæstio 1. Utrùm potestas possit habere posse actu sine differentia?
2. Utrùm potestas ignîs distincta sit in contrarietates?
3. Quomodo potestas ratione differentiæ agit & patitur?
4. Utrùm potestas ignîs se possit distinguere?

5. Quo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

5. Quomodo in potestate consistunt possibile & impossibile?
6. Quomodo potestas consistit in majoritate & minoritate?
7. Quomodo potestas implicat æqualitatem?
8. Quomodo potestas consistit substantialiter & accidentaliter?

Potestas Concordantia.

QUæstio 1. Utrùm potestas ratione magnitudinis possit magis concordare quàm contrariari?
2. In quo principio habet potestas majorem concordantiam?
3. Utrùm potestas possit distinguere sine disjungere?
4. Utrùm concordantia magis participet cum posse quàm cum potestate?
5. Quomodo potestas est multiplicativa?
6. Quomodo potestas quiescit in æqualitate?
7. Quomodo potestas quiescit in concordantia majoritatis & minoritatis?

Potestas Contrarietas.

QUæstio 1. Quomodo potestas est id, quod est ratione contrarietatis?
2. Quomodo potestas potest contra potestatem?
3. Utrùm potestas possit contra se ipsam?
4. Utrùm potestas de minoritate sua possit contra majoritatem suam?
5. Utrùm contradictio sit de genere potestatis?
6. Quare potestas contradicit magnitudinibus, quas habet ratione bonitatis, magnitudinis, durationis &c.?

Potestas Principium.

QUæstio 1. Quomodo in potestate est divisio?
2. Utrùm potestas sit principium de principiis constitutum?
3. Utrùm principium possit sine minoritate?
4. Utrùm potestas possit coæquari in principio?
5. Utrùm minoritas sit principium de potestate, bonitate, duratione &c. constitutum sine majoritate?

Potestas Medium.

QUæstio 1. Quomodo potestas consistit in medio bonitatis, magnitudinis &c.
2. Quomodo potestas manuducit finem in medio.
3. Quomodo potestas est conservabilis?
4. Utrùm in medio sit desiderabilis majoritas potestatis finîs?

Potestas Finis.

QUæstio 1. Utrùm potestas sit finis sui ipsius?
2. Utrùm in fine sit inæqualitas?
3. Utrùm potestas quiescat in minoritate?

Potestas Majoritas.

QUæstio 1. Utrùm potestas sit in æqualitate, ut sit in majoritate & è converso?
2. Quomodo potestas est corruptibilis?

Potestas Æqualitas.

QUæstio 1. Utrùm in æqualitate potestatis sit minoritas?

Potestas Minoritas.

QUæstio 1. Utrùm magnitudo simplicitatis sufficiat magnitudini potestatis?

Sapientia Voluntas.

QUæstio 1. Utrùm Deus creaverit æqualem virtutem sapientiæ & voluntati?
2. Quomodo sapientia & voluntas consistunt in libertate?
3. Utrùm Beatitudo sit æqualiter intelligibilis & volibilis?
4. Utrùm Deus possit creare majorem intelligibilitatem quàm volibilitatem & è converso?
5. Utrùm sapientia & voluntas plùs concordent & participent in æqualitate quàm in inæqualitate?
6. Quomodo sapientia & voluntas consistunt in contrarietate?
7. Quomodo intellectus est intelligibilis & voluntas volibilis?
8. Quomodo intellectus est volibilis & voluntas intelligibilis?
9. Utrùm intellectus sit tantum volibilis quantum voluntas intelligibilis?
10. Utrùm in potentia sensitiva sit substantialiter majoritas?
11. Utrùm prædestinatio & liberum arbitrium possint stare simul?
12. Quomodo intellectus & voluntas consistunt æquales?

Sapientia Virtus.

QUæstio 1. quomodo intellectus attingit objectum?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. Quid est via intellectûs?
3. Quomodo intellectus habet virtutem intelligendi?
4. Quomodo intellectus attrahit species, ut intelligat?
5. Utrùm intellectus concordet virtuti suæ?
6. Quomodo intellectus incipit intelligere?
7. Quomodo intelligere consistit in medio virtutis?
8. Qui sunt termini intellectûs?
9. Utrùm intellectus & ejus virtus sint æquales?
10. Utrùm intellectus sit magis discursivus in adæquando quàm in inadæquando?
11. In quo consistit minoritas intellectûs?

Sapientia Veritas.

QUæstio 1. Quomodo intellectus fruitur gloriâ?
2. Utrùm verificare sit actus intellectûs?
3. Quid est medium in intellectu & voluntate?
4. Utrùm intellectus sit de veritate constitutus?
5. Quomodo intellectus format intelligere suum?
6. Utrùm intellectus simul & semel possit intelligere plura?
7. Quomodo finis movet intellectum?
8. Utrùm intellectus sit de veritate magnitudinis constitutus?
9. Quomodo intellectus implicat veritatem?
10. In quo subjecto incipit intellectus ignorare?

Gloria.

Sapientia ~~Concordantia.~~

QUæstio 1. Cùm in gloria sit glorioſus, glorians, gloriatus, gloriari & gloriabilis, Utrùm intellectus possit attingere glorians sine distinctione?
2. Utrùm intellectus possit attingere gloriam sine concordantia?
3. Quid est pœna intellectûs?
4. Quid est gloria intellectûs?
5. Quare intellectus intelligit species?
6. Quomodo intellectus est successivus?
7. Utrùm intellectus plùs possit intelligere in magnitudine quàm in parvitate?
8. Utrùm intellectus possit attingere gloriam sine æqualitate?
9. Utrùm intellectus separatus animæ beatæ attingat Deum sine specie?

Sapientia Differentia.

QUæstio 1. Utrùm intellectus intelligat in differentia?
2. Utrùm distinctio sit potentia intellectûs?
3. Utrùm intellectus concordando principiet suum intelligere?
4. Utrùm potentia vegetativa vegetet in se?
5. Utrùm intellectus priùs incipiat in se distinguere species suas, quas suum intelligere influit, quàm species sui remoti intelligibilis, quas ipsum intelligere attrahit?
6. Utrùm distinctio sit indivisibilis?
7. Quomodo intellectus distat ab ignorantia?
8. Quid est infuscatio intellectûs?

Sapientia Concordantia.

QUæstio 1. quomodo contrarietas intellectûs est successio suæ concordantiæ?
2. Unde oritur intelligere?
3. Quomodo intellectus est extensivus?
4. Quomodo intellectus est recordativus?
5. Utrùm illa magnitudo, quam intellectus habet concordando, & illa, quam habet contrariando, sit eadem numero?
6. Quomodo intellectus habet virtutem concordativam?
7. Quomodo phantasticatur intellectus?

Sapientia Contrarietas.

QUæstio 1. quomodo ignorantia est intellectûs privatio?
2. Quomodo contradicit intellectus?
3. Quomodo consistit intellectus in contrarietate?
4. Quomodo multiplicatur ignorantia intellectûs?
5. Quomodo intellectus est suppositivus?
6. Quomodo intellectus distat à minoritate?

Sapientia Principium.

QUæstio 1. Quid est intellectus agens & quid intellectus possibilis?
2. Quomodo est intellectus agens inventivus & intellectus possibilis inventibilis?
3. Quæ est essentia intellectûs possibilis?
4. Quomodo intellectus possibilis est subjectum intellectûs agentis?
5. Quid est intellectûs multiplicatio?

Sapientia Medium.

QUæstio 1. Quomodo intellectus concipit?

2. Quo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. Quomodo intellectus in se consistit?
3. Quomodo est intellectus mensurabilis?
4. In quo consistit minoritas intellectûs?

Sapientia Finis.

QUæstio 1. Quomodo intellectus elongat se à privatione?
2. In quo est coæqualis intellectus?
3. In quo consistit discursus intellectûs?

Sapientia Majoritas.

QUæstio 1. In quo consistit minoritas intellectûs?
2. Quomodo finitum attingit infinitum?

Sapientia Æqualitas.

QUæstio 1. Quomodo distat sapientia à suo contrario?

Sapientia Minoritas.

QUæstio 1. Utrùm intellectus sit tantum volens ratione voluntatis quantum est bonificans ratione bonitatis?

Voluntas Virtus.

QUÆSTIO I. Utrùm voluntas vera virtute consistens habeat in verificando verum?
2. Utrùm beatus tantam habeat beatitudinem ratione virtutis, quantam ratione voluntatis?
3. Utrùm voluntas sit distinctiva ratione distinctionis abstracti & concreti?
4. Utrùm Deus creaverit omnia ad se?
5. Utrùm voluntas existens in peccato existat in virtute?
6. Utrùm voluntas in se ipsa principiet velle suum?
7. De quo est virtus voluntatis?
8. Utrùm habeat virtus appetitum?
9. Quomodo voluntas major est in virtute?
10. Quomodo sunt in voluntate virtutes cöæquabiles?
11. Quomodo virtus consistit in potentia?

Voluntas Veritas.

QUæstio 1. Utrùm aliqua veritas sit in summitate voluntatis?
2. Utrùm voluntas aut suppositum sit verificans?
3. Utrùm sit voluntas agens seu possibilis?
4. Utrùm intellectus attingat in Deo aliquid verum de necceſſitate?
5. Quomodo voluntas de veritate induit velle suum?
6. Quomodo voluntas velle suum induit de falsitate?
7. Quomodo falsitas est possibilis in voluntate?
8. Quomodo voluntas majorificat velle suum?
9. Quomodo veritas est coæquabilis in voluntate?
10. Utrùm voluntas possit minorificare existere suum?

Voluntas Gloria.

QUæstio 1. Quomodo gloria habet perfectiones suas ratione voluntatis?
2. Utrùm gloria sit tantum appetibilis ratione voluntatis quantum ratione suî?
3. Cùm in aliquo ente voluntas & gloria sint idem numero, quare aliqua voluntas potest odire gloriam?
4. Quid est gloria hujus mundi?
5. Quomodo inquirit voluntas gloriam intensivè?
6. Quomodo voluntas acquiescit gloriæ?
7. Utrùm voluntas attingat Deum substantialiter aut accidentaliter?
8. Utrùm in gloria æqualitas sit appetibilis?
9. Utrùm homo plùs diligens minorem gloriam quàm majorem sit in via gloriæ?

Voluntas Differentia.

QUæstio 1. Quid est summa distinctio?
2. Quare distinguit voluntas inter velle & nolle?
3. Quomodo distinctio consistit in voluntate?
4. Quomodo potest in Deo esse infinita extensio?
5. Utrùm voluntas possit esse distinctio & distinctum?
6. Utrùm voluntas sit volens distinguens & volitum distinctum?
7. Utrùm esse distinctionem & non distinctionem in summa voluntate sit contradictio?
8. Utrùm volens & volitum essent in confusione sine distinctione?

Voluntas Concordantia.

QUæstio 1. Utrùm sit aliqua voluntas habens quicquid vult?
2. Utrùm voluntas sit concordantia ratione suî aut ratione principii, medii & finis aut utrorumque?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

3. Utrùm voluntas sit concordantia, per quam bonitas, magnitudo &c. sunt concordabiles & volibiles?
4. Utrùm concordantia bonitatis, magnitudinis &c. sufficiat magnitudini voluntatis?
5. Quare velle est majus ratione concordantiæ quàm nolle ratione contrarietatis?
6. Utrùm voluntas distet à concordantia ratione nolendi & à contrarietate ratione volendi?
7. Quomodo voluntas elongat se à suo fine?

Voluntas Contrarietas.

QUæstio 1. Utrùm voluntas naturaliter contradicat principio suo?
2. Utrùm voluntas sit volibilis in medio?
3. Utrùm finis voluntatis sit in concordantia?
4. Utrùm contrarietas bonitatis & malitiæ, magnitudinis & parvitatis &c. possit contradicere, quòd volitivus non habeat proprium volibile?
5. Utrùm voluntas possit in se coæquare volibile & odibile?
6. Quare potest voluntas contradicere majoritatibus suis?

Voluntas Principium.

QUæstio 1. Utrùm voluntas sit principium concretum aut abstractum?
2. Utrùm voluntas sit finis?
3. Utrùm majoritas principii sit odibilis?
4. Quare est conveniens, quòd voluntas diligat in principio bonitatem magnitudinem &c.?
5. Utrùm voluntas ratione magnitudinis suæ possit odire magnitudinem principii?

Voluntas Medium.

QUæstio 1. Utrùm sint plures fines desiderabiles ratione magnitudinis eorum?
2. Quare malum medium magis est odibile in majoritate quàm in minoritate?
3. Quomodo in voluntate consistit medium?
4. Utrùm in Deo sit medium?

Voluntas Finis.

QUæstio 1. Utrùm divina voluntas sit major existendo finis quàm habendo se ad finem?
2. Utrùm divina voluntas æqualiter existat & agat ratione finîs?
3. Utrùm minoritas voluntatis acquiescat in minoritate finîs?

Voluntas Majoritas.

QUæstio 1. Utrùm sit aliqua voluntas, in qua sit minor æqualitas, quæ possit esse voluntatis?
2. Quare voluntas potest velle bonum cum minoritate & malum cum majoritate?

Voluntas Æqualitas.

QUæstio 1. Quare habet voluntas virtutem coæquativam?

Voluntas Minoritas.

QUæstio 1. Utrùm justitia sit tantum volibilis quantum misericordia?

Virtus Veritas.

QUÆSTIO I. Utrùm in virtute existente in veritate habeat veritas verificando virtutem?
2. Utrùm virtus & veritas in sua mutua conversione sint rationes reales?
3. Utrùm magnitudo virtutis & veritatis sufficiat veritatem esse virtuosam & è converso?
4. Utrùm virtuosum aut verum contradicat falso?
5. Quomodo ens verum habituat virtutes?
6. Utrùm virtus sit conjunctio veritatis, bonitatis, magnitudinis &c.
7. Utrùm in summo ente sit convertere realiter?
8. Utrùm virtus, quæ est ipsa veritas, sit in veritate?
9. Utrùm virtus sit id, per quod veritas habet potestatem agendi?
10. Utrùm minoritas major sit in homine quàm in lapide?

Virtus Gloria.

QUæstio 1. Utrùm virtus ratione magnitudinis bonitatis &c. sufficiat magnitudini gloriæ ad hoc, quòd ipsa sic indistincta habens in se de se res distinctas?
2. Utrùm gloria sine distinctione indigeat habere virtutem?
3. Utrùm non est implicet aliquid in virtute gloriæ & veritatis?
4. Utrùm intellectus majorem habeat virtutem speculandi gloriam in charitate quàm in fide?
5. Quomodo virtus est manuductio gloriæ?
6. Utrùm sit virtus extensiva spiritualiter in principio, medio & fine gloriæ?

7. Quo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

7. Quomodo consistit majoritas virtutis in majoritate gloriæ?
8. Utrùm in virtute sit aliquid impossibile?
9. Utrùm gloria acquiratur per virtutem existendi vel agendi?

Virtus Differentia.

QUæstio 1. Quomodo distinctio consistit in virtute?

2. Utrùm virtus possit contradicere vitio sine distinctione?
3. Utrùm sufficiat unam solam virtutem esse inter finem, efficientem, formam & materiam?
4. Utrùm forma & materia distinguantur & uniantur, ut virtus non sit in eis otiosa?
5. Utrùm virtus sit distinctiva & distinguibilis?
6. Quare virtus est major in distinctione substantialiter quàm accidentaliter?
7. Quare major est differentia in virtute quàm in vitio?
8. In quo consistit minoritas virtutis?

Virtus Concordantia.

QUæstio 1. Quomodo contradicunt sibi ad invicem concordantia & contrarietas?

2. Quomodo consistit virtus in concordantia & è converso?
3. Utrùm virtus ratione concordantiæ distinguat sive disjungat?
4. Quomodo virtus acquirit finem suum in concordantia & è converso?
5. Quare sunt plures homines in vitio quàm in virtute?
6. Quare virtus est major in æqualitate quàm in majoritate?
7. In quo consistit periculum virtutis?

Virtus Contrarietas.

QUæstio 1. Quomodo virtus materiæ contradicit vitio?

2. Utrùm virtus consistat in extremis?
3. Utrùm virtus distet magis à contrarietate ratione concordantiæ quàm ratione finîs?
4. Quare divina virtus permittit esse vitium?
5. Quomodo virtus conservabilis est in æqualitate bonitatis, magnitudinis &c.?
6. Utrùm charitas possit participare cum superbia?

Virtus Principium.

QUæstio 1. Utrùm essentia sit principium virtutis?

2. Utrùm illa virtus, quæ est finis, sit principiabilis?
3. Utrùm virtus sit in principio sine fine?
4. Utrùm principium priùs incipiat in medio?
5. Quomodo virtus de majoritatibus extrahit minoritates?

Virtus Medium.

QUæstio 1. Utrùm virtus consistat in medio essentiæ & operationis?

2. Utrùm virtus sit major in medio quàm in principio?
3. Quid est infinita virtus?
4. Quid est minoritas virtutis?

Virtus Finis.

QUæstio 1. Utrùm virtus sit in illa majori majoritate finîs, in qua decet eam esse?

2. Utrùm virtus & finis sint æquales?
3. Quomodo virtus est corruptibilis?

Virtus Majoritas.

QUæstio 1. Quomodo virtus est coæquabilis?

2. Utrùm sit proportio inter virtutem & minoritatem suam?

Virtus Æqualitas.

QUæstio 1. Utrùm æqualitas virtutis plùs distet à minoritate quàm à majoritate?

Virtus Minoritas.

QUæstio 1. Utrùm virtus sit libertas?

Veritas Gloria.

QUÆSTIO I. Utrùm veritas se possit tantum habere in gloria ratione agendi quàm ratione existendi?

2. Quomodo ex unâ diffinitione diversæ diffinitiones extrahuntur ad eandem conclusionem?
3. Utrùm veritas possit contradicere gloriæ?
4. Quomodo habent esse veritas & gloria?
5. Utrùm veritas plùs possit intra gloriam quàm extra?
6. Quid est finis gloriæ in veritate & veritatis in gloria?
7. Utrùm gloria possit esse extra veritatem?
8. Quomodo veritas & gloria convertuntur?
9. Utrùm veritas aut verum habeat gloriam?

Veri-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Veritas Differentia.

QUæstio 1. Utrùm sit tantum intelligibile de differentia in rebus spiritualibus quàm corporalibus?
2. Utrùm veritas sit major in distinctione quàm præter distinctionem?
3. Utrùm distinctio sit principium veritatis?
4. Utrùm in verificare sit distinctio?
5. Utrùm verus sine distinctione possit agere de fine?
6. Quomodo veritas est verus?
7. Quomodo verus potest de veritate distinguere & unire?
8. Utrùm veritas distet à minoritate sine distinctione?

Veritas Concordantia.

QUæstio 1. Utrùm veritas possit sine concordantia distare à contrarietate & minoritate?
2. Quomodo verus ratione concordantiæ producit verum?
3. Quid est quiditas veri producti?
4. Quid est conservatio finîs in concordantia?
5. Utrùm veritas & concordantia implicet minoritatem?
6. Utrùm veritas contradicat suæmet æqualitati?
7. Utrùm contrarietas sit de essentia veritatis?

Veritas Contrarietas.

QUæstio 1. Utrùm veritas incipiat cum contrarietate?
2. Utrùm veritas & contrarietas possint coæquari?
3. Quid est privatio finîs veritatis?
4. Quare veritas concordat cum majoritate & falsitas cum minoritate?
5. Utrùm subjectum veritatis sit de contrariis?
6. Quid est majoritas contrarietatis?

Veritas Principium.

QUæstio 1. Quid est subjectum principii veritatis?
2. Utrùm falsitas sit in principio veritatis?
3. Quid est subjectum distantiæ veritatis à falsitate?
4. Quid est subjectum veritatis?
5. Quomodo veritas est subjectum suæ minoritatis?

Veritas Medium.

QUæstio 1. Utrùm divina veritas sit extensa?
2. Quomodo veritas est intensiva?
3. Quomodo veritas est coæquativa & coæquabilis?
4. Quomodo veritas est relativa?

Veritas Finis.

QUæstio 1. Utrùm relatio magis dependeat à veritate ratione subjecti quàm objecti?
2. Quomodo finis veritatis est relationis subjectum?
3. Quomodo relatio est veritatis subjectum?

Veritas Majoritas.

QUæstio 1. Utrùm esse angeli & agere suum sint æquales?
2. Cum quo contradicit veritas?

Veritas Æqualitas.

QUæstio 1. Quomodo subjectum veritatis est attingibile?

Veritas Minoritas.

QUæstio 1. Utrùm pluralitas veritatis contradicat unitati veritatis?

Gloria Differentia.

QUÆSTIO I. Utrùm differentia sit in gloria, ut in ea sit concordantia?
2. Quid est subjectum illius distantiæ, quæ est inter gloriam & contrarietatem?
3. Utrùm distinctio sit principium gloriati?
4. Utrùm conjungere possit esse in gloria sine distinctione?
5. Quomodo glorians se posset habere de principio ad finem sine motu?
6. Utrùm distinctio sit subjectum seu principium summitati gloriæ?
7. Utrùm distinctio sit necessaria magnitudini gloriæ?
8. Quomodo gloria ratione distinctionis distat à confusione & minoritate?

Gloria Concordantia.

QUæstio 1. Utrùm intellectus crucietur in inferno ratione pœnæ sui intelligibilis?
2. Quid est subjectum gloriæ?
3. Utrùm concordantia in majoritate conjunctionis sit in gloria?
4. Utrùm beatitudo sit tanta agendo quanta existendo?

5. Utrùm

(c) 2006 Ministerio de Cultura

5. Utrùm possit esse pœna sine contrarietate?
6. Quid est ignis spiritualis?
7. Utrùm contrarietas & pœna possint resistere gloriæ & concordantiæ?

Gloria Contrarietas.

QUæstio 1. Quomodo contrarietas est principium pœnæ?
2. Quomodo damnati distant à beatis?
3. Utrùm contrarietas sit finis pœnæ damnatorum?
4. Utrùm in Patria beati acquirant gloriam?
5. Utrùm damnati habebunt majorem pœnam in corpore quàm in anima?
6. Utrùm gloria de majoritate contradicat pœnæ?

Gloria Principium.

QUæstio 1. Utrùm glorians & gloriatum sint unum principium aut plura gloriandi?
2. In quo principio consistit finis gloriæ?
3. Utrùm majoritas gloriæ repugnet majoritatibus suorum principiorum?
4. Utrùm forma & materia possint coæquari in gloria?
5. Utrùm gloria possit esse sine principio?

Gloria Medium.

QUæstio 1. Utrùm gloria sit centrum circuli bonitatis magnitudinis &c.?
2. Utrùm gloria sit major in conjunctione substantiali quàm accidentali?
3. Utrùm gloria dependeat tantum ab objecto, quantum à subjecto?
4. Utrùm gloria possit esse sine medio?

Gloria Finis.

QUæstio 1. Utrùm gloria possit esse finis sine majoritate?
2. Utrùm gloria possit esse finis sine æqualitate?
3. In quo consistunt majoritas & æqualitas pœnæ?

Gloria Majoritas.

QUæstio 1. Quid est subjectum majoritatis gloriæ?
2. Quomodo attingit intellectus majoritatem pœnæ?

Gloria Æqualitas.

QUæstio 1. Utrùm in gloria sit vacuitas?

Gloria Minoritas.

QUæstio 1. Utrùm minoritas sit in minoritate?

Differentia Concordantia.

QUÆSTIO I. Utrùm ex differentia & concordantia procedat virtus in operationem generationis & corruptionis?
2. Utrùm distinctio possit esse principium in concordantia?
3. Quomodo producuntur differentia & concordantia specifica & individuata ex universali differentia & concordantia?
4. Utrùm differentia in concordantia sit essentia appetitûs?
5. Utrùm sit unus sensus communis?
6. Utrùm vox sit sensus?
7. Utrùm identitas distinctionis & concordantiæ sit possibilis?

Differentia Contrarietas.

QUæstio 1. Utrùm differentia & contrarietas possint esse principia sine concordantia?
2. Utrùm generatio sit in medio differentiæ & contrarietatis?
3. Utrùm concordantia possit esse finis contrarietatis?
4. Utrùm contrarietas sit major in differentia intellectualiter quàm concordantia in differentia sensualiter?
5. Utrùm distinguens possit plùs distinguere quàm contrarians coæquare?
6. Utrùm distinguens plùs distet à contrarietate quàm contrarians?

Differentia Principium.

QUæstio 1. Quomodo principia consistunt in differentia?
2. Utrùm distinguens possit esse finis?
3. Utrùm distinguens possit esse principium in majoritate?
4. Utrùm differentia sit principium æqualitatis & è converso?
5. Utrùm principium sit majus in majoritate differentiæ quàm in minoritate?

Differentia Medium.

QUæstio 1. Quomodo medium consistit in differentia?
2. Utrùm differentia sit major in medio quàm in principio?
3. Quomodo medium est subjectum differentiæ?
4. Quid est infuscatio medii?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Differentia Finis.

QUæstio 1. Utrùm majoritas se possit plùs habere sine differentia ad finem quàm minoritas?

2. Quomodo consistit differentia in æqualitate finîs sine compositione?

3. Quid est subjectum minoritatis finîs?

Differentia Majoritas.

QUæstio 1. Utrùm æqualitas & simplicitas possint sufficere majoritati distinctionis?

2. Utrùm differentia possit esse sine compositione?

Differentia Æqualitas.

QUæstio 1. Utrùm differentia sit major in simplicitate quàm in compositione?

Differentia Minoritas.

QUæstio 1. Quid est subjectum confusionis differentiæ?

Concordantia Contrarietas.

QUÆSTIO I. Quomodo patitur materia sub forma agente ratione finis?

2. Quid est causa generationis & corruptionis?

3. Quomodo concordantia & contrarietas sunt subjectum influentiæ & refluentiæ?

4. Quomodo concordantia concordat simplicitati & contrarietas compositioni?

5. Utrùm in concordantia possit esse coæquare sine compositione?

6. Quomodo concordantia & contrarietas participant in subjecto?

Concordantia Principium.

QUæstio 1. Quomodo contrarietas est principium in medio disjunctionis?

2. Quomodo principium est concordantiæ subjectum?

3. Quid est subjectum majoritati concordantiæ?

4. Unde habet principium proprietatem coæquativam?

5. Quomodo concordantia & principium consistunt in majoritate & minoritate?

Concordantia Medium.

QUæstio 1. Utrùm identitas essentiæ & naturæ bonitatis, magnitudinis &c. sit medium, in quo sint idem concordando?

2. Utrùm concordantia sit major in fine quàm in medio?

3. Utrùm coæquatio sit medium, cui concordantia acquiescit?

4. Utrùm concordare aut concordatum sit finis concordantiæ?

Concordantia Finis.

QUæstio 1. Utrùm concordantia & finis sint æquales?

2. Utrùm finis infiniat, ut sit in concordantia?

3. Quare consistit concordantia contra finem?

Concordantia Majoritas.

QUæstio 1. Utrùm illa concordantia, quæ est æqualitas sit major æqualitas?

2. Quomodo concordantia consistit in æqualitate?

Concordantia Æqualitas.

QUæstio 1. Utrùm concordantia & æqualitas concordando & coæquando possint esse idem numero?

Concordantia Minoritas.

QUæstio 1. Utrùm subjectum impossibilitatis concordantiæ sit minoritas aut contrarietas?

Contrarietas Principium.

QUÆSTIO I. Utrùm contrarietas sit in principio?

2. Utrùm contrarietas sit finis?

3. Quot sunt principia generationis & corruptionis?

4. Utrùm in elemento puro sit contrarietas?

5. Utrùm minoritas sit principium contrarietatis?

Contrarietas Medium.

QUæstio 1. Quid est alteratio contrarietatis?

2. Quomodo contrarietas definit in medio?

3. Utrùm contradictio habeat subjectum?

4. Quomodo contrarietas contradicit concordantiæ?

Contrarietas Finis.

QUæstio 1. Utrùm contrarietas priùs incipiat substantialiter quàm accidentaliter?

2. Quomodo contrarietas est contra finem?

3. Quid est subjectum contrarietatis, quando concordat fini?

Con-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Contrarietas Majoritas.

QUæſtio 1. In quo conſiſtit majoritas contrarietatis?

2. Utrùm contrarietas cum majoritate poſſit contradicere majoritati concordantiæ?

Contrarietas Æqualitas.

QUæſtio 1. Utrùm contrarietas ſit ſubjectum concordantiæ?

Contrarietas Minoritas.

QUæſtio 1. De quo & cui contradicit contrarietas?

Principium Medium.

QUÆSTIO I. Quomodo principium per medium tranſit ad finem?

2. Quid eſt ſubjectum multiplicationis principii & medii?

3. Unde oritur æqualitas principiorum & mediorum?

4. Quæ ſunt metæ principiorum & mediorum?

Principium Finis.

QUæſtio 1. Utrùm prima materia ſit prima privatio?

2. Utrùm principium & finis ſint incorruptibiles?

3. Utrùm genera & ſpecies ſint entia realia?

Principium Majoritas.

QUæſtio 1. Utrùm æqualitas ſit major in principio quàm majoritas.

2. Quomodo minoritas oritur & conſumitur?

Principium Æqualitas.

QUæſtio 1. Quomodo æqualitas poteſt eſſe in majoritate?

Principium Minoritas.

QUæſtio 1. Quare affirmatio major eſt negatione?

Medium Finis.

QUÆSTIO I. Unde oritur majoritas medii?

2. Unde generatur æqualitas medii?

3. Unde producitur minoritas medii?

Medium Majoritas.

QUæſtio 1. Quid eſt ſubjectum majoritatis medii?

2. Utrùm in medio, quod eſt æqualitas principii & finîs, ſit ſucceſſio?

Medium Æqualitas.

QUæſtio 1. Quomodo conſiſtit æqualitas in majoritate ſine minoritate?

Medium Minoritas.

QUæſtio 1. Quomodo minoritas influitur ex exiſtere in compoſito?

Finis Majoritas.

QUÆSTIO I. Quid eſt major finis?

2. Utrùm entia omnia ſint in majoritate finis?

Finis Æqualitas.

QUæſtio 1. Utrùm prima materia poſſit eſſe ſine prima forma?

Finis Minoritas.

QUæſtio 1. Utrùm minoritas ſit major in fine quàm in principio & medio?

Majoritas Æqualitas.

QUÆSTIO I. Utrùm majoritas rerum univerſalium deſtruat majoritatem rerum particularium & è converſo, & æqualitas illarum æqualitatem iſtarum & è converſo, & minoritas illarum minoritatem iſtarum & è converſo.

Majoritas Minoritas.

QUæſtio 1. Quomodo ex una quæſtione extrahuntur diverſæ quæſtiones ad eandem concluſionem?

Æqualitas Minoritas.

QUÆSTIO I. Utrùm ſit Deus?

)o(

(c) 2006 Ministerio de Cultura

De Generali Habituatione huius Artis.

AD acquirendum habitum hujus artis ſignificamus ſtudentibus in ea iſta neceſſariò eſſe notanda in prima diſtinctione de diffinitionibus & in ſecunda de Conditionibus, & in tertia de Regulis, & in quarta de Quæſtionibus, in quibus quandam totius operis replicationem facientes generalem.

Dicimus primò figuras hujus artis & ſignificata earum literarum [quæ continentur in eis] & omnes diffinitiones principiorum hujus artis editas cordetenus ſciri debere, & conditiones intelligi atque explanationes ipſarum diffinitionum, & regulæ ipſius artis traditæ cum proceſſibus ſuis, ac etiam novem quæſtiones & earum ſolutiones in ſuis §. ſuorum modorum ſunt in habitu colligendæ.

Iterum habituandum eſt, quomodo alia diffinitionum alii, & alia regularum alii & alia quæſtionum alii correſpondent, per earum muttuas contractiones ad eas fortificandum.

Hoc etiam advertendum eſt, quomodo tres diffinitiones ex neceſſaria poſitione ſuî ſuam fortificant conditionem, & quomodo alia conditionum ſtat ex neceſſitate alterius conditionis.

Et ratio notandi iſta ſtat in hoc, ut artiſta habens iſta benè præ manibus ad alia alta & ſubtilia ſe ſentiat aſcendere promptum, & cùm aliqua alia quæſtio ſibi facta fuerit, ſeu cùm diſcurrere voluerit in materia hujus vel alterius facultatis, ſciat multas & arduas rationes elicere ex neceſſitate iſtorum, quæ in habitu prænotavit, deducendo principia implicita ad principia explicita hujus artis, & diffinitiones implicitas ad iſtorum principiorum diffinitiones explicitas, & conditiones implicitas ad conditiones & diffinitiones explicitas hujus artis, atque regulas implicitas ad regulas explicitas in hac arte contentas, & ſimiliter eliciendo quæſtiones ex quæſtionibus hujus artis explicitis, & implicitas rationes ex earum rationibus explicitis ſeu §. procedendo etiam in ipſis de conditionibus ad diffinitiones & è converſo, & de regulis ad regulas, & de regulis ad diffinitiones & conditiones & è converſo. Servatis hujus artis principiis & diffinitionibus eorum & regulis & toto proceſſu novem quæſtionum generalium hujus artis.

Eſt autem iſte proceſſus ipſarum quæſtionum habitu benè tenendus, quomodò omnes diffinitiones univerſalium principiorum hujus artis in primo modo diſcurrendi & earum conditiones in ſecundo modo, & novem regulæ in tertio applicantur ad quamlibet novem generalium quæſtionum, ut talibus modis pateat via procedendi ad quæſtiones alias ſecundæ partis quæſtionum ſeu ad quæſtiones alias faciendas.

Similiter multum utile eſt ſciri modum procedendi ſeu diſcurrendi tertiæ figuræ per duas regulas in duabus litteris deſignatas in duabus rationibus ſeu §. & per duas quæſtiones per eaſdem duas litteras ſumptas, continente quâlibet ipſarum duarum Litterarum duas rationes ſeu §. Ita de qualibet camera ipſius tertiæ figuræ ſex rationes ſeu §. ſunt applicabiles ad eandem concluſionem.

Hoc etiam ſuo modo procedendi in quarta figura utiliſſimum eſt benè corde habituari, videl. quomodo per tres litteras formantur tres rationes ſeu §. ſub tribus regulis per easdem literas ſumptis, & quomodo per easdem litteras aliquæ novem generalium quæſtionum ſignificantur & in qualibet earum per eandem litteram quæſtionis duæ rationes ſeu duo §. ſumuntur, ita quòd in qualibet camera ipſius quartæ figuræ iſto modo diſcurrendi novem rationes ſunt deducibiles ad eandem concluſionem, ût in ipſo proceſſu ſupra patet. Unde ita proceſſum eſt per modum diſcurrendi per diffinitiones, conditiones, regulas & quæſtiones, ut in ipſa quarta figura, in qua, quicquid eſt iſtius artis, clauditur, pateat duplex via intensè, videl. & extensè diſcurrendi.

Intensè quidem iſto modo, ſumendo aliquam quæſtionem ſecundæ partis ſeu ali-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

aliquam aliam ordinandam ſub debita rubrica, velut ſub bonitate, magnitudine vel ſub cœteris hujusmodi, ſecundum quòd cadit in iſta vel in illa, formetur illa camera in quarta figura, in cujus duabus primis litteris illa rubrica continetur, formans cum principio alterius litteræ tertiæ illam conditionem, ad quam aſſumpta quæſtio mittitur, & habebuntur pro tribus literis illius cameræ primò ſex diffinitiones, duæ pro qualibet littera, videlicet tres ex prima figura, & tres ex ſecunda, & inde formentur ſex rationes ad eandem concluſionem, ſicut formantur rationes ex diffinitionibus in primis modis 9. quæſtionum generalium [ût ſupra patet] poſtmodum recipiatur illa conditio, ad quam mittitur quæſtio, quæ ſcilicet conditio importatur per easdem tres litteras, & formetur alia ſeptima ratio ad eandem concluſionem, ſicut formantur rationes ex conditionibus, [ût ſupra patet] deinde per easdem litteras tres ſumantur illæ tres regulæ, quæ per ipſas tres litteras ſignificantur, & formentur inde aliæ tres rationes ad eandem concluſionem ſecundùm formam rationum de regulis in tertiis modis ſupradictam; itaque fient cum præmiſſis decem rationes ad eandem concluſionem. Poſtea per easdem tres litteras recipiantur illæ tres quæſtiones, quæ per eas deſignantur & gratiâ rubricæ diffinitionum & gratiâ conditionis de illis tribus principiis conſtitutæ, quorum quodlibet per eandem litteram cum ſua quæſtione generali ſignificatur, ſumantur in qualibet ipſarum trium quæſtionum generalium duæ rationes ſeu §. per eandem litteram cum ſua quæſtione ſignificati, & ſic formentur aliæ ſex rationes ad eandem concluſionem, ſecundùm quòd talium rationum forma ſupra patet, & ſic colliguntur in univerſo ſedecim paſſus, ad quos ſumpta ſeu propoſita quæſtio mittitur. Unde ſedecim eliciuntur rationes ad eam concludendam.

Modus verò diſcurrendi extensè eſt duplex, videlicet minùs extenſus & magis extenſus: minùs quidem extenſus eſt ſumendo aliquam quæſtionem [ût prædictum eſt] & deducendo ad eam id, quod aliquæ tres litteræ ſumptæ in quarta figura ſignificant explicitè de prima, ſecunda, tertia, & quarta diſtinctione. Ita quòd primò deducendæ ſunt ad eam ſex diffinitiones ſecundùm primam diſtinctionem ſumptas in quarta figura ex ipſis tribus litteris, ſicut ex B. C. D. vel ex aliquibus aliarum litterarum, ſumendo de qualibet ipſarum trium litterarum duas diffinitiones, & formentur de iſtis diffinitionibus ſex rationes ad eandem concluſionem.

Iterum etiam ſecundùm ſecundam diſtinctionem ſumendæ ſunt tot conditiones, quot ſignificata de B. C. D. formant de ſe ipſis, & inde formandæ ſunt tot rationes ad propoſitam quæſtionem, quot ſunt ipſæ conditiones, iſtæ autem conditiones ſunt numero viginti, & non plùs nec minùs, quarum Prima formatur de bonitate magnitudine, æternitate. Secunda de bonitate, magnitudine, differentia. Tertia de bonitate, magnitudine, concordantia. Quarta de bonitate, magnitudine, contrarietate. Quinta de bonitate, æternitate, differentia. Sexta de bonitate, æternitate, concordantia. Septima de bonitate, æternitate, contrarietate. Octava de bonitate, differentia, concordantia. Nona de bonitate, differentia, contrarietate. Decima de bonitate, concordantia, contrarietate. Undecima de magnitudine, æternitate, differentia. Duodecima de magnitudine, æternitate, concordantia. Decima tertia de magnitudine, æternitate, contrarietate. Decima quarta de magnitudine, differentia, concordantia. Decima quinta de magnitudine, differentia, contrarietate. Decima ſexta de magnitudine, concordantia, contrarietate. Decima ſeptima de æternitate, differentia, concordantia. Decima octava de æternitate, differentia, contrarietate. Decima nona de æternitate, concordantia, contrarietate. Vigeſima de differentia, concordantia, contrarietate. De iſtis igitur viginti conditionibus formandæ ſunt viginti rationes ad eandem concluſionem propoſitæ quæſtionis. Itaque ſecundùm primam diſtinctionem & ſecundam habentur 26. loca, videlicet ſex diffinitiones, & viginti conditiones, ad quæ prædictæ tres literæ quartæ figuræ transmittunt.

Iterum ſecundum tertiam diſtinctionem prædictæ tres literæ quartæ figuræ ſignificant tres regulas. Unde ſimiliter formandæ ſunt tres rationes ad eandem concluſionem, & ſic habentur cum prædictis 26. locis, 29. loca, ad quæ ſecundùm ipſas tres literas recurrendum eſt.

Iterum ſimiliter ſecundum quartam diſtinctionem ſignificat B. quæſtionem gene-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

neralem primam. C. ſecundam, D. tertiam. Et ſignificat B. C. D. ſecundùm primum modum diſcurrendi ſex §. in prima quæſtione generali, & ſex etiam in ſecunda quæſtione generali, & ſex in tertia quæſtione generali, & ſic ter ſex ſunt 18. §. de quibus ſecundùm quartam diſtinctionem formandæ ſunt 18. rationes ad eandem concluſionem propoſitæ quæſtionis. Et in ſecundo modo diſcurrendi ſignificat B. 16. §. ſecundi modi primæ quæſtionis generalis & C. alios 16. §. ſecundi modi, ſecundæ quæſtionis generalis, & D. alios 16. §. ſecundi modi tertiæ quæſtionis generalis ad formandum ter ſexdecim, videlicet 48. rationes ad eandem concluſionem propoſitæ quæſtionis.

Iterum ſecundùm ipſam diſtinctionem in tertio modo primæ quæſtionis generalis ſignificat B. novem §. illius tertii modi & C. novem §. tertii modi ſecundæ quæſtionis generalis, & D. alios novem §. tertii modi, tertiæ quæſtionis generalis, & ſic ſunt ter novem, ſcilicet 27. §., de quibus formentur 17. rationes ad eandem concluſionem propoſitæ quæſtionis. Itaque in quarta diſtinctione ſignificant B.C.D. recurrendum eſſe ad 93. loca, videlicet ad 18. in primis modis, & ad 48. in ſecundis modis, & ad 27. in tertiis modis quartæ diſtinctionis, ergò in univerſo ſignificant B. C. D. ſex loca in prima diſtinctione, & 20. in ſecunda diſtinctione, & tria in tertia diſtinctione, & 93. in quarta diſtinctione. In univerſo quidem ſunt 120. loca, ad quæ B.C.D. transmittunt ſecundùm iſtum modum minùs extensè diſcurrendi. Et ſicut exemplificatum eſt de B. C. D. ita intelligendum eſt ſuo modo de quibuscunque aliis tribus literis quartæ figuræ.

Ultimus autem modus diſcurrendi, qui eſt magis extenſus, eſt, ſumptâ ſeu propoſitâ aliquâ quæſtione & ordinatis aliquibus tribus literis, ſicut B. C. D. vel aliqua aliarum ad eandem poſſe ſumere omnia, quæ continentur ſub B. in tota prima, ſecunda, tertia, & quarta diſtinctione hujus artis eodem modo omnia, quæ continentur ſub C. & ſub D. ad eandem concluſionem formare inde rationes, ſecundùm quòd in ipſa quarta diſtinctione de quæſtionibus generalibus formantur, & hoc ſecundùm mixtionem & concatenationem literarum quartæ figuræ in his, quæ per ipſas literas ſignificantur. Et ſecundùm iſtum ultimum modum ſic extenſum & diffuſum eſt tota ars in ſe applicabilis ad quæſtiones ſingulas. Et iſta ſufficiant ad acquirendum habitum hujus artis.

De fine hujus artis.

AD laudem & honorem Dei omnipotentis explicit Ars Inventiva & diſcretiva intellectûs, quæ eſt via præparata ad inveniendum *artem amativam voluntatis*; ſed quoniam tempus eſt arctum nobis & tantæ compilationis inſufficiens, non habemus, unde tanti laboris poſſimus longitudinem expectare. Quocirca confidimus in illius gratia, unde manant omnes affluentiæ gratiarum, ut aliquem hujus artis amandi vera conſtituat inventorem. Nam & iſtæ duæ artes valde neceſſariæ ſunt ad veritatem & devotionem gentibus univerſis, ut per eas diſcant & ſtudeant cognoſcere & amare ultimum finem, qui eſt Deus benedictus, & gloriam acquirere ſempiternam.

Ars autem iſta inventiva, ad cujus exitum Dei gratiâ venimus peroptatum, multis de cauſis incomparabilem in ſe continet utilitatem. Eſt enim utilis ratione altitudinis ſupremorum principiorum, ſuper quibus ipſa ars fundatur, omne quod eſt ambiens in eisdem. Quocirca etiam per reductionem ad ipſa prima principia & ad eorum neceſſitatem optima eſt ad dirigendum & corrigendum aliquas ſcientias, quæ minùs benè traditæ ſunt & ad fortificandum earum benè dicta, imò etiam ad inventionem multarum ſubtilitatum & punctorum altiſſimorum eſt ars iſta medium aptiſſimum & ad caſus & conſilia & ad quam plurima alia proceſſibilia per viam rationis eſt ipſa optimum compendium: & quod potiſſimum eſt & glorioſiſſimum influente gratiâ Dei ars iſta, cùm ſuper innegabilibus principiis ſit fundata, aptiſſima eſt ad reducendum quoscunque infideles ad fidei veritatem in eorum proprios ſermones translata, demonſtrando eis veritatis neceſſitatem, expellendo eos à ſuorum errorum capitivitate & à ſuæ velamine cæcitatis in cognitionem & amorem illius glorioſiſſimi entis in bonitate, magnitudine &c. immenſi, qui eſt Deus omnipotens benedictus. Sed ad hoc devotionem in hac arte ſtudentium invocamus, ut ab eis cognitâ veritate & efficaciâ hujus artis, ad hoc tam bonum, tam pium, tam meritò-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

meritorium & devotum negotium, quatenus insudent pariter nobiscum ad dirigendum miseros infideles extra veritatis tramitem incedentes, ut sic dirigendo propter cognitionem & amorem Dei cognitionem & amorem æternum ejus propter eum obtineant, qui vivit & imperat per infinita sæcula omnipotens benedictus Deus.

De quibusdam Quæstionibus extra volumen Artis adductis.

LIcet ipsa ars inventiva veritatis secundùm implicita prorsus recto tramite rationis tendat ad veritatem solius Christianæ fidei confirmandam & conservandam: cùm inter omnes sectas credentium vel opinantium una sit veritas, & ipsa ars ad suum rectum finem explicitè non sit contracta, ut non ab odientibus fidem Catholicam primâ facie ante rationis judicium repudietur, nihilominus aliquas quæstiones explicitè ad fidem Catholicam contractas extra volumen ipsius artis hîc adduximus; ut hi, qui virtutem & efficiaciam habituaverunt prædictæ artis, sciant eas sub sua propria principia reducere, sive sint explicitè sub eis vel implicitè, & hoc eis modis, quibus multæ aliæ quæstiones eis consimiles in processu ipsius artis ad conclusionem necessariam sunt reductæ.

Istarum autem quæstionum quædam sunt principales, & quædam accessoriæ. principales verò sunt tres, quarum prima est: *Utrùm Deus sit?* secunda: *Utrùm productio sit in Deo?* tertia: *Utrùm Deus sit incarnatus?* Et quoniam istæ principales sunt tres, dividuntur suæ accessoriæ in tres partes, ita quòd prima pars cum sua principali continet 55. quæstiones & secunda pars cum sua principali continet 53. atque tertia pars cum sua principali continet 50. quæstiones, in universo igitur sunt 158. quæstiones.

Istis verò additis illis 842. quæstionibus de volumine artis æquipollent in universo illæ cum istis mille quæstiones.

Ordo sive processus istarum accessoriarum quæstionum ad suas principales, & è converso, talis est, quoniam si cujuslibet, principalis quæstionis conclusio est affirmativa omnes conclusiones suarum accessoriarum sunt affirmativæ & è converso, & si negativæ, similiter negativæ, & è converso: Et quoniam necessitas affirmativarum conclusionum ipsarum accessoriarum quæstionum est sanis & veris intellectibus nota, necessaria est quidem affirmativa conclusio suarum principalium quæstionum. Et ideo istæ accessoriæ quæstiones dicuntur negativæ, quoniam ad negativas conclusiones suarum principalium, necesse esset omnes conclusiones earum esse negativas, quod est impossibile velut peritis intellectibus manifestè patet. Quæstiones autem primæ partis sunt istæ, quæ sequuntur ad istam suam principalem.

Utrùm Deus sit?

UTrùm bonum sit esse & malum non esse?

Utrùm sit immensa extensio, sicut immensa duratio?

Utrum æternitas sit in tantum bona, magna &c. ratione sui ipsius, quantum ratione bonitatis, magnitudinis &c?

Utrùm potestas sit major ratione necessitatis quàm ratione contingentiæ?

Utrùm infinitum esse positivum sit magis scibile & desiderabile quàm finitum?

Utrùm Deus sit magis desiderabilis in re quàm in ratione?

Utrùm virtus intellectûs & voluntatis sit major in actu quàm in habitu, & in habitu quàm in potentia?

Utrùm sit verum id, per quod virtuosus homo magis habet virtutis?

Utrùm gloria sit major in prima intentione quàm in secunda?

Utrùm sit aliquod ens, in quo bonitas & magnitudo &c. sunt idem numero, ita quòd inconfusè alia illarum sit id quod alia & è converso?

Utrùm sit plùs concordantiæ quàm contrarietatis, & æqualitatis quàm inæqualitatis?

Utrùm sit impossibile, quòd contradictorium sit causa sui contradictorii & contrarium sui contrarii?

Utrùm perfectio bonitatis magnitudinis &c. sit major in forma quàm in materia?

Utrùm sit impossibile esse vacuum?

Utrùm finis magis concordet ordinationi quàm inordinationi?

Utrùm bonitas magnitudo &c. sint majores substantialiter quàm accidentaliter?

Utrùm sit plùs existentiæ quàm apparentiæ?

Utrùm minoritas sit major in fine quàm in medio?

Utrùm bonitas, magnitudo &c. sint nobiliores & majores in causa quàm in effectu?

Utrùm

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Utrùm causa & effectus cõncordantiam habeant in majoritate finis?

Utrùm finis sit tantæ nobilitatis in bonitate, magnitudine &c. quantæ est in æternitate?

Utrùm fini competat esse?

Utrùm effectus sit magis appetibilis in esse quàm in privatione?

Utrùm finis, bonitatis, magnitudinis &c. sit major in individuis, quàm in speciebus?

Utrùm finis sit major in esse quàm non finis in privatione?

Utrùm necessarium habeat majorem finem quàm impossibile?

Utrùm rationale sit magis subjectum naturæ veri quàm irrationale?

Utrùm natura humana sit nobilior quàm natura bruti?

Utrùm esse sit esse?

Utrùm nihil sit nihil?

Utrùm summum ens sit appetibile?

Utrùm verum sit affirmabile?

Utrùm vivere sit licitum?

Utrùm justificare sit licitum?

Utrùm sit plùs justitiæ quàm injuriæ?

Utrùm majus bonum sit appetibilius minori bono?

Utrùm sit magis appetibile bonum quàm malum & magnum quàm parvum & esse quàm non esse?

Utrùm sit plùs perfectionis quàm imperfectionis?

Utrùm bonitas magnitudo &c. sint principia, ex quibus constituuntur suppositа?

Utrùm contradictio sit impossibilis in realitate?

Utrùm generatio plùs concordet ipsi esse quàm corruptioni?

Utrùm affirmatio plùs concordet ipsi esse, quàm negatio privationi?

Utrùm bonitas magnitudo &c. sint majores positivè quam privativè?

Utrùm liberum arbitrium sit sub ratione finis?

Utrùm prima intentio sit prima intentio?

Utrùm non esse producat malum &c. in esse?

Utrùm sit tantum scibilitatis quantum ignorabilitatis?

Utrùm nobilitas sit major in immobilitate quàm in mobilitate?

Utrùm æternitas amittat aliquid de essentia sua sicut bonitas &c. si Deus sit nihil?

Utrùm subjectum virtutis sit majus quàm subjectum vitii?

Utrùm summitas competat bonitati magnitudini &c. & infinitas malitiæ, parvitati &c.?

Utrùm bonitas & æternitas majorem habeat concordantiam in bono æterno quàm malitia & privatio in malo & privato?

Utrùm sit plùs veritatis quàm falsitatis?

Utrùm esse sit appetibile?

Utrùm non esse sit odibile?

Utrùm sit productio in Deo?

QUÆSTIO. Utrùm divina bonitas & bonificare suum sint æquales?

Utrum divina magnitudo sit infinita in bonitate, æternitate &c. & è converso?

Utrùm divina æternitas sit inalterabilis?

Utrùm divina potestas habeat majus posse in se ipsa quàm in aliquo alio, cùm majorem habeat bonitatem magnitudinem &c. in se ipsa quàm in aliquo alio?

Utrùm in divina sapientia sit tam magnum scibile quàm scitum?

Utrùm in divina voluntate sit majus magnum bonificabile ac magnificabile &c. quàm volibile?

Utrùm sit in Deo id, per quod ejus virtus magis distat à vitio?

Utrùm divina conversio divinæ veritatis, bonitatis &c. indigeat convertere & magnificare &c.?

Utrùm divina gloria sit tanta in gloriabili quanta in gloriativo?

Utrùm divina bonitas, magnitudo &c. sint in Deo rationes reales & inconfusæ?

Utrùm sit in Deo id, per quod ipse plùs distat à contrarietate?

Utrùm sit in Deo id, per quod iste plùs distat à corruptione?

Utrùm Dei essentia sit principium infinitum?

Utrùm in Deo sit medium?

Utrùm in Deo sit infinire?

Utrùm impossibile sit in Deo esse majoritatem?

Utrùm sit in Deo id, per quod ipse magis distat ab inæqualitate?

Utrùm sit in Deo id, per quod ipse magis distat à non esse?

Utrùm divina voluntas tantum diligat suam gloriam, quantum diligit sapientiam suam?

Utrùm plùs sit in existere & agere in Deo quàm existere tantum?

Utrùm Deus sit Deus?

Utrùm

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Utrùm Deus ſit Deus in agendo?

Utrùm in Deo ſit deificare?

Utrùm in divina æternitate convertantur æternale & æternatum?

Utrùm in divina unitate ſit unire?

Utrùm in divina vita ſit vivere?

Utrùm Deus poſſet glorificare ſemetipſum?

Utrùm ſit in Deo id, per quod magis diſtat à compoſitione?

Utrùm divina bonitas habeat magnitudinem, æternitatem &c. & è converſo?

Utrùm Deus habeat Deum?

Utrùm Deus habeat tantum poſſe in ſua bonitate &c. quanta eſt ipſa ejus bonitas?

Utrùm Deus habeat poteſtatem in Deo?

Utrùm Deus diligat ſe eſſe Deum?

Utrùm in ſimplicitate Dei ſit ſimplificare?

Utrùm ſit in Deo id, per quod ipſe magis diſtat ab accidentare?

Utrùm in Deo ſint dignitates infinitæ?

Utrùm Deus nobiliorem in ſe habeat operationem quàm extra ſe?

Utrùm illa operatio, quam Deus habet in ſe ipſo, ſit cognoſcibilis?

Utrùm juſtitia Dei habeat eſſentiale juſtificare?

Utrùm Deus ſit perfectus?

Utrùm largitas Dei poſſit ſufficere magnitudini bonitatis, æternitatis &c.?

Utrùm Deus ſe intelligat propter aliquem finem?

Utrùm Deus ſit objectum perfectum animæ?

Utrùm Deus ſit magis objectabilis ſecundùm rem quàm ſecundùm rationem?

Utrùm Deus ſit magis cognoſcibilis propter ſe quàm propter aliud, cùm magis ſit amabilis propter ſe quàm propter aliud?

Suppoſito, quòd in Deo ſit vitium, utrùm ſit majus vitium in eo quàm in aliquo alio ente?

Utrùm ſit in Deo id, per quod ejus bonitas, magnitudo &c. plùs diſtant ab otioſitate?

Utrùm in eſſentiâ Dei ſit diminutio bonitatis &c.?

Utrùm non Deus ſit Deus?

Utrùm quicquid eſt in Deo, ſit Deus & ſubſtantia?

Utrùm ſit bonum &c. produci bonum &c. de bonitate &c.?

Utrùm produci Deum ſit bonum magnum &c. producenti?

Utrùm in divina bonitate &c. ſit relatio?

Utrùm Deus ſit incarnatus.

QUÆSTIO Utrùm operatio Dei extrinſeca ſit in omni magnitudine, bonitate &c.?

Utrùm Deus in effectu ſuo agat plùs ratione magnitudinis & majoritatis quàm ratione parvitatis & minoritatis?

Utrùm divina æternitas & creata duratio poſſint habere majorem concordantiam actualiter quàm potentialiter?

Utrùm privatâ totâ impoſſibilitate incarnandi Deus ſit neceſſariò incarnatus?

Utrùm intellectus increatus creavit majorem ſcitivitatem & ſcibilitatem quàm creare potuerit?

Utrùm divina voluntas tantum diligat hominem, quòd ipſa velit eſſe ille?

Utrùm divina virtus ratione ſuæ unitatis poſſit magis participare cum homine uno quàm cum pluribus?

Utrùm divina veritas poſſit magis verificare conjunctivè ſibi remotum verificabile?

Utrùm ſit impoſſibile aliquid vacuum inter gloriam increatam & gloriam creatam?

Utrùm Deus participet cum omnibus creaturis?

Utrùm concordantia Creatoris & creaturæ ſit in majori magnitudine quàm poſſit eſſe?

Utrùm imago & ſimilitudo Dei ſit magis remota à ſuo contrario, quo poſſit eſſe?

Utrùm Deus potuerit creare majorem bonitatem magnitudinem &c. in uno principio ſibi conjuncto quàm in pluribus principiis ab eo disparatis?

Utrùm tota mutatio creationis ſit creatura?

Utrùm Deus creaverit mundum in majoritate finîs?

Utrùm odire creaturam eſſe in majoritate finîs ſit contra majoritatem finîs, bonitatis, magnitudinis, creationis?

Utrùm Deus plùs poſſit coæquare creatam bonitatem &c. in increata æqualitate ſuæ bonitatis &c. quàm in aliquo alio?

Utrùm Deus ſit immutabilis?

Utrùm Deus poſſit deificare creaturam?

Utrùm homo plùs habeat entitatis & eſſe in Deo quàm in ſe ipſo?

Utrùm Deus exaltaverit quoddam particula-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

culare ſuper univerſum totum creatum, ut non deſtruatur majoritas finîs univerſalis & particularis?

Utrùm unus homo plùs poſſit intelligere & diligere Deum quàm plures?

Utrùm illa poteſtas, quam Deus habet ſuper naturam creatam, ſit ſuperflua?

Utrùm bonitas creata poſſit eſſe magis contracta quàm ſit ad magnitudinem &c. & è converſo, & magis ambire ratione magnitudinis?

Utrùm divina ſapientia intelligat & ejus voluntas diligat effectum ſuum in majoritate bonitatis &c. & è converſo?

Utrùm effectus ſufficiat divinis dignitatibus?

Utrùm Deus ſit excuſatus à damnatione infidelium opinantium ſe eſſe in veritate?

Utrùm incarnatio ſit utilis & amabilis?

Utrùm ordo ſit magis appetibilis in majoritate bonitatis quàm in minoritate?

Utrùm ſecundùm proportionem homo plùs poſſit diligere Deum, quàm Deus hominem?

Utrùm homo ſit creatus, ut Deus magis intelligat & diligat hominem quàm homo Deum?

Utrùm ſit impoſſibile, quòd aliqua privatio contradicat majoritati bonitatis &c. creationis?

Utrùm ſit appetibilis majoritas concordantiæ inter cauſam & effectum?

Utrùm ſit impoſſibile plùs eſſe bonitatis &c. in privatione quàm in eſſe creato?

Utrùm divina poteſtas poſſit plùs agere de poteſtate creata in ſe quàm extra ſe?

Utrùm æternitas Dei habeat ſubjectum ſuæ ſimilitudinis?

Utrùm ſit aliqua una creatura, quæ magis ſubjecta ſit poſſibilitati, bonitati &c. quàm omnes aliæ creaturæ?

Utrùm Deus magis operatus eſt de bonitate &c. in mundo, alio modo quàm creando mundum?

Utrùm fuerit creatio propter operationem intrinſecam Dei?

Utrùm Deus ſit in omni majoritate fruibilis?

Utrùm ſit verum id, per quod homo majorem habet libertatem ad bonum & malum?

Utrùm ſit verum id, per quod homo eſt Deo magis obligatus?

Utrùm ſit verum id, per quod Deus magis poteſt agere de homine?

Utrùm ſit verum id, per quod major poteſt fieri affirmatio vel negatio de Deo?

Utrùm ſit verum id, per quod contritio, confeſſio, ſatisfactio poſſunt eſſe majores & in majori æqualitate?

Utrùm ſit verum id, per quod æterna vita eſt magis deſiderabilis & iſta præſens magis contemnibilis?

Utrùm ſit verum id, per quod prophetia eſt magis acceptabilis?

Utrùm ſit verum id, per quod Deus majorem habet actionem ſuper curſum naturæ?

Utrùm ſit verum id, per quod magis deſiderabile eſt martyrium propter Deum?

Utrùm ſit verum id, per quod mundus eſt ita plenus bonitate, magnitudine &c. quòd impoſſibilis eſt ei bonitatis, magnitudinis &c. additio?

Et manifeſtum eſt, quòd ſic, & iſtud verum eſt Chriſti nativitas, videlicet ipſa unitas divinæ naturæ & humanæ, ſub cujus cuſtodia ipſa ars Inventiva ſuâ pietate dirigibilium protegatur à mordentibus aculeis invidorum. Quoniam per eam eſt manifeſtabilis ignorantibus via cognoſcendi & diligendi illum Dominum noſtrum Jesum Chriſtum, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit &c.

For-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Formula Artificialis contento-
rum in Arte Inventiva,

1. Figura. 4.
2. Conditió. 832.
3. Regula. 9.
4. Quæstio. 9832.

Figura. I.

Prima.
Secunda.
Tertia.
Quarta.

Conditio II.

Bonitatis, magnitudinis.
Bonitatis æternitatis &c.
Magnitudinis, æternitatis.
Magnitudinis potestatis &c. Et sic de aliis.

Regula 9. III.

1. Suppositio. B.
2. Modus essendi & intelligendi. C.
3. Investigatio. D.
4. Specificatio. E.
5. Contradictio. F.
6. Necessarium contingens. G.
7. Demonstratio. H.
8. Punctus transcendens. I.
9. Majoritas finis. K.

Modus essendi &c. C
  Res.
  Similitudo rei.
Investigatio. D.
  Per artem.
  Per intellectum.
Per artem.
  Per primam distinctionem.
  Per secundam distinctionem &c.
Per intellectum.
  Simpliciter.
  Dupliciter.
  Triangulariter &c.
Specificatio E.
  Omnino generalis.
  Omnino specialis.
  Non omnino generalis.
  Nec omnino specialis.
Contradictio. F.
  Re tantùm.
  Ratione tantùm.
  Re & ratione in simul.

Necessarium contingens. G.
  Necessitas in æqualitate.
  Contingentia in æqualitate & in inæqualitate.
Demonstratio. H.
  Impropria.
  Propria.
Impropria.
  A proposito.
  A Contrario.
Propria.
  Per quid.
  Per quia.
  Per æquiparantiam.
Punctus transcendens. I.
  Per excessum alterius potentiæ ad aliam.
  Per excessum potentiæ ad se ipsam ratione objecti.
Majoritas finîs. K.
  Secundùm proportionem.
  Secundùm comparationem.

Quæstio. IV.

  Generalis.
  Non Generalis.

Generalis.

1. Utrùm Deus sit in tantum Deus agendo in se, quantum existendo. B.
2. Quomodo substantiæ separatæ attingunt. C.
3. Utrùm firmamentum se moveat ad per se movendum. D.
4. Quomodo intellectus conjunctus attingit. E.
5. Quomodo virtutes & vitia oriuntur. F.
6. Utrùm sit alia vita hominibus. G.
7. Quomodo sensus attingunt. H.
8. Quomodo Elementa existunt & agunt in elementato. I.
9. Quomodo hæc ars est investigativa. K.

Non generalis. 827.
Utrùm Deus benedictus sit ens infinitum.
  Quid sunt divina bonitas & magnitudo cum aliis 825. sequentibus quæstionibus.
  De habituatione hujus artis.
  De fine hujus artis.
  De quibusdam quæstionibus extra volumen artis. 158.

Finis Artis Inventivæ.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

TABULA GENERALIS.

1	2	3	4	5	6	7
1 BCD	1 BCE	1 BCF	1 BCG	1 BCH	1 BCI	1 BCK
2 BCTB	2 BCTB	2 BCTB	2 BCTB	2 BCTB	2 BCTB	2 BCTB
3 BCTC	3 BCTC	3 BCTC	3 BCTC	3 BCTC	3 BCTC	3 BCTC
4 BCTD	4 BCTE	4 BCTF	4 BCTG	4 BCTH	4 BCTI	4 BCTK
5 BDTB	5 BETB	5 BFTB	5 BGTB	5 BHTB	5 BITB	5 BKTB
6 BDTC	6 BETC	6 BFTC	6 BGTC	6 BHTC	6 BITC	6 BKTC
7 BDTD	7 BETE	7 BFTF	7 BGTG	7 BHTH	7 BITI	7 BKTK
8 BTBC	8 BTBC	8 BTBC	8 BTBC	8 BTBC	8 BTBC	8 BTBC
9 BTBD	9 BTBE	9 BTBF	9 BTBG	9 BTBH	9 BTBI	9 BTBK
10 BTCD	10 BTCE	10 BTCF	10 BTCG	10 BTCH	10 BTCI	10 BTCK
11 CDTB	11 CETB	11 CFTB	11 CGTB	11 CHTB	11 CITB	11 CKTB
12 CDTC	12 CETC	12 CFTC	12 CGTC	12 CHTC	12 CITC	12 CKTC
13 CDTD	13 CETE	13 CFTF	13 CGTG	13 CHTH	13 CITI	13 CKTK
14 CTBC	14 CTBC	14 CTBC	14 CTBC	14 CTBC	14 CTBC	14 CTBC
15 CTBD	15 CTBE	15 CTBF	15 CTBG	15 CTBH	15 CTBI	15 CTBK
16 CTCD	16 CTCE	16 CTCF	16 CTCG	16 CTCH	16 CTCI	16 CTCK
17 DTBC	17 ETBC	17 FTBC	17 GTBC	17 HTBC	17 ITBC	17 KTBC
18 DTBD	18 ETBE	18 FTBF	18 GTBG	18 HTBH	18 ITBI	18 KTBK
19 DTCD	19 ETCE	19 FTCF	19 GTCG	19 HTCH	19 ITCI	19 KTCK
20 TBCD	20 TBCE	20 TBCF	20 TBCG	20 TBCH	20 TBCI	20 TBCK

15	16	17	18	19	20	21
1 BEG	1 BEH	1 BEI	1 BEK	1 BFG	1 BFH	1 BFI
2 BETB	2 BETB	2 BETB	2 BETB	2 BFTB	2 BFTB	2 BFTB
3 BETE	3 BETE	3 BETE	3 BETE	3 BFTF	3 BFTF	3 BFTF
4 BETG	4 BETH	4 BETI	4 BETK	4 BFTG	4 BFTH	4 BFTI
5 BGTB	5 BHTB	5 BITB	5 BKTB	5 BGTB	5 BHTB	5 BITB
6 BGTE	6 BHTE	6 BITE	6 BKTE	6 BGTF	6 BHTF	6 BITF
7 BGTG	7 BHTH	7 BITI	7 BKTK	7 BGTG	7 BHTH	7 BITI
8 BTBE	8 BTBE	8 BTBE	8 BTBE	8 BTBF	8 BTBF	8 BTBF
9 BTBG	9 BTBH	9 BTBI	9 BTBK	9 BTBG	9 BTBH	9 BTBI
10 BTEG	10 BTEH	10 BTEI	10 BTEK	10 BTFG	10 BTFH	10 BTFI
11 EGTB	11 EHTB	11 EITB	11 EKTB	11 FGTB	11 FHTB	11 FITB
12 EGTE	12 EHTE	12 EITF	12 EKTE	12 FGTE	12 FHTF	12 FITF
13 EGTG	13 EHTH	13 EITI	13 EKTK	13 FGTG	13 FHTH	13 FITI
14 ETBE	14 ETBE	14 ETBE	14 ETBE	14 FTBF	14 FTBF	14 FTBF
15 ETBG	15 ETBH	15 ETBI	15 ETBK	15 FTBG	15 FTBH	15 FTBI
16 ETEG	16 ETEH	16 ETEI	16 ETEK	16 FTFG	16 FTFH	16 FTFI
17 GTBE	17 HTBE	17 ITBE	17 KTBE	17 GTBF	17 HTBF	17 ITBF
18 GTBG	18 HTBH	18 ITBI	18 KTBK	18 GTBG	18 HTBH	18 ITBI
19 GTEG	19 HTEH	19 ITEI	19 KTEK	19 GTFG	19 HTFH	19 ITFI
20 TBEG	20 TBEH	20 TBEI	20 TBEK	20 TBFG	20 TBFH	20 TBFI

(c) 2006 Ministerio de Cultura

TABULA GENERALIS.

8		9		10		11		12		13		14	
1	BDE	1	BDF	1	BDG	1	BDH	1	BDI	1	BDK	1	BEF
2	BDTB	2	BDTB	2	BDTB	2	BDTB	2	BDTB	2	BDTB	2	BETB
3	BDTD	3	BDTD	3	BDTD	3	BDTD	3	BDTD	3	BDTD	3	BETE
4	BDTE	4	BDTF	4	BDTG	4	BDTH	4	BDTI	4	BDTK	4	BETF
5	BETB	5	BFTB	5	BGTB	5	BHTB	5	BITB	5	BKTB	5	BFTB
6	BETD	6	BFTD	6	BGTD	6	BHTD	6	BITD	6	BKTD	6	BFTE
7	BETE	7	BFTF	7	BGTG	7	BHTH	7	BITI	7	BKTK	7	BFTF
8	BTBD	8	BTBD	8	BTBD	8	BTBD	8	BTBD	8	BTBD	8	BTBE
9	BTBE	9	BTBF	9	BTBG	9	BTBH	9	BTBI	9	BTBK	9	BTBF
10	BTDE	10	BTDF	10	BTDG	10	BTDH	10	BTDI	10	BTDK	10	BTEF
11	DETB	11	DFTB	11	DGTB	11	DHTB	11	DITB	11	DKTB	11	EFTB
12	DETD	12	DFTD	12	DGTD	12	DHTD	12	DITD	12	DKTD	12	EFTE
13	DETE	13	DFTF	13	DGTG	13	DHTH	13	DITI	13	DKTK	13	EFTF
14	DTBD	14	DTBD	14	DTBD	14	DTBD	14	DTBD	14	DTBD	14	ETBE
15	DTBE	15	DTBF	15	DTBG	15	DTBH	15	DTBI	15	DTBK	15	ETBF
16	DTDE	16	DTDF	16	DTDG	16	DTDH	16	DTDI	16	DTDK	16	ETEF
17	ETBD	17	FTBD	17	GTBD	17	HTBD	17	ITBD	17	KTBD	17	FTBE
18	ETBE	18	FTBF	18	GTBG	18	HTBH	18	ITBI	18	KTBK	18	FTBF
19	ETDE	19	FTDF	19	GTDG	19	HTDH	19	ITDI	19	KTDK	19	FTEF
20	TBDE	20	TBDF	20	TBDG	20	TBDH	20	TBDI	20	TBDK	20	TBEF

22		23		24		25		26		27		28	
1	BFK	1	BGH	1	BGI	1	BGK	1	BHI	1	BHK	1	BIK
2	BFTB	2	BGTB	2	BGTB	2	BGTB	2	BHTB	2	BHTB	2	BITB
3	BFTF	3	BGTG	3	BGTG	3	BGTG	3	BHTH	3	BHTH	3	BITI
4	BFTK	4	BGTH	4	BGTI	4	BGTK	4	BHTI	4	BHTK	4	BITK
5	BKTB	5	BHTB	5	BITB	5	BKTB	5	BITB	5	BKTB	5	BKTB
6	BKTF	6	BHTG	6	BITG	6	BKTG	6	BITH	6	BKTH	6	BKTI
7	BKTK	7	BHTH	7	BITI	7	BKTK	7	BITI	7	BKTK	7	BKTK
8	BTBF	8	BTBG	8	BTBG	8	BTBG	8	BTBH	8	BTBH	8	BTBI
9	BTBK	9	BTBH	9	BTBI	9	BTBK	9	BTBI	9	BTBK	9	BTBK
10	BTFK	10	BTGH	10	BTGI	10	BTGK	10	BTHI	10	BTHK	10	BTIK
11	FKTB	11	GHTB	11	GITB	11	GKTB	11	HITB	11	HKTB	11	IKTB
12	FKTF	12	GHTG	12	GITG	12	GKTG	12	HITH	12	HKTH	12	IKTI
13	FKTK	13	GHTH	13	GITI	13	GKTK	13	HITI	13	HKTK	13	IKTK
14	FTBF	14	GTBG	14	GTBG	14	GTBG	14	HTBH	14	HTBH	14	ITBI
15	FTBK	15	GTBH	15	GTBI	15	GTBK	15	HTBI	15	HTBK	15	ITBK
16	FTFK	16	GTGH	16	GTGI	16	GTGK	16	HTHI	16	HTHK	16	ITIK
17	KTBF	17	HTBG	17	ITBG	17	KTBG	17	ITBH	17	KTBH	17	KTBI
18	KTBK	18	HTBH	18	ITBI	18	KTBK	18	ITBI	18	KTBK	18	KTBK
19	KTFK	19	HTGH	19	ITGI	19	KTGK	19	ITHI	19	KTHK	19	KTIK
20	TBFK	20	TBGH	20	TBGI	20	TBGK	20	TBHI	20	TBHK	20	TBIK

(c) 2006 Ministerio de Cultura

TABULA GENERALIS.

29	30	31	32	33	34	35
1 CDE	1 CDF	1 CDG	1 CDH	1 CDI	1 CDK	1 CEF
2 CDTC	2 CDTC	2 CDTC	2 CDTC	2 CDTC	2 CDTC	2 CETC
3 CDTD	3 CDTD	3 CDTD	3 CDTD	3 CDTD	3 CDTD	3 CETE
4 CDTE	4 CDTF	4 CDTG	4 CDTH	4 CDTI	4 CDTK	4 CETF
5 CETC	5 CFTC	5 CGTC	5 CHTC	5 CITC	5 CKTC	5 CFTC
6 CETD	6 CFTD	6 CGTD	6 CHTD	6 CITD	6 CKTD	6 CFTE
7 CETE	7 CFTF	7 CGTG	7 CHTH	7 CITI	7 CKTK	7 CFTF
8 CTCD	8 CTCD	8 CTCD	8 CTCD	8 CTCD	8 CTCD	8 CTCE
9 CTCE	9 CTCF	9 CTCG	9 CTCH	9 CTCI	9 CTCK	9 CTCF
10 CTDE	10 CTDF	10 CTDG	10 CTDH	10 CTDI	10 CTDK	10 CTEF
11 DETC	11 DFTC	11 DGTC	11 DHTC	11 DITC	11 DKTC	11 EFTC
12 DETD	12 DFTD	12 DGTD	12 DHTD	12 DITD	12 DKTD	12 EFTE
13 DETE	13 DFTF	13 DGTG	13 DHTH	13 DITI	13 DKTK	13 EFTF
14 DTCD	14 DTCD	14 DTCD	14 DTCD	14 DTCD	14 DTCD	14 ETCE
15 DTCE	15 DTCF	15 DTCG	15 DTCH	15 DTCI	15 DTCK	15 ETCF
16 DTDE	16 DTDF	16 DTDG	16 DTDH	16 DTDI	16 DTDK	16 ETEF
17 ETCD	17 FTCD	17 GTCD	17 HTCD	17 ITCD	17 KTCD	17 FTCE
18 ETCE	18 FTCF	18 GTCG	18 HTCH	18 ITCI	18 KTCK	18 FTCF
19 ETDE	19 FTDF	19 GTDG	19 HTDH	19 ITDI	19 KTDK	19 FTEF
20 TCDE	20 TCDF	20 TCDG	20 TCDH	20 TCDI	20 TCDK	20 TCEF

43	44	45	46	47	48	49
1 CFK	1 CGH	1 CGI	1 CGK	1 CHI	1 CHK	1 CIK
2 CFTC	2 CGTC	2 CGTC	2 CGTC	2 CHTC	2 CHTC	2 CITC
3 CFTF	3 CGTG	3 CGTG	3 CGTG	3 CHTH	3 CHTH	3 CITI
4 CFTK	4 CGTH	4 CGTI	4 CGTK	4 CHTI	4 CHTK	4 CITK
5 CKTC	5 CHTC	5 CITC	5 CKTC	5 CITC	5 CKTC	5 CKTC
6 CKTF	6 CHTG	6 CITG	6 CKTG	6 CITH	6 CKTH	6 CKTI
7 CKTK	7 CHTH	7 CITI	7 CKTK	7 CITI	7 CKTK	7 CKTK
8 CTCF	8 CTCG	8 CTCG	8 CTCG	8 CTCH	8 CTCH	8 CTCI
9 CTCK	9 CTCH	9 CTCI	9 CTCK	9 CTCI	9 GTCK	9 CTCK
10 CTFK	10 CTGH	10 CTGI	10 CTGK	10 CTHI	10 CTHK	10 CTIK
11 FKTC	11 GHTC	11 GITC	11 GKTC	11 HITC	11 HKTC	11 IKTC
12 FKTF	12 GHTG	12 GITG	12 GKTG	12 HITH	12 HKTH	12 IKTI
13 FKTK	13 GHTH	13 GITI	13 GKTK	13 HITI	13 HKTK	13 IKTK
14 FTCF	14 GTCG	14 GTCG	14 GTCG	14 HTCH	14 HTCH	14 ITCI
15 FTCK	15 GTCH	15 GTCI	15 GTCK	15 HTCI	15 HTCK	15 ITCK
16 FTFK	16 GTGH	16 GTGI	16 GTGK	16 HTHI	16 HTHK	16 ITIK
17 KTCF	17 HTCG	17 ITCG	17 KTCG	17 ITCH	17 KTCH	17 KTCI
18 KTCK	18 HTCH	18 ITCI	18 KTCK	18 ITCI	18 KTCK	18 KTCK
19 KTFK	19 HTGH	19 ITGI	19 KTGK	19 ITHI	19 KTHK	19 KTIK
20 TCFK	20 TCGH	20 TCGI	20 TCGK	20 TCHI	20 TCHK	20 TCIK

(c) 2006 Ministerio de Cultura

TABULA GENERALIS.

36	37	38	39	40	41	42
1 CEG	1 CEH	1 CEI	1 CEK	1 CFG	1 CFH	1 CFI
2 CETC	2 CETC	2 CETC	2 CETC	2 CFTC	2 CFTC	2 CFTC
3 CETE	3 CETE	3 CETE	3 CETE	3 CFTF	3 CFTF	3 CFTF
4 CETG	4 CETH	4 CETI	4 CETK	4 CFTG	4 CFTH	4 CFTI
5 CGTC	5 CHTC	5 CITC	5 CKTC	5 CGTC	5 CHTC	5 CITC
6 CGTE	6 CHTE	6 CITE	6 CKTE	6 CGTF	6 CHTF	6 CITF
7 CGTG	7 CHTH	7 CITI	7 CKTK	7 CGTG	7 CHTH	7 CITI
8 CTCE	8 CTCE	8 CTCE	8 CTCE	8 CTCF	8 CTCF	8 CTCF
9 CTCG	9 CTCH	9 CTCI	9 CTCK	9 CTCG	9 CTCH	9 CTCI
10 CTEG	10 CTEH	10 CTEI	10 CTEK	10 CTFG	10 CTFH	10 CTFI
11 EGTC	11 EHTC	11 EITC	11 EKTC	11 FGTC	11 FHTC	11 FITC
12 EGTE	12 EHTE	12 EITE	12 EKTE	12 FGTF	12 FHTF	12 FITF
13 EGTG	13 EHTH	13 EITI	13 EKTK	13 FGTG	13 FHTH	13 FITI
14 ETCE	14 ETCE	14 ETCE	14 ETCE	14 FTCF	14 FTCF	14 FTCF
15 ETCG	15 ETCH	15 ETCI	15 ETCK	15 FTCG	15 FTCH	15 FTCI
16 ETEG	16 ETEH	16 ETEI	16 ETEK	16 FTFG	16 FTFH	16 FTFI
17 GTCE	17 HTCE	17 ITCE	17 KTCE	17 GTCF	17 HTCF	17 ITCF
18 GTCG	18 HTCH	18 ITCI	18 KTCK	18 GTCG	18 HTCH	18 ITCI
19 GTEG	19 HTEH	19 ITEI	19 KTEK	19 GTFG	19 HTFH	19 ITFI
20 TCEG	20 TCEH	20 TCEI	20 TCEK	20 TCFG	20 TCFH	20 TCFI

50	51	52	53	54	55	56
1 DEF	1 DEG	1 DEH	1 DEI	1 DEK	1 DFG	1 DFH
2 DETD	2 DETD	2 DETD	2 DETD	2 DETD	2 DFTD	2 DFTD
3 DETE	3 DETE	3 DETE	3 DETE	3 DETE	3 DFTF	3 DFTF
4 DETF	4 DETG	4 DETH	4 DETI	4 DETK	4 DFTG	4 DFTH
5 DFTD	5 DGTD	5 DHTD	5 DITD	5 DKTD	5 DGTD	5 DHTD
6 DFTE	6 DGTE	6 DHTE	6 DITE	6 DKTE	6 DGTF	6 DHTF
7 DFTF	7 DGTG	7 DHTH	7 DITI	7 DKTK	7 DGTG	7 DHTH
8 DTDE	8 DTDE	8 DTDE	8 DTDE	8 DTDE	8 DTDF	8 DTDF
9 DTDF	9 DTDG	9 DTDH	9 DTDI	9 DTDK	9 DTDG	9 DTDH
10 DTEF	10 DTEG	10 DTEH	10 DTEI	10 DTEK	10 DTFG	10 DTFH
11 EFTD	11 EGTD	11 EHTD	11 EITD	11 EKTD	11 FGTD	11 FHTD
12 EFTE	12 EGTE	12 EHTE	12 EITE	12 EKTE	12 FGTF	12 FHTF
13 EFTF	13 EGTG	13 EHTH	13 EITI	13 EKTK	13 FGTG	13 FHTH
14 ETDE	14 ETDE	14 ETDE	14 ETDE	14 ETDE	14 FTDF	14 FTDF
15 ETDF	15 ETDG	15 ETDH	15 ETDI	15 ETDK	15 FTDG	15 FTDH
16 ETEF	16 ETEG	16 ETEH	16 ETEI	16 ETEK	16 FTFG	16 FTFH
17 FTDE	17 GTDE	17 HTDE	17 ITDE	17 KTDE	17 GTDF	17 HTDF
18 FTDF	18 GTDG	18 HTDH	18 ITDI	18 KTDK	18 GTDG	18 HTDH
19 FTEF	19 GTEG	19 HTEH	19 ITEI	19 KTEK	19 GTFG	19 HTFH
20 TDEF	20 TDEG	20 TDEH	20 TDEI	20 TDEK	20 TDFG	20 TDFH

(c) 2006 Ministerio de Cultura

TABULA GENERALIS.

57	58	59	60	61	62	63
1 DFI	1 DFK	1 DGH	1 DGI	1 DGK	1 DHI	1 DHK
2 DFTD	2 DFTD	2 DGTD	2 DGTD	2 DGTD	2 DHTD	2 DHTD
3 DFTF	3 DFTF	3 DGTG	3 DGTG	3 DGTG	3 DHTH	3 DHTH
4 DFTI	4 DFTK	4 DGTH	4 DGTI	4 DGTK	4 DHTI	4 DHTK
5 DITD	5 DKTD	5 DHTD	5 DITD	5 DKTD	5 DITD	5 DKTD
6 DITF	6 DKTF	6 DHTG	6 DITG	6 DKTG	6 DITH	6 DKTH
7 DITI	7 DKTK	7 DHTH	7 DITI	7 DKTK	7 DITI	7 DKTK
8 DTDF	8 DTDF	8 DTDG	8 DTDG	8 DTDG	8 DTDH	8 DTDH
9 DTDI	9 DTDK	9 DTDH	9 DTDI	9 DTDK	9 DTDI	9 DTDK
10 DTFI	10 DTFK	10 DTGH	10 DTGI	10 DTGK	10 DTHI	10 DTHK
11 FITD	11 FKTD	11 GHTD	11 GITD	11 GKTD	11 HITD	11 HKTD
12 FITF	12 FKTF	12 GHTG	12 GITG	12 GKTG	12 HITH	12 HKTH
13 FITI	13 FKTK	13 GHTH	13 GITI	13 GKTK	13 HITI	13 HKTK
14 FTDF	14 FTDF	14 GTDG	14 GTDG	14 GTDG	14 HTDH	14 HTDH
15 FTDI	15 FTDK	15 GTDH	15 GTDI	15 GTDK	15 HTDI	15 HTDK
16 FTFI	16 FTFK	16 GTGH	16 GTGI	16 GTGK	16 HTHI	16 HTHK
17 ITDF	17 KTDF	17 HTDG	17 ITDG	17 KTDG	17 ITDH	17 KTDH
18 ITDI	18 KTDK	18 HTDH	18 ITDI	18 KTDK	18 ITDI	18 KTDK
19 ITFI	19 KTFK	19 HTGH	19 ITGI	19 KTGK	19 ITHI	19 KTHK
20 TDFI	20 TDFK	20 TDGH	20 TDGI	20 TDGK	20 TDHI	20 TDHK

71	72	73	74	75	76	77
1 EGK	1 EHI	1 EHK	1 EIK	1 FGH	1 FGI	1 FGK
2 EGTE	2 EHTE	2 EHTE	2 EITE	2 FGTF	2 FGTF	2 FGTF
3 EGTG	3 EHTH	3 EHTH	3 EITI	3 FGTG	3 FGTG	3 FGTG
4 EGTK	4 EHTI	4 EHTK	4 EITK	4 FGTH	4 FGTI	4 FGTK
5 EKTE	5 EITE	5 EKTE	5 EKTE	5 FHTF	5 FITF	5 FKTF
6 EKTG	6 EITH	6 EKTH	6 EKTI	6 FHTG	6 FITG	6 FKTG
7 EKTK	7 EITI	7 EKTK	7 EKTK	7 FHTH	7 FITI	7 FKTK
8 ETEG	8 ETEH	8 ETEH	8 ETEI	8 FTFG	8 FTFG	8 FTFG
9 ETEK	9 ETEI	9 ETEK	9 ETEK	9 FTFH	9 FTFI	9 FTFK
10 ETGK	10 ETHI	10 ETHK	10 ETIK	10 FTGH	10 FTGI	10 FTGK
11 GKTE	11 HITE	11 HKTE	11 IKTE	11 GHTF	11 GITF	11 GKTF
12 GKTG	12 HITH	12 HKTH	12 IKTI	12 GHTG	12 GITG	12 GKTG
13 GKTK	13 HITI	13 HKTK	13 IKTK	13 GHTH	13 GITI	13 GKTK
14 GTEG	14 HTEH	14 HTEH	14 ITEI	14 GTFG	14 GTFG	14 GTFG
15 GTEK	15 HTEI	15 HTEK	15 ITEK	15 GTFH	15 GTFI	15 GTFK
16 GTGK	16 HTHI	16 HTHK	16 ITIK	16 GTGH	16 GTGI	16 GTGK
17 KTEG	17 ITEH	17 KTEH	17 KTEI	17 HTFG	17 ITFG	17 KTFG
18 KTEK	18 ITEI	18 KTEK	18 KTEK	18 HTFH	18 ITFI	18 KTFK
19 KTGK	19 ITHI	19 KTHK	19 KTIK	19 HTGH	19 ITGI	19 KTGK
20 TEGK	20 TEHI	20 TEHK	20 TEIK	20 TFGH	20 TFGI	20 TFGK

(c) 2006 Ministerio de Cultura

TABULA GENERALIS.

64	65	66	67	68	69	70
1 DIK	1 EFG	1 EFH	1 EFI	1 EFK	1 EGH	1 EGI
2 DITD	2 EFTE	2 EFTE	2 EFTE	2 EFTE	2 EGTE	2 EGTE
3 DITI	3 EFTF	3 EFTF	3 EFTF	3 EFTF	3 EGTG	3 EGTG
4 DITK	4 EFTG	4 EFTH	4 EFTI	4 EFTK	4 EGTH	4 EGTI
5 DKTD	5 EGTE	5 EHTE	5 EITE	5 EKTE	5 EHTE	5 EITE
6 DKTI	6 EGTF	6 EHTF	6 EITF	6 EKTF	6 EHTG	6 EITG
7 DKTK	7 EGTG	7 EHTH	7 EITI	7 EKTK	7 EHTH	7 EITI
8 DTDI	8 ETEF	8 ETEF	8 ETEF	8 ETEF	8 ETEG	8 ETEG
9 DTDK	9 ETEG	9 ETEH	9 ETEI	9 ETEK	9 ETEH	9 ETEI
10 DTIK	10 ETFG	10 ETFH	10 ETFI	10 ETFK	10 ETGH	10 ETGI
11 IKTD	11 FGTE	11 FHTE	11 FITE	11 FKTE	11 GHTE	11 GITE
12 IKTI	12 FGTF	12 FHTF	12 FITF	12 FKTF	12 GHTG	12 GITG
13 IKTK	13 FGTG	13 FHTH	13 FITI	13 FKTK	13 GHTH	13 GITI
14 ITDI	14 FTEF	14 FTEF	14 FTEF	14 FTEF	14 GTEG	14 GTEG
15 ITDK	15 FTEG	15 FTEH	15 FTEI	15 FTEK	15 GTEH	15 GTEI
16 ITIK	16 FTFG	16 FTFH	16 FTFI	16 FTFK	16 GTGH	16 GTGI
17 KTDI	17 GTEF	17 HTEF	17 ITEF	17 KTEF	17 HTEG	17 ITEG
18 KTDK	18 GTEG	18 HTEH	18 ITEI	18 KTEK	18 HTEH	18 ITEI
19 KTIK	19 GTFG	19 HTFH	19 ITFI	19 KTFK	19 HTGH	19 ITGI
20 TDIK	20 TEFG	20 TEFH	20 TEFI	20 TEFK	20 TEGH	20 TEGI

78	79	80	81	82	83	84
1 FHI	1 FHK	1 FIK	1 GHI	1 GHK	1 GIK	1 HIK
2 FHTF	2 FHTF	2 FITF	2 GHTG	2 GHTG	2 GITG	2 HITH
3 FHTH	3 FHTH	3 FITI	3 GHTH	3 GHTH	3 GITI	3 HITI
4 FHTI	4 FHTK	4 FITK	4 GHTI	4 GHTK	4 GITK	4 HITK
5 FITF	5 FKTF	5 FKTF	5 GITG	5 GKTG	5 GKTG	5 HKTH
6 FITH	6 FKTH	6 FKTI	6 GITH	6 GKTH	6 GKTI	6 HKTI
7 FITI	7 FKTK	7 FKTK	7 GITI	7 GKTK	7 GKTK	7 HKTK
8 FTFH	8 FTFH	8 FTFI	8 GTGH	8 GTGH	8 GTGI	8 HTHI
9 FTFI	9 FTFK	9 FTFK	9 GTGI	9 GTGK	9 GTGK	9 HTHK
10 FTHI	10 FTHK	10 FTIK	10 GTHI	10 GTHK	10 GTIK	10 HTIK
11 HITF	11 HKTF	11 IKTF	11 HITG	11 HKTG	11 IKTG	11 IKTH
12 HITH	12 HKTH	12 IKTI	12 HITH	12 HKTH	12 IKTI	12 IKTI
13 HITI	13 HKTK	13 IKTK	13 HITI	13 HKTK	13 IKTK	13 IKTK
14 HTFH	14 HTFH	14 ITFI	14 HTGH	14 HTGH	14 ITGI	14 ITHI
15 HTFI	15 HTFK	15 ITFK	15 HTGI	15 HTGK	15 ITGK	15 ITHK
16 HTHI	16 HTHK	16 ITIK	16 HTHI	16 HTHK	16 ITIK	16 ITIK
17 ITFH	17 KTFH	17 KTFI	17 ITGH	17 KTGH	17 KTGI	17 KTHI
18 ITFI	18 KTFK	18 KTFK	18 ITGI	18 KTGK	18 KTGK	18 KTHK
19 ITHI	19 KTHK	19 KTIK	19 ITHI	19 KTHK	19 KTIK	19 KTIK
20 TFHI	20 TFHK	20 TFIK	20 TGHI	20 TGHK	20 TGIK	20 THIK

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ILLUMINATI DOCTORIS
RAYMUNDI LULLI
Tabula Generalis.

Deus bone, in virtute tuæ magnæ bonitatis incipit Tabula Generalis ad omnes ſcientias applicabilis.

PROLOGUS.

RAtio, quare iſta Tabula ponitur Generalis, in hoc conſiſtit, videlicet, quia de generalibus principiis, regulis & quæſtionibus compilatur. Et intentio, quare iſtam tabulam compilamus, hæc eſt, videlicet, ut in ipſa breviter demonſtremus modum *artis inventivæ & artis amativæ* & etiam modum, per quem fieri poterit *ars memorativa*, quæ multùm, ut ſciatur, eſt neceſſaria, item ut in brevi tempore haberi poſſit cognitio neceſſariarum ſcientiarum in hoc mundo, & intellectus in eos gradus aſcendere, in quibus naturæ ſecreta attingit artificialiter ſecundùm terminos naturales. Principia autem hujus tabulæ ſunt 18. videlicet: *Bonitas, Magnitudo, Æternitas*, ſive *Duratio, Poteſtas, Sapientia, Voluntas, Virtus, Veritas, Gloria, Differentia, Concordantia, Contrarietas, Principium, Medium, Finis, Majoritas, Æqualitas, Minoritas.* Multa ſunt & alia generalia principia, ſicut juſtitia, perfectio & hujuſmodi plura, ſed omnia ad 18. principia ſupradicta poſſunt reduci, & modus eorum haberi ſecundùm practicam prædictorum 18. principiorum, ut ſi dicatur juſtitia eſt bona magna &c. Idem ſuo modo ſequitur de cæteris principiis generalibus explicitè non contentis in hac arte. Ad quæ ſiquidem 18. principia fieri poteſt & haberi omnium rerum reductio, ût quando dicitur, Deus eſt bonus magnus & æternus, & Angelus eſt bonus magnus & durabilis, & ſic de reliquis hujuſmodi rebus.

Eſt adhuc ſcientia iſta generalis, eò quia de decem generalibus regulis & quæſtionibus conſtat, ad quas quidem regulas & quæſtiones eſt reducibile, quicquid eſt. Quæ quidem regulæ & quæſtiones ſub iſtis vocabulis ſignificantur, quæ ſunt *Poſſibilitas, Quidditas, Materialitas, Formalitas, Quantitas, Qualitas, Temporalitas, Localitas, Modalitas, Inſtrumentalitas.* Prima igitur regula & prima quæſtio per primum vocabulum ſignificantur, & ſecunda per ſecundum, & ſic de cæteris regulis & quæſtionibus hujus tabulæ. Ponitur autem in hac tabula alphabetum, quod artiſta cordetenus ſcire debet de generalibus principiis, regulis & quæſtionibus conſtitutum. Unde B. ſignificat bonitatem, differentiam, primam regulam & primam quæſtionem. C. magnitudinem, concordantiam, 2. regulam & 2. quæſtionem. D. æternitatem ſive durationem, contrarietatem, 3. regulam & 3. quæſtionem. E. poteſtatem, principium, 4. regulam & 4. quæſtionem. F. ſapientiam, medium, 5. regulam & 5. quæſtionem. G. voluntatem, finem, 6. regulam & 6. quæſtionem. H. virtutem, majoritatem, 7. regulam & 7. quæſtionem. I. ſignificat veritatem, æqualitatem, 8. regulam & 8. quæſtionem. K. ſignificat gloriam, minoritatem, 9. regulam & 9. quæſtionem & etiam 10. regulam & 10. quæſtionem.

(c) 2006 Ministério de Cultura

ALPHABETUM TABULÆ GENERALIS.

B	Bonitatem	Differentiam	Utrum	Deum	1. Modum
C	Magnitudinem	Concordantiam	Quid	Angelum	2. Modum
D	Durationem	Contrarietatem	De quo	Firmamentum	3. Modum
E	Poteſtatem	Principium	Quare	Animam	4. Modum
F	Sapientiam	Medium	Quantum	Imaginationem	5. Modum
G	Voluntatem	Finem	Quale	Senſitivam	6. Modum
H	Virtutem	Majoritatem	Quando	Vegetativam	7. Modum
I	Veritatem	Æqualitatem	Ubi	Elementativam	8. Modum
K	Gloriam	Minoritatem	Quocunque	Artificium	9. Modum

Cauſa, quare hæc ſcientia inventa eſt, principaliter in hoc conſiſtit, videlicet ut Deus à ſuo populo multùm recolatur, intelligatur & ametur & errores & ſchismata, quæ in hoc mundo regnant, deſtruantur, & publica utilitas ſuper ſpecialem exaltetur. Eſt item inventa ſecundariè, ut per ipſam particularia, quæ intellectui ſunt incognita ab ipſo in ſui univerſalitate inveſtigentur & cognoſcantur, cùm ea ipſa ſcientia non de ſpecificis, ſed de rebus generalibus conſtet. Ponitur præterea hæc ſcientia generalis, quia in ipſa ſunt mixta principia generalia & etiam regulæ & quæſtiones, videlicet unumquodque principiorum in quolibet alio, ut in ipſorum mixtione ſpecialia, quæ inveſtigantur, appareant, affirmando vel negando, ita quòd per ejuſmodi generalem mixtionem fiat cum concordantia ſolutio quæſtionis, & hoc affirmativè vel negativè, principiis tamen hujus ſcientiæ & eorum diffinitionibus, pariterque generalibus regulis & quæſtionibus, & earum naturis remanentibus ſemper illæſis.

De Diviſione hujus tabulæ.

DIviditur hæc Tabula in quinque diſtinctiones, 1. eſt de figuris, 2. de principiorum diffinitionibus, 3. de regulis, 4. de tabula, 5. & ultima de quæſtionibus.

DE
PRIMA DISTINCTIONE,
QUÆ EST
De Figuris:
Et primò de primâ Figurâ.

PRima diſtinctio in quatuor figuras dividitur, ſed primò de 1., quæ ſignificatur per A. & quæ circularis eſt, dicemus, & quæ de novem principiis generalibus ſupradictis eſt compoſita, ſicut in ipſa apparet. Ponitur autem circularis ad ſignificandum, quòd unumquodque ipſorum principiorum circulariter ſituatur in aliis, videlicet Bonitas in magnitudine, æternitate &c. Et magnitudo in bonitate, æternitate, & ſic de aliis. Et eſt facienda iſta mixtio circulariter cum declinatione cujuslibet principiorum, quemadmodum bonitatis cum ſuis correlativis, quæ ſunt bonificativum, bonificabile & are & magnitudinis cum ſuis magnificativo, magnificabili & are, & miſcendo bonificativum bonitatis cum magnificativo magnitudinis & bonificabile cum magnificabili & bonificare cum magnificare, & ſic ſuo modo de aliis principiis cum ſuis correlativis, ita quòd appareat, quomodo declinationes aliæ in aliis fieri poſſunt, ſubſtantiam de ipſis componendo ſive multiplicando: ſicut cùm dicitur, bonitas magnitudinem bonificat & magnitudo bonitatem magnificat, & videatur modus, quare ſubſtantia de ipſis non poterit multiplicari ſive componi cum eorum contrariis, ſicut de bonitate, quæ cum malitia magnitudinem bonificare non poſſet, nec magnitudo cum parvitate bonitatem magnificare &c. & cogno-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cognoſcatur, quæ declinationes ad invicem converti poſſunt, quæ verò non.

De ſecundâ Figurâ.

SEcunda figura triangularis eſt, quia de tribus triangulis eſt compoſita, ût in ipsâ apparet.

1. *Triangulus viridis* de *differentia concordantia* & *contrarietate* conſtitutus eſt; ſupra differentiam ſcriptum eſt, *inter ſenſuale & ſenſuale, ſenſuale & intellectuale, intellectuale & intellectuale*; ſimiliter & ſupra angulos concordantiæ & contrarietatis ad ſignificandum, quòd hæc tria principia in omnes hos terminos diffundi poſſunt.

a Differentia autem, quæ ponitur inter ſenſuale & ſenſuale, eſt ſicut inter hominem & lapidem, calorem & ſaporem. Inter ſenſuale & intellectuale, ſicut inter hominem & Angelum, lapidem & voluntatem. Inter intellectuale & intellectuale, ſicut inter Deum & Angelum, memoriam & intellectum.

b Pariformiter ſequitur ſuo modo de concordantiâ, ſicut de concordantiâ, quæ eſt inter ignem & aërem, inter corpus & animam, inter voluntatem & intellectum.

c Et ſic ſuo modo de contrarietate, ſicut ignis & aqua, quæ inter ſe ſunt contraria, anima & corpus, Angelus benignus & Angelus malignus: qui quidem tres modi generales ſunt omnibus principiis in ipſis Angulis contentis, in quibus apparent particularia ſub ſua univerſalitate quæſita. Dum tamen modi ſupradicti miſceantur per combinationem de B. C. D. terminos trianguli ipſius & eorum diffinitiones ſignificantibus.

2. *Triangulus rubeus* compoſitus eſt de *principio medio* & *fine*, ut ſit inſtrumentum ad inveſtigandum omnia, quæ exiſtunt ſub ratione principii, medii & finîs ad naturam ſpectantia.

a Supra Angulum *principii* ſcripta ſunt, *cauſa*, *quantitas* & *tempus*. Per cauſam intelligimus ſubſtantialia principia, quæ ſunt *efficiens*, *forma* & *materia* & *cauſa finalis*, ût apparet in ſcypho, in quo iſta 4. principia exprimuntur, videlicet auctor, forma & materia & finis, quia factus eſt ad bibendum. Quantitas autem & tempus principia accidentalia ſignificant, quæ ſunt novem, ſcilicet *quantitas*, *qualitas*, *relatio*, *actio*, *paſſio*, *habitus*, *ſitus*, *tempus* & *locus*, ſine quibus nulla ſubſtantia creata eſſe poſſet, quia ſine quantitate ſubſtantia non poſſet eſſe finita, nec absque tempore incepta. Idem ſuo modo ſequitur de qualitate, quoniam ſine qualitate ſubſtantia non poſſet eſſe qualificata, nec ſine actione & paſſione de forma & materia poſſet eſſe compoſita, nec ſine loco ulla pars eſſet in alia, nec ſine habitu ullum principium alteri principio ſuam ſimilitudinem dare poſſet, nec absque ſitu figura alicujus ſubſtantiæ imaginari poſſet, nec ſentiri.

b Supra Angulum *medii* ſcriptum eſt, *conjunctio*, *menſuratio* & *extremitas*, ad ſignificandum, quòd medium in iſtas tres ſpecies diffunditur. Per *conjunctionem* intelligitur medium, quod plura ad unum finem conjungit, ſicut clavus, qui conjungit duos poſtes ad unam navem, & conjunctio formæ & materiæ, quæ conjungit formam & materiam ad unam ſubſtantiam, & filius, qui Patrem ſuum & matrem conjungit ad unum amorem, & ſic de cœteris rebus ſimilibus iſtis. *Medium menſurationis* eſt ſicut centrum alicujus circuli, quod conſiſtit æqualiter per totum circulum intra, & ſubſtantia in medio ſuarum partium, & amare in medio amativi & amabilis, & duratio in medio bonitatis & magnitudinis, & Judex in medio actoris & rei, & ſic de hujuſmodi reliquis. *Medium extremitatum* eſt ſicut linea inter duo puncta. Quemadmodum & ſubſtantia per omnes ſuas extremitates, & dominium Regis per totum ſuum regnum.

c Supra Angulum *finîs* ſcripta ſunt *cauſa finalis*, *terminatio* & *privatio*. *Per cauſam finalem* intelligimus perfectiones rerum & fines, quare ſunt, quemadmodum Deum, qui eſt perfectio hominis, & hominem, qui eſt ſui corporis & animæ perfectio, & hominem, qui creatus eſt, ut Deum velut ſuum objectum principale primum recolat, intelligat & diligat, & ſicut oculos, qui propter videre exiſtunt, & ſic de aliis ſimilibus iſtis. Per *finem terminationis* intelligimus quamlibet rem, quæ terminatur in ſuis propriis terminis, ſicut bonitatem, quæ terminatur per ſuum bonificativum, bonificabile & bonificare, & ſicut juſtitiam, quæ terminatur per judicem & veritatem, & ſicut regnum, quod per alia regna terminatur. *Finis autem privationis* illarum rerum eſt quæ olim erant, & modò non ſunt, ſicut peccatum, quod eſt finis privationis virtutis, & cæcitas, quæ eſt finis privatio-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nis visûs, & mors, quæ est finis privationis scilicet hominum, qui aliquando erant & modò non sunt. Omnes autem species supradictæ, videlicet principii, medii & finîs trianguli rubei instrumenta sunt ad investigandum particularia similitudinum suarum mixtis ipsis speciebus ad invicem in mixtione de E. F. G., quæ quidem mixtio universalis est, in qua particularia sunt implicata & significata sub ratione principii, medii & finîs contenta.

3. *Triangulus croceus* componitur de *majoritate, æqualitate & minoritate.*

a Supra Angulum de *majoritate* scribitur, *inter substantiam & substantiam, inter substantiam & accidens, inter accidens & accidens.* Idem fit supra Angulos æqualitatis & minoritatis ad significandum, quòd *majoritas* est inter *substantiam & substantiam*, sicut substantia hominis, quæ in bonitate major est quàm substantia equi, & substantia hominis, quæ major est suâ quantitate, & similiter sua quantitas, quæ major est quàm ipsius color, & sic de hujusmodi reliquis.

b Est in substantia *æqualitas* substantialium partium, sicut bonitas, quæ partem habet substantialem æqualem parti substantiali magnitudinis, quoniam sicut magnitudo sub ratione suæ quidditatis est magna pars substantialis substantiæ, sic suo modo bonitas sub ratione suæ quidditatis existit pars bona substantialis substantiæ. Præterea, sicut magnitudo, cùm ipsa substantialiter sit magna, in suam partem substantialem partem substantialem bonitatis transubstantiat, ut substantialiter sit magna, eodem modo bonitas, cùm ipsa substantialiter existat bona, in suam partem substantialem partem substantialem magnitudinis transubstantiat, ut substantialiter sit bona; & idem sequitur de cœteris principiis substantialibus substantiæ. Ex quibus siquidem transubstantiationibus substantia ipsa multiplicata composita & individuata est per viam generationis. At si accidit, quòd partes ipsius inæqualiter se habeant, devenit in privationem per viam corruptionis.

Est etiam *æqualitas inter substantiam & accidens*, velut æqualitas partis substantialis & partis accidentalis in substantia, quæ sunt partes æquales in substantia secundùm proportionem, sicut æqualitas substantiæ ignîs & sui caloris, & sic de cœteris.

Est etiam *æqualitas inter accidens & accidens*, nam sicut magnitudo æqualiter est bona sub ratione bonitatis, sic bonitas æqualiter est magna sub ratione magnitudinis. Idem sequitur suo modo de actione, passione, tempore & loco, & sic de aliis similibus istis.

c *Substantiarum* autem aliæ sunt minores aliis, ût substantiæ, quæ se habent per intentionem 2., quæ minores sunt quàm illæ, quæ existunt per primam, quemadmodum substantia equi, substantia panîs, etiam substantia ignîs, quæ minores sunt in fine quàm substantia hominis.

Et *minoritas*, quæ est inter *substantiam & accidens*, est, sicut substantia hominis existentis in peccato, quæ minor est ratione peccati quàm quantitas illius, qui est in virtute sine peccato, quod è contra fit in homine existente in virtute, cujus quantitas major est quàm substantia illius, qui est in peccato, & hoc ratione virtutis.

Est etiam *minoritas* inter *accidens & accidens* velut in homine cholerico, in quo frigiditas est in minori quantitate quàm caliditas. Et sic similiter est dicendum de omnibus rebus similibus istis. In his autem tribus modis supradictis & mixtionibus eorum per H. I. K. apparent & relucent omnia particularia quæsita & investigata sub ratione majoritatis, æqualitatis & minoritatis, & in tantum, quòd humanus intellectus accipit & attingit majoritates, æqualitates & minoritates, quæ in rebus sive entibus naturalibus & artificialibus secretæ consistunt & occultæ.

Tertia Figura.

BC	CD	DE	EF	FG	GH	HI	IK
BD	CE	DF	EG	FH	GI	HK	
BE	CF	DG	EH	FI	GK		
BF	CG	DH	EI	FK			
BG	CH	DI	EK				
BH	CI	DK					
BI	CK						
BK							

HÆc figura composita est de primâ & 2. continens in se 36. cameras, ût manifestè apparet in ipsâ.

1. Camera est de B. C. 2. de B. D. & sic per ordinem de aliis. Quælibet ipsarum camerarum octo continet significata, sicut

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſicut camera B. C. , quæ bonitatem, differentiam, 1. regulam & 1. quæſtionem ſub ratione B. ſignificat , & magnitudinem, concordantiam 2. regulam & 2. quæſtionem ſub ratione C. , idem ſequitur ſuo modo de aliis cameris: unde quælibet ipſarum camerarum univerſalis eſt ad inveſtigandum & intelligendum ſua particularia, quæ ſecundùm practicam hujus ſcientiæ in ipsâ relucent & apparent.

Inveſtigatio autem ipſorum particularium in hac figurâ tribus modis fit. Primò deſcendendo de una camera ad aliam, veluti de camera B. C. ad cameram B. D. & ſic deinceps uſque ad cameram B. K.

2. Aſcendendo de una camera ad aliam, ût de camera B. K. ad cameram C. K. & de camera B. I. ad cameram C. I. & ſic per ordinem uſque ad cameram I. K. & H. I. & ſic de aliis regulando uſque ad cameram de B. C.

3. Diſcurrendo ex transverſo , ſicut de camera B. C. ad cameram C. D. & ſic de reliquis, quouſque pervenias ad cameram I. K., In hac figura inveſtigari debent particularia ſecundùm terminos quæſtionis, qui ſunt explicitè & implicitè in illa quæſtione.

Explicitè quidem, ſicut cùm quæritur, *utrùm bonitas & magnitudo in creatis ſint idem numero:* & quia fit mentio de bonitate & magnitudine, ſumenda eſt camera, in qua exiſtunt B. C. & reſpondendum, ſecundùm quòd eæ Literæ ſignificant in alphabeto earum Literarum diffinitionibus & naturis ſemper conſervatis.

Implicitè verò, ſicut quando quæritur, *utrùm Deus ſit juſtus?* & tunc fiat recurſus ad cameras, in quibus poteſt applicari juſtitia Dei ſub ratione bonitatis , magnitudinis & æternitatis & ſic de aliis, videlicet, utrùm juſtitia Dei ſit bona, magna, æterna &c.

De quartâ Figurâ.

QUarta figura tribus circulis conſtat, quilibet continet in ſe novem literas. Duo quidem ſunt mobiles, Unus autem immobilis, ût in ipsâ apparet: quod ideo fit, ut cameræ poſſint multiplicari & per multiplicationem camerarum ſolutiones quæſtionis multiplicentur. Prima camera eſt de B. C. D. B. itáque eſt primi, ſive majoris circuli, C. 2. vel mediocris circuli, D. verò 3. ſeu minoris; ſecunda eſt de C. D. E. & ſic deinceps uſque ad cameram de K. B. C. unde in prima ſituatione novem cameræ fiunt, decima camera eſt de B. C. E. Et ita per ordinem de cœteris movendo circulos & multiplicando modos, ſecundùm quos particularia quæſita in hac figura poſſunt inveſtigari. Hi quidem modi ſignificantur in tabula, quæ de hac figura eſt derivata, ût ſi formes cameram de B. C. D. deinde cameram de B. C. E. & ſic ordinatim, prout in tabula ipſa continetur, multiplicando cameras & volvendo circulos. Quælibet autem camerarum hujus figuræ 12. continet ſignificata, ſicut camera de B. C. D. , quæ continet in ſe bonitatem , differentiam, primam regulam & 1. quæſtionem ſub ratione B. , magnitudinem item & concordantiam, 2. regulam & 2. quæſtionem ſub ratione C. , æternitatem ſeu durationem, contrarietatem, 3. regulam & 3. quæſtionem ſub ratione D. Et unaquæque camera 20. modos habet reſpondendi ad quæſtionem factam, ſecundùm quòd in 4. diſtinctione ab hac quarta figura derivata eſt videre. Quælibet camerarum hujus figuræ eſt univerſalis ad inveſtigandum particularia explicitè in quæſtione quæſita , aut quæ in ipſa ſunt implicitè, & hoc ſecundùm exempla, quæ dedimus in 3. figura. Hæc figura eſt ita generalis, quòd omnes alias figuras habet & comprehendit in ſe & tota hujus ſcientiæ practica in ipſa implicata eſt. Scitâ igitur ſive intellectâ Theoricâ hujus ſcientiæ ſola iſta quarta figura eſt ſufficiens ad practicam conſequendam.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE
SECUNDA DISTINCTIONE,
QUÆ EST
De Diffinitionibus.

SEcunda diſtinctio de decem & octo diffinitionibus principiorum hujus ſcientiæ & earum explanationibus conſtat, quas cordetenus ſciri oportet. Ponuntur diffinitiones principiorum in hac ſcientia, ut artiſta per ipſas de principiis notitiam habeat in intellectu. Item ut ſecundùm diffinitiones & earum explanationes fiant judicia ad propoſitam quæſtionem & concluſiones affirmando vel negando, ita quòd ſi diffinitiones cum affirmativa in concluſione quæſtionis concordent, quòd teneatur in concluſione affirmativa, ſi verò contrarientur, quòd teneatur negativa.

De Bonitate B.

BOnitas eſt ens, ratione cujus bonum agit bonum, & ſic bonum eſt eſſe, & malum eſt non eſſe. Hoc, quod modò diximus de bonitate, eſt ſua diffinitio, ſed quod adhuc de ea dicere intendimus, erit ſuæ diffinitionis explanatio. Inveſtigamus autem cognitionem bonitatis ſubſtantialiter & accidentaliter, ut de ſua propria eſſentia habeatur notitia, per quam devenire poſſimus in cognitionem ſubſtantiæ. Et iſtum eundem proceſſum tenebimus in omnibus principiis hujus ſcientiæ. Bonitas igitur eſt principium generale, extra quam nullum bonum fieri poteſt, quòd ſi poſſet, bonitas non eſſet principium generale omnibus bonis ſpecificis: nam ex hoc ſequeretur, quòd omnes bonitates forent principia ſpecialia. Unde & multa ſequerentur inconvenientia, nam ſpecies eſſe poſſent ſine generibus in entibus naturalibus, & individua ſine ſpeciebus, & quoniam iſta inconvenientia ſunt impoſſibilia; Manifeſtum eſt, quòd bonitas eſt principium generale, ſub cujus ratione bonum agit bonum & ejus eſſe bonum eſt, & ſua privatio eſſet malum, ſi tamen facta foret ſub ratione malitiæ, nam ſub ratione bonitatis aliqua mala fiunt, videlicet malum pœnæ propter juſtitiam, quod quidem malum eſt bonum & ejus privatio eſſet malum. Bonitas item eſt principium ſubſtantiale & accidentale in ſubſtantia conſtituta & compoſita de bonitate & cæteris principiis hujus artis. Eſt quidem bonitas principium ſubſtantiale hac ratione, videlicet, ut bonum ſub ratione bonitatis ſubſtantialis agat bonum ſubſtantiale, & ut illa ſubſtantia ſit bona ſubſtantialiter.

Eſt autem bonitas principium accidentale, ut bonum agat bonum accidentale ſub ratione accidentalis bonitatis, quod quidem bonum accidentale in ſubſtantia eſt bonum & ejus privatio eſſet malum. Ratio quare bonitas ponitur in hac ſcientia, eſt, ut ſit unum de principiis ipſius. Et quia eſt principium generale, competit huic ſcientiæ generali, ut ſub ratione bonitatis fiant bonæ concluſiones & ut habeatur cognitio de bonis ſpecialibus, quæ in aliis principiis generalibus exiſtunt ſecreta, in quibus relucent & apparent miſcendo bonitatem cum aliis principiis, & è converſo ſecundùm practicam hujus artis.

De Magnitudine C.

MAgnitudo eſt ens, ratione cujus bonitas, æternitas ſive duratio & cætera principia ſunt magna, ambiens omnes extremitates eſſendi. Magnitudo eſt principium generale duobus modis ſubſtantialiter & accidentaliter, ſubſtantialiter quidem eſt principium generale, ut ſit hoc, quod eſt, quia ſi non eſſet principium ſubſtantiale, non eſſet hoc, quod eſt, nec eſſent bonitas, æternitas ſive duratio, poteſtas &c. principia ſubſtantiæ magna ſubſtantialiter, quia non haberent ſubjectum magnum, in quo forent ſuſtentata, nec ſubſtantia poſſet eſſe magna ſubſtantialiter. Eſt igitur magnitudo principium ſubſtantiale, ut ſit hoc, quod eſt, & ut poſſit ſufficere de ſe cæteris partibus ſubſtantiæ, & ut quælibet pars eſſe poſſit principium ſubſtantiale, & quòd ſubſtantia ſit ſubſtantialiter magna, ita quòd ſub ratione magnitudinis ſubſtantialis una ſubſtantia generet aliam ſubſtantiam & faciat alias operationes magnas ſubſtantiales.

Eſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Eſt autem magnitudo in ſubſtantia principium accidentale, ſicut bonitas, quæ accidentaliter fit magna ſub ratione magnitudinis, & ſicut magnitudo, quæ bona eſt accidentaliter ſub ratione bonitatis, per quam quidem magnitudinem accidentalem ſunt alia principia in aliis habituata & veſtita de magnitudine, ſub quibus habitibus ſubſtantia facit magna accidentia, bona, durabilia & cœtera. Et hoc, quod diximus de magnitudine ſub ratione ſubſtantialitatis & accidentalitatis, ſequitur de aliis ſubſtantiæ principiis. Intentio quare magnitudo poſita eſt in hac arte, eſt, ut in ipſa & cum ipſa inveſtigentur quæſitæ magnitudines ſpecificæ diffuſæ in cœteris partibus ſubſtantiæ & de generali magnitudine influxæ & in ipſa ſubjectatæ, quæ quidem cognitio habita eſt in mixtione principiorum, regularum & quæſtionum, quælibet enim iſtarum partium ſubſtantiæ in ipſa mixtione principiorum & regularum ſignificat ſuam propriam magnitudinem ſibi appropriatam ſub ratione creationis, generationis vel operationis.

De Duratione D.

DUratio eſt proprietas, ratione cujus bonitas, magnitudo, poteſtas & cœtera principia durant. Eſt igitur duratio de durativo, bili & are, quæ ſunt de ſuamet eſſentia. In durativo ſunt plantata, ſuſtentata & cuſtodita bonificativum, magnificativum &c. ut actio eorum poſſit durare. In durificabili ſunt plantata, ſuſtentata & cuſtodita bonificabile & magnificabile &c. ut eorum paſſio durare poſſit. Hoc idem ſequitur de bonificare & magnificare &c. quæ ſunt habituata & veſtita in durare, in quo durant, ſecundùm quòd univerſale durare eſt influxum de durativo univerſali in durabili univerſali. Sed quando influentia univerſalis deficit, tunc deficiunt particularia & ſubſtantia durare non poteſt & ſubjectum devenitin ſui ipſius corruptionem. Intentio, quare duratio poſita eſt in hac arte, eſt, ut cum ipſa inveſtigentur naturæ, per quas res durant. Et hanc inveſtigationem poteſt facere artiſta ſequendo diffinitionem & explanationem generalis durationis, ût dictum eſt, & per mutuam mixtionem principiorum & ſecundùm quòd unum principium durat in alio ſub ratione univerſalis durationis.

De Poteſtate E.

POteſtas eſt id, per quod bonitas, magnitudo, æternitas &c. poſſunt exiſtere & agere. Poteſtas itáque eſt id, ratione cujus bonitas poteſt eſſe hoc, quod eſt, & poteſt agere bonum id, quod agit ſub ratione bonitatis, & poteſtas eſt id, per quod poteſt eſſe bonum magnum &c. propter quod poteſtas poteſt eſſe id, per quod ſubſtantia poteſt eſſe id, quod eſt, & per quod in illa poſſunt eſſe ſuæ partes ſuſtentatæ, & ea poteſt eſſe de illis & ſub ratione illarum poteſt operari activè & paſſivè & eſſe ſubjectum multis paſſionibus. Eſt ergo poteſtas principium univerſale ſub ſua propria ratione omnibus poteſtatibus ſpecificis aliorum principiorum, in quibus imprimit ſuam ſimilitudinem diffuſam in poteſtates ſpecificas ſuſtentatas in aliis principiis paſſivè, & in generali poteſtate activè, eò quia in principiis fit multiplicatio. Unde ſequitur, quòd in ſubſtantia ſunt poteſtates activæ & appropriatæ principiis ſubſtantiæ, propter hoc, ut in illis ſint potentiæ activæ & paſſivæ, ſicut in bonitate, in qua eſt potentia activa, in quantum ſubſtantia poteſt eſſe bonificativa ſub ratione bonitatis, & ſic de bonificabilitate ſuo modo, quæ eſt potentia paſſiva in bonitate, in quantum ſubſtantia poteſt eſſe bonificabilis & bonificata, & hoc idem ſequitur in qualibet partium ſubſtantiæ. Ponitur autem poteſtas in hac ſcientia, ut in ſua generalitate cognitio habeatur de potentiis activis & paſſivis, ſeminatis & diffuſis in principia ſubſtantiæ ſub ratione poteſtatis generalis, de qua vivunt aliæ poteſtates ſpeciales plantatæ in principiis viventibus de ſuis propriis proprietatibus in ſpeciebus poteſtatum natis & productis à generali poteſtate. Siquidem per hanc cognitionem attingit humanus intellectus poſſibilitates & impoſſibilitates entium, & facit judicium affirmando vel negando in concluſione eorum entium ſive rerum ſub ratione poteſtatis quæſitarum conſervando diffinitionem & explanationem poteſtatis.

De Sapientiâ F.

SApientia eſt proprietas, ratione cujus ſapiens intelligit. In Angelo & homine eſt ſapientia pars ſubſtantiæ ſubſtantialiter & accidentaliter. Subſtantialiter quidem eſt, ut humanus intellectus ſit de eſſentiali intellectivo,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tellectivo, bili & gere, & ut bonitas ſatisfaciat ei ſubſtantialiter de ſemetipſa & magnitudo ſimiliter &c. & hoc, ut intellectus ſit bonus & magnus ſubſtantialiter. Qui quidem intellectus ſatisfaciat de ſe ipſo cœteris principiis ſubſtantiæ, quæ ſunt ſcibilia ſubſtantialiter, & ſunt principia ſcita & ſubſtantialia, quod fieri non poſſet, ſi intellectus non eſſet pars ſubſtantialis in ſubſtantia. Eſt ergo intellectus pars ſubſtantialis in ſubſtantia, quæ appellatur anima rationalis, & Angelus, in quo intellectus eſt pars ſubſtantialis, ſub ratione cujus ſapiens res intelligit. Intentio, quare ſapientia poſita eſt in hac arte, ſtat in hoc, ut cum illa veritates rerum ſcibilium attingantur, quæ ſunt intelligibiles in intelligibilitate eſſentiali intellectûs, in qua intellectus attingit intelligibilitates, quæ non ſunt de ſua eſſentia, & de illis facit accidentaliter ſuum inſtrumentum ad inveſtigandum & intelligendum ſuam propriam intelligibilitatem, & ad ſuum intelligere juvant bonitas, magnitudo &c. ſicut ipſa, quæ cum aliis principiis intelligendo juvat ad bonificandum, magnificandum alios actus principiorum bonificabiles, magnificabiles &c. & omnia iſta intellectus intelligit in principiorum mixtione, juvante quolibet principio quodlibet aliud, ut ſit intelligibile. Ponitur etiam ſapientia in hac arte, ut ſit unum de principiis illius ad habendum cognitionem de inſtinctibus entium naturalium, qui ſunt ſignificati & figurati in imagine intellectûs, nam ſicut artificialiter ars docet invenire particulares intelligibilitates, in univerſali intelligibilitate, ita docet invenire inſtinctus naturales & ſpecificos in naturis generalibus.

De Voluntate G.

VOluntas eſt id, per quod bonitas magnitudo &c. ſunt deſiderabiles ſive amabiles, & perquam ſuppoſitum bonum magnum eſt volens. Eſt igitur bonitas amabilis propter hoc, ut ſit magna, quoniam in ſua amabilitate eſt magna, & propter hoc bonitas eſt magna, quia eſt amabilis & ſua amabilitas, eſt bona & magna, & ideò voluntas eſt bona & magna, quoniam amat bona & magna, & ſunt entium amabilitates, quoniam voluntas eſt hoc, quod eſt, ſine qua nulla foret amabilitas, quoniam eorum amabilitates ſunt ratione amabilitatis eſſentialis voluntatis, in qua eſſentiale amativum accipit & attingit illas amabilitates. Voluntas iſta continet in ſe eſſentiale amativum, bile & are, ut alia entia ſint bona & magna ad amandum, quorum amabilitatem amativum attingit in ſuo amabili proprio, & in ſuî proprio amare ſubjectato accidentali amabilitati entium veſtito & habituato accidentali amare. Eſt ergo voluntas de eſſentiali amativo, amabili & amare; unde habere poteſt bonum magnum & durabile amare ad amandum.

Voluntas eſt imago humani intellectûs, qui in illa attingit appetitus naturales, eſſentiales, ſubſtantiales & accidentales, ita, ſicut ignis, inquo eſſentiale eſt & ſubſtantiale ignificativum, bile & are: ignificativum habens appetitum ſubſtantialem ſub ratione formæ, & ignificabile ſub ratione materiæ, & ignificare exiſtens conjunctio utriuſque.

In iſtis autem appetitibus ſubſtantialibus ſunt accidentales appetitus ſuſtentati, & quia de ipſo appetitu ſubſtantiali naſcuntur & derivantur, ſicut calefacere, quod naſcitur de ignificare ſub ratione caloris & ſic de cœteris rebus ſimilibus iſtis.

Intentio, quare voluntas poſita eſt in hac ſcientia, eſt, ut ſit unum de principiis illius, & ut cum ipſa habeatur cognitio rerum amabilium & deſiderabilium & appetituum naturalium, quorum haberi poterit cognitio ſecundùm diffinitionem & explanationem voluntatis & mixtionem, quam habet cum cœteris principiis: nam ſicut habetur cognitio in bonitate cum magnitudine & de eſſentiali bonificativo, ita haberi poterit cognitio cum voluntate de eſſentiali appetibili, ut voluntas magna ſit in amativitate & appetibilis in appetibilitate. Et hoc idem ſequitur de duratione & de cœteris principiis, contrarietate exceptâ, quæ non eſt principium ſubſtantiale, cum qua poteſt haberi cognitio in rebus odibilibus ſub ratione bonæ & magnæ voluntatis.

De Virtute H.

VIrtus eſt origo unionis, bonitatis, magnitudinis &c. in uno bono magno &c. Oritur autem virtus de bonitate, in magnitudine, duratione, & de magnitudine in bonitate & duratione, & de duratione in bonitate & magnitudine, & ſic de cœteris principiis ſubſtantiæ; & hoc eſt, ut quælibet partium ſit habitus virtuoſus in una,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

una, bona, magna & durabili ſubſtantia, quæ habeat rationem virtuoſam utendi operationibus ſuis ſecundùm habitus ſuos virtuoſos. Unde ratione hujus ſubſtantia habet operationem virtuoſam intra ſe & extra & ob id operationes aliorum principiorum virtuoſæ exiſtunt, ita quòd bonitas bonificat ſuum bonificatum virtuosè in ſuo bonificare, ut ſuum bonificatum ſit bonum & virtuoſum. De hâc virtute, quæ oritur de unitatibus ſimplicibus principiorum, ſtat conſtituta & individuata unitas ſubſtantiæ, quæ habet unam virtutem de omnibus principiis virtuosè benè &c. quæ quidem virtus in multa principia diffuſa eſt, cùm principia ſubſtantiæ ſint plura, oriens de una virtute ſubſtantiali, & ſe multiplicans in virtutem & in multitudinem principiorum, ut fiat multiplicatio ſubſtantiæ, quæ habeat in ſe multiplicationem operationum virtuoſarum. Virtuti autem inſunt correlativa ſive eſſentialia concreta virtuificativum bile & are. Virtus poſita eſt in hâc arte hâc intentione ſcilicet, ut cum illa inveſtigentur virtutes ſpeciales in virtute generali, quam diximus, útque cum virtute cognita unius principii inveſtigetur virtus incognita alterius principii. Et talis cognitio haberi poteſt inquirendo virtutem generalem exiſtentem intra ſubſtantiam & in plures principiorum partes diffuſam, de quibus ſubſtantia extat compoſita, & ea quidem virtus tranſmittit ſimilitudinem ſuam extrà ad principia in aliis ſubſtantiis exiſtentia, unde virtus exiſtit in lapidibus & herbis.

De Veritate I.

VEritas eſt id, quod eſt verum de bonitate, magnitudine &c. eſt igitur bonitas, magnitudo &c. & ex quo bonitas eſt, oportet, quòd ſit veritas, quoniam ſine veritate bonitas eſſe non poteſt. Eſt ergo veritas, in qua bonitas eſt ſuſtentata & conſtituta; igitur veritas eſt hoc, per quod bonitas & cœtera principia ſubſtantiæ exiſtunt, & quoniam principia ſunt plura, ſe multiplicat veritas generalis in plures veritates ſpeciales, de quibus principia ſunt habituata, quorum habitus ſunt rationes eiſdem principiis, ut ſint contra falſitatem, propter quod ſubſtantia multiplicata eſt de ſuis principiis ſub ratione veritatis, & naturaliter eſt contra falſitatem in rebus, quæ ſunt extra, exiſtentem, ut veritatem ipſarum attingat, quam quidem attinctionem quodlibet principiorum juvat cum ſua propria ratione naturali. Ob quam profectò cauſam ſubſtantiæ animatæ attingunt veritatem in objectis ſcibilibus & inſtinctus naturales in rebus vegetabilibus. Idem ſuo modo ſequitur de attinctione intellectuali & elementali. Idem ſequitur de veritate firmamenti, quod ſecundùm ſuos inſtinctus naturales attingit veritatem rerum inferiorum, qui ab illis inſtinctibus recipiunt influentiam. Veritas eſt generale inſtrumentum in hac arte, cum quo attinguntur veritates ſpeciales ſuſtentatæ in partibus ſubſtantiarum & in operationibus, quæ habent extra ſe, in illis ſuam ſimilitudinem imprimendo figuraliter, & propter hoc haberi poteſt notitia de veritate in ſcientiis, & in ſectis & ad deſtruendum errores, ſequendo practicam iſtius ſcientiæ.

De Gloria K.

GLoria eſt ipſa delectatio, in qua bonitas, magnitudo &c. quieſcunt. Eſt igitur gloria principium ſubſtantiale in ſubſtantia, ut magnitudo habere poſſit quietem in ſe & magnam gloriam in ſe ipſa & in cœteris principiis, quod eſſe non poteſt, ſi gloria non eſſet principium ſubſtantiale in ſubſtantia; quoniam ſi eſſet tantummodo principium accidentale, haberet magnitudo in ſuo contrario quietem, quod eſt parvitas gloriæ, & in parvitate gloriæ cœterorum principiorum. Unde ſequeretur, quòd malitia eſſet contra bonitatem & parvitas contra magnitudinem, & ſic de cœteris principiis, ſed cùm iſta ſint impoſſibilia, neceſſe eſt, quòd gloria ſit quies cuilibet principiorum ſecundùm eorum proprietates & naturas, & ut in ſubſtantia ſit ſubſtantialis delectatio, ad quam habeant appetitum inſtinctus naturales. Eſt ergo gloria in ſubſtantia pars ſubſtantialis ſubſtantiæ in plures partes diffuſa, ſub cujus ratione ſubſtantia ſe movet ad delectationem naturalem intra ſe ipſam, & conſervat ſuum eſſe, in quantum poteſt, & ſuam ſimilitudinem extramittit, ut operationes extrinſecæ quietem habeant & delectationem in ea ſimilitudine. Unde fit, quòd homines naturaliter delectantur in audiendo magnas bonitates & vídendo res pulchras, &c. poſſidendo magnas divitias, & ſic de hujuſmodi reliquis. Gloria eſt principium generale in hâc arte, cum qua & in qua attin-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

attinguntur delectationes speciales & placita specialia sequendo diffinitionem & explanationem gloriæ & processum istius scientiæ. Quemadmodum voluntas, quæ tunc habet appetitum completum, quando suus finis quietem habet in principiis substantiæ & in similitudinibus eorum in operationes exteriores translatis secundùm viam concordantiæ, contra contrarietatem & privationem, diffinitionem & naturas principiorum.

De Differentia B.

Differentia est id, per quod bonitas, magnitudo &c. sunt rationes inconfusæ sive claræ, & bonificans bonificabile & bonificare &c. inconfusa. Oportet autem, quòd differentia sit universale & substantiale principium in substantia, ut res esse valeant substantialiter distinctæ & differentes ad invicem, & ut differentia sub ratione magnitudinis, durationis & potestatis stare faciat sub generibus multas species & sub speciebus multa individua substantialiter, ita, quòd una species non sit alia, nec unum individuum aliud, & ut in qualibet partium substantiæ differentia essentialis & substantialis sit ratio ad essentialia substantialia uno distincto ab alio sub tatione actionis & passionis, sicut in bonitate, in qua est substantiale & essentiale bonificativum, bile & are, in magnitudine magnificativum, bile & are, & inter bonitatem & magnitudinem &c., in quibus sunt substantiativum, substantiabile & substantiare sub ratione essentiæ substantiæ & formæ & materiæ & conjunctionis ipsius, quod fieri non posset, si differentia esset principium accidentale tantùm, nam omnia, quæ sunt, essent unum idem numero substantialiter & multa forent accidentalia. Unde sequeretur privatio suæ diffinitionis, de quâ quidem privatione sequeretur contraria diffinitio & explanatio differentiæ & ea consequentia est impossibilis. Intentio, quare differentia est unum de principiis hujus scientiæ, est, ut cum illa investigemus entia distincta substantialiter & accidentaliter, & ut videamus naturas & modos, quare res sunt differentes, nam tangendo ipsas cum differentia & conservando ei suam diffinitionem & explanationem attinguntur ipsi modi & naturæ, per quos aliæ non sunt aliæ, sicut si tangitur bonitas cum differentia magna, attingitur in bonitate differentia magna in concordantia, duratione & potestate, bonificativi, abilis & are, & tangendo calorem cum differentia attingitur accidentalis actio & passio & sic de cœteris rebus similibus istis, in tantum, quòd cum differentia attinguntur principia simplicia, quoniam ipsa est lumen, in quo apparent rationes reales, apparent etiam in ea compositiones & operationes eorum, ita quòd in substantia manifestantur particularia differentia quæsita.

De Concordantia C.

Concordantia est id, per quod bonitas, magnitudo &c. in uno & in pluribus concordant, concordant autem bonitas, magnitudo & duratio in uno, in quantum concordant, ut sit una substantia ex multis partibus substantialibus & accidentalibus constituta. In ipsa quidem substantia concordant bonitas cum magnitudine, ut sit magna sub ratione magnitudinis & magnitudo bona sub ratione bonitatis, & sic de cœteris principiis, quæ omnia concordantiam habent ad invicem, exceptâ contrarietate, quæ concordantiæ contrariatur, ut sit hoc, quod est; nihilomnius tantùm accidentaliter concordat cum illis sub ratione propriæ passionis & secundariæ intentionis, & ut concordantia sit sub propria actione & primaria intentione hâc ratione, scilicet, ut in magnitudine delectationis concordantia quietem habere possit. Concordantia est principium substantiale, de quo nascuntur & vivunt concordantiæ accidentales, sed illæ, quæ patiuntur sub contrariis qualitatibus, recurrunt ad concordantiam substantialem generalem, quæ dominium habet supra contrarietatem generalem accidentalem in contrarias qualitates diffusam, unde ratione hujus *esse* sustentatum est in concordantia, & *privatio* in rebus contrariis, unde sequitur concordantia inter esse & non esse per viam generationis, & contrarietas per viam corruptionis. In ista concordantia universali, quam diximus, concordantiæ particulares quæsitæ sunt investigandæ, tangendo concordantias incognitas cum concordantiis cognitis sive notis, ita quòd concordantia universalis remaneat hoc, quod est, secundùm suam diffinitionem, & quòd principia possint intra substantiam esse concordantia & in operationibus, quas habet substantia extra se in aliis substantiis scilicet in medio earum, per

quod

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quod quidem medium tranſit concordantia de una ſubſtantia ad aliam.

De Contrarietate D.

COntrarietas eſt quorumdam mutua reſiſtentia propter diverſos fines, vel contrarietas eſt id, ratione cujus diverſi fines ſibi ad invicem contrariantur. Contrarietas eſt in diverſis finibus accidentaliter & non ſubſtantialiter, nam ſi eſſet ſubſtantialiter, eſſent alii fines contrarii aliis finibus ſubſtantialiter, ſicut bonitas, quæ eſſet contraria fini magnitudinis & magnitudo fini bonitatis ſubſtantialiter, & ſic de aliis principiis. Unde finis non poſſet eſſe quies aliquorum principiorum, nec concordantia poſſet eſſe major in bonitate, magnitudine, duratione & poteſtate quàm contrarietas, & ſubſtantia compoſita eſſe non poſſet de ſuis partibus : eſt ergo contrarietas principium accidentale tantummodo; quæ quidem contrarietas eſt principium univerſale diffuſum in principiis ſubſtantiæ, in quibus ſunt fines contrarii, quia non poſſunt remanere in illa ſubſtantia progreſſa de corruptione per viam generationis, quæ quidem ſubſtantia inclinationem habet ad corruptionem, quæ cum contrarietate concordantiam habet intra ſubſtantiam contra finem concordantiæ. Ex hac univerſali contrarietate ſunt contrarietates particulares, quæ in ſubſtantia conſiſtunt, veluti caliditas & frigiditas, ſiccitas & humiditas, ponderoſitas & levitas, & ſic de cœteris rebus ſimilibus iſtis, quæ inclinationem habent ad fines contrarios. In hac quidem contrarietate univerſali, quam diximus, apparent contrarietates particulares quæſitæ tangendo ſive tentando unam cum alia & cum concordantiis particularibus, conſervando diffinitionem contrarietatis & concordantiæ. Hæc autem contrarietas univerſalis, quæ eſt in ſubſtantia, transmittit ſuam ſimilitudinem in alias ſubſtantias ex pluribus particularibus contrarieratibus multiplicatas, quæ quidem ſimilitudo tranſit per ſpatium, quod mediat inter unam ſubſtantiam & aliam, & propterea ſunt contrarietates extra ſubſtantiam, ſicut bonum & malum, virtutes & vitia, & alii homines contra alios, & ſic de cœteris, in quibus contrarietas eſt ſuſtentata, ſcilicet in herbis, verbis & Lapidibus, veritate & falſitate, actione & paſſione, & reliqua hujuſmodi.

De Principio E.

PRincipium eſt id, quod ſe habet ad omnia ratione alicujus prioritatis. Deus autem eſt principium omnium creaturarum, ſed nos intendimus loqui de principiis creatis naturalibus. Principium igitur eſt ante omnes partes ſubſtantiæ, in quo ipſæ partes ſunt inceptæ, & ideo principia ſubſtantiæ ſunt ſub ratione generalis principii, quod illas partes induit ſimilitudine ſuâ, ita ſicut partes ſimilitudinibus ſuis ipſum principium induunt. Sicut bonitas, ſub cujus ratione principium eſt bonum, & magnitudo, ſub ratione cujus principium eſt magnum & ſic de aliis. Unde ratione hujus principii, ita in ſubſtantia ſunt multæ bonitates ſub ratione bonitatis generalis & ſic de magnitudine &c. ſicut multa principia ſub ratione generalis principii ſubſtantialis, quod eſt principinm in partibus ſubſtantiæ, quæ in ipſo ſunt principiatæ. Quædam autem principia ſunt magis generalia quàm alia, ſicut principia formæ & materiæ generalis, ſub quibus principiis ſunt principia firmamenti & quatuor ſubſtantiarum mundi, ſcilicet quatuor elementa, & ſub iſtis quatuor ſtant principia individuata, elementata ſuſtentata in ſubſtantiis, quæ ſubſtant principiis ſpecialibus, quæ quidem ſpecialia ſtant ſub generalibus, ut diximus. Alii quidem modi ſunt principiorum, quæ ſuſtentantur in rebus exiſtentibus extra ſubſtantias, quæ ſunt artificiata, ſub quorum ratione ſunt principatæ artes liberales, mechanicæ &c. quæ poſſunt ſciri ſub forma (quam diximus) principii. In univerſali principio apparent principia particularia ipſo in partes ſubſtantiæ diffuſo, quemadmodum diffuſum & extenſum principium in bonitate facit bonitatem ſtare principium ſimplex generale in tantum, quòd ſupra bonitatem non eſt alia eſſentia, quæ bona ſit extra rationem bonitatis. Et in illa quidem generali bonitate facit principium ſtare ſe ipſum ſuſtentatum in bonificativo, bili & are, quæ ſunt principia bonitatis & generalis principii, quod in bonitate ponit ſuam ſimilitudinem, & hoc idem ſequitur de magnitudine & de aliis partibus ſubſtantiæ: propter quod vult auctor hujus artis miſcendo omnia principia ad invicem, quòd fiat judicium de principiis quæſitis, ſequendo proceſſum, quem dixmus de principio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

De Medio F.

MEdium est ipsum subjectum, per quod finis influit principio & principium refluit fini, quod scilicet subjectum naturam sapit utriusque; medium est subjectum fini, in quantum finis influit principio suam similitudinem, & est subjectum principio, in quantum principium refluit fini illam similitudinem, de qua finis ipsum induit. Item principium refluit suam similitudinem fini, ut finis sit principium indutum similitudine generalis principii. Unde ratione influentiæ & refluentiæ amborum est constituta substantia de ambobus existens in medio, & est medium naturale, in quo omnes suæ partes sunt sustentatæ, conjunctum de ipsis, & omnes partes sunt conjunctæ in ipso, & substantia est per omnes illas, & omnes partes per totam substantiam; & propterea natura non potest sustinere aliquid vacuum, sed oportet, quòd omnia loca sint plena rebus naturalibus, ut inter principium & finem non existant res vacuæ; nam si vacuæ existere possent, non esset medium inter ambos, sicut in bonitate, in qua bonificare est medium inter bonificativum & bonificabile & in voluntate velle inter volitivum & volibile. Et hoc idem sequitur de medio, quod est inter bonitatem & magnitudinem, sicut duratio, quæ eas conjungit in durare & potestas in possificare, & sapientia, quæ eas conjungit in intelligere, & sic instinctus naturalis, qui ducit res naturales existentes bonas & magnas ad finem, & sic de cæteris mediis substantiæ, quæ existunt in ipsa. Item idem dicendum est de mediis, quæ stant inter alias substantias & alias. In hoc autem medio universali possunt attingi media particularia quæsita conservando id, quod de universali medio diximus in conclusione, & hoc affirmando vel negando, nam ea, quæ prædiximus de illo, sunt per se nota & manifesta humano intellectui, qui sub ratione principiorum accipit vera objecta, quando voluntas ipsa diligit sub rationibus, per quas objecta sunt diligibilia vel odibilia.

De Fine G.

FInis est id, in quo principium quiescit, siquidem principia quiescunt in ipso fine, propter quem sunt; & iste finis est Deus, gratiâ cujus omnia sunt. Sub isto autem fine sunt alii fines, in quibus principia substantiæ quiescunt, quando attingunt hoc, quare sunt, sicut bonitas, magnitudo &c. quæ quietem habent, quando constituunt substantiam, & eam componunt de se ipsis, & ipsa agit sub ratione ipsarum remanente qualibet parte simplici sub sua propria ratione. Idem sequitur de fine existente in qualibet partium, sicut in bonitate, in qua bonificare est finis bonificativi & bonificabilis, & in voluntate amare, quod est finis amativi & amabilis, & in visu corporali videre, quod est finis visitivi & visibilis, & sic de cœteris rebus naturalibus similibus istis. Hoc idem sequitur de finibus artificialibus accidentalibus, quæ sunt secundarii, qui in finibus primariis naturalibus quiescunt, sicut principia ferri, quæ quietem habent in suo fine, qui est sub fine hominis, quoniam si homo non esset, principia illa finem non haberent, in quo quiescerent. Hoc idem sequitur de majoritate in fine ferri & auri, quoniam in fine ferri majorem quietem habent quàm in fine auri, quia homo plus indiget ferro quàm auro. Similiter sequitur de principiis calamitæ, sive magnetis & ferri, quæ majorem quietem habent in fine nautarum quàm in se ipsis, & sic de principiis hominis, quæ habent majorem quietem in Deo quàm in fine, cum quo sunt conjuncta in substantia, & sic de cœteris rebus similibus istis. Est finis naturalis substantialis, ut principia substantialiter quietem habere possint, sicut homo, qui est finis substantialis animæ & sui corporis, & substantia, quæ est finis substantialis formæ & materiæ. Sunt alii fines, qui sunt accidentales, veluti meritum, quod est finis virtutum lucratarum sive acquisitarum, & gratia, quæ est finis virtutum donatarum, & sic de rebus hujusmodi. In fine generali mixto cum principiis generalibus revelantur & manifestantur speciales fines quæsiti, quoniam illa mixtio est generale objectum humano intellectui, in quo apparent secreta finium incognita extra generalem mixtionem supradictam, & ob eam causam finis ponitur in hac arte, videlicet, ut sit generale principium, in quo apparent & relucent fines speciales secundùm processum istius scientiæ.

De Majoritate H.

MAjoritas est imago immensitatis magnitudinis, bonitatis, æternitatis & cœterarum Dei dignitatum; quæ quidem majoritas

(c) 2006 Ministerio de Cultura

joritas ſubſtantialis eſt & accidentalis, quæ ſunt partes ſubſtantiæ. Majoritas ſubſtantialis eſt, ut eſſe poſſit imago immenſitatis magnitudinis, cui convenit imago ſubſtantialis ſecundùm magnitudinem bonitatis, durationis, poteſtatis, ſapientiæ, voluntatis, virtutis, veritatis & gloriæ, ut in ipſa imagine ſubſtantiali poſſit ipſa immenſitas meliùs repræſentari humano intellectui, cùm ſit ratio naturalis, quòd in parte ſubſtantiali capiatur plus de ſimilitudine & ſignificatione quàm in parte accidentali.

Eſt adhuc majoritas pars ſubſtantialis, ut partes ſubſtantiæ ſint ſubſtantialiter majores quàm accidentaliter, ſicut forma & materia, quæ ſunt majores partes ſubſtantiæ quàm color & ſapor ipſius, hoc idem ſequitur in qualibet parte ſubſtantiæ, ſicut in bonitate, in qua bonificare eſt majus quàm in magnitudine, & ſic de bonificativo & bonificabili, per quam quidem majoritatem ſubſtantialem poteſt eſſe quælibet pars ſubſtantiæ major ſubſtantialiter ſecundùm ſuam propriam rationem & naturam quàm ſecundùm rationem & propriam naturam alterius partis: & hoc idem ſequitur de magnitudine, in qua eſt major bonitas ſubſtantialiter quàm accidentaliter. Quæ quidem magnitudo accidentalis eſt ſimilitudo ſua, quam dat bonitati, durationi & cœteris principiis. Hæc autem majoritas ſubſtantialis dat ſuam ſimilitudinem partibus ſubſtantialibus ſubſtantiæ, ut earum majoritates ſubſtantiales habeant generale ſubjectum, in quo poſſint ſtare & ut ſit fons, unde oriantur, cuſtodiantur & fortificentur. Porro hæc majoritas ſubſtantialis, quæ eſt intra ſubſtantiam, transmittit ſimilitudinem ſuam in partibus extrà, ut aliæ ſubſtantiæ ſint majores quàm aliæ, ſicut ſubſtantia hominis, quæ transmittit majorem ſimilitudinem extra quàm ſubſtantia equi, nam ſubſtantia hominis de pluribus & melioribus partibus conſtat: ſunt etiam in hominibus majoritates, quorum quidam ſunt majores quàm alii in quantitate vel in bonitate vel in poteſtate & ſic de cœteris rebus ſimilibus iſtis. Ponitur majoritas in hac arte, ut in ſua univerſalitate mixta cum univerſalitate cujuslibet aliorum principiorum appareant particulares majoritates quæſitæ, & ut ſub ratione majoritatis habeatur cognitio, quomodo partes ſubſtantiæ ſunt majorificatæ tranſeunte quolibet principio in quolibet alio tranſubſtantialiter, ut ſubſtantia poſſit eſſe, & ut ipſa majoritas ſe poſſit multiplicare in partibus ſubſtantiæ, ſicut majoritas, quæ ſe multiplicat in bonitate, exiſtente bonitate majore in bonificativo, bili & are quàm in uno iſtorum tantùm vel quàm in ambobus tantùm vel in ſe ipſa ſinè iſtis; idem ſequitur de ſubſtantia, in quâ forma eſt major quàm materia, & ob id deficit materia formæ, ſicut formæ ignis, cui materia lignorum ſufficere non poteſt, nec ſecunda intentio primæ. Unde omnia iſta & multa alia repræſentantur in univerſali majoritate, ſequendo proceſſum iſtius ſcientiæ.

De Æqualitate I.

ÆQualitas eſt ſubjectum, inquo finis concordantiæ, bonitatis, magnitudinis, æternitatis &c. quieſcit. Eſt ergo æqualitas ſubſtantialis, in qua ſunt ſuſtentatæ æqualitates accidentales, & in qua finis concordantiæ, bonitatis &c. quieſcit [ût dictum eſt] hâc ratione, ſcilicet ut in qualibet partium ſubſtantialium ſint æquales partes eſſentiales, ſicut in bonitate bonificativum bile & are, quæ æqualiter de ſua eſſentia exiſtunt. Hoc idem ſuo modo in ſapientia ſequitur, in qua intellectivum, bile & gere eſſentialiter ſunt æquales. Item eſt æqualitas ſubſtantialis, quam bonitas, magnitudo. &c. habet ſubſtantialiter, ut ſint partes æquales ſubſtantiæ.

Eſt etiam æqualitas accidentalis inter principia, ut quodlibet eorum habituatum & veſtitum ſit à quolibet alio viciſſim, ſicut bonitas, quæ eſt magna ſub ratione magnitudinis & magnitudo bona ſub ratione bonitatis. Et eæ quidem dùæ rationes æquales accidentales ſuſtentantur in æqualibus ſubſtantialibus rationibus. Hæc autem æqualitas in ſubſtantia exiſtens transmittit ſimilitudinem ſuam in operationibus extrà, quemadmodum homo, qui ſub ratione bonitatis magnitudinis agit aliquod opus æqualiter bonum & magnum ſubſtantialiter & accidentaliter, ſubſtantialiter quidem ſicut homo, qui æqualiter generat hominem bonum & magnum, accidentaliter verò, *ſicut medicus, qui medicinam gradat de æqualibus gradibus quantitativè & proportionaliter.*

„ Quantitativè quidem quando partes ſunt
„ in æqualibus quantitatibus ſecundùm
„ pondus & menſuras, proportionaliter ve-
„ rò ſicut gradare in decoctione primum
„ gradum frigiditatis cum ſecundo gradu
„ hu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

„ humiditatis & cum tertio ſiccitatis &
„ & cum quarto caliditatis contra quartum
„ gradum frigiditatis & tertium humiditatis
„ &.ſecundum ſiccitatis & primum calidi-
„ ditatis prædictis gradibus in patiente &
„ decoctione & ſic de aliis rebus ſimilibus
„ iſtis. In hac generali æqualitate ſupra-
dicta attingi poſſunt æqualitates ſpeciales quæſitæ & aperiuntur obſcuritates, per quas res naturales & artificiales ſecretæ exiſtunt ſub ratione æqualitatis, quæ quidem æqualitas apparet miſcendo principia æqualiter alia in aliis, ut æqualitas illorum naturalis poſſit attingi, in qua ſignificatur & apparet artificialis æqualitas.

De Minoritate K.

MInoritas eſt ens circa nihil, dictum eſt, quòd minoritas eſt ens circa nihil, quia non eſt aliquid, quod ſit ita propè nihil ſicut minoritas, nam ſi eſſe poſſet, minoritas non eſſet hoc, quod eſt, & etiam majoritas perderet ſuum eſſe: idem ſuo modo ſequeretur de æqualitate, quæ ſtat inter majoritatem & minoritatem. Item non eſſe eſſet aliquid, quæ omnia impoſſibilia ſunt & inconvenientia.

Minoritas eſt pars ſubſtantialis ſubſtantiæ, in qua ſuſtentantur minoritates aliorum principiorum, & per quam partes ſubſtantiæ ſe habent ad non eſſe, quemadmodum ſimplex bonitas, in qua eſt ita magna minoritas, quòd per ſe ipſam eſſe non poteſt, nec ſtare hoc, quod eſt, ſed oportet, quòd ſuſtentetur in aliis partibus ſubſtantiæ, & quòd ſit in illis & per illas, & quando partes illæ deficiunt bonitati, devenit bonitas ad privationem per viam corruptionis, quæ cum minoritate habet concordantiam.

Hæc autem minoritas, quæ eſt intra ſubſtantiam, transmittit extrà ſuam ſimilitudinem, ſub cujus ratione ſunt aliqua minora quàm alia, & aliqua propiùs ad non eſſe quàm alia, ût in infirmitate, in qua partes ſubſtantiæ ſunt minores quàm in ſanitate, & idem ſequitur in peccato ſuo modo, in quo magis ſunt propè ad non eſſe quàm in virtute. Quapropter homines ſub ratione minoritatis accidentaliter ſunt peccatores, & diligunt plus ea, quæ ignobilia ſunt quàm ea, quæ ſunt nobilia, & quantò plus ſunt peccatores, tantò plus multiplicant majoritatem minoritatis & majoritatem vitiorum. In hac minoritate generali prædicta attingitur veritas ſpecialium minoritatum diſcurrendo minoritatem per alia principia ſecundùm ſuam propriam proprietatem ſubſtantialem, & ſecundùm quòd eſt accidentalis, & ſecundùm proprietates & naturas aliorum principiorum, & adhuc ſecundùm hoc, quod minoritas eſt in quolibet, & ſecundùm id, per quod illa ſunt in minoritate contra majoritatem, vel ſecundùm id, propter quod ſunt ipſa principia concordantia cum minoritate. Dictum eſt de diffinitionibus principiorum & eorum explanationibus & ſignificata eſt intentio, propter quam ſunt in hac ſcientia, & quoniam principia & diffinitiones eorum convertuntur, & principia ſunt generalia omnibus ſcientiis, requirit ars, quòd ea, quæ quæruntur, inveſtigentur affirmativè vel negativè conſervando hoc, quod de principiis prædiximus, *& iſta regula eſt generalis in hac ſcientia.*

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE

TERTIA DISTINCTIONE

QUÆ EST

De Regulis.

TErtia diſtinctio eſt de regulis. *Regula autem eſt utilis ordinatio ex neceſſariis principiis procedens tanquam via compendioſa ſeu medium veniendi ad finem optatum*, vel *regula eſt breviata & utilis comprehenſio ex generalibus principiis coadunata, in qua ſpecialia, quæ deſiderari appetunt & ſciri, deſignantur.* Hæc diſtinctio diviſa eſt in decem regulas generales, ad quas omnia reduci poſſunt, quæ quidem regulæ ſunt illæ, quas præmiſimus in prologo, in quo earum alphabetum ſignificavimus.

In unaquaque autem regularum duas habemus conſiderationes, prima eſt ad demonſtrandum & ſignificandum hoc, quod eſt regula, ſecunda eſt ad ſignificandum & demonſtrandum hoc, propter quod eſt regula. Et iſtos duos modos tenere proponimus in qualibet regula, ſecundùm quòd per alphabetum apparet in tertia figura & in quarta & ſignificatur in ipſa quarta diſtinctione mixtio regularum ad invicem, quæ quidem mixtio eſt generalis, in qua apparent illa ſpecialia, quæ quæruntur in figura regularitatis, ſicut apparet in mixtione principiorum in figura principialitatis.

In his autem duabus mixtionibus generalibus, ſcilicet quæ ſunt de principialitate & regularitate ineſt tertia mixtio generalis de ambabus compoſita, quæ eſt exemplar & ſpeculum, in quo apparent illa ſpecialia, quæ quæruntur regulando principia in mixtione illa artificiali.

PRIMA REGULA,

QUÆ EST

De Poſſibilitate B.

ISta regula eſt de poſſibilitate, quam tribus modis conſideramus ſecundùm *affirmationem, dubitationem, & negationem.* Secundùm affirmationem, ut, quando inquirimus veritatem, in principio inquiſitionis unum vel aliud contrariorum ſupponatur eſſe poſſibile, quoniam per talem ſuppoſitionem oritur dubitatio, in tantum, quòd intellectus, an ſit affirmativus, an negativus, ignorat, & quia incipit dubitare & veritatem rerum ſcire eſt amabilis, & illius veritatis ſcibilitas eſt nata intelligi ſive ſciri per ipſum intellectum ſecundùm ſuam naturam, & ſecundùm motum, quem habet ad terminum quæſitum, exiſtens ſub ratione voluntatis & quàm primùm incipit dubitare, incipit philoſophari; ſed quando intellectus ipſe, antequam rerum quæſitarum veritatem attingat, eas veras ſupponit ſub ratione affirmationis, vel falſas ſub ratione negationis contra poſſibilitatem ſupradictam, tunc captivat ſe ipſum & ſtat obſtinatus non habens terminos, per quos poſſit attingere veritatem ſub rationibus neceſſariis naturalibus & artificialibus, propter quod vult auctor hujus artis, quòd cum tali intellectu ita obſtinato hæc ars non tractetur, nec cum ipſo diſputetur, vult tamen, quòd experiatur ſecundùm proceſſum hujus artis, an removeri poſſit à tali obſtinatione & obſcuratione proponendo illi aliqua alia neceſſaria pro objectis, in quibus creditur, quòd habeat placitum, & quòd poſtmodum fiat recurſus ad prima objecta. Regula iſta poſita eſt in hac arte intentione inveſtigandi id, quod quæritur ſub ratione hujus quæſtionis *Utrùm*. Ut cum quæritur, utrùm ſint Angeli? & ſic de hujusmodi rebus, & eſt ſupponendum, quòd ſint aut non ſint, ut hoc neceſſariis demonſtrationibus videri poſſit. Hâc autem tali ſuppoſitione ſic factâ oportet tangi cum tribus potentiis animæ, ſcilicet memoriâ recolendo, intellectu intelligendo & voluntate amando principia hujus artis & ſi in eo contactu ſupradictæ tres potentiæ apprehendunt fortiùs naturas principiorum per affirmationem quàm per negationem, ſumenda eſt affirmativa in concluſione, quòd ſi non, accipenda eſt negatio. *Et hæc regula generalis eſt ad omnes ſcientias.*

SECUNDA REGULA,

QUÆ EST

De Quiditate C.

HÆc regula eſt de rerum quiditate, per quam intellectus eſt regulatus ad quærendum,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rendum, quid ſunt res, videlicet quando quæritur, quid eſt Deus? quid eſt homo? vel quid eſt bonitas? & ſic de cæteris. Quod quatuor modis fit, videlicet quid eſt res in ſe, velut ſi quæratur, quid eſt Deus aut quid eſt bonitas?

Secundus modus eſt, ut ſi quæratur, quid eſt id, quod eſt eſſentialiter in Deo aut in bonitate & ſic de reliquis.

Tertius modus quærere, quid eſt id, quod eſt in alio, ſicut quærere, quid eſt bonitas in magnitudine.

Quartus modus eſt quærere, quid habet una res in alia, ût cùm quæritur, quid habet Deus in homine & homo in arca & Rex in Civitate & bonitas in magnitudine & ſic de cæteris. Intentio autem, quare iſta regula poſita eſt in hac arte, eſt, ut intellectus ſit regulatus ad inveſtigandum de quidditate entium, ſecundùm quatuor modos ſupradictos intellectu diſcurrente ſecundùm quatuor ſpecies antedictas per principia iſtius ſcientiæ & per alia principia, quæ in principiis hujus artis implicantur tali modo, quòd de ipſis & de iſta regula fiat concordantia. Item iſta regula poſita eſt in hac arte, ut intellectus ſit illuminatus ad movendum memoriam ad recolendum & voluntatem ad amandum principiorum diffinitiones & ipſas applicandum ad ea, quæ quæruntur & ad faciendum diffinitiones & quæſtiones ex ipſis.

TERTIA REGULA,
QUÆ EST
De Materialitate D.

ISta regula eſt de materialitate docens inveſtigare rerum materias, & hoc tribus modis. Primo modo dat doctrinam ad res cognoſcendas, quæ ſunt de ſe ipſis liberè ſubſtantialiter, ſicut Deus, qui eſt de ſe ipſo & non de aliquo alio, & bonitas, quæ eſt de ſe ipſa, in quantum eſt de eſſentiali ſuo bonificativo, bili & are, & hoc idem de magnitudine & de cæteris principiis ſubſtantiæ. Secundo modo materialiter, ſicut totum, quod eſt de ſuis partibus, quemadmodum ſubſtantia, quæ eſt de ſua propria forma & materia, & ejus forma, quæ eſt forma cõmunis multiplicata de formis partium; & hoc idem ſuo modo de materia, quæ multiplicatur de materiis partium. Idem eſt de parte, quæ eſt de ſuo toto & cultellus, qui eſt de ferro.

Tertio modo poſſeſſivè, ſicut quædam res, quæ ſunt aliarum, veluti mundus, qui eſt Dei, qui ipſum creavit, & miles, qui eſt Regis, & equus, qui eſt militis, & accidentia, quæ ſunt ſubſtantiæ, & ſimilitudines, quas intellectus attingit, quæ ſunt realium objectorum, & ſecundæ intentiones, quæ ſunt primarum, & ſicut martellus, qui eſt clavi, & bonitas magnitudinis, quæ eſt generalis bonitatis, & ſicut objectum remotum, quod eſt objecti propinqui, ût viſibilitas coloris, quæ eſt viſibilitas interioris eſſentialis viſûs. Et idem ſequitur de intelligibilitate & viſibilitate lapidis, quæ ſunt intelligibilitates intellectûs. Idem ſequitur de malo, quod eſt privationis boni, & calor, qui eſt ignis, & ſic de cœteris rebus ſimilibus iſtis. Cum hac regula cognoſcitur, quæ ſunt naturæ, per quas aliæ res ſunt de aliis & quædam de ſe ipſis, dans doctrinam, quomodo accipiantur termini quæſtionis, & quòd de eorum natura reſponſio fiat ad concluſionem, & quòd ſecundùm illos terminos cameræ eligantur, quæ in tabula exiſtunt, quæ terminis quæſtionis conveniunt, veluti, ſi quæratur, utrùm ſit bonum, quòd Deus ſit? & quoniam quæſtio quærit de bonitate, oportet, quòd in reſponſione eligatur bonitas, & quòd termini illi aſſocientur, qui ſibi meliùs conveniunt & concordant, ſicut magnitudo & æternitas ſcilicet ſi eſſet bonum magnum & durabile eſſe Dei, & ſic de aliis rebus ſimilibus iſtis.

QUARTA REGULA,
QUÆ EST
De Formalitate E.

HÆc regula eſt de formalitate, cum qua formæ rerum & finis inveſtigantur, quando quæritur, quare ſunt, & quare agunt hoc, quod agunt. Ad quam videlicet quæſtionem ſive petitionem duobus modis reſponderi poteſt, ſcilicet, quòd quædam res exiſtunt per ſe ipſas, & quædam per alias, primo modo, ſicut Deus, qui eſt per ſe ipſum & non per aliquid aliud, & eſt propter hoc, quòd bonitas, magnitudo & æternitas &c. ſunt idem numero in ipſo Deo, quoniam ſi non eſſent idem numero, non poſſet eſſe Deus hoc, quod eſt. Item eſt Deus propter hoc, quia intelligit & amat ſe ipſum & ſuam bonitatem, ſuam magnitudinem & cœteras ſuas dignitates tantùm, quantùm eſt ſua eſſentia & ſua poteſtas & ſua unitas; Item ſicut ſubſtantia hominis,

quæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quæ extat per ſe ipſam, in quantum eſt hoc, quod eſt, idcirco ſtat per ſe ipſam, & ſic de bonitate ſubſtantiali, quæ ſtat per ſe ipſam hoc, quod eſt, idem ſequitur de aliis entibus ſimilibus iſtis.

Secundo modo, veluti quædam entia, quæ ſunt propter alia, ſicut homo, qui eſt, ut Deum recolat, intelligat & amet, & cognoſcit & amat, ut ſequatur finis, quare eſt, ſicut bonitas, quæ eſt, ut magnitudo ſit bona, & magnitudo, quæ eſt, ut bonitas ſit magna, & ſic de aliis rebus, quæ in ſimili intentione ſe convertunt; item eſt malum, ut ſit bonum, & eſt magnum malum, ut ſit magnum bonum, tamen non convertitur, quoniam bonum non eſt, ut ſit malum. Item cultellus eſt propter ſcindere, & dentes ſunt propter comedere, & oculi propter videre, & viſibilitas rerum eſt propter intelligibilitatem, & eſt imaginatio, ut ſpecies conſervet, quas intellectus trahit à ſenſibilibus, & hujusmodi reliqua, & ſecundæ intentiones, quæ ſunt propter primas.

Per iſtam regulam habetur cognitio ad regulandum reſponſionem ſub forma quæſtionis inveſtigando formas & fines, quæ in terminis quæſtionis implicantur miſcendo quodlibet principium in alio, conſervando formarum & finium concordantiam in ejusmodi mixtione, quas quidem formas & fines ſignificavimus in hoc, quod diximus de illis in hac regula & in diffinitionibus principiorum & explanationibus eorum, veluti, ſi quæratur, quare Deus permittit, quòd ſit malum, cùm ipſe exiſtat ipſum magnum bonum; & ſtat reſponſio ad quæſtionem factam, videlicet ut per tale malum cognoſcatur magnum bonum, & ſic de aliis rebus ſimilibus iſtis.

QUINTA REGULA,
QUÆ EST
De Quantitativitate. F.

REgula iſta tractat de quantitate, ut intellectus ſit regulatus ad menſurandum terminos quæſtionis in concluſione, & hoc facit duobus modis ſcilicet in quantitate ſimplici & in quantitate compoſita. Cum ſimplici quantitate menſurantur & conſiderantur ſimplices quantitates principiorum, & cum quantitate compoſita menſurantur & conſiderantur quantitates compoſitæ de eorum mixtione cum quantitate ſimplici, ſicut quantitas bonitatis, quæ eſt ſimplex principium, habens ſimplicem quantitatem ſub ratione ſuæ ſimplicis ſubſtantialitatis eſſentiæ & naturæ. Compoſita quantitas eſt, ſicut quantitas bonitatis, quæ ſe multiplicat in ſimilitudines, quas induit ex aliis principiis ſubſtantiæ bonitate exiſtente magnâ, durabili & potente, & ſic de aliis rebus ſimilibus iſtis. Et propterea illa multiplicatio ex pluribus quantitatibus converſa eſt in compoſitione plurium quantitatum ſimplicium, quæ multiplicant unam quantitatem compoſitam aliis quantitatibus ſimplicibus exiſtentibus in aliis ipsâ quantitate exiſtente communi omnibus aliis quantitatibus ſimplicibus & toti ſubſtantiæ ſub ratione bonitatis, & hoc idem ſequitur de magnitudine & de cæteris principiis ſubſtantiæ habentibus ſimplicem & compoſitam quantitatem. Quantitas autem ſimplex & compoſita, quæ eſt intra ſubſtantiam, eſt inviſibilis, & apparet in Figura in extremitatibus ſubſtantiæ, cum quibus participat aër, qui non eſt de eſſentia illius ſubſtantiæ, ſicut cum ſubſtantia Petri vel Martini, & ſic de aliis rebus ſimilibus iſtis. Intentio, quare iſta regula poſita eſt in hac arte, eſt, ut cum illa menſurentur principiorum quantitates affirmando vel negando in reſponſione quæſtionis, veluti ſi quæratur, utrùm ſit Deus? ſuppoſito, quòd Deus ſit, ut videatur, ſi intrat plus de bonitate, magnitudine & ſic de aliis principiis in memoria recolente & intellectu intelligente, in voluntate volente, quàm ſi negetur Deum eſſe. Unde factâ iſtâ probatione vel quæſtione requirit ars, quòd concluſio fiat ſub forma majoris quantitatis multiplicata in potentiis animæ ex ſimilitudinibus principiorum exceptis ſimilitudinibus contrarietatis & minoritatis, quæ cum privatione concordantiam habent.

SEXTA REGULA,
QUÆ EST
De Qualitativitate. G.

REgula iſta eſt de qualitate, ut intellectus ſit regulatus ad inveſtigandum veritatem rerum ſecundùm ſuas qualitates, quæ quidem inveſtigatio duobus modis debet fieri, ſcilicet in qualitatibus propriis & in qualitatibus appropriatis. In qualitatibus propriis veluti calor, qui eſt propria qualitas ignis, & humiditas aëris, & frigiditas aquæ, & ſiccitas terræ, & quoniam quod-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

libet elementorum ſuam propriam habet qualitatem, eſt quodlibet elementum diſtinctum ab alio elemento ſubſtantialiter, eſſentialiter, & naturaliter; & hoc idem de ſuis partibus propriis, veluti bonitas ignîs, quæ non eſt bonitas aëris, nec bonitas aëris bonitas aquæ, & ſic de aliis. Qualitates appropriatæ ſunt, veluti quando una ſubſtantia appropriat alii ſuam propriam qualitatem, quemadmodum ignis, qui appropriat ſuum calorem aëri, ut ſit calidus, & aër appropriat aquæ ſuam humiditatem, ut ſit humida, & aqua ſuam frigiditatem terræ, ut ſit frigida, & terra ſuam ſiccitatem igni, ut ſit ſiccus. Unde ratione hujus tranſeunt quædam partes per alias ſubſtantialiter & accidentaliter, ut fiat compoſitio de omnibus illis ſubſtantiis & accidentibus, & quòd ſubſtantia ſit compoſita & multiplicata de omnibus partibus ſubſtantialiter & accidentaliter quolibet elementorum remanente ſimplici in ipſa ſubſtantia ſub ratione ſuæ propriæ qualitatis, & & compoſito ſub ratione qualitatis ſibi appropriatæ, & ideo remanet ſubſtantia ſimplex ſub ratione individuationis & unitatis numeri, velut ſubſtantia Martini, quæ tantummodo eſt una, & iſta ſimplicitas unitatis eſt ſuſtentata in ſimplicitate partium ſimplicium, quemadmodum & ſua compoſitio ſuſtentatur in partium compoſitione, quæ ſunt compoſitæ per appropriatas qualitates. Appropriat autem ignis ſuum calorem aëri calore exiſtente ſuſtentato in eo ipſo, & hoc idem fit de ſua bonitate, magnitudine, duratione &c. & ideo intrat in illo ſubſtantialiter & accidentaliter ille calor, quem ignis aëri appropriat, eſt ſecundùm comparationem ignis & aëris qualitas activa & paſſiva, activa quidem eſt, in quantum ignis eſt calefactivus, paſſiva verò eſt, in quantum aër eſt calefactibilis, quia ejus calefactibilitas ſtat ſub ratione ignificabilitatis ignîs, & calor, quem aër immittit in aquam, eſt ſecundùm comparationem aëris qualitas activa, & ſecundùm comparationem aquæ qualitas paſſiva, & hoc ratione magnæ concordantiæ, quæ eſt inter ignem & aërem, & propter magnam contrarietatem, quæ eſt inter ignem & aquam, igne appropriante ſuum calorem proprium aëri, ut aër habeat proprietatem aquam calefaciendi, & ut aqua habeat duas paſſiones ſub calore activo, & ignis non ſuſtinet, quòd calor aquæ ſit activa qualitas aquæ in calefaciendo ea, quæ in aqua calida ſunt calefacta, & ideo aqua non calefacit terram, quia eſt contra ignem & ignis contra aquam & ejus caliditas eſt qualitas paſſiva ſibi appropriata, ut aqua ſit medium, per quod terra calefit & humefit, & hoc idem, quod de igne & aqua diximus, ſequitur de aëre & de terra & de omnibus partibus ſubſtantiæ. Cum iſta regula eſt intellectus regulatus ad inveſtigandum qualitates entium naturalium ſecundùm id, quod de qualitate diximus in ſubſtantiis & earum partibus miſcendo quodlibet principium in quolibet alio & quamlibet regulam in qualibet regula, in qua mixtione quælibet partium oſtendit ſe qualem indutam de qualitate propria & de qualitate appropriata, ſecundùm quod indumentum & habitum debet fieri judicium in reſponſione facienda ad quæſtionem.

SEPTIMA REGULA,

QUÆ EST

De Temporalitate. H.

HÆc Regula eſt de temporalitate, ſignificatur per C. D. K. cujus quatuor ſunt modi, primus modus eſt, ût cùm quæritur, quid eſt tempus, ſecundus modus eſt, de quo eſt tempus, tertius quomodo exiſtit tempus in principiis & principia in illo, quartus modus eſt, cum quo tempus ſtat. Quatuor iſti modi ſignificantur per regulas quas præmiſimus. Tempus eſt una pars ſimplex ſubſtantiæ mundi, cum quo ſtat ſubſtantia cum omnibus ſuis partibus motis in tempore, ſine quo motus entium eſſe non poteſt, illo motu ſuſtentato in entibus, quæ ſe movent de uno loco ad alium vel in alio & ſub forma generationis & corruptionis in illo motu apparet figura temporis, per quam quidem figuram attingit intellectus formam temporis & ſuam quidditatem.

Secundus modus eſt ſignificatus in mixtione principiorum in hoc, quod tempus eſt de ſe ipſo & de alio, hoc eſt de principio, in quo tempus eſt creatum & principiatum, ſicut principium, quod eſt in tempore creatum & temporificatum, & ideo eſt tempus de principio & principium de tempore, ſicut bonitas de magnitudine & magnitudo de bonitate & ſic de aliis principiis.

Tertius modus eſt de ſituatione, ſcilicet

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cet quomodo ſtat tempus in principiis & principia in illo. Stat tempus ita in bonitate, ſicut bonitas in magnitudine, ſcilicet ut ſicut magnitudo eſt bona ſub ratione bonitatis, ita tempus ſtat in bonitate bonum ſub ratione bonitatis & econversò exiſtente bonitate in tempore ſub ratione illius, unde ſequitur, quòd bonitas ſtat in ſucceſſione motûs de die, de nocte, horis, momentis &c. eo motu ſuſtentato in tempore præſenti, cujus figura apparet in entibus præteritis & futuris.

Quartus modus eſt de habituatione, cum qua ſignificantur res, cum quibus ſtat tempus hoc, quod eſt, & cum quibus ſtat in partibus ſubſtantiæ, & in motu extra ſubſtantiam, ſicut tempus, quod ſtat cum ſuis partibus eſſentialibus, ſcilicet temporificativo, bili & are, & cum bonitate ſtat tempus, in quantum eſt bonum, cum magnitudine, in quantum eſt magnum, & ſic de aliis.

Iſta regula ſic conſiderata humanum intellectum regulat & ordinat, quomodo judicet de entibus ſub ratione temporis, veluti ſi quæratur, quare Deus non creavit ante mundum? vult ars, quòd reſpondeatur ſecundùm conditionem principiorum & regularum hujus ſcientiæ, ſcilicet, quòd recolantur & intelligantur ea, quæ facient ad reſponſionem factæ quæſtionis, ſecundùm quòd iſta ſcientia habetur in habitu, quoniam ſi reſponſio fieret, antequam reſpondens iſtius ſcientiæ habitu uteretur, non poſſet ſe juvare virtute habitûs hujus artis, nec ſequeretur finis principiorum, *vult ergo ars iſta, quòd priùs theorica iſtius ſcientiæ conſideretur, quàm ſit practica*, veluti in regula de D., in qua ſignificatum eſt, quòd antequam mundus eſſet, non erat aliquid aliud, niſi Deus tantùm, quia illud verbum *ante* poſitum in quæſtione prædicta non eſt aliquid ſecundùm realitatem, ſed eſt ſimilitudo, quam intellectus accipit de rebus ſub ratione temporis, quarum quædam ſunt antè quàm aliæ, quoniam, ſi hoc adverbium *ante*, quod eſt poſitum in quæſtione prædicta, eſſet aliquid reale, eſſet tempus, antequam mundus creatus fuiſſet, & illud tempus eſſet æternum, & non habuiſſet ſubjectum, in quo ſuſtentatum fuiſſet ſcilicet partes ſubſtantiæ mundi, quæ ſunt bonitas & magnitudo &c. & perderetur diffinitio principii & aliarum partium ſubſtantiæ.

OCTAVA REGULA, QUÆ EST *De Localitate I.*

HÆc regula quatuor modis traditur & poſſet tradi pluribus, ſed nos, qui brevitati ſtudemus, prædictos quatuor modos tribus literis ſignificamus, videlicet C. D. K. ad ſignificandum quatuor regulas, ut cognitio habeatur de loco, & de his, quæ quæruntur ſub ratione localitatis.

Quemadmodum regula de C., quæ ſignificat quiditatem loci, ſcilicet quòd locus eſt una pars ſubſtantiæ mundi, in quo ſunt omnes partes ſubſtantiæ, & eſt diffuſus & extenſus per omnes illas partes, & per ſuam naturam & virtutem poteſt eſſe in ſe ipſo hoc, quod eſt, & poteſt eſſe in aliis partibus ſubſtantiæ dando illis ſuam ſimilitudinem, ut poſſit eſſe in illis eſſentialiter & ipſæ in illo ſimiliter, & quòd quælibet partium poſſit eſſe in alia, & ſubſtantia mundi in ſe ipſa & in ſuis partibus, & ejus partes in illa & in ſe ipſis.

Secundus modus ſignificat, de quo eſt locus. Locus eſt de ſe ipſo & quædam loca ſunt de aliis, quemadmodum locus, qui eſt de ſe ipſo ſimpliciter & non de alio, & quoniam ipſe eſt creatus & principiatus eſt de principio, ut principium locum habeat, in quo poſſit eſſe ſuſtentatum. Hoc idem ſequitur de bonitate, qui eſt locus magnitudinis, ut magnitudo poſſit habere locum, in quo ſit bona, & ſic de aliis principiis ſubſtantiæ, in quibus quædam loca ſunt de aliis, ſicut color & viſibilitas, quæ ſunt loca videndi, & imaginatio, quæ eſt locus imaginandi. Hæc autem loca, quorum alia ſunt de aliis, ſunt particularia exiſtentia ſubtus locum univerſalem, in quo ſunt inviſibilia, eò quòd ipſe non poteſt videri, tamen apparent in ipſo & relucent, quia ſunt loca intelligibilitatis & intelligendi in imaginatione, in qua ſunt imaginabilia, quia locus univerſalis transmittit ſuam ſimilitudinem & ſimilitudines partium extra ſubſtantiam, quæ quidem ſimilitudo ſenſibilis eſt figuraliter, ſicut vinum, quod eſt in loco exiſtens in vaſe, in quo eſt, & calor piperis, qui eſt in loco ſaporis & ſubſtantiæ piperis.

Tertius modus loci eſt ſecundùm nonam regulam, in qua manifeſtatur, quomodo quædam res ſunt in aliis, regulâ iſtâ ſignificante modos entium, ſicut bonificativum, quod habet modum eſſendi in bonifica-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nificabili, ut sit bonificare in bonificabili & bonificativo, & sicut bonitas, quæ habet modum, quomodo sit in magnitudine, ut sit magna in se ipsa sub ratione magni bonificativi, bonificabilis & bonificare.

Quartus modus est de habituatione ad significandum res, cum quibus locus est hoc, quod est, & est locus cum suis partibus essentialibus, scilicet locificativo, bili & are, & est cum bonitate, ut bonitas sit locus magnitudinis, ut magnitudo sit bona, & econversò, & sic de vino, ut possit esse in ampulla contentum & ampulla habeat contentum, ut non sit locus vacuitatis, & sic de aliis rebus similibus istis, cum quibus locus stat hoc, quod est in se ipso & in ipsis, & ipsæ in se ipsis & in se ipso & cum se ipsis & cum ipso.

Per hanc regulam dirigitur & habituatur humanus intellectus ad respondendum & faciendum judicium de rebus in conclusione sub ratione loci. Unde vult Auctor hujus artis, quòd in judicio faciendo in conclusione tractetur de loco, secundùm quòd prædiximus *in locis istius scientiæ, quæ quidem loca sunt figuræ, diffinitiones, regulæ, tabula & quæstiones*, sicut cùm quæritur, ubi erat Deus, antequam mundus esset? vult ars, ut recurratur ad loca istius artis, quæ prædiximus & secundùm illa fiat responsio, sicut ad illam regulam quæ est de C., quæ significat, quòd Deus erat in se ipso, & ad diffinitionem principii mixtam cum ista regula, quæ est de loco, & cum diffinitione magnitudinis significatur, quòd Deus in loco non erat, antequam mundus esset, sed in se ipso tantummodo erat.

NONA REGULA, QUÆ EST *De Modalitate. K.*

HÆc regula dirigit intellectum ad intelligendum modos entium & dividitur in duas partes.

Prima pars est divisa in quatuor partes. Prima docet, quomodo partes substantiæ existant, sicut bonitas, quæ est una pars & magnitudo alia, & quælibet habet modum, ut sit pars sub ratione differentiæ, existente differentiâ inter bonitatem & magnitudinem indistinctis bonificativo, bili & are, quæ sunt partes essentiales bonitatis. Idem sequitur de magnitudine indistinctis magnificativo, bili & are, quæ sunt partes essentiales magnitudinis, & sic de cæteris principiis. Secunda pars ostendit modum, secundùm quem quædam partes existunt in aliis, sicut bonitas, quæ est in magnitudine & duratione, in quantum est magna & durabilis & econversò. Tertia pars ostendit & declarat modum, secundùm quem substantia existat in partibus suis & partes in ipsa, sicut bonitas, quæ existit in magnitudine, duratione & cæteris principiis substantiæ & econversò, & habet modum multiplicandi se ipsam in aliis partibus, & econversò aliæ partes multiplicandi se ipsas in bonitate, de qua quidem multiplicatione substantia multiplicatur, quæ modum habet existendi in suis partibus secundùm modum, quem partes habent in existendo in illa. Quarta pars est de modo, quem habet substantia ad suam similitudinem multiplicandam & similitudinem suarum partium in his, quæ sunt extrà, quemadmodum substantia hominis, quæ secundùm suam bonitatem habet modum faciendi bona opera & secundùm suam magnitudinem faciendi sive agendi magna opera, & secundùm quod compositus est ipse homo de potentia elementali, vegetali, sensuali, imaginali & rationali, habet modum intelligendi intelligibilia, imaginandi imaginabilia, sentiendi sensiblilia & vegetandi vegetabilia in se ipso, & generandi alium hominem, & sic suo modo de potentia elementali, ratione cujus habet modum sentiendi calorem, frigiditatem, famem, sitim & generandi alium hominem. Item habet modum utendi his, quæ sunt extrà artificialiter secundùm modos existentes intra substantiam, sicut voluntas, quæ desiderat, quòd homo sit virtuosus in modo loquendi, intelligendi, vendendi, emendi, & sic de cæteris hujusmodi.

Secunda Pars dividitur in quinque partes, in quibus ostenditur modus, qui tenendus est in hac scientia ad investigandum rerum veritatem. Primus modus existit in duabus figuris, in quibus termini petitionis debent eligi. Veluti, si quæratur: utrùm bonitas Dei sit magna; debet bonitas eligi similiter & magnitudo in responsione facienda ad quæstionem. Item quia de his, quæ quæruntur, vult etiam ars, quòd investigentur termini in quæstione implicitè contenti, ût si quæratur: utrùm bonitas Dei sit magna in duratione, vel in potestate, vel in concordantia, vel

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vel in unitate, vel in juſtitia, & ſic de rebus hujusmodi, quòd fiat judicium ſecundùm diffinitiones & regulas ſignificatas per eas literas, quæ in duabus figuris exiſtunt. Secunda pars docet, quòd recurratur ad tertiam figuram, & quòd termini exiſtentes in ipſa eligantur, qui reſponſioni conveniunt & concordant, ſicut in camera de B.C., quæ ſignificat ſecundùm quæſtionem ſupradictam, quòd inveſtigetur, utrùm bonitas Dei ſit magna, ſecundùm differentiam & concordantiam & ſecundùm primam regulam & primam quæſtionem, ſecundam regulam & ſecundam quæſtionem, idem ſuo modo ſequitur de cæteris cameris. Tertia pars, quòd recurratur ad quartam figuram, & accipiatur modus à ſignificationibus litterarum, ût ſi quæratur: utrùm bonitas Dei ſit magna? & etiam, quia in hac quæſtione implicatur æternitas, ſcilicet: utrùm bonitas Dei ſit magna in duratione? vult ars, quòd eligatur camera de B.C.D. & quòd literarum ſignificata ſumantur, ſecundùm quòd habetur modus ad inveſtigandum, utrùm bonitas Dei ſit magna in æternitate, differentia & concordantia ſine contrarietate, & utrùm ſit magna ſecundùm primam ſecundam tertiam regulam & quæſtionem. Quarta pars, quòd recurratur ad tabulam, in qua eligantur cameræ, quæ conveniunt reſponſioni propoſitæ quæſtionis; ût ſi quæratur, utrùm unitas Dei ſit magna? & quia in hac quæſtione implicantur bonitas & æternitas, facienda eſt reſponſio in camera de B. C. D. & camera de B.C.T. B. & camera de B. C.T.C. & ſic deinceps usque ad cameram de T.B.C.D. Quinta pars, quòd teneatur modus, qui tenetur in quinta diſtinctione, ût ſi quæratur, utrùm unitas Dei ſit magna? & quòd reſpondeatur ſecundùm modum generalem, qui tenetur in quæſtione, ubi quæritur: utrùm mundus ſit creatus de novo? & quòd de textu illo extrahatur reſponſio reducendo unam quæſtionem generalem ad aliam, & unam regulam generalem ad aliam, & hoc affirmando vel negando, ita quòd concluſio non ſit contra proceſſum quintæ diſtinctionis.

DECIMA REGULA,
QUÆ EST
De Inſtrumentalitate. K.

HÆc Regula oſtendit inſtrumenta, quæ in entibus naturalibus & artificialibus exiſtunt, & dividitur in duas partes.

Prima pars quatuor partes habet, prima eſt ſicut bonitas, quæ eſt cum ſua propria proprietate eſſentiali, ſcilicet cum bonificativo, bili & are. Secunda eſt ſicut bonitas, quæ exiſtit cum proprietatibus ſibi appropriatis ſcilicet cum magnitudine & duratione, poteſtate & cæteris principiis, quoniam absque iſtis non eſſe poſſet, nec ſtare in ſubſtantia, quia non haberet, in quo ſuſtentaretur. Tertia pars eſt, ſicut ſubſtantia, quæ eſt cum ſuis partibus ſubſtantialibus & accidentalibus & cum ipſis exiſtit hoc, quod eſt, & agit in ſe ipſo ſub ratione ipſarum partium. Quarta pars eſt, ſicut ſubſtantia, quæ agit extra ſe in aliis entibus cum ſimilitudinibus ſuis intrinſecis, ſicut homo, qui cum rationibus intrinſecis agit extra ſe rationes bonas extrinſecas magnas & durabiles, ut in ſimilitudinibus extrà revelentur & appareant entia ſimilata, quæ intrinſecus in ſubſtantia exiſtunt. Unde homo movet ſuos pedes cum voluntate & ſe ipſum cum ſuis pedibus de uno loco ad alium, & cum ſua manu movet pennam, & cum penna atramentum, cum quo movet & literas & cum literis ſuam memoriam ad recolendum & ſuum intellectum ad intelligendum & ſuam voluntatem ad amandum & ſuam imaginationem ad imaginandum & ſenſus ſuos ad ſentiendum & ſuam vegetativam ad vegetandum & ſuam elementativam ad elementandum. Movet adhuc ſe ipſum cum motu equi, in quo ſedet, & cum motu navis, in qua ſtat, & movet ſe ipſum cum virtutibus ad gloriam cœleſtem, & cum vitiis ad pœnam infernalem, & ſic de aliis rebus ſimilibus iſtis.

Secunda pars eſt diviſa in quinque partes, cum quibus habetur cognitio iſtius ſcientiæ. Prima pars eſt, quemadmodum cognitio, quæ habetur cum figuris reſpiciendo earum ſignificata, & miſcendo quodlibet principium iſtius ſcientiæ in quolibet alio. Secunda Pars eſt cognitio, quæ habetur de entibus quæſitis cum diffinitionibus principiorum & eorum explanationibus affirmando vel negando, affirmando ea ſcilicet, quæ cum diffinitionibus principiorum & eorum explanationibus conveniunt, & negando inconvenientiam & contrarietates ipſarum. Tertia pars eſt in mixtione regularum ad invicem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& etiam principiorum cum ipſis, cum qua mixtione ſcilicet regularum & principiorum ad invicem habeatur cognitio de his, quæ quæruntur quâlibet regulâ ſe conſervante, ſecundùm quòd de ea dictum eſt. Quarta pars conſiſtit in tabula, cum qua cognoſcuntur quæſita ſequendo proceſſum illius. Quinta pars exiſtit in decem quæſtionibus generalibus applicatis creationi mundi, cum quibus habetur notitia de rebus, quæ ſciri deſiderantur. Conſiſtit etiam hæc ſcientia in iſta diſtinctione cum ſignificatis camerarum quæſtionum.

Multùm igitur ſunt utiles iſtæ regulæ ad ſciendum, magna enim habent ſignificata, quæ unaquæque continet per ſe & etiam in mixtione alterius cum altera, nam cum ipſis modus reperitur inveniendi rerum veritatem & etiam bonitatem & magnitudinem & alia principia ipſarum ſicut per regulam de B. C. D. E. F. G. H. I. K., quia in ſua mixtione & cujuslibet per ſe apparet plus bonitatis in ſubſtantia ſubſtantialiter quàm accidentaliter, ut ſubſtantia habeat magìs nobilia & majora ædificia.

DE
QUARTA DISTINCTIONE
QUÆ EST
De Tabula.

HÆc tabula, quæ derivatur à quarta figura, dividitur in 84. partes, quarum quælibet diviſa eſt in 20. cameras, quemadmodum prima pars, quæ eſt de B. C. D. quæ in 20. partes dividitur, de quâ derivantur cæteræ cameræ ſcilicet camera de B. C. T. B. & camera de B. C. T. C. & ſic deinceps usque ad cameram de T. B. C. D. Secunda pars eſt de camera de B. C. E. & ſic deinceps usque ad cameram de H. I. K.

T. ſignificat in Tabula, quòd literæ, quæ ſequuntur ipſum T. in aliqua camera, extant de terminis ſive principiis ſecundæ figuræ hujus artis, & literæ, quæ præcedunt ipſum T., exiſtunt de principiis ſive terminis primæ figuræ. Ex qua quidem ſignificatione habetur modus ad denotandum breviter rerum rationes.

Intentio, quare hæc tabula ponitur in hac arte, ſtat in hoc, ut ſit univerſalis ad inveſtigandum & inveniendum particularia, quæ quæruntur, quia quælibet partium eſt univerſalis, in qua ſignificantur figuræ, diffinitiones, regulæ & quæſtiones, & in qualibet illarum partium poſſunt multiplicari viginti rationes ad ſolvendum unam quæſtionem ſecundùm principiorum diffinitiones, quia quælibet camera ſuam habet reſponſionem ſecundùm principiorum diffinitiones; idem fit de regulis mixtis cum principiis. Item in qualibet partium poſſunt multiplicari viginti modi propoſitarum quæſtionum ſecundùm mixtionem principiorum & regularum. In qualibet parte hujus tabulæ loca ſignificantur, in quibus inveſtigari debent reſponſiones, veluti in parte de B. C. D., ubi ſignificantur duodecim loca, ſecundùm quòd diximus in quarta figura. De qualibet camera Artiſta loqui poteſt duobus modis ſecundùm ſuarum literarum ſignificationem, ſcilicet ſermocinaliter & ſyllogiſticè: ſermocinaliter quidem, ſicut in camera de B. C. D., dicendo ſic: bonitas bonificat magnitudinem & durationem, & ſic de camera B. C. T. B., de qua dici poteſt, quòd differentia illuminat bonitatem & magnitudinem & ſic de aliis. Syllogiſticè verò ſicut in camera de B. C. D., de qua poteſt aſſumi univerſalis affirmativa & univerſalis negativa, particularis affirmativa & particularis negativa, ſicut omne bonum magnum eſt amabile in duratione, nullum malum magnum eſt amabile in duratione, quædam bonitas eſt magnitudo & æternitas, non omnes contrarietates ſunt parvæ in bonitate &c.

Dictum eſt de diſcurſu literarum in tabula exiſtentium, & artificialiter data eſt doctrina de multiplicatione ſignificatorum ipſarum literarum factâ ad invicem earum mixtione alterius in altera, quæ quidem mixtio, cùm ſit generalior omnibus aliis diſtinctionibus poſitis in hac arte, ideo hæc diſtinctio magìs generalis eſt omnibus aliis diſtinctionibus. Unde & tota ipſa ars ab ea ſortita eſt nomen.

De quin-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE

QUINTA DISTINCTIONE

QUÆ EST

De Quæstionibus,

Et primò de ipsarum Quæstionum subjectis & artificiali reductione ipsorum ad Alphabetum.

SUbjecta, in quibus omnes quæstiones comprehenduntur, novem sunt, scilicet, *Deus*, *Angeli*, *Firmamentum*, *Anima*, *Imaginatio*, *Sensualitas*, *Vegetatio*, *Elementatio & Artificium*, ex quibus fieri possunt quæstiones. Quæ quidem novem subjecta possunt poni in alphabeto istius artis, primum significandum per B., secundum per C., & sic deinceps. Et ista significatio utilis est in hac arte, quoniam respiciendo literas figurarum habetur modus & apparatio ad faciendum quæstiones & ad multiplicandum ipsas.

Idem sequitur de divisione hujus distinctionis, quæ novem modis dat doctrinam & practicam ad solvendum illas quæstiones: primò solvendo quæstiones per primam figuram, secundò per secundam, tertiò per tertiam, quartò per quartam figuram, quintò per diffinitiones, sextò per regulas, septimò per tabulam, octavò per quæstiones, nonò & ultimò per cameras quæstionum. Per quas quidem novem partes solvi possunt quæstiones & omnes istæ novem partes ponibiles sunt in alphabeto hujus artis, ut solutionum subjecta sint significata in figuris, unde B. significat primam partem & C. secundam, & sic per ordinem de reliquis, per quemlibet autem istorum novem modorum vel partium dare proponimus ad solvendum quæstiones doctrinam, quâ haberi potest modus & ars ad quæstiones peregrinas solvendas sequendo in ipsis processum hujus artis.

DE

PRIMA PARTE

Quintæ Distinctionis,

In qua ponuntur quæstiones solubiles per primam figuram.

1. QUæstio: *Utrùm bonitas, magnitudo &c. in rebus creatis convertantur?* Solutio. B. C. Bonitas magnitudo &c. in rebus creatis converti non possunt, quoniam si converterentur, sequeretur, quòd bonum creatum & magnum creatum &c. converterentur, & quòd bonum faceret adeò magnum bonum & bonum magnum sub ratione bonitatis & magnitudinis, quòd in illa operatione bonitas esse non posset subjectum malitiæ, nec magnitudo parvitati, per quam consequentiam esset impossibile malitiam & parvitatem esse in creatis & essent res infinitè bonæ, creatæ & magnæ, quod est impossibile; tenenda est ergo negativa in conclusione, ne inconvenientia prædicta sequantur.

2. Quæstio: *Quid est magnitudo æternitatis?* Solutio: C. D. Magnitudo æternitatis est æterna singularitas, sicut magnitudo solis, quæ est magna, ut sit unus sol singularis tantùm, & hoc idem de magnitudine Regis, ut sit unus Rex tantummodo in uno regno. Idem sequitur de Deo, qui est magnus, ut sit unus æternus. Est ergo magnitudo æternitatis, ut sit una æternitas tantummodo, & parvitas illius esset, si essent plures æternitates, sicut esset parvitas Dei, si essent plures Dii, & parvitas solis, si plures essent soles. Idem sequitur de cæteris rebus, quæ singulares existunt, sicut prima materia, quæ est una, & ignis simplex, qui est unus.

3. Quæstio: *Potestas æterna, de quo est?* Solutio. D. E. Æterna potestas est de æternali æternificativo, bili & are, ut ipsa potestas sit æterna in possificativo, bili & are, & ut ipsa æternitas sit possibilis in æternificativo, bili & are.

4. Quæstio: *Quare potestas est in sapientia?* Solutio. E.F. Est potestas in sapientia, ut in ipsa sapientia esse possint essentiale intellectivum, essentiale intelligibile & essentiale intelligere, quoniam absque potestate esse non possent. Est etiam potestas in sapientia, ut sapientia possit scire in potestate essentiale

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tiale poſſificativum, bile & are, & ut entia ſint intelligibilia & intellecta, & ut ſapientia poſſit eſſe.

5. Quæſtio. *Quanta eſt ſapientia in voluntate?* Solutio. F. G. Tanta eſt ſapientia in voluntate, quanta eſt voluntas in ſcire, ſi tamen ſapientia & voluntas convertantur: ſed in rebus, in quibus converti non poſſunt, eſt tanta ſapientia in voluntate, quantum voluntas ipſam vult amare & ſapientia ipſam poteſt intelligere.

6. Quæſtio. *Qualis voluntas eſt virtus?* Solutio. G.H. Voluntas Dei eſt ipſa, quæ eſt virtus, quoniam nulla eſt alia voluntas, quæ poſſit eſſe virtus, quòd ſi eſſet, non poſſet eſſe ſubjecta vitio, & privaretur in illa liberum arbitrium, per cujus privationem non poſſet meritum acquiri ad gloriam habendam.

7. Quæſtio. *Quando eſt veritas ſine virtute?* Solutio. H. I. Eſt veritas ſine virtute, quando intellectus vera intelligit & voluntas ejus motu falſitatem diligit, quemadmodum falſus Judex, qui verum judicium intelligit, & falſam ſententiam dicit, & ſicut voluntas, quæ falſitatem diligit & vera odit, in cujus amare ſtat veritas abſque virtute, & ſicut in falſo Judice, in quo ſtat veritas abſque virtute, quoniam verum eſt, quòd ille Judex eſt falſus, & verum eſt, quòd voluntas ejus amat falſitatem & odit veritatem.

8. Quæſtio. *Ubi ſunt veritas & gloria?* Solutio. I. K. Eſt veritas in gloria, & gloria in veritate, exiſtit autem veritas in gloria, ut in gloria ſint vera & eſſentialia ſcilicet veritas glorificativi, bilis & are, & econverſò eſt gloria in veritate, ut in veritate ſit glorioſum eſſentiale verificativum, bile & are, ſunt ergo gloria & veritas altera alteri inexiſtens, & ſunt in operationibus, quas habent eſſentiales in ſe ipſis, ſunt etiam in bonitate & in magnitudine & cæteris principiis ſubſtantiæ, ſecundùm quòd in diſtinctione ſecunda ſignificavimus.

9. Quæſtio. *Quomodo gloria & bonitas convertuntur?* Solutio. B. K. Gloria & bonitas convertuntur in converſione bonificativi & glorificativi, bonificabilis & glorificabilis, bonificare & glorificare: convertuntur etiam bonitas & gloria in converſione bonificativi & bonificabilis & bonificare, quæ cum gloria convertuntur in converſione glorificativi, bilis & are, quæ cum bonitate convertuntur. Conſiſtit etiam converſio gloriæ & bonitatis in bonificativo, bili & are, quæ cum bonitate convertuntur; idem de glorificativo, bili & are, quæ cum gloria convertuntur. Convertuntur etiam gloria & bonitas in converſione magnitudinis, æternitatis, poteſtatis, ſapientiæ, voluntatis, virtutis & veritatis.

10. Quæſtio. *Cum quo gloria eſt magnitudo?* Solutio. C. K. Gloria eſt magnitudo cum ſe ipſa, quia gloria eſt per ſe ipſam, & quia in ſe ipſa habet eſſentiale infinitum glorificativum, bile & are; eſt etiam gloria magnitudo cum bonitate, quia bonum eſt, quòd gloria ſit magnitudo. Eſt etiam gloria magnitudo cum æternitate, ut ſua magnitudo ſit æterna, & cum poteſtate, ut ſua poteſtas glorioſa ſit & magna, & quia poteſtas in Deo eſt gloria, ideo poteſt eſſe gloria magnitudo cum poteſtate. Eſt item gloria magnitudo cum ſapientia, ut ipſa ſapientia ſcire poſſit magnam gloriam, & ut in gloria quietem magnam habere poſſit. Eſt gloria magnitudo cum voluntate, quæ vult, quòd gloria ſit magnitudo, ut gloriam magnam poſſit amare; & cum virtute, ut cum ipſa ſua magnitudo diſtare poſſit à parvitate, vitio & pœna; & cum veritate, ut veritas in gloria quietem magnam habere poſſit.

Dictum eſt, quomodo quæſtiones per primam figuram ſolvi poſſunt diffinitionibus & regulis in earum ſolutione ad invicem commixtis; & oſtenſus eſt modus multiplicandi quæſtiones ſecundùm circulationem primæ figuræ aliis terminis poſitis in aliis.

DE

SECUNDA PARTE

Quintæ Diſtinctionis,

In qua ſolvuntur quæſtiones per ſecundam Figuram.

1. QUæſtio. *Utrùm differentia ſit major in concordantia quàm in contrarietate?* Solutio. T. B. C. D. Inter ſenſuale & ſenſuale eſt differentia major in concordantia quàm in contrarietate, veluti differentia ignîs & aëris, quæ major eſt in concordantia, quàm differentia ignîs & aquæ in contrarietate, quia differentia, quæ eſt in concordantia, eſt per primam intentionem, & concordat cum eſſe & generatione, ſed differentia, quæ eſt in contrarietate ignîs & aquæ,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quæ, eſt per ſecundam intentionem, & concordantiam habet cum privatione & corruptione. Differentia, quæ eſt inter ſenſuale & intellectuale, major eſt in concordantia ſenſualîs & intellectualîs, quàm differentia, quæ eſt in contrarietate ſenſualîs & intellectualîs, quoniam per differentiam & concordantiam ſenſualîs & intellectualîs exiſtit homo hoc, quod eſt, ſed per differentiam & contrarietatem ſenſualîs & intellectualîs devenitur in corruptionem & peccatum. Differentia, quæ eſt inter intellectuale & intellectuale, major eſt in concordantia amborum quàm in contrarietate eorum, ſicut differentia, quæ eſt major in concordantia amandi & intelligendi quàm in contrarietate intelligendi & ignorandi. Eſt ergo differentia, ſecundùm quòd diximus, major in concordantia quàm in contrarietate, & etiam, quia concordantia eſt principium ſubſtantiale & accidentale & contrarietas principium accidentale tantùm.

2. Quæſtio. *Utrùm principium ſit antequam medium & finis?* Solutio. T. E. F. G. Principium eſt ſubſtantiale & accidentale, ſecundùm quòd in explanatione ſecundæ figuræ dictum eſt, unde principium eſt antequam medium & finis ſub ſua propria ratione, & medium & finis ſunt ante principium ſub ſuis propriis rationibus, quemadmodum in ſubjecto ſcilicet in ſcypho vel alio, in quo principium induit ſuâ ſimilitudine efficientem, materiam & formam & finem in hoc, quòd illud principium facit ſtare in ſcypho quatuor principia ſubſtantialia, & facit ſtare in illo novem generalia principia accidentalia. Eſt medium antequam principium ſub ſua propria ratione in conjunctione diverſorum principiorum, ſicut conjunctio formæ & materiæ, in qua medium eſt antè quàm principium. Idem ſequitur in menſuratione entium æqualium in quantitate & proportione in extremitatibus illarum in ſpatio, quod eſt de una ad aliam. Idem ſequitur de fine, qui eſt antè in ſubſtantia quàm principium ſub ſua propria ratione; unde ſucceſſio & motus ſunt in principiis, quæ ædificant ſubſtantiam.

3. Quæſtio. *Utrùm in eſſentia angeli ſint majoritas, æqualitas & minoritas neceſſaria?* Solutio. T. H. I. K. In eſſentia angeli ſunt majoritas, æqualitas & minoritas neceſſaria, ut illa eſſentia poſſit eſſe de eſſentialibus principiis & partibus ſubſtantialibus & accidentalibus, ſicut bonitas, quæ eſt in angelo, eſt pars ſubſtantialis ſuâ propriâ ratione, & eſt pars accidentalis appropriata aliis principiis, ſicut magnitudo, quæ eſt bona accidentaliter, in quantum eſt veſtita ſimilitudine bonitatis. Eſt etiam in eſſentia angeli æqualitas eſſentialiter relativorum, veluti æqualis relatio inter intellectivum, bile & gere, bonificativum bile & are, & ſic de aliis principiis ſubſtantialibus & accidentalibus, de quibus ſubſtantia angeli eſt conſtituta.

4. Quæſtio. *Utrùm in eſſentia ignis ſimplicis ſint differentia, principium & majoritas?* Solutio. T. B. E H. In eſſentia ignîs oportet, quòd ſit differentia ſenſualîs & ſenſualîs, ut ſubſtantia ignîs eſſe poſſit de pluribus principiis, ſcilicet de bonitate, magnitudine, calore & colore, levitate & ſapore, forma & materia & conjunctione & ſic de aliis, quæ ſubſtantiæ ignîs conveniunt. Eſt in eſſentia ignîs principium diffuſum per omnes partes illius eſſentiæ, ut illæ partes ſint principia illius, ſicut bonitas, magnitudo &c. quæ ſub ratione ignîs ſunt partes eſſentiales, ex quibus ſubſtantia ignîs eſt compoſita, in illa eſſentia eſt efficiens ignis, qui facit calorem & lucem, & eſt forma caloris ſcilicet ignificativum, & eſt materia calefactibilis & ignificabilis in illa eſſentia. Idem ſequitur de fine, qui eſt de eſſentia ignis, cui inſtinctus naturales de eſſentia ignis moventur, ut ſint ſubſtantia, & quòd in illa ſubſtantia ſint operationes naturales ſub ratione principiorum, de quibus eſt conſtituta, & quòd multiplicet in aliis ſubſtantiis ſimilitudines ſuorum principiorum. Eſt finis etiam in eſſentia ignis ſub ratione determinationis, ſicut omnia calefacta, quæ calefiunt, per ignem calefiunt, & ignis in rebus elementatis, qui determinatus eſt in calore & frigore, humiditate & ſiccitate, & ignificativo & ignificabili & ignificare, & ſic de aliis terminis, qui ſubſtantiæ ignîs conveniunt. Eſt privatio finîs in eſſentia ignis in rebus elementatis, tunc quando ignis corrumpitur, & illæ res deveniunt in privationem, vel quando in ſubſtantia efficitur mutatio & alteratio caloris in frigus, lucis in tenebras & ſic de aliis rebus. Eſt etiam majoritas in eſſentia ignîs ſimplicis inter principia ſubſtantialia & accidentalia, nam bonitas, quæ eſt pars ſubſtantialis ignîs, eſt major quàm bonitas ſuæ magnitudinis, quæ eſt pars acciden-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

accidentalis, ac major est bonitas in actu bonificandi quàm magnificandi &c. Idem intelligendum est de quolibet alio principio respectu aliorum.

Dictum est, quomodo per secundam figuram habetur practica ad miscendum quædam principia in aliis, de quibus illa figura est composita, & exempla dedimus ad solvendum alias quæstiones.

DE

TERTIA PARTE

Quintæ Distinctionis,

In qua solvuntur Quæstiones per tertiam Figuram.

1. QUæstio. *Utrùm magnitudo sit bonificabilis de essentiali bonificabilitate* ? Solutio. B. C. In ista solutione oportet nos tangere terminos, quos camera de B. C. significat in tertia figura, & miscere eos terminos, qui cameræ illius figuræ sint consequentes & concordantes cum camera de B. C. quæ est antecedens ipsarum juxta quæstionem propositam secundùm diffinitionem bonitatis & magnitudinis, affirmativam tenere nos oportet, ut magnitudo satisfaciat bonitati & sibi ipsi, & bonitas sibi & magnitudini, & quòd inter bonitatem & magnitudinem sit differentia & concordantia in substantiam constituendo, & magnitudinem ex substantiali bonitate multiplicando, ut substantia sit magna ex substantiali bonitate, & quòd sit id, quod est in se ipsa & in suis partibus. Concordant autem cum affirmatione regulæ de B. & de C., quia per affirmationem majorem bonitatem in magnitudine consideramus & majorem magnitudinem in bonitate quàm per negativam. Oportet tamen fecere distinctionem inter majoritatem substantialem & majoritatem accidentalem. Unde secundùm majoritatem substantialem est verum hoc, quod diximus, tenendo affirmativam, sed secundùm majoritatem accidentalem debet teneri negativa, ut substantia sit de principiis accidentalibus, sine quibus esse non posset. Est ergo magnitudo multiplicata de bonitate accidentaliter, quæ quidem bonitas magnitudinis est accidentalis & similitudo substantialis bonitatis, per quam bonitas magnitudinis est hoc, quod est.

2. Camera item de B. D. & camera de C. D. hoc, quod diximus, significant esse verum, quia duratio bonitatis substantialis stat in magnitudine existente multiplicatâ de substantiali bonitate, ut sit substantia, & ut remaneant bonitas & magnitudo rationes reales inconfusæ concordantes & non contrariantes.

3. Idem sequitur de camera B. E. & C. E., ut in substantia possit esse bonitas principium magnum & magnitudo principium bonum, & quòd potestates sint claræ & non confusæ in differentia substantialium principiorum & accidentalium, & ut sit substantia & illa principia sint hoc, quod sunt, & sic de omnibus cameris, quæ omnes concordantiam habent cum hoc, quod de prima camera diximus.

Dictum est de modo, secundùm quem practicam significamus, quam in Figura tertia teneri oportet, & illa exemplificavimus in solutione quæstionis, quam facimus, secundùm quod exemplum solvi possunt cæteræ quæstiones tenendo modum in solutione illarum, quem tenuimus in quæstione antedicta.

DE

QUARTA PARTE

Quintæ Distinctionis,

In qua solvuntur Quæstiones per quartam Figuram.

IN hac parte datur practica solvendi quæstiones per figuram quartam recipiendo significata camerarum & ipsa miscendo ad invicem & ea ad propositum ducendi.

1. Quæstio. *Utrùm bonitas sit ita magna sicut sapientia* ? Solutio. B. C. F. Hæc camera significat quæstionis solutionem hoc modo : magnitudo sapientiæ est, quòd sapientia in se habeat essentiale intellectivum bile & gere. Idem sequitur de bonitate, videlicet, quòd habeat in se ipsa essentiale bonificativum, bile & are, & quòd eorum concordantia sit ita magna, quòd bonitas & sapientia convertantur, & quòd remaneant rationes reales inconfusæ & in distinctione intellectivi, bonificativi, intelligibilis & bonificabilis, intelligere & bonificare. Sed quia magnitudo est id, per quod bonitas est magna, & bonitas est id, per quod sapientia est bona, sequitur, quòd magnitudo sit æquale medium inter bonitatem & sapientiam.

2. Camera

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. Camera etiam quæ eſt de C. D. G. ſignificat, quòd bonitas ita eſt magna, ſicut ſapientia, quoniam magnitudo ſapientiæ quieſcere non poſſet in fine, ſi voluntas contrariaret magnitudini bonitatis & durationis & concordantiæ, quas habet ſub ratione bonitatis in ſuo eſſentiali amativo, amabili & amare, quæ amat eſſe ita magna in bonificabilitate ſicut in ſcibilitate.

3. Tertia camera, quæ eſt de D. E. H. ſignificat, quòd in ſolutione teneatur affirmativa, ut magnitudo non ſit major virtus & principium in duratione & poteſtate ſapientiæ quàm bonitatis, & quòd finis magnitudinis non ſit antè in fine ſapientiæ quàm bonitatis, quoniam ſi eſſet, magnitudo eſſet contraria bonitati de ſe ipſa, quam ſanè contrarietatem faceret extare in ſe ipſa & in ſuo contrario ſcilicet in parvitate. Eſt ergo magnitudo ita magna in bonitate ſicut in ſapientia.

4. Camera de E. F. I. ſignificat, quòd magnitudo eſt ita magna in bonitate ſicut in ſapientia, ut magnitudo ſit æqualiter in bonitate & in ſapientia, & quòd poteſtas & veritas magnitudinis ſint æqualia principia in ſapientia & in bonitate.

5. Camera de F. G. K. ſignificat & oſtendit ſolutionem ſecundùm affirmationem, ut magnitudo quietem habeat in gloria cum ſuo fine ſine minoritate, & quòd in voluntate ſit magnum amare exiſtens in medio intellectivi & bonificabilis & bonificativi & intelligibilis.

6. Significat camera de B. G. H. reſponſionem in negatione ſub ratione Dei tantummodo, quia Deus eſt intelligibilis ſub ratione angeli & animæ rationalis, ſed non eſt bonificabilis ſub ratione ipſorum. Eſt ergo magnitudo major in virtute in fine ſapientiæ quàm bonitatis, quoniam magìs eſt amabilis ſcibilitas Dei quàm bonificabilitas creaturarum. Significat ergò differentia, quòd primò eſt illa intelligibilitas creaturarum in æqualitate ſcibilitatis ratione virtutis objecti quàm in æqualitate bonificabilitatis creaturæ.

7. Significat camera de C. H. I., quòd major eſt virtus ſapientiæ, ſi magnitudo ſtat æqualiter in veritate & concordantia bonitatis & ſapientiæ, quàm eſſet, ſi magnitudo ſtaret in inæqualitate ipſarum, & fuiſſet priùs ſua virtus in ſapientia quàm in bonitate.

8. Significat camera de D. I. K. modum, cum quo fieri poteſt reſponſio ſecundùm curſum naturalem, ſcilicet quòd duratio veritatis habet quietem æqualem in gloria bonitatis & ſapientiæ, ut non ſit ejus quies in minoritate & in contrarietate, quam quidem haberet duratio veritatis cum minoritate bonitatis & majoritate ſapientiæ, ſi magnitudo major eſſet in ſapientia quàm in bonitate. Eſt ergo ita magna bonitas, ſicut ſapientia, ut non ſequantur inconvenientia antedicta.

9. In camera de B. E. K. ſignificatur, quòd affirmativa eſt abſque minoritate in concluſione quæſtionis antedictæ ſecundùm principium bonum, potens & inconfuſum, in quo declaratur modus, cum quo magnitudo ita ſatisfaciat ſecundùm ſuam diffinitionem bonitati, ſicut ſapientiæ, ut æqualiter poſſit quieſcere in gloria.

Data eſt doctrina per novem cameras antedictas ad ſolvendum quæſtiones & ad intelligendum rationes ſecundùm multiplicationem camerarum, quæ poſſunt multiplicari movendo circulos, ſicut tertium circulum G. tenere G. in rectitudine de B. C., per quem motum multiplicantur aliæ novem cameræ, quæ poſſunt applicari ad præmiſſam quæſtionem. Idem fieri poteſt ponendo H. ſub B. C., & ſic per ordinem uſque ad cameram de B. C. K., ſimiliter fieri poteſt movendo ſecundum circulum, & ponendo D. ſub B., quod eſt in ſuperiori circulo, & E. quod eſt in tertio circulo ſub D. & ſic per ordinem ſequendo modum & multiplicationem conditionum, quæ ſunt *in arte inventiva & amativa.*

DE

QUINTA PARTE

Quintæ Diſtinctionis,

In qua ponuntur Quæſtiones ſolubiles per diffinitiones Principiorum.

IN hac parte datur Doctrina ad ſolvendum quæſtiones cum diffinitionibus principiorum; ad quamlibet autem diffinitionum duas proponimus applicare quæſtiones, unam in qua ſit nominatum aliquod principiorum hujus artis, aliam, in qua ſit implicitum & primò de bonitate.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Per diffinitionem bonitatis.

Quæſtio. Solutio. B.

1. QUæſtio. *Utrùm Deus ſit* ? Solutio. B. Si Deus eſt, ſuum eſſe eſt bonum, & ſi non eſt, ſua privatio eſt mala, quæ quidem privatio eſt majus malum quàm omnia bona, quæ ſunt. Et ſi Deus eſt, ſuum eſſe eſt magis bonum quàm omne malum, quod eſt. Sequitur ergo ſi Deus eſt, quòd bonum eſt eſſe & malum eſt privatio boni eſſe; & ſi Deus non eſt, ſequitur contrarium, in tantum, quòd bonum eſſe concordat cum non eſſe, & malum eſſe eſt contra privationem mali & contra eſſe boni, & quoniam iſtud eſt impoſſibile, ſequitur de neceſſitate, quòd Deus eſt.

2. Quæſtio. *Quare bonitas eſt principium generale* ? Solutio. B. Eſt bonitas principium generale, ut bonum multa bona poſſit agere ſub ratione bonitatis, & ut ſubſtantia ſit bona ſubſtantialiter in qualibet partium, & ut bonitas ſufficere poſſit omnibus bonis, & nullum bonum ſit extra illam, ſed omnia ſuâ ſimilitudine ſint induta.

Per diffinitionem Magnitudinis. Quæſtio. Solutio. C.

1. QUæſtio. *Quid eſt Deus* ? Solutio. C. Deus eſt illa magnitudo, quæ cum ipſo convertitur, in quo bonitas, æternitas, poteſtas, ſapientia, voluntas, virtus, veritas, gloria ſunt unum idem numero, ut magnitudo ſit id, per quod ſunt magnæ dignitates Dei, & quòd de ipſis ſit magna unitas numeri.

2. Quæſtio. *De quo magnitudo ſufficit aliis partibus ſubſtantiæ, ut ſint magnæ* ? Solutio. C. In magnitudine ſunt eſſentialia, magnificativum, bile & are, quæ ſunt de eſſentia magnitudinis & magnitudo eſt de ipſis, & magnificabile eſſentiale magnitudinis eſt ita magnum in virtute & poteſtate & cæteris principiis ſubſtantiæ, quòd in illo & cum illo & ex illo & per illud ſunt omnes aliæ partes magnificabiles movente magnificativo totam eſſentiam magnitudinis & magnificabilitates partium in ſuo proprio magnificabili, ut ſuum proprium magnificare vivat de magnificabilitatibus partium, idcirco magnitudo ſufficit de ſe ipſa ad magnificandum partes ſubſtantiæ.

Per diffinitionem durationis.

Quæſtio. Solutio. D.

1. QUæſtio. *Utrùm genera & ſpecies ſint entia realia?* Solutio: D., Duratio eſt id, per quod bonitas, magnitudo, poteſtas & cætera principia ſubſtantiæ durant. Eſt igitur duratio principium univerſale, & principia ſubſtantiæ ſunt principia generalia exiſtentia, induta de duratione generali, in quantum durant ſub ſua ratione, & ideo ſunt multæ durationes ſpeciales, quæ ſtant ſub generali duratione. Ex qua quidem generali duratione & pluribus durationibus ſpecialibus accipit intellectus ſimilitudinem, in quibus multiplicat genera & ſpecies intentionaliter, quæ quidem intentio eſt figura generum & ſpecierum realium, quæ ſunt ſeminata in quatuor ſubſtantiis mundi ſcilicet in quatuor elementis & in partibus ſubſtantiarum ſuarum, ſicut calor ignîs, qui generalis eſt ad omnes calores, & calor, qui eſt in entibus calefactis ſtat ſub ſpeciebus illorum, quod fieri non poſſet, ſi genera & ſpecies non eſſent entia realia.

2. Quæſtio: *Utrùm magnitudo Dei ſit ita magna per extenſionem, ſicut æternitas per durationem* ? Solutio: D. Æternitas eſt id, per quod magnitudo durat infinitè, & ideo magnitudo Dei non habet principium, neque finem in tempore, imò comprehendit tempus ſub æternitatis ratione: unde oportet, quòd magnitudo Dei ſit ita magna per extenſionem, ſicut æternitas per durationem, ut æternitas ſit infinita in extenſione ſub ratione magnitudinis, ſicut magnitudo eſt infinita in duratione ſub ratione æternitatis. Et hoc oportet eſſe de neceſſitate, ut inter magnitudinem & æternitatem poſſit eſſe æqualitas.

Per diffinitionem Poteſtatis.

Quæſtio. Solutio. E.

1. QUæſtio: *Utrùm paſſio, quam habet color, ut videatur, ſit ſibi proprietas propria vel appropriata?* Solutio. E. Color eſt, ut ſit viſibilitas rerum ſenſualium, & ut in viſibilitate illarum potentia viſiva multiplicet ſpecies colori ſimiles transportatas in eſſentiali viſibilitate conjuncta viſivæ potentiæ, ſub cujus ratione movet ſe animal ad objecta extrà, ut in neceſſitatibus ſuis illis uti poſſit, quæ quidem neceſſitates ſunt rationes, ut colori ſit viſibilitas appropriata, quoniam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quoniam ſi animal non eſſet & viſibilitas eſſet propria proprietas coloris, illa proprietas eſſet inanis & ſuperflua, & natura pateretur finîs vacuitatem, quod eſt impoſſibile ſecundùm curſum naturalem & poſſibile ſecundùm pœnas infernales, hoc eſt dictum ſupra curſum naturalem ad majorem vindictam divinæ juſtitiæ.

2. Quæſtio: *Utrùm Deus aliqua facere poſſit absque utilitate?* Solutio. E. Poteſtas eſt id, per quod bonitas Dei poteſt eſſe magna in æternitate, ſapientia, voluntate, virtute, veritate & gloria, ideo Deus nihil poteſt facere ſine utilitate, quoniam ſi facere poſſet, deficeret magnitudo bonitatis in perſeverantia &c. quod eſt impoſſibile.

Per diffinitionem Sapientiæ.

Quæſtio. Solutio. F.

1. QUæſtio: *Cum quo rerum proprietates attinguntur?* Solutio. F. Eſt intellectus potentia, cum qua ſapiens intelligit intelligibilia, quæ attinguntur cum eſſentiali intelligibilitate intellectûs, ſine qua intelligibilitate intellectus tranſire non poſſet ad extrinſecas intelligibilitates. Intelligit ergo intellectus cum ſuo proprio intelligibili intelligibilitates extrà, quæ ſunt intelligibiles intelligibilitate exiſtente intra eſſentiam intellectûs. Cum iſtis autem intelligibilitatibus ſubintrinſecis acquiſitis attingit intellectus rerum proprietates miſcendo alias intelligibilitates in aliis inſpiciendo convenientiam principiorum & inconvenientiam, ex quibus intellectus ſpecies rerum multiplicat, ſicut in magnitudine ignîs, in qua eſt magìs intelligibilis calor quàm in magnitudine aliorum elementorum. Et ſic de aliis rebus ſimilibus iſtis, contrahendo generalia principia ad individuata, tranſeuntibus illis principiis per principia ſpecialia.

1. Quæſtio: *Utrùm intellectus humanus tranſire poſſit ad intelligendum intelligibilitates extrinſecas ſine proprio eſſentiali intelligibili exiſtente de eſſentia ipſius intellectûs?* Solutio. F. Intellectus eſt id, ratione cujus homo ita intelligit, ſicut ſub ratione ſenſûs ſentit, & ſi intellectus tranſire poſſit ad intelligendum objecta extrinſeca ſine proprio & eſſentiali intelligibili ſibi conjuncto, eſſet ſuum intelligere compoſitum de eſſentiali intellectivo & de intelligibilitate extrinſeca, quæ eſſet extrà in objectis proprietas propria, & eſſet, quamvìs intellectus non eſſet. Unde ſequeretur vacuitas finîs in naturali intelligibilitate, ſed hoc eſt impoſſibile, quia intellectus non haberet medium ſine proprio intelligibili ſibi conjuncto, in quo poſſet habere libertatem & deliberationem ad intelligendum objecta exteriùs, quæ cum propria intelligibilitate conſtringerent intellectum ad intelligendum, & eſſet in ipſo actio & paſſio idem numero, & ſua operatio non eſſet meritoria & quodlibet iſtorum eſſet impoſſibile.

Per diffinitionem voluntatis.

Quæſtio. Solutio. G.

1. QUæſtio. *Quid eſt perverſio mali angeli?* Solutio. G. Voluntas eſt id, ratione cujus bonitas, magnitudo, æternitas &c. ſunt amabiles ſive deſiderabiles, ideo eſt amabilis magnitudo in bonitate & æternitate &c. & bonitas eſt amabilis in magnitudine & æternitate &c. Eſt ergo perverſio mali angeli contraria amabilitas, cum qua amat magnitudinem malitiæ in æternitate, poteſtate &c. Et per talem amorem eſt ſua perverſio contrarietas amabilitatis & irrationabilitatis pervertendo in ſe ipſo amabilitatem in odibilitatem, & odibilitatem in amabilitatem, in qua perverſione ipſe cruciatur per omnes partes ſuæ ſubſtantiæ, ideo, quia pervertit earum ſimilitudines in contrariam amabilitatem.

2. *Utrùm voluntas diligat naturaliter tantum poteſtatem in bonitate, ſicut in ſe ipſa?* Solutio. G. Voluntas diligit poteſtatem in ſe ipſa, ut poſſit habere in ſua eſſentia eſſentiale amativum, bile & are. Et quia diligit ſe ipſam cum magnitudine poteſtatis, eſt ſibi naturale amare bonitatem cum magnitudine poteſtatis, ut ſua eſſentia poſſit eſſe in magnitudine bonitatis. Remanet ergo diffinitio voluntatis integra & illæſa in affirmatione concluſionis, quæ deſtructa eſſet in negatione.

Per diffinitionem virtutis.

Quæſtio. Solutio. H.

1. QUæſtio. *Quomodo ſubſtantia ædificatur & individuatur?* Solutio. H. Oritur virtus de unitate bonitatis in unitate magnitudinis & ſic de aliis unitatibus principiorum; Unde remanent multæ virtutes in pluribus principiis multiplicatæ & in illis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

lis virtuosè ſuſtentatæ. De qua quidem multiplicatione per viam generationis multiplicatur ſubſtantia & ſtat individuata, quia multæ unitates virtutum in pluribus ſimplicibus principiis natæ tendunt ad unam generalem unitatem ſubſtantialem, deciſam vel derivatam ex multis generalibus partibus & ſubſtantiis, in quibus ſtabat in potentia.

2. Quæſtio. *Quare virtus exiſtit in ſermonibus, herbis & lapidibus* ? Solutio. H. In ſubſtantia oritur virtus de bonitate, magnitudine & cæteris. Virtus autem iſta tranſmittit ſuam ſimilitudinem extrà, ut in illa ſimilitudine ſit manifeſta & multiplicata, & ut poſſit tranſire ad alias ſubſtantias, quæ virtutem habent ad recipiendum eam ipſam virtutem, quæ venit, ut multæ virtutes ſe poſſint aggregare in una virtute multiplicata ex omnibus, ſuſtentata in verbis, herbis & lapidibus. In verbis quidem, ſicut in ſenſitiva, quæ per virtutem movetur ad audiendum verba veracia propter objecta neceſſaria & amabilia. In herbis autem, ſicut in planta, quæ habet virtutem ſanandi, ut ſuam virtutem poſſit multiplicare in virtute ſibi contraria. In lapidibus verò, ſicut in magnete, qui attrahit ſibi ferrum, quia in illo habetur major ſimplicitas terræ quàm in aliquo lapide, ad cujus majorem ſimplicitatem habet ferrum appetitum, in quo terra majorem habet virtutem quàm aliquod aliud elementum.

Per diffinitionem veritatis.

Quæſtio. Solutio. I.

1. QUæſtio. *Utrùm eſſentia & eſſe convertantur* ? Solutio. I. In veritate eſt eſſentiale verificativum verificabile & verificare, ex quibus eſſentialibus concretis conſtat eſſentia veritatis, & ex ipſis veritas. Unde eſſe eſſentiæ, in quantum eſt, & eſſe ipſorum, in quantum ſunt, convertuntur, & ipſa ſunt media, per quæ eſſentia eſt contracta in concretis & individuatis productis de eſſentialibus concretis eſſentiæ, ſed eſſe veritatis & eſſe bonitatis & magnitudinis & ſic de aliis in entibus creatis non convertuntur, quoniam ſi converterentur, eſſent rationes reales & confuſæ & hoc eſt impoſſibile.

2. Quæſtio. *Utrùm una veritas major ſit quàm alia* ? Solutio. I. In ſubſtantia hominis eſt majoritas verificata, illâ majoritate multiplicatâ in pluribus veritatibus ex pluribus potentiis conſtitutis, ſcilicet ex potentia rationali, imaginativa, ſenſitiva, vegetativa & elementativa. Et ideo iſta majoritas veritatis eſt major veritas quàm veritas lapidis, plantæ vel animalis irrationalis.

Per diffinitionem Gloriæ.

Quæſtio. Solutio. K.

1. QUæſtio. *Utrùm calefactibilitas aquæ ſit de calefactibilitate ignis* ? Solutio. K. In ſubſtantia ignîs eſt calor de bonitate, magnitudine & cæteris partibus ſubſtantiæ. Et quia in igne eſt majoritas ſubſtantialis, quæ eſt de ſua eſſentia, habet ignis naturam & proprietatem multiplicandi ſuam ſpeciem cum calore in aliis elementis, quæ ſunt calefactibilia, ut ignis poſſit ſuo calore uti & ſe ipſum multiplicare in aliis, per viam compoſitionis & generationis; unde calefactibilitas eorum ſub ratione paſſionis eſt ex calefactibilitate propria & eſſentiali ipſius ignîs, in qua quietem habent ſub ratione paſſionis accidentales calefactibilitates appropriatæ cæteris elementis.

2. Quæſtio. *Quid eſt gloria ſubſtantialis* ? Solutio. K. In gloria eſt ſubſtantiativum, glorificativum, ſubſtantiabile, gloriabile & ſubſtantiare glorificare, & hoc, ut cætera principia ſubſtantiæ poſſint in gloria ſubſtantialiter quieſcere. Eſt ergo gloria ſubſtantialis quies ſubſtantialis, quam principia habent in gloria, quæ eſt de ſubſtantiali glorificativo, bili & are, & hæc ſunt de ſubſtantiali gloria, & ſunt gloria ſubſtantialis, & gloria ſubſtantialis eſt ipſa ſcilicet concreta & correllativa.

Per diffinitionem differentiæ.

Quæſtio. Solutio. B.

1. QUæſtio. *Quare intellectus multiplicat ſpecies entium* ? Solutio. T. B. Intellectûs objecta ſunt bonitas, magnitudo & cætera principia ſubſtantiæ. Et ut intellectus attingere poſſit illa objecta, tangit ea cum differentia, quia differentia eſt id, quod clarificat vel illuminat intellectum, cum qua attingit rationes reales inconfuſas, alias ab aliis diſtinctas, & ideo intellectus multiplicat ſpecies rerum ſenſibilium, cum quibus attingit rationes reales, quas intelligere deſiderat.

2. Quæſtio. *Differentia, quæ eſt inter Deum & creaturam, in quo ſubjecto exiſtit* ? Solutio. T. B. Inter Deum & creaturam non eſt alia diffe-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

differentia, quæ non sit Deus vel creatura, cùm sit impossibile, quòd sit aliquid, quin sit Deus vel creatura. Est ergo subjectum illius differentiæ, quæ est inter Deum & creaturam, species, quam intellectus humanus multiplicat de differentia, in qua specie sustentatur differentia, quam intellectus accipit de Deo & de creatura; & illa species est figura rationalis & accidentalis, in qua apparet substantialis & realis differentia, quæ est inter Deum & creaturam, sine qua Deus & creatura essent idem numero, quod est impossibile. Sunt ergo subjecta, in quibus stat differentia realis, quæ est in Deo scilicet distinctio, quæ est in divinis, & differentia realis, quæ est in creatura.

Per diffinitionem concordantiæ. Quæstio. Solutio. C.

1. QUæstio. *Quæ sunt potentiæ magis passivæ, an illæ, quæ sunt in substantia, an illæ, quæ sunt extrà?* Solutio. T. C. Concordantia est una pars substantialis substantiæ, in qua concordantia habet essentiale concordativum & essentiale bile & are, quæ sunt de sua essentia, & ea econversò est de illis, & ideo est suum essentiale concordabile in majori passione sub essentiali concordativo quàm concordabilitas extra substantiam, quæ non est de essentia concordantiæ intra substantiam existentis. Unde sequitur, quòd concordantia est major intra substantiam quàm extra substantiam secundùm cursum naturalem.

2. Quæstio. *Utrùm Potestas sit major in concordantia quàm in contrarietate?* Solutio. T. C. In essentia potestatis est concordantia sustentata in essentiali possificativo, bili & are, quæ sunt de essentia potestatis, quæ appetitum habent & naturam, ut sint in concordantia & non in contrarietate, quia sunt de una essentia potestatis; unde potestas major est in concordantia quàm in contrarietate.

Per diffinitionem contrarietatis. Quæstio. Solutio. D.

1. QUæstio. *Quomodo ignis calefacit aquam?* Solutio. T. D. Inter ignem & aquam est differentia in contrarietate, & inter ignem & aërem & ignem & terram est differentia in concordantia, quia ignis dat suum calorem aëri cum concordantia, & siccitatem terræ assumit cum concordantia, & cum istis duabus concordantiis calefacit cum suo calore aquam, quæ cum sua frigiditate contrariatur igni, & hoc per concordantiam, quam habet cum aëre habens placitum, in quantum ex ipso recipit humiditatem, & cum concordantia, quam habet cum terra, cui dat suam frigiditatem. Unde quando ignis suas concordantias in majori virtute multiplicat quàm aqua suas, tunc calefacit aquam, ut in ipsa calorem suum & suas concordantias possit multiplicare, ex quibus prædictis concordantiis sua essentialis concordantia in rebus elementatis vivit.

2. Quæstio. *Quare impossibilitas & contrarietas concordantiam habent?* Solutio. T. D. Contrarietas est principium accidentale & non substantiale, secundùm quòd probatum est in explanatione suæ diffinitionis. Et quia concordantia est principium substantiale & accidentiale, & concordantia & contrarietas contrariantur, habent principia substantiæ plus entitatis in concordantia quàm in contrarietate; unde sequitur, quòd possibilitas & concordantia concordant ad esse, & impossibilitas & contrarietas subconcordant ad non esse; idcirco concordantia & esse habent concordantiam, & privatio sive non esse & contrarietas subconcordant ad non esse.

Per diffinitionem Principii. Quæstio. Solutio. E.

1. QUæstio. *Utrùm materia possit esse sine forma?* Solutio. T. E. Materia est unum de quatuor principiis substantialibus naturalibus, quæ quidem materia sine potestate esse non potest, nec potestas sine suis coëssentialibus correlativis principiis, quæ sunt de sua essentia, scilicet possificativum, bile & are; & quia possificativum stat formaliter in potestate & possibile materialiter, stat negatio vera in conclusione. Item posito, quòd materia possit esse sine forma, posset Deus aliquid facere absque aliqua utilitate, quoniam si materia esset sine forma, ex ipsa aliqua utilitas sequi non posset.

2. Quæstio. *Utrùm principium sit de principiis?* Solutio. T. E. Principium est pars substantialis substantiæ, quod oportet in se habere essentialia concreta principia, quæ sunt de sua essentia & econversò, illo existente principio generali partibus substantiæ indutis suâ similitudine, ut possint esse principia substantiæ & substantia principium eorum.

Per

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Per diffinitionem Medii.

Quæſtio. Solutio. F.

1. QUæſtio. *Quomodo fit generatio?* Solutio. T. F. Medium eſt ſubjectum, in quo finis influit principio ſimilitudinem ſuam, & per quod principium refluit fini illam ſimilitudinem ex ſe ipſo & ex omnibus partibus ſubſtantiæ indutam. Unde ex ipſa influentia & refluentia multiplicatur & generatur amborum conjunctio, quæ ſtat in medio, & per omnes eorum extremitates, ut ſit ſubſtantia.

2. Quæſtio. *De quo eſt medium, quod ſtat inter formam & materiam?* Solutio. T. F. Medium, quod ſtat inter formam & materiam, eſt de ſe ipſo, cùm ipſum ſit una pars ſubſtantialis ſubſtantiæ, in quo multiplicantur & induuntur omnia media principiorum ſubſtantiæ, & ex ipſo medio generali vitam aſſumunt, & in illis ſuam ſimilitudinem multiplicat, ut illa ſimilitudo bona ſit & magna & ſic de aliis. Eſt ergo medium, quod eſt inter formam & materiam, illud, quod per prædicta vera ſignificavimus.

Per diffinitionem Finis.

Quæſtio. Solutio. G.

1. QUæſtio. *Utrùm in rebus naturalibus potentia moveat objectum, aut objectum moveat potentiam?* Solutio. T. G. Finis eſt unum ſubſtantialium principiorum ſubſtantiæ, qui quidem finis objectum habet eſſentiale, quod eſt ſuæ eſſentiæ, ſcilicet finibile ſeu perfectibile, in illa potentia paſſiva objectabili movet finitivum eſſentiale finîs objectabilitates exiſtentes extrà paſſivas, in quibus movet potentiam ad multiplicandum perficere ſive finire, & illa non movent potentiam, ſed ſunt ſimilitudines motæ entium realium, ut ſentiantur, imaginentur & intelligantur. Movet ergo potentia objecta illa ad finem perficiendi, ſicut ignis, qui movet oleum ad finem lucendi; objectum tamen movet potentiam, in quantum eſt appetibile, ut cum ſua appetibilitate poſſit in fine quietem habere.

2. Quæſtio. *Utrùm in creaturis fines primarii poſſint eſſe ſine ſecundariis?* Solutio. T. G. Finis eſt, in quo quieſcunt bonitas, magnitudo & cæteræ ſubſtantiæ. Et ideo primarii fines non poſſunt eſſe ſine ſecundariis, quoniam ſi eſſe poſſent, eſſent ſine ſucceſſione principii & medii, quæ eſſent in privatione, quorum privatio eſt impoſſibilis ſecundùm curſum naturalem.

Per diffinitionem Majoritatis.

Quæſtio. Solutio. H.

1. QUæſtio. *Utrùm mundus ſit infinitus?* Solutio. T. H. Mundus eſt ſubſtantia compoſita univerſalis ex univerſalibus partibus ſcilicet bonitate, magnitudine &c. in quo quælibet partium eſt particulata & finita in altera, ſicut magnitudo, quæ eſt bona ſub ratione bonitatis, & bonitas, quæ eſt magna ſub ratione magnitudinis. Et quoniam quælibet pars eſt minor in alia & major in ſe ipſa, oportet de neceſſitate, quòd mundus ſit finitus & terminatus in minoritate ſuarum partium, ex quibus eſt conſtitutus & compoſitus, & ſua eſſentia eſt ex eſſentia illarum.

2. Quæſtio. *Majoritas, quare eſt?* Solutio. T. H. Deus eſt major quàm creatura, eſt ergo majoritas, ut in illa repræſentetur infinitas Dei, ſine qua majoritate illa infinitas non haberet ſubjectum, in quo humanus intellectus poſſet cognoſcere infinitatem Dei. Eſt majoritas, ut aliquæ creaturæ poſſint eſſe majores quàm aliæ propriè & eſſentialiter: propriè quidem ſicut calor, quem majorem oportet eſſe in igne quàm in aliis elementis, eſſentialiter verò, ſicut bonificabilitas, quam oportet eſſe majorem in bonificare quàm in magnitudine & ſic de aliis, hoc eſſe non poſſet, ſi majoritas non eſſet: eſt ergo majoritas, ut ea, quæ prædiximus, ſequantur.

Per diffinitionem Æqualitatis.

Quæſtio. Solutio. I.

1. QUæſtio. *De quo eſt ſubjectum juſtitiæ?* Solutio. T. I. Æqualitas eſt una pars ſubſtantialis ſubſtantiæ, quæ quidem æqualitas habet in ſe ipſa æqualificativum, abile & are, ex iſtis tribus eſt æqualitas, & iſta tria ſunt de æqualitate, in qua quidem æqualitate habent æquales naturas & proprietates principia ſubſtantiæ, ſicut bonitas, quæ habet in ſe æqualitatem bonificativi, bilis & are, & eſt æqualiter in magnitudine, duratione, poteſtate &c. quæ quidem æqualitas exiſtens intra ſubſtantiam tranſmittit extrà ſimilitudinem ſuam, & ea utique ſimilitudo ſubjectum eſt juſtitiæ, ut alii homines utantur juſtitia cum aliis & æqualiter in bonitate &c. ad ſimilitudinem juſtitiæ & æqualitatis, quam videlicet æqualitatem partes habent cum aliis partibus in ſubſtantia.

2. Quæſtio. *Utrùm in Deo ſit æqualitas?* Solutio. T. I. In voluntate Dei eſt eſſentiale

(c) 2006 Ministerio de Cultura

le amativum, bile & are, quæ æqualiter ſunt una eſſentia, una voluntas, una bonitas, una magnitudo, & cæteræ dignitates, quæ Deo conveniunt. Eſt ergo in Deo æqualitas, quoniam ſine æqualitate ea, quæ in Deo prædiximus, eſſe non poſſunt, nec ſine æqualitate haberet Deus, cum quo diſtaret ab inæqualitate bonitatis, magnitudinis &c. à qua inæqualitate oportet eum diſtare de neceſſitate, ut in ſe ipſo non habeat majoritatem neque minoritatem.

Per diffinitionem minoritatis.

Quæſtio. Solutio. K.

1. QUæſtio. *Utrùm in Deo ſint plures bonitates, magnitudines &c.* ? Solutio. T. K. Si in Deo eſſent plures bonitates &c. oporteret, quòd in ipſo eſſet minoritas bonitatis &c. quoniam una bonitas non ſufficeret tantummodo uni magnitudini, nec non magnitudo uni bonitati, ſed quia in Deo eſt omne complementum ſive perfectio magnitudinis & bonitatis, oportet de neceſſitate, quòd in eo ſit una bonitas & una magnitudo &c. & non plures.

2. Quæſtio. *Quæ minoritas eſt magìs circa non eſſe* ? Solutio. T. K. Illa minoritas, in qua non eſt aliquid bonitatis, virtutis, gloriæ & finîs, eſt magìs circa non eſſe quàm aliqua alia minoritas. Iſta autem minoritas eſt illa, quæ eſt ex peccato mortali, in quo minorificat eſſentialem magnitudinem & ſapientiam, bonitatem, voluntatem, finem & veritatem, ut cum non eſſe habeat concordantiam, & quòd eſſe earum ſuſtentetur in contrarietate eſſentialium principiorum ſubſtantiæ.

Dictum eſt de modo, ſecundùm quem ſignificatur practica, quæ poteſt teneri ad ſolvendum quæſtiones per principiorum diffinitiones & hoc explicitè & implicitè. Modò volumus oſtendere modum, ſecundùm quem poſſunt applicari omnes diffinitiones ad unam quæſtionem & ſolutionem, & de hoc dabimus exemplum faciendo unam quæſtionem & ſolutionem de prædeſtinatione.

Per diffinitionem omnium Principiorum. Quæſtio. Solutio. De Prædeſtinatione B. C. &c.

1. QUæſtio. *Utrùm prædeſtinatio & liberum arbitrium poſſint ſtare ſimul* ? Solutio. B. C. D. E. F. G. H. I. K. T. B. C. D. E. F. G. H. I. K. Sapientia Dei & ſua juſtitia ſunt æquales in bonitate, magnitudine & poteſtate &c. ſine contrarietate, majoritate & minoritate & abſque numeri differentia, quoniam ſapientia & juſtitia idem in Deo exiſtunt, unde oportet, quòd prædeſtinatio & liberum arbitrium vera & realia ſint ſimul, ut ſapientia & juſtitia habeant ſubjecta æqualia ſcilicet prædeſtinationem & liberum arbitrium, in quibus poſſit uti hominibus, ſintque hominibus æquales fines & æqualia principia, & quòd bonitas, magnitudo, duratio, poteſtas, voluntas, virtus, veritas & gloria Dei ſint ſapientiæ & juſtitiæ æqualia media ad uſum, quem ſapientia Dei & juſtitia habent in hominibus bonis & malis. Hoc autem eſſe non poſſet, ſi prædeſtinatio & liberum arbitrium inſimul ſtare non poſſint. Ergo de neceſſitate prædeſtinatio & liberum arbitrium ſtant ſimul, & illa conſiſtentia, in qua exiſtunt, eſt bona magna & durabilis & potens &c., quoniam eſt amabilis, vera & virtuoſa, ideo quia ſtat ſub ratione magnitudinis ſapientiæ, voluntatis, virtutis, gloriæ atque veritatis, quæ idem ſunt numero cum ſapientia & juſtitia Dei. Eſt ergo in quæſtione vera affirmatio, quam intellectus intelligit ſupra ſuam naturam in natura & proprietatibus Dei affirmando in ipſo Deo omnem perfectionem ſine defectu aliquo, & ipſe intellectus negando inconvenientiam, quam intelligit ſecundùm ſuum defectum & imperfectionem, & contrarium ipſorum inconvenientium ſupra ſuam perfectionem in perfectione & juſtitia Dei affirmando.

DE SEXTA PARTE *Quintæ Diſtinctionis,*

In qua Quæſtiones per Regulas ſolvuntur.

IN hac parte doctrinam dare proponimus ad ſolvendum quæſtiones per regulas, & primò per primam regulam.

Per Primam Regulam.

Quæſtio. Solutio. B.

1. QUæſtio. *Utrùm bonitas habeat in ſe eſſentiale bonificativum, bile & are* ? Solutio. B. Significatur ſecundùm Regulam de B., quòd ſi bonitas habeat in ſe eſſentiale bonificativum, bonificabile & bonifica-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

re, magìs est objectabilis potentiis animæ, & est magìs ratio bono, ut agat bonum, quàm si esset, non habens in se essentiale bonificativum, bonificabile & bonificare, quæ non essent de sua essentia, & esset bonificabilitas proprietas propria magnitudinis &c., quæ esset appropriata bonitati, quod est impossibile & contra intelligibilitatem intellectûs, & memorabilitatem memoriæ & amabilitatem voluntatis. Est ergo in conclusione vera affirmatio quæstionis secundùm conditionem primæ regulæ.

2. Quæstio. *Utrùm negatio sit propinquior dubitationi, quàm affirmatio* ? Solutio. B. Affirmatio & esse concordant & negatio & non esse, in quantum affirmatio affirmat esse, & negatio negat esse; & quia esse magìs est memorabile, intelligibile & amabile quàm non esse, est negatio propinquior dubitationi quàm affirmatio; unde fiunt positiones sectæ & credulitates sub ratione affirmationis contra dubitationem & negationem.

3. Quæstio. *Utrùm de Deo posset dici veritas major affirmando, quàm negando* ? Solutio. B. Deus est æternitas & æternitas est Deus, hoc idem sequitur de sua veritate, quæ cum Deo & æternitate convertitur. Ex qua quidem affirmatione plus intrat veritatis in memorabilitate & intelligibilitate & amabilitate, & in memorativitate, intellectivitate & amativitate, & in recolere, intelligere & amare quàm ex hac negatione, Deus non est lapis, nec lapis est Deus, & Deus & lapis non convertuntur: cujus ratio est, quia Deus est per æternitatem id, quod est, & non propter hoc, quia non est lapis, quoniam si ita esset, non esse lapis finis esset Dei, & hoc est impossibile. Ergo major est veritas in affirmatione, propter quam aliquid affirmatur de Deo, quàm in negatione, propter quam aliquid de Deo negatur.

Per secundam Regulam.

Quæstio. Solutio. C.

1. QUæstio. *Quid est ignis* ? Solutio. C. Ignis est illa substantia, quæ in se habet simplicia & essentialia ignificativum, bile & are, quæ sunt de sua essentia, & ipsa est ex ipsis, & sua bonitas, magnitudo &c. determinantur per proprias qualitates scilicet per calorem, lucem &c.

2. Quæstio. *Quid habet ignis in se ipso*? Solutio. C. Ignis habet in se essentiale ignificativum, bile & are, & habet in se proprias qualitates, & propter ista, quæ habet in se, quæ de sua entitate existunt, est id, quod est per se ipsum, & operationes habet ex se ipso in se ipso, & operationes habet ex aliis elementis in se ipso, cum quibus intrat compositionem : quemadmodum siccitatem terræ, quæ est in igne, per quam ignis proprietatem habet siccam appropriatam in terra sustentatam & in se ipso : unde ignis habet terram in se ipso, & quia aqua dat suam frigiditatem terræ, & aër suam humiditatem aquæ, cum ea siccitate, quam ignis assumit de terra, recipit aquam in se & frigiditatem, & aërem & humiditatem, ex qua quidem consistentia sive statu sequitur compositio elementalis & substantiæ elementatæ sequuntur.

3. Quæstio. *Quid est ignis in aëre* ? Solutio. C. Est ignis in aëre substantia simplex de ignificativo, bili & are, & composita de aërificativo, bili & are, & induta de essentia aëris & ex suo colore & ex suis propriis qualitatibus & de propriis qualitatibus aëris.

4. Quæstio. *Quid habet ignis in aëre*? Solutio. C. Ignis habet in aëre suum proprium calorem, cum quo calefacit essentiam aëris & qualitates illius, quoniam calor ignîs sustentatur in igne, qui est suum proprium subjectum, habet igitur ignis se ipsum in aëre; & quoniam ignis est siccus, habet suam siccitatem in aëre, cum qua ipsum aërem desiccat; & quoniam siccitas intrat in illo cum frigiditate aquæ, habet ignis passionem in aëre sub ratione frigiditatis contra calorem; & quoniam aër habet humiditatem, habet ignis passionem in siccitate sua sub ratione humiditatis contra siccitatem, & quoniam ignis habet in aëre actionem & passionem, habet per actionem se ipsum simplicem & liberum & per passionem habet compositionem, in qua stat fractus & remissus, ut de illo possit esse substantia elementata & individuata, existente sub genere & specie. In qua quidem substantia remanet ignis simplex actualiter, substantialiter & accidentaliter, & in ea substantia significatum est ignem esse figuraliter per calorem & lucem illius, sed sua actualitas & simplicitas videri non potest, quoniam de habitibus compositis est jindutus.

Per

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Per tertiam Regulam.

Quæstio. Solutio. D.

1. QUæstio. *De quo est ignis* ? Solutio. D. Ignis est de se ipso, in quantum non est de alio, & quia est de propriis essentialibus partibus. Nam si ignis non esset de se ipso, & esset de alio, & id, de quo esset, esset de alio elemento & non de se ipso, & illud aliud elementum de alio, & sic in infinitum, quæ quidem infinitas est impossibilis, est ergo ignis de se ipso & non de alio elemento.

2. Quæstio. *De quo est ignis* ? Solutio. D. Ignis est de suis essentialibus partibus, scilicet de sua propria forma & materia, & de suo proprio calore, & de sua propria bonitate, magnitudine &c. Et quoniam est de istis partibus, non potest esse sine illis, nec suæ partes possunt esse sine illo ; & quoniam est de suis partibus, ex quibus est constitutus, & de partibus aliorum elementorum, fit compositum elementatum, & remanet in illo compositus ignis actualiter, sine qua actualitate suæ partes remanere non possent in composito, nec compositum posset esse de illis elementatum, quoniam illæ partes non haberent proprium subjectum essentiale, in quo sustentarentur.

3. Quæstio. *Ignis cujus est* ? Solutio. D. Est ignis calefactibilium rerum & lucidibilium, quibus rebus est calor necessarius, ut sint calefactæ, & quibus lux est necessaria, ut sint lucidatæ. Est ergo ignis finis illarum, ut sit instrumentum & materia, ut in suo fine quiescere possint, unde homines extrahunt ignem ex lapide & ferro, ut possint calefacere & coquere cibaria, quæ sunt necessaria ad comedendum, & quòd de nocte possunt habere lucem ad videndum visibilia necessaria. Est ergo ignis hominum & etiam aliorum, sicut ignis, qui est aëris, ut cum suo calore possit aquam mortificare, tunc quando aqua non appetit humiditatem aëris recipere, nec transire per illam cum sua frigiditate ad mortificandum siccitatem terræ & sic de aliis.

Per quartam Regulam.

Quæstio. Solutio. E.

1. QUæstio. *Quare est ignis* ? Solutio. E. Est ignis per se ipsum, & quia constitutus est ex propriis & essentialibus partibus & simplicibus sibi pertinentibus & non aliis, sicut homo, qui idcirco est homo, quia ex anima rationali & corpore constitutus est in numero specifico, veluti homo, Joannes vel Alphonsus. Est ergo ignis per se ipsum, quoniam est constitutus de ignificativo, bili & are, quæ sunt concreta simplicia & essentialia in essentia ignîs, & hoc idem de proprio calore & luce illius, quæ determinant & specificant in igne proprias partes scilicet bonitatem, magnitudinem &c. in quibus calor & lux ignis sustentantur propriè & non in aliis partibus, sed in istis sunt qualitates appropriatæ.

2. Quæstio. *Quare ignis finaliter est* ? Solutio. E. Est ignis, ut sint elementata scilicet animalia, plantæ & lapides, quoniam sine igne esse non possunt, nec esset entium generatio, nec corruptio, nec cætera elementa stare possent sine ipso, nec sine igne posset esse ferrum nec sine ferro martellus, nec sine martello clavus ; & sic de cæteris rebus similibus istis, quemadmodum panis, olla & tegula, quæ non possunt esse sine igne. Est ergo ignis, ut ista omnia sint.

Per quintam Regulam.

Quæstio. Solutio. F.

1. QUæstio. *Quantus est calor ignîs simplicis* ? Solutio. F. In essentia ignîs simplicis tantum est caloris, quanta est extensa entitas essentialis ignificativi bilis & are per totam illam essentiam, & ideo est calor ille simplex & proprius illius essentiæ.

2. Quæstio. *Quantus est calor ignîs compositi* ? Solutio. F. Calor ignîs compositi est tantus, quanta est extensitas substantiæ elementatæ, quoniam in illa substantia induit ignis suo calore alia elementa dando suum calorem aëri calefacto & aquæ calefactæ, similiter & terræ ; & secundùm quòd cum illis habet concordantiam & contrarietatem, est suus calor in substantiis elementatis gradatus & compositus cum aliis qualitatibus elementorum secundùm majus & minus, sicut in pipere, in quo est calor in quarto gradu extensus per substantiam ignis, in tertio gradu per substantiam terræ, quæ in pipere est in tertio siccitatis, in qua siccitas est extensa. Item calor ignîs est extensus in substantia aëris & in sui humiditate, quæ in pipere stat in secundo gradu. Est etiam quantificatus calor ignîs in pipere in primo gradu frigiditatis in substantia aquæ extenso in tanto calore, quanta est frigiditas aquæ.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Per Sextam Regulam.

Quæſtio. Solutio. G.

1. QUæſtio. *Quales colores habent elementa ſimplicia* ? Solutio. G. Lux eſt color ignis ſimplicis, cujus forma patet in figurativo colore flammæ ignîs compoſiti. Color aëris ſimplicis eſt diaphanitas, cujus forma ſignificatur in figurativo colore vitri & cryſtalli, color aquæ ſimplicis eſt albedo, quæ ſignificatur in albedine nivis, quæ eſt de aqua compoſita ; color terræ ſimplicis eſt nigredo, & ſignificatur in colore terræ compoſitæ, quæ induitur nigro colore, unde umbra eſt compoſita ex colore aquæ & terræ, & contrarius color umbræ eſt compoſitus ex colore ignis & aëris.

2. Quæſtio. *Quales ſunt colores elementorum compoſitorum* ? Solutio. G. Ad inveſtigandum colores elementorum compoſitorum requiritur *triangulus viridis*, quoniam quidam colores apparent per differentiam & concordantiam, & quidam per differentiam & contrarietatem. Per differentiam quidem & concordantiam, ſicut in colore urinæ citrinæ & claræ, in qua ſub uno colore compoſito de concordantia apparet color ſimplicis ignîs & aëris, qui in luciditate & diaphanitate habet concordantiam.

Idem ſequitur de colore compoſito ex aëre & aqua in fonte, in quo apparet diaphanitas aëris & albedo aquæ, quam videlicet diaphanitatem umbra aquæ & terræ repræſentat, in quantum apparent in illa figuræ arborum & hominum, hoc idem ſequitur in ſpeculo.

Apparet etiam in concordantia aquæ & terræ compoſitus color ex albedine & nigredine, ſicut in nigro lapide in tertio colore, qui procedit ex ambobus iſtis coloribus.

Color compoſitus ex nigredine & luciditate in concordantia apparet in nigredine oculi, qui lucet, in cujus luce apparent imagines, quæ ipſi oculo repræſentantur.

Color compoſitus, qui apparet per differentiam & contrarietatem eſt ſicut in cryſtallo, in quo apparet color aëris in ſuo ſubjecto contrario, illo exiſtente de complexione ſicca & frigida, & hoc ratione hujus, quia aër induit ſuo colore colorem aquæ, dando illi ſuam humiditatem, & aqua induit ſuo colore terram dando illi frigiditatem. Eſt ergo color terræ in profunditate cryſtalli & color aëris in ſummitate & color aquæ in medio.

Simile fit de colore aquæ & terræ & ignîs compoſito in colore allii, in quo aqua induit ex ſua albedine nigredinem terræ, & terra induit de ſua nigredine luciditatem ignîs dando illi ſuam ſiccitatem, & ob id color ignîs ſtat in allio in ipſius profunditate, & color aquæ in ipſius ſummitate. Unde albus color aquæ ſuſtentatur in ſuo contrario ſubjecto, exiſtente allio de complexione calida & ſicca, quæ ſuum contrarium ſtare facit in ſuis extremitatibus extrà, ſequitur ergo, quòd in medio allii ſit color terræ.

Idem ſequitur ſuo modo de terra, quæ ſuâ nigredine induit luciditatem ignîs, & ignis ſuâ luciditate induit diaphanitatem aëris, dando illi colorem ſuum. Unde color aëris ſtat in profunditate lymachæ & etiam eberæ aliàs merutæ vel merucæ ac herbæ aloës, & apparet color terræ in earum extremitatibus, ſubjecto exiſtente de complexione humida & calida.

Hoc idem ſequitur de colore ignis in citro, qui eſt in ejus ſuperficie, quæ quidem ſuperficies eſt de complexione calida & ſicca, igne induente ſuo calore diaphanitatem aëris, & aëre ſuâ diaphanitate albedinem aquæ, cujus albedo ſtat in medio ſui contrarii ſubjecti, & color ignis ſtat in ſummo indutus colore croceo. Significantur ergo colores elementorum in compoſito ſive mixto in circulatione, quam facimus, compoſita de differentia, concordantia & contrarietate. *Hæc autem præſens colorum inveſtigatio multùm eſt utilis in arte medicinæ ad dandum judicium ſive cognitionem de urinis.*

Per ſeptimam Regulam.

Quæſtio. Solutio. H.

1. QUæſtio. *Utrùm motus ſit actus moventis vel mobilis vel utriusque* ? Solutio. H. Poſito H. in ſolutione ſignificatur ſolutio per regulam de H. Eſt ergo motus unum principium generale ſubſtantiæ exiſtens ita in illa ſicut tempus, per quem videlicet motum eſſe poſſunt movens, mobile & movere, & per ipſum motum poteſt eſſe motum, id eſt, res mota ex uno tempore in aliud, quod eſſe non poſſet, ſi motus non eſſet actus moventis & mobilis, exiſtente tamen motu principio generali, & hoc, quod eſt per ſe ipſum, ſecundùm quòd eſt ſignificatum in regula de C. motu exiſtente

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſtente ſubjecto, in quo movens mobile movet de potentia in actum.

2. Quæſtio. *De quo eſt motus?* Solutio. H. Motus eſt de ſe ipſo eſſentialiter, ut per ſuam naturam poſſint eſſe partes ſubſtantiæ moventes & mobiles in ſubſtantia & quòd ſubſtantia ſub ratione motûs ſuarum partium poſſit eſſe mota & movens in ſe ipſa & extra ſe ipſam. Eſt ergo motus de ſe ipſo & de partibus eſſentialibus, quæ ſunt motivitas & mobilitas & movere, & hæ partes ſunt accidentales in aliis principiis, ut poſſint eſſe moventes mobiles & motæ, & ut in tempore præterito, præſenti & futuro earum motus ſuſtentetur, quarum videlicet partium eſt motus accidentaliter.

§ 3. Quæſtio. *Quomodo eſt motus?* Solutio. H. Modus, ſecundùm quem eſt motus, ſtat in medio motivitatis, mobilitatis & movere, & iſti tres modi ſtant in modis, quos aliæ partes ſubſtantiæ habent in aliis qualibet parte exiſtente movente & motâ in qualibet alia parte, quemadmodum magna bonitas, quæ ſub ſua magna ratione eſt ratio magna magno bono, ut moveat magnum bonum de mobilitate bona & magna in bono & magno movere & moto. Unde ſubſtantia habet modum motûs ſecundùm modum ſuarum partium. Eſt ergo motus ſuſtentatus in modo ſubſtantiæ & ſuarum partium.

4. Quæſtio. *Cum quo eſt motus?* Solutio. H. Eſt motus cum ſuis partibus eſſentialibus, & eſt cum cæteris partibus ſubſtantiæ, quæ ſuam habent diſpoſitionem, ſic motus, qui habet diſpoſitionem illarum, quoniam ſic oportet eſſe motum cum principio & bonitate, ſine quibus eſſe non poſſet, ſicut principium & bonitas eſſe non poſſent ſine motu, ipſis exiſtentibus moventibus & motis.

Per Regulam octavam.

Quæſtio. Solutio. I.

1. QUæſtio. *Quid eſt liberum arbitrium?* Solutio. I. Poſito. I. in ſolutione ſignificatur ſolutio quæſtionis in textu regulæ de I. Eſt ergo liberum arbitrium in animali rationali locus intellectualis, per quem voluntas habere poteſt motum eligendi bonum aut malum, & intellectus eligendi verum vel falſum objectum, & memoria recolendi vel obliviſcendi objecta, quæ voluntas & intellectus accipiunt: iſte autem locus intellectualis eſt liberum arbitrium, qui ſuſtentatur in loco motûs, quem potentiæ animæ habent, ut objecta libera accipiant, ut cum magna bonitate, duratione, poteſtate, virtute & veritate quietem habeant in gloria.

2. Quæſtio. *De quo eſt liberum arbitrium?* Solutio. I. Eſt liberum arbitrium de ſe ipſo & de partibus ſuis eſſentialibus in illo collocatis, & ipſum in illis ſimpliciter, ut liberum arbitrium ſit unum principium ſimplex & de ſe ipſo, quoniam ſi eſſet de alio compoſitum, quod non eſſet de ſua eſſentia, non eſſet libertas hoc, quod eſt, & eſſet meritum in privatione, quæ eſſet minoritas bonitatis & majoritas malitiæ in anima rationali. Libertas autem eſt ſub forma poſſeſſionis potentiarum animæ, ut habeant locum ad utendum liberè objectis, quæ accipiunt vel dimittunt.

3. Quæſtio. *Quomodo eſt liberum arbitrium?* Solutio. I. Secundùm quòd locus conſideratur per nonam regulam de K., poteſt haberi cognitio de modo, ſecundùm quem liberum arbitrium eſt hoc, quod eſt, in ſe ipſo ſuſtentatum in potentiis animæ ſub ratione actionis & paſſionis & conjunctionis utriuſque, ut potentiæ locum habeant formaliter & paſſivè in libero arbitrio, conſervatum ſub forma actionis, & poſſeſſum ſub forma paſſionis. Eſt ergo liberum arbitrium ſecundùm ſuum eſſentialem modum collocatum in ſe ipſo & in modo potentiarum animæ.

4. Quæſtio. *Cum quo eſt liberum arbitrium?* Solutio. I. Conſiderato loco ſecundùm regulam de K., poteſt conſiderari liberum arbitrium, exiſtente libero arbitrio hoc, quod eſt, cum ſe ipſo & cum ſuis partibus coëſſentialibus, cum quibus ſunt una & eadem eſſentia, & cum partibus ſubſtantiæ rationalis, quoniam ſicut bonitas eſt magna cum magnitudine & cum eſſentiali bonificativo, bili & are, ſic liberum arbitrium ſecundùm hoc, quod eſt, eſt cum bonitate & cum eſſentiali liberativo, liberabili & liberare.

Per Regulam nonam.

Quæſtio. Solutio. K.

QUæſtio. *Quomodo haberi poteſt cognitio de eſſentiis rerum?* Solutio. K. Habetur cognitio de eſſentiis rerum quinque modis.

1. Primo modo inveſtigando partes ſubſtan-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſtantiæ, ſicut bonitatem ignîs, quæ eſt pars ſubſtantiæ ignîs.

2. Secundo inveſtigando, quomodo aliæ partes ſunt in aliis, ſicut in ſubſtantia ignîs, in qua bonitas eſt in magnitudine, ut ſit magna, & ut magnitudo ſit bona, & magnitudo, quæ eſt in bonitate, ut ſit bona, & ut bonitas ſit magna.

3. Tertio inveſtigando, quomodo ſubſtantia eſt in ſuis partibus & partes in illa, ſicut ſubſtantia ignîs, quæ eſt in eſſentiali ignificativo, bili & are, & omnia iſta tria ſunt in illa, & hoc idem eſt de ſua bonitate, magnitudine &c.

4. Quarto inveſtigando ſimilitudines, quas ſubſtantia tranſmittit extra ſubjectum ratione ſuarum partium, ſicut ignis, qui lucem ſuam tranſmittit, item calorem, ſiccitatem, bonitatem, magnitudinem &c. aëri & cæteris elementis. Idem facit ſubſtantia compoſita ex illis, quemadmodum piper, quod tranſmittit ſuum ſaporem, calorem & ſiccitatem guſtui. Cum iſtis quatuor modis habetur cognitio de eſſentiis rerum, ſicut de igneïtate, quæ cognoſcitur eſſe eſſentia ignîs exiſtentis ſupra ignificativitatem, ignificabilitatem & ignificare, quæ ſunt concreta eſſentialia ſubſtantiæ ignîs, per quæ ignis eſt ſubſtantia concreta & ſpecificata exiſtens ſub igneïtate, in qua ſunt partes ſpecificæ & concretæ ſcilicet bonitas, magnitudo &c. per quas igneïtas eſt bona, magna, & ignis eſt bonus, magnus, durans & potens, qui extrà mittit ſimilitudinem eſſentiæ ſuæ in rebus, in quibus figuraliter apparet eſſentia ſua & partes illius.

5. Cognoſcuntur per quintum modum eſſentiæ rerum, qui quidem modus diffuſus eſt in proceſſu iſtius artis diffuſo in practica, quam damus de figuris, diffinitionibus, regulis, tabula & quæſtionibus, ſicut in circulatione primæ figuræ, in qua apparet eſſentia mixti in mixtione principiorum, & hoc idem in diffinitionibus &c.

Per decimam Regulam.

Quæſtio. Solutio. K.

QUæſtio. *Cum quo cognoſcitur, quòd ſiccitas ignis eſt de terra?* Solutio. K. Quinque modis cognoſcitur, quòd ignis ſit ſiccus per terram & non per ſe ipſum.

1. Primo modo cum parte ignîs, ſicut calor, qui eſt propria qualitas ignîs.

2. Secundo cum mixtione partium ad invicem, ſicut calor ignîs, qui eſt in aqua calefacta, & frigiditas aquæ, quæ eſt in igne frigefacto, & humiditas aëris, quæ eſt in terra humefacta, & ſiccitas terræ in aëre deſiccato.

3. Tertio eſt cum cognitione partium in toto, & totius in parte, ſicut elementatum, quod eſt totum de ſuis partibus & econverſò ſcilicet partes de elementato.

4. Quarto in multiplicatione, quam ſubſtantia facit ex ſuis ſimilitudinibus in cæteris ſubſtantiis, ſicut ignis, qui ſuam ſpeciem multiplicat in aëre calefacto & ignificato ſub modo compoſitionis in generatione ſubſtantiarum elementatarum. Per hos autem quatuor modos cognoſcitur, quòd ignis non eſt ſiccus per ſe, quoniam ſi eſſet ſiccus per ſe, eſſet ſua ſiccitas una pars ipſius, & ſiccitas terræ alia pars terræ, & hoc idem ſuo modo ſequeretur de duobus caloribus, quia unus calor eſſet eſſentialis ignîs & alius aëris. Idem ſuo modo de duabus humiditatibus ſpecie differentibus & de duabus frigiditatibus: unde ſequerentur multa inconvenientia contra curſum naturalem videlicet, quia non ſufficeret una ſpecies ſiccitatis ad deſiccandum, nec una ſpecies caloris ad calefaciendum, nec una ſpecies frigiditatis ad frigefaciendum, nec aliquod elementorum daret alii ſuam ſimilitudinem, quoniam ſi aër eſſentialiter eſſet calidus per ſe, non haberet appetitum accipiendi calorem ignîs, qui haberet contrarium eſſentiale aëri, videlicet ſiccitatem. Nec eſſet ergo in illis concordantia, ſed eſſet contrarietas, & non poſſet fieri mixtio ex illis in ſubſtantia elementata ſub ratione concordantiæ ſed ſub ratione contrarietatis, & ſequeretur, quòd una pars non eſſet in alia, nec omnes in ſubſtantia, nec ſubſtantia in illis, & etiam, quòd ſubſtantia non poſſet tranſmittere ſuam ſimilitudinem cæteris ſubſtantiis, propter quod deperderetur generatio & curſus naturalis. Eſt ergo ſiccitas ignîs à terra, ut natura non habeat paſſionem ſub inconvenientibus prædictis, & ut ignis & aër poſſint habere concordantiam, dando illi calorem, & contrarietatem, dando illi ſiccitatem, quam recepit à terra, cui videlicet ſiccitati aër non poteſt contradicere, quoniam indiget calore ad mortificandum frigiditatem aquæ, ut aqua non det frigiditatem terræ, quæ eſt ipſi aëri contraria, & quòd de illo ſuam recipiat ſimilitudinem,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nem, idem ſuo modo ſequitur de cæteris elementis.

5. Quintus verò modus eſt in diſcurſu iſtius ſcientiæ, quæ eſt de figuris, diffinitionibus, regulis, tabula & quæſtionibus, quoniam cum practica, quam damus de illis, poteſt haberi cognitio, quòd ignis eſt ſiccus per terram de neceſſitate, ſecundùm quòd ſignificatum eſt in regula de G.; nam ſi ignis eſſet ſiccus per ſe, eſſet aër calidus per ſe, & aqua humida per ſe, & terra frigida per ſe ipſam, & perderetur qualitatum appropriatio & elementorum mixtio, quam videlicet perditionem non poſſet natura ſuſtinere.

Dictum eſt de practica regularum, & oſtendimus modum, cum quo quæſtiones ſolvi poſſunt cum qualibet regula ſecundùm modum, quem tenuimus. Sed nunc intendimus doctrinam dare ad ſolvendum quæſtiones miſcendo regulas ad invicem ad ſolvendum unam & eandem quæſtionem, & tangendo modos, in quibus regulæ dividuntur, ſicut tetigimus ſpecies triangulorum in quæſtionibus, quæ ſunt in ſecunda parte quintæ diſtinctionis, & de hoc dabimus exemplum faciendo unam quæſtionem de bonitate, magnitudine & voluntate Dei.

Per mixtionem Regularum.

Quæſtio. Solutio.

QUæſtio. *Utrùm bonitas Dei ſit ita magna, ſicut ſua voluntas?* Solutio. B. C. D. E. F. G. H. I. K.

Et primò B. Affirmando, quòd bonitas Dei ſit ita magna, ſicut ſua voluntas, plus intrat in recolere, amare & intelligere animæ de bonitate Dei, quàm negando bonitatem non eſſe ita magnam, ſicut eſt voluntas. Removetur ergo dubitatio per affirmationem, & ſtat per negationem.

C. Si voluntas Dei eſſet major in magnitudine quàm ſua bonitas, eſſet unum voluntas & aliud bonitas, & haberet voluntas in ſe ipſa eſſentiale amativum, amabile & amare, & bonitas accidentale bonificativum bonificabile & bonificare, & haberet bonitas in magnitudine parvitatem, malitiam, per quam eſſet magnitudo parvitas bonitatis, & haberet ſuum contrarium in ſe ipſa, & bonitas ſimiliter, quod eſt impoſſibile, ut voluntas non ſit diligens malitiam in bonitate aut parvitatem in magnitudine.

D. In voluntate Dei eſt magnitudo magna, quia voluntas in ſe ipſa habet magnitudinem eſſentialem amativi, amabilis & amare, quæ ſunt de eſſentia ſua, & una & eadem eſt eſſentia omnium trium & voluntatis, & quodlibet eſt eſſentia & eſſentia eſt quodlibet, & hæc eſt magna bonitas voluntatis, & eſſet magna parvitas voluntatis, ſi ipſa voluntas majorem haberet magnitudinem quàm bonitas, quoniam amaret magnitudinis parvitatem in bonitate, & odiret magnitudinem bonitatis, quod quidem amare & odire eſſet ex malitia & parvitate magnitudinis & voluntatis, & hoc eſt impoſſibile. Eſt ergo bonitas ita magna, ſicut voluntas, ut non ſequantur inconvenientia antedicta.

E. Deus eſt per ſe ipſum & non per aliud. Eſt ideo Deus per ſe ipſum, quia ſua bonitas, magnitudo, voluntas &c. convertuntur in eo tantummodo, cujus converſio eſſe non poſſet, ſi magnitudo eſſet magna in voluntate & parva in bonitate, quia majoritas & minoritas magnitudinis ponerent differentiam inter eſſentiam bonitatis & eſſentiam voluntatis, & eſſet bona voluntas accidentaliter & non per ſe ipſam, & bonitas eſſet parva, ut voluntas eſſet major quàm illa. Unde ſequerentur in eſſe Dei accidentia ſcilicet ſecundariæ intentiones, quæ eſſent materiæ primariis intentionibus, quod eſt impoſſibile & contra magnitudinem, voluntatem & bonitatem Dei.

F. In Deo non eſt aliqua compoſitio nec aliqua quantitas, ut in eo ſit infinita magnitudo amabilis, & infinita bonitas; ſed ſi bonitas Dei non eſſet ita magna ſicut voluntas, eſſent in Deo quantitas & compoſitio ſuſtentatæ in majoritate voluntatis & minoritate bonitatis in diviſione magnitudinis, & eſſet Deus terminatus & compoſitus, & hoc eſt impoſſibile.

G. Si in Deo non eſſet bonitas ita magna, ſicut voluntas, eſſet in ſua eſſentia una qualitas parva eſſentialis, & alia magna & parva eſſet appropriata qualitas & accidentalis, quæ quidem appropriatio mala eſſet contra bonitatem magnitudinis, voluntatis & contra amabilitatem bonitatis & magnitudinis.

H. In Deo non eſt tempus, quoniam ipſe eſt æternitas, quæ videlicet æternitas tempus comprehendit & omnia, quæ in tempore ſtant, unde ſi ita eſſet, quòd voluntas

(c) 2006 Ministerio de Cultura

luntas major eſſet quàm bonitas, comprehenderent majoritatem, minoritatem in tempore. Unde ſequeretur, quòd bonitas Dei non eſſet æterna, & eſſet magnitudo voluntatis in tempore bona & non in æternitate, quæ quidem bonitas eſſet malitia magnitudinis & voluntatis & æternitatis, & voluntas non haberet modum, cum quo amaret magnitudinem bonitatis in ſe ipſa, nec in æternitate.

I. In Deo non eſt locus, cùm omne, quod in loco eſt, finitum ſit ſecundùm loci naturam, qui naturam habet comprehendendi & eſſendi comprehenſus exiſtens ſub quantitate, quæ exiſtit hoc, quod eſt, in loco, & habet modum, quomodo ſuæ partes ſint collocatæ exiſtente qualibet parte in qualibet alia quantitativè; eſſet ergo in Deo locus parvitatis in bonitate, in qua eſſet magnitudo parva & magna in voluntate, ſi voluntas major eſſet quàm bonitas.

K. Si voluntas Dei major eſt quàm bonitas, Deus, qui eſt bonus, non haberet rationem, quomodo ſub ratione bonitatis magnum bonum faceret, ſed haberet rationem, quòd faceret parvum bonum, & quòd faceret magnum bonum ſub ratione voluntatis, cui magnitudo eſt ratio, ut magnum bonum amet, unde in Deo ſequeretur contradictio, & in eo eſſet pars ex partibus & totum compoſitum ex partibus, exiſtente qualibet parte in qualibet alia parte ſecundùm modum minoritatis & majoritatis, in quo modo oſtenderet Deus extra ſe ipſum perfectiones ſuas in figura imperfectionis in ipſo ſignificatæ, ſi magnitudo magna eſſet in voluntate & parva in bonitate.

Eſt etiam ſignificatum ſecundùm modum proceſsûs iſtius artis diffuſum in practica figurarum, diffinitionum, tabulæ, regularum & quæſtionum, quòd de neceſſitate magnitudo eſt ita magna in bonitate Dei, ſicut in ſua voluntate.

K. Voluntas Dei ſuam bonitatem amat cum magnitudine, amat ergo Deus tantum ſuam bonitatem, quantum ſuam magnitudinem, & hoc, ut ſuum amare ſit bonum magnum, cum quo amat bonum & magnum amabile cum magnitudine bonitatis & amativitatis. Iſtud autem amare tam magnum & tam bonum voluntas habere non poſſet, ſi amaret bonitatem cum minoritate, & ſequeretur, quòd minoritas amabilitatis eſſet pars in majoritate magnitudinis & majoritas eſſet alia pars in magnitudine, in qua eſſet minor amabilitas in majori & major in minori, & quòd ambæ partes eſſent conſtitutæ ex magnitudine ambarum, magnitudine movente ſimilitudinem ſuam in ſuo contrario, quod eſt parvitas, & hoc eſt impoſſibile & contra proceſſum iſtius artis diffuſum in figuris, diffinitionibus, regulis, tabulâ & quæſtionibus. In quo quidem proceſſu ſignificatur, quòd divina bonitas de neceſſitate eſt ita magna, ſicut ſua voluntas.

Multùm eſt utilis iſta doctrina, & practica, quam dedimus in mixtione regularum, *quoniam per talem doctrinam inveniri poſſunt eſſentiæ rerum & proprietates ipſarum*, & habetur modus ad multiplicandum plures rationes ad unam & eandem quæſtionem ad dandum judicium verum & ad ſignificandum, quòd Deus non habet dignitatem aliquam neque proprietatem otioſam, nec majoritatem, nec minoritatem.

DE

SEPTIMA PARTE

Quintæ Diſtinctionis,

In qua ponuntur quæſtiones & earum ſolutiones per Tabulam.

IN hac ſeptima parte proponimus dare doctrinam ad practicandum cum tabula, & ad multiplicandum rationes ad unam & eandem quæſtionem, & oſtendere, quomodo uti mixtim ſciatur diffinitionibus & regulis in decem ſpeciebus quæſtionum exemplificando in æternitate. Unde modus haberi poterit ad ſolvendum quæſtiones per tabulam, tenendo illum modum, quem nos tenere proponimus in hac quæſtione multiplicando ad unam & eandem quæſtionem viginti rationes.

De poſſibilitate Æternitatis. B.

1. QUæſtio. *Utrùm mundus ſit æternus?* Solutio. B. C. D. Si mundus eſt æternus, ſua bonitas & ſua magnitudo ſunt æternæ exiſtentes in ſua æternitate ſuſtentatæ, & econverſò æternitas in ſua bonitate & magnitudine, ſine quibus eſſe non poſſet ſubſtantia mundi æternitati ſubjectata, veluti totum ſuæ parti & pars ſubjectata ſuo toti cum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cum aliis partibus eſſentialibus, de quibus ſubſtantia conſtituta eſt & compoſita, ſequitur ergo, ſi mundus eſt æternus, quòd operetur ſub ratione ſuarum partium, ſicut bonum, quod agit bonum ſub ratione bonitatis. Unde oportet, quòd mundus agat bonum ſub ratione ſuæ bonitatis, & quòd illud bonum ſit magnum, eò quòd magnitudo eſt id, ratione cujus bonitas eſt magna ratio bono, quòd agat magnum bonum, & cùm æternitas ſit id, ratione cujus bonitas & magnitudo durant, & bonitas & magnitudo ſunt rationes æternitati, ut bona ſit & magna, neceſſariò fit, quòd ſi mundus eſt æternus, quòd ſit in mundo productum ſpeciale bonum, magnum, æternum & infinitum in bonitate & in æternitate extenſivè ſub ratione magnitudinis, ita ut ſit æternificatum in magnitudine & in bonitate ſub ratione æternitatis, & bonificatum in infinitate & æternitate ſub ratione bonitatis, ſed hoc eſt falſum. Nam ſi verum eſſet, in ejusmodi bono non eſſet quantitas, nec id aliquando in privationem deveniret, nec æternitas ſubjecta eſſet malitiæ, nec parvitas magnitudini, nec magnitudo malitiæ; ſed cùm omnibus bonis in mundo productis inſit quantitas temporalitas, eſt malum æternum in mundo, ſi mundus eſt æternus, oportet igitur, quòd ſit principiatus de novo, ut impoſſibilia ſupradicta non ſequantur.

2. B. C. T. B. Si mundus eſt æternus, duæ exiſtunt æternitates, altera eſt æternitas Dei, altera æternitas mundi, æternitate mundi multiplicante ſuam ſimilitudinem in multis aliis æternitatibus inter ſe differentibus ſuſtentatis in partibus mundi, videlicet in bonitate magnitudine & ſic de aliis. Unde deſtructio ſequitur magnitudinis, bonitatis, unitatis ſingularis æternitatis, ſicut deſtrueretur unitas & ſingularitas Dei, quæ eſt æternitas in magnitudine & bonitate, ſi alter eſſet Deus, ſed quia talis deſtructio eſt impoſſibilis, oportet neceſſariò mundum extitiſſe principiatum de novo.

3. B. C. T. C. Si mundus eſt æternus, bonitas & magnitudo concordantiam non habent in ſua æternitate, eò quòd plus mali eſt in mundo quàm boni, & æternitas magìs ſubjecta eſt malitiæ quàm bonitati. Concordant ergo in æternitate magnitudo & malitia, parvitas & bonitas, ex quo ſequitur, quòd æternitas eſt bona & mala, magna & parva, ſed hoc eſt impoſſibile, propter quam impoſſibilitatem ſignificatum eſt mundum fuiſſe principiatum de novo.

4. B. C. T. D. Si mundus eſt æternus, ſua æternitas ſubjectum eſt infinitæ contrarietati bonitatis & magnitudinis, nam parvitas boni infinita eſt in duratione & mali magnitudo, æternaliter enim plus mali eſt in mundo quàm boni, ex quo fit, quòd malum eſt eſſe, & bonum eſt non eſſe, quoniam id bonum ſpecificum, quod per ſucceſſionem provenit, extat in parvitate durationis, principium habens & finem temporaliter menſuratum, malum autem in privatione exiſtit boni, eo bono exiſtente æternaliter privato. Igitur mundus principiatus eſt & non æternus, ut inconvenientia evitentur præmiſſa.

5. B. D. T. B. Si mundus eſt æternus, inter ſuam bonitatem & æternitatem eſt realis differentia, nam ſi unum idem numero eſſent, non foret æternitas malitiæ ſubjecta, cui videlicet malitiæ ſubjecta eſt, cùm ſit æternaliter malitia in mundo, ſi mundus extat æternus. Conſimiliter fit de magnitudine & reliquis principiis ſubſtantiæ, quæ differunt à mundi duratione. Igitur bonitas & æternitas mundi non ſunt una eſſentia numero. Sequitur etiam, quòd ſola mundi æternitas eſt proprietas infinita, & reliquæ ſubſtantiæ mundi partes habent infinitas proprietates accidentaliter appropriatas ſub ratione æternitatis, indutæ de earum ſimilitudinibus quantitate finitis, æternitate exiſtente fine & complemento ipſis ſub ratione durationis, ipſis verò ſubſtantiæ mundi partibus exiſtentibus ratio æternitati ſub earum propriis proprietatibus, imperfectionibus & defectibus: præterea fuiſſent omnia magìs nobilia in æternitate quàm in ſe ipſis, & amabiliora in duratione quàm in bonitate & magnitudine & reliquis; ſed cùm omnia iſta ſint impoſſibilia, neceſſe eſt mundum fuiſſe de novo creatum.

6. B. D. T. C. Si mundus eſt principiatus de novo, inter bonitatem & æternitatem eſt concordantia, cujus ratio eſt, quia ſicut bonitas mundi eſt in tempore, ſic duratio ipſius eſt in tempore. At verò ſi mundus eſt æternus, bonitas & æternitas ſunt in contrarietate, eò quòd bonitas eſt finita in quantitate, æternitas verò ſine quantitate in infinita duratione, & bonitas eſt ratio bono, ut agat bonum, & æternitas malo,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

malo, eò quòd ejusmodi bonum productum devenire facit in privationem, in qua permanet æternaliter, quia si mundus est æternus, non est alia quàm ista vita, cùm primus homo stetisset nunquam, nec futurus sit ultimus, si mundus æternus est. Sine qua quidem prioritate & posterioritate substantia mundi sufficere non posset ad resurrectionem hominum nec ad locorum extensionem, essétque æternitas causata sub ratione mali contra superiorem æternitatem & finem rerum universarum. Igitur mundus principiatus est de novo, ut prædicta inconvenientia non sequantur.

7. B. D. T. D. Si mundus est æternus, bonitas & æternitas ipsius existunt in finibus contrariis, finis namque bonitatis est esse, finis verò æternitatis non esse, quoniam sub ratione bonitatis sequitur esse de non esse, sub ratione verò æternitatis devenit esse in privatione infinita. Unde finis æternitatis est in malo, finis verò bonitatis in bono, sed cùm talis contrarietas sit impossibilis, relinquitur mundus non fuisse æternus.

8. B. T. B. C. Si mundus est principiatus, differentia est ratio & claritas, in qua appareat concordantia unius boni & alterius, & unius & alterius magni boni, quæ videlicet concordantia separata est à contrarietate unius & alterius boni & unius & alterius magni boni. Sed si mundus est æternus, differentia non est ratio claritati, bonitatis, magnitudinis & æternitatis &c. existítque confusa in concordantia boni & magni, & boni & mali, & magni boni & magni mali, & sic de confusione reliquarum partium substantiæ mundi, sed quia talis confusio impossibilis est & contra diffinitiones principiorum substantiæ mundi, necessariò sequitur mundum fuisse novum.

9. B. T. B. D. Differentia bonitatis absque contrarietate, quæ ibi contradicere non potest, declarat bonitatem majorem esse & nobiliorem in specierum individuis quàm in generibus & in eorum speciebus, eò quòd genera & species existant intentiones secundariæ, individua verò primariæ. Igitur si mundus est principiatus, sua duratio nobilior est in individuis quàm in generibus & eorum speciebus; sin autem est æternus, sua duratio econtra nobilior est in his causis, quæ magis durant, & quæ per secundas intentiones existunt, & minùs nobilis in eis, quæ nobiliora sunt, & plus habent bonitatis & existunt per primam intentionem. Sequitur etiam contrarietas & confusio inter bonitatem & æternitatem, sed hoc est impossibile. Ratione cujus impossibilitatis, concluditur mundus non esse æternus.

10. B. T. C. D. Si mundus est æternus, sua æternitas contradicit suæ bonitati, in quantum concordantiam habet cum malo, quod in ea æternaliter sustentatur, & sua bonitas concordantiam habet cum æternitate, quæ bona est sub ratione bonitatis. Influit ergo æternitas suæmet bonitati contrarietatem & malitiam, existens subjecta malo æterno, cum quo concordantiam habet. Bonitas verò influit æternitati se ipsam & concordantiam, ad quam æternitatem bene se habent bonitas & concordantia, sed quia talis influentia concordantiæ & contrarietatis nequit habere subjectum, in quo consistat inter bonitatem & æternitatem, impossibile est, quòd mundus habeat in se ipso subjectum æternum, nec æternitas in ipso valeat sustentari.

11. C. D. T. B. Inter magnitudinem mundi & ejus durationem existit differentia, per quam sunt rationes reales inter se non confusæ, dummodo mundus non sit æternus; sin autem est æternus, existunt rationes confusæ, eò quòd non habent, per quod claræ consistant, ex quo mundus non habet in se essentialia, æternificans, bile & are, quæ si haberet, produceret ita magnum, sicut est ipse, quod est impossibile. Igitur mundus est creatus de novo, ut sua magnitudo & duratio existere possent rationes reales ad invicem non confusæ.

12. C. D. T. C. Mundus finitus extat in magnitudine extensitatis, cùm oporteat omne corpus extremitatem habere, sine qua non posset habere figuram, nec sine figura esse corpus. Ergo sua magnitudo finita est in extensitate; at si mundus est æternus, ejus duratio infinita est, & concordantia existit in una substantia partim finita & partim infinita, quod est impossibile & contra cursum naturalem. Sequerentur etiam multa alia inconvenientia, si mundus esset æternus, quoniam sua magnitudo major esset in alio quàm in se ipsa, hoc est in infinitate æternitatis, & sic suum magnificare majus esset in æternitate quàm in magnitudine. Sed quia magnitudo non potest esse major in alio quàm in se ipsa, & magnificare majorem concordantiam habet cum magnitudine quàm

cum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eum alio, ſequitur de neceſſitate mundum eſſe principiatum de novo, ut memorata inconvenientia non ſequantur, quòd fieret, ſi eſſet mundus æternus.

13. C. D. T. D. Si mundus eſt æternus, ſua magnitudo major eſt in contrarietate quàm in concordantia, quæ videlicet contrarietas de infinito conſtat & finito, videlicet de infinita duratione & finita extenſione magnitudinis, hoc idem ſequeretur de æternitate mundi, quæ major eſſet in contrarietate quàm in concordantia, quæ exiſteret infinita in ſe ipſa & finita in extenſitate magnitudinis. Eſſet ergo contrarietas compoſita de finitate & infinitate, & eſſet finis & complementum concordantiæ, quæ res impoſſibilis eſt. Unde oppoſitum impoſſibilitatis oportet eſſe neceſſarium.

14. C. T. B. C. Si mundus eſt æternus, differentia major eſt in magnitudine & æternitate ſub ratione contrarietatis, magnitudine mundi exiſtente finitâ & æternitate infinitâ, quàm ſub ratione concordantiæ, ex quo ſequitur differentiam majorem claritatem exiſtere in confuſione quàm in ſe ipſa, ſed hoc eſt impoſſibile, ergo oppoſitum eſt neceſſarium.

15. C. T. B. D. Si mundus eſt æternus, differentia contrariorum videlicet finitatis, magnitudinis & infinitatis æternitatis major eſt quàm rerum concordantium. Idem ſequitur de magnitudine differentiæ, ſine qua differentia major eſſe non poſſet rerum contrariarum quàm concordantium. Eſt ergo magnitudo differentiæ contrarietas, & parvitas differentiæ eſt concordantia; ex quo ſequitur inter magnitudinem & differentiam eſſe majorem contrarietatem quàm concordantiam, ſed hoc eſt impoſſibile & contra concordantiam eſſentialium magnificativi, bilis & are, in quibus differentia ſuſtentata eſt eſſentialiter & naturaliter. Eſt igitur in concluſione negatio quæſtionis vera.

16. C. T. C. D. Si mundus eſt æternus, magnitudo concordantiæ major eſt in contrarietate quàm in ſe ipſa, videlicet in contrarietate finiti & infiniti, in qua magnitudo major eſt quàm in concordantia finiti & finiti; ſed cùm hoc ſit impoſſibile & contra diffinitionem magnitudinis concordantiæ, æternitatis & contrarietatis, ſequitur neceſſariò mundum fuiſſe creatum de novo.

17. D. T. B. C. Si mundus eſt æternus, differentia rerum concordantium major eſt in æternitate mundi quàm in ejus concordantia, mundo exiſtente infinito ſub ratione æternitatis, quæ in eo contrarietatem non habet, & ſuâ concordantiâ exiſtente finitâ in contrarietate mundi concordantiæ contraria: ſed quia differentia concordantiæ in eſſentiali concordativo, bili & are ſuſtentata non poteſt eſſe major in alia eſſentia quàm in concordantia, mundus non poteſt eſſe æternus, quoniam ſi poſſet, differentia concordantiæ poſſet eſſe major in alio quàm in concordantia, quod eſt impoſſibile.

18. D. T. B. D. Si mundus eſſet æternus, differentia magis diffuſa & extenſa eſt in æternitate mundi cum contrarietate quàm cum concordantia, plures namque res contrariæ forent, ſi mundus eſſet æternus quàm concordantes, exiſtentibus ejuſmodi contrarietatibus finitis in partibus mundi, & infinitis in ſua æternitate, & exiſtentibus concordantiis finitis in partibus mundi: ſequeretur igitur, ſi mundus æternus eſſet, quòd inter differentiam & contrarietatem infiniti & finiti eſſet major concordantiæ proportio & finis quàm inter differentiam & concordantiam rerum finitarum, ſed hoc eſt impoſſibile.

19. D. T. C. D. Si mundus eſt æternus, concordantia idcirco eſt, ut ſit contrarietas; contrarietas verò idcirco non eſt, ut ſit concordantia; quia ſi mundus eſt æternus, major eſt contrarietas quàm concordantia, cùm contrarietas ſit partium finitarum mundi, quæ eſſentialiter ſunt finitæ, videlicet magnitudinis, bonitatis & reliquarum, æternitate mundi exiſtente eſſentialiter infinitâ. Ex quo ſequitur contrarietas rei infinitæ & rerum finitarum in una ſubſtantia, cujus videlicet ſubſtantiæ una pars, quæ eſt æternitas, eſt finis & complementum totius ſubſtantiæ & aliarum partium ſuarum omnium finitarum, ex quo fit, quòd major eſt pars ſuo toto, & naturæ rerum majores exiſtunt in contrarietate quàm in concordantia. Sed cùm omnia iſta ſint impoſſibilia, impoſſibile eſt, mundum fuiſſe æternum, ut prædicta inconvenientia non ſequantur, atque ut concordantia non ſit idcirco, ut ſit contrarietas, cùm ſecundùm naturam concordantia ſit primarum intentionum, contrarietas verò ſecundarum.

20. T. B. C. D. Si mundus eſt æternus,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

differentia, concordantia & reliquæ substantiæ mundi partes sunt æternitatis mundi possessivè, cùm ea sit infinita & reliquæ partes finitæ, & tota substantia mundi esset de sua parte infinita, sed quia ea pars prædominaretur, & possessionem & finem haberet contra bonitatem, magnitudinem &c. sequitur infinitatem mundi (quam habet in duratione tantùm, si est æternus) esse finem & complementum cum contrarietate toti ipsi substantiæ & suis partibus. Sed quia hoc est impossibile, mundus æternus esse non potest.

De Quidditate æternitatis. C.

1. QUæstio. *Quid est æternitas* ? Solutio. C. D. E. Æternitas est ea proprietas in natura, per quam durant magnitudo & potestas æternaliter in unitate numeri. Unde potestas potest in æternitate infinitè & extensè esse magna.

2. C. D. T. C. Æternitas est ea magnitudo, quæ habet in se ipsa concordantiam essentialium magnificativi, bilis & are, ideóque æternitas extensa est infinitè in magnitudine & concordantia.

3. C. D. T. D. Æternitas est ea magnitudo, quæ magìs distat à suo contrario quàm alia magnitudo omnis. Quapropter æternitas non potest esse de parvitate nec existere otiosa.

4. C. D. T. E. Æternitas est magnitudo, quæ principium non habet nec finem in extensitate nec in duratione. Igitur nec potest esse terminata, principiata, nec finita.

5. C. E. T. C. Æternitas est magnitudo potestatem habens, in qua extensitas infinita & duratio concordant, cùm sint unum idem numero; unde potestas omnia potest in æternitate & concordantia.

6. C. E. T. D. Æternitas est magnitudo & potestas, cui nulla contrarietas resistere potest, & propter hoc potestas potest esse magnitudo & magnitudo potest esse æternitas.

7. C. E. T. E. Æternitas est principium infinitum in extensitate & potestate, unde principiare potest & terminare entia universa & infinitè extra ipsa existere.

8. C. T. C. D. Æternitas est magnitudo, quæ magìs potest contrarietati repugnare quàm alia magnitudo omnis. Quapropter contrarietas contradicere non potest naturæ æternæ & infinitæ in extensitate magnitudinis & concordantiæ.

9. C. T. C. E. Æternitas est magnitudo, in qua concordantia & principium sunt unum idem numero; quapropter non potest esse plus quàm una æternitas, quoniam si esset, posset principium principiare contra proprietatem æternam magnitudinis & concordantiæ.

10. C. T. D. E. Æternitas est principium adeò magnum, quòd omni contrarietate stat priùs, & nulla contrarietas ex ipso principiat, nec illi contradicere potest. Igitur oportet, quòd id principium sit concordantia.

11. D. E. T. C. Æternitas est potestas, quæ in se concordantiam habet æternificativi, bilis & are. Quapropter nulla potestas contrarietatis potest contradicere concordantiæ prædictorum trium.

12. D. E. T. D. Æternitas est potestas concordantiæ, ideóque in æternitate potestas non potest de contrarietate contra concordantiæ potestatem.

13. D. E. T. E. Æternitas est potestas, ut possibile & possitum possint esse in æternitate unum idem numero absque principii novitate, ideóque non potest in potestate esse otiosa, nec potestas in æternitate vacua.

14. D. T. C. D. Æternitas est concordantia, unde distat à contrarietate, ita quòd nihil aliud magìs distat, ex quo sequitur, quòd contrarietas & tempus habeant concordantiam, unde alia æternitas esse non potest.

15. D. T. C. E. Æternitas est principium, quod est concordantia, & est concordantia, quæ est principium, & ob hoc æternitas principiare non potest contrarietatem contra concordantiam, & econtra potest principiare concordantiam contra contrarietatem.

16. D. T. D. E. Æternitas est principium, quod est omnibus contrarietatibus prius. Igitur principium prius est quàm tempus, & tempus esse non potest de essentia æternitatis, nec aliquid, quod sit temporaliter principiatum.

17. E. T. C. D. Æternitas est potestas cum concordantia, & propter hoc priùs potest æternitas quàm contrarietas, ratione cujus potestatis contrarietas non potest in æternitate contra concordantiam. Igitur non possunt plures quàm una æternitas existere.

18. E. T. C. E.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

18. E. T. C. E. Æternitas est concordantia potestatis cum principio, unde principium est æternum ante omnia, quæ non sunt de natura æternali, quæ existunt post principium æternale in tempore principiato, in quo ipsa principiantur.

19. E. T. D. E. Æternitas est principium, quod principiare non potest contra se ipsum contrarietatem, unde fit, quòd contrarietas non potest principiare contra principium æternale aliquid.

20. T. C. D. E. Æternitas est principium, ut concordantia sit prior contrarietate; itaque contrarietas esse non potest extra tempus, nec æterna concordantia potest esse in tempore principiata.

Diffinivimus æternitatem Dei & hæc diffinitio multùm est justis hominibus amabilis, peccatoribus verò plurimùm timenda.

De Materialitate æternitatis. D.

1. QUæstio. *Æternitas de quo est?* Solutio. D. E. F. Æternitas est de se ipsa & de essentiali intellectivo, bili & gere, qui sunt de sapientia, de qua est æternitas, ut sapientia esse possit de essentiali intellectivo, bili & gete; & hoc idcirco convertitur, ut æternitas existere possit de essentiali æternificativo, bili & are; sed quia æternitas & sapientia sunt de potestate, & potestas est de illis, & hæc tria sunt una eadem essentia existente qualibet ratio realis, ideo possunt esse omnia ista, & nullum inconveniens sequi potest: nam si sequeretur, deficeret potestas sibi ipsi & æternitati & sapientiæ, sed hoc est impossibile.

2. D. E. T. D. Æternitas est de potestate & potestas de æternitate, & quoniam sunt unum idem numero, æternitas potest esse de se ipsa & in se ipsa. Et ideo contrarietas potestatem non habet, cum qua æternitati resistere possit, nam æternitas omnia potest, contrarietate id contradicere non valente.

3. D. E. T. E. Æternitas est de potestate & potestas de æternitate; & cùm sint unum idem numero, æternitas potest esse de simplicitate, & compositio non potest in ea principiari, unde æternitas principiare potest esse de non esse sine alteratione & additione suî ipsius.

4. D. E. T. F. Æternitas est de potestate, ut potestas possit habere in medio suî ipsius æternale possificare, & propter hoc æternificabile non potest deficere æternificativo, nec possificabile potest existere in potentia, sed æternaliter est in actu.

5. D. F. T. D. Æternitas est de concordantia, ut sapientia sit æternaliter de concordantibus intellectivo & intelligibili & gere, ne æternitas & sapientia sint de contrarietate: quapropter contrarietas concordantiam habet cum privatione & ignorantia.

6. D. F. T. E. Æternitas est de principio & principium de æternitate, & ambo sunt unum idem numero: quare sapientia nihil potest intelligere ante æternitatem, nam si posset, æternitas non esset principium, nec de principio faceret ad suum libitum, nec de suo complemento: itaque sapientia æternitatem saperet in defectu.

7. D. F. T. F. Æternitas est de intelligere, quod est medium de sapientia æterna; unde sapientia otiosa esse non posset, nec intelligibile deficere intellectivo, nec ambo intelligere ipsi.

8. D. T. D. E. Æternitas est de principio & principium de æternitate, ex quo fit, quòd principium æternaliter principiare potest de æternitate, igitur tempus principiari non potest in æternitate, nec contrarietas æternitati & principio resistere.

9. D. T. D. F. In æternitate est medium, quod est æternare æternificativi & bilis: ideóque æternitas est de æternabili in æternativo & de æternativo in æternabili & de ambobus in æternare: unde deficere non potest ipsi æternare, nec in ea otiositas existere.

10. D. T. E. F. Æternitas est de principiare, ut principium in medio æternitatis existere possit, utque principium temporis nequeat inesse æternitati, nec æternare in tempore principiari, æternitas igitur nec deficere potest nec multiplicari.

11. E. F. T. D. Æternitas æqualiter est de potestate & sapientia, ut in potestate ita sit possificare æternum, sicut in sapientia intelligere: itaque contrarietas tantum est ab æternitate distans in possificare, quantum in intelligere, & potestas tantum potest de æternitate, quantum potest de sapientia.

12. E. F. T. E. Æternitas est de principio, ut intelligere sit æternale in sapientia & intelligibile & intellectum nequeant intellectivo deficere & econtra, nec intellectivum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vum intellecto & intelligibili. Quamobrem sapientia æternaliter est de se ipsa & de suo intellectivo intelligibili & gere, non indigens alterius essentiæ, quæ sit medium sui existere & sui operari, potest enim de se ipsa in se ipsa principiare & æternare suum intelligere.

13. E. F. T. F. Æternitas item est de intelligere, ut existere possit in medio sapientiæ & sufficere intellectivo, bili & intellecto & existere in utroque; unde ipsi intelligere sapientia deficere nequit.

14. E. T. D. E. Æternitas est de potestate, quod est principium, unde potestas principiare potest suum possificare de æternitate. Quapropter contrarietas nihil in æternitate imminuere potest, nec augere, nec potest esse principium essentiale de æternitate, imò oportet, quòd sit principium accidentale extra æternitatem. Igitur contrarietas in æternitate nihil potest principiare, nec aliquid diminuere vel immutare.

15. E. T. D. F. Æternitas est de possificativo, ut ipsum habere possit æternum possificabile, atque ut possificabile æternum habeat possificativum. Est item de possificare, ut existere possit in medio possificativi & possificabilis, contrarietate id contradicere non valente.

16. E. T. E. F. Æternitas est de æternabili, ut ipsum sit de æternativo, & æternare sit ex ambobus : ideóque potestas deficere non potest æternificare & principiare & potest existere in medio æternificativi & bilis.

17. F. T. D. E. Æternitas est de sapientia & de principio, ut sapientia, quæ est de intellectivo, possit æternaliter principiare de se ipsa suum intelligibile & intelligere, cui videlicet principiare contrarietas non potest contradicere, cùm nequeat inesse æternitati nec principiari de sapientia. Unde in eo principiare æterno materia esse non potest, intellectivum namque æternum principiat de se ipso suum intelligibile, & de utroque ipsorum est intelligere principiatum.

18. F. T. D. F. Æternitas est de medio sapientiæ, ut in tali medio nequeat intrare contrarietas, nec existere in æternitate defectus ignorandi, & ideo æternitas & sapientia existentes rationes reales sunt ita magnæ in operando sicut in existendo. Aliàs posset intrare & existere in æternitate & sapientia contrarietas.

19. F. T. E. F. Æternitas est de sapientia & de principio, ut in sapientia non sit intellectivum antequam intelligibile, nec intelligibile antequam intellectivum, sitque intelligere æternale tantum, quantum utrumque est. Hoc autem esse non posset, si æternitas non esset de sapientia & de principio non materialiter sed formaliter.

20. T. D. E. F. Æternitas est principium, unde contrarietas principiare non potest de æternitate. Igitur oportet, quòd æternitas sit de concordantia, in qua æternitas est de concordare, quod æternaliter distat à contrariare, igitur contrariare sine principio temporis & tempore principii principiare non potest.

De formalitate æternitatis. E.

1. QUæstio. *Æternitas quare est?* Solutio. E. F. G. Æternitas est per se ipsam, existens per se ipsam de essentialibus, æternificativo, bili & are, cum quibus ita potest esse per se ipsam, sicut sapientia, quæ per se ipsam est id, quod est, existens de essentialibus intellectivo, bili & gere. Idem sequitur de voluntate, quæ per se ipsam constat de essentiali amativo, bili & are. Est item æternitas per se ipsam, eò quòd convertitur cum essentiali potestate, voluntate & sapientia, quæ unum idem existunt numero.

2. E. F. T. E. Æternitas ideo est, ut sapientia possit esse principium æternale, possitque æternaliter sufficere intelligibile æternali intellectivo, & ambo æternali intelligere, hæc autem tam magna sufficientia sine æternitate esse non potest.

3. E. F. T. F. Æternitas est, ut in sapientia possit intelligere, æternum esse medium inter æternale intellectivum & æternale intelligibile; & propterea, quia æternitas est, intellectivum æternum sufficere potest de se ipso æterno intelligibili intellecto & æterno intelligere. Idem efficere potest æternale intelligibile intellectum, quod de se ipso sufficere potest æternali intellectivo intelligere, cui quidem intelligere æterno sufficere possunt etiam de se ipsis æternale intellectivum & æternale intelligibile & intellectum.

4. E. F. T. G. Æternitas ideo est, ut sapientia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

pientia Dei habere valeat in ſe ipſa ſuum finem, quem ratione æternitatis habere poteſt, in qua ſapientia habet intellectivum, bile, & intellectum & intelligere æternalia. Quapropter ſapientia appetitum non habet, nec inclinationem ad aliquem, qui extra ſe ipſam exiſtat finis.

5. E. G. T. E. Æternitas idcirco eſt, ut ſua voluntas poſſit eſſe æternale principium, & habere in ſe ipſa æternum amativum, bile, & amatum & æternum amare. Idem ſequitur de voluntate, quæ ideo eſt, ut æternitas poſſit amari æternaliter in æternativo, bili, æternato & in æternare.

6. E. G. T. F. Æternitas eſt, ut ſua voluntas habere poſſit in ſe ipſa æternum amare, quod ſtet in medio æternalis amativi & amabilis, propter quod amare voluntatis alterari non poteſt, nec in privationem devenire.

7. E. G. T. G. Æternitas ideo eſt, ut voluntas poſſit habere in ſe ipſa & de ſe ipſa finem æternum, in quo æternaliter quieſcat: ideóque voluntas non inquirit ſuum finem ſucceſſivè, ſed ipſum habet actualiter in ſe ipſa in æternitate.

8. E. T. E. F. Æternitas item ideo eſt, ut poteſtas eſſe poſſit æternale principium, habeátque in ſe ipſa æternum poſſificare, quod ſit in medio æternalis poſſificativi & bilis poſſificati, ſine qua videlicet æternitate poteſtas eſſe non poſſet principium æternum, nec ſufficientiam habere in ſe ipſa de ſe ipſa, nec æterno intelligere & amare ſufficeret.

9. E. T. E. G. Æternitas eſt, ut poteſtas habeat in ſe & de ſe finem æternum, qui idem ſit cum æterno principio, qua de cauſa poteſtas divina ſucceſſionem non habet de potentia in actu, quoniam quicquid habet in ſe ipſa, actualiter & æternaliter habet.

10. E. T. F. G. Eſt item æternitas, ut poteſtas in ſuo poſſificare finem habeat æternaliter ſui poſſificativi & ſui poſſificabilis, quoniam abſque æternitate finis in ſuî poſſificare exiſtere non poſſet ſine ſucceſſione.

11. F. G. T. E. Æternitas eſt, ut ſit in ſapientia & in voluntate Dei æternale principium, & propter hoc non ſequitur, quòd idcirco Deus ſit principium, quia mundum principiavit, nam antequam mundus eſſet, ſua æternitas principium præexiſtebat æternale in ſua voluntate & ſapientia.

12. F. G. T. F. Eſt item æternitas, ut ſit in medio ſuæ ſapientiæ & voluntatis. Per quod quidem medium earum exiſtentia & eſſentialis agentia in mutatione eſſe non poſſunt, nec in temporalitate.

13. F. G. T. G. Æternitas eſt, ut ſit finis ſuæ voluntatis & ſapientiæ, ſitque ejus finis æternus in ſapientia & voluntate. Quapropter ſapientia & voluntas nullam habent neceſſitatem finîs temporalitatis.

14. F. T. E. F. Æternitas ideo eſt, ut ſit in medio ſapientiæ æternale principium, unde ſapientia nihil poteſt ignorare, nec otioſitas in ea locum habere poteſt.

15. F. T. E. G. Æternitas ideo eſt, ut ante Dei ſapientiam non ſit finis nec principium: propter hoc æternitas tantum eſt infinita in extenſitate, quantum in duratione.

16. F. T. F. G. Æternitas item eſt, ut ejus finis extet medium ſapientiæ, unde fit, quòd intelligere, æternare & complere unum idem exiſtant numero.

17. G. T. E. F. Æternitas eſt ideo, ut in amare, quod in medio conſiſtit voluntatis, accidens non poſſit principiare nec exiſtere, igitur illud amare æternum eſt incorruptibile & immutabile.

18. G. T. E. G. Item æternitas eſt, ut in voluntate Dei principium ſit finis, & finis ſit principium. Unde neceſſe eſt, quòd ſuum amare ſit æternum, ac de fine & principio æterno.

19. G. T. F. G. Æternitas ideo eſt, ut in voluntate æternaliter convertantur medium & finis. Unde amativum extat finis æternus, & amabile quoque finis æternus, ſimiliter & amare. Id autem fieri non poſſet, niſi æternitas cum voluntate unum idem numero forent.

20. T. E. F. G. Æternitas denique ideo eſt, ut in ipſa principium medium & finis durent æternaliter abſque ſucceſſione. Quapropter in eo principio, medio & fine, quæ in æternitate conſiſtunt, nec corruptio eſſe poteſt, nec finis aliquis alterationem aut mutationem aliquam ibi acquirere valet.

De Quantitate æternitatis. F.

1. QUæſtio. *Æternitas quanta eſt?* Solutio. F. G. H. Sapientia Dei eſt æterna ratione æternitatis, unde neceſſe eſt, quòd æternitas ſit ſine quantitate, ut ſapientia intelligere queat infinitè; quod fieri non poſſet,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

possет, si æternitati quantitas ineссet, nam quantitas privaret infinitam virtutem cognitionis sapientiæ & infinitam amativitatem voluntatis, quæ ita amat infinitam extensitatem in æternitate, sicut infinitam durationem. Cæterùm, quia in Deo sapientia, virtus, voluntas & æternitas convertuntur, necessariò fit æternitatem esse quantam in unitate absque differentia in sua quantitate.

2. F. G. T. F. Voluntas divina cum sua sapientia amat medium æternum, quod medium est inter æternum intellectivum & æternum intelligibile & intellectum, quod in ipsis existere non possет, si æternitas essет quantificata, atque si ejus essentia quantitate mensuraretur.

3. F. G. T. G. Voluntas Dei amat finem æternum in sua sapientia. Unde fit, quòd æternitas quantitatem non habeat, ut ejus amabilitas infinita sit in intellectivitate sapientiæ & in amativitate voluntatis.

4. F. G. T. H. Voluntas Dei vult, quòd sapientia sapiat æternitatem simplicem ab omni compositione disparatam. At verò si æternitas cum quantitate essет in extensitate, & absque quantitate in duratione, composita foret æternitas ex majoritate & minoritate, sed quia ejusmodi compositio essет contra voluntatem & intelligibilitatem sapientiæ, non potest æternitas existere in quantitate.

5. F. H. T. F. Virtus divina consistit in medio suæ sapientiæ & suæ æternitatis, & cùm existat in infinitate ratione infinitæ durationis æternitatis, oportet existere in infinita intelligibilitate extensivè absque quantitate.

6. F. H. T. G. Finis sapientiæ est in virtute æternitatis, quam æternitas habet infinitè in duratione, & ideo is finis est sine quantitate in durabilitate. Idem sequitur de fine extensitatis, ut sapientia habeat finem ita magnum virtutis in extensitate, sicut in durabilitate.

7. F. H. T. H. Si æternitas quantitatem haberet in extensitate, intelligibilitas æternitatis terminata foret in virtute, & ejus intelligibilitas major foret in potentia quàm in actu, nam possibile foret sapientiæ intelligere æternitatem sine quantitate, sed cùm omnia, quæ sunt in Deo, actualiter sint, oportet in æternitate quantitatem esse nullam.

8. F. T. F. G. Finis sapientiæ is est, videlicet ut ipsa sit quanta in numero ternario, videlicet in intellectivo, bili & gere, cujus finîs existeret privatio, si medium (quod est intelligere) mensuraretur quantitate extensitatis & durationis: non potest igitur in æternitate quantitas inesse, ut possit ipsa sufficere fini sapientiæ.

9. F. T. F. H. Nullum medium majus est quàm intelligere sapientiæ, medians æternaliter inter æternum intellectivum & bile, inter quæ mediare non possет æternaliter, si æternitas quantitatem haberet, cùm non essет æterna intelligibilitas, quæ æternæ intellectivitati sufficeret.

10. F. T. G. H. Nullus finis potest esse intellectus major quàm finis æternitatis, qui finis is est, videlicet, ut æternitas habeat in se sine quantitate æternificativum, bile & are, cum quibus sit una essentia ita infinita in extensitate sicut in duratione.

11. G. H. T. F. In Deo amare virtuosum existit medium æternum inter amativum & bile, quod fieri non possет, si voluntas in æternitate quantitatem amaret.

12. G. H. T. G. In voluntate est æternaliter finis virtutis, unde voluntas amare non potest vitium in æternitate, quod faceret, si æternitas quantitatem haberet.

13. G. H. T. H. Voluntas in amando se ipsam, non habet majorem virtutem quàm in amando æternitatem, eò quòd cum æternitate existit unum idem numero, & cùm in se ipsa quantitatem non amet, quantitatem non habet, ut sit perfectum suum amare. Igitur voluntas non amat quantitatem in æternitate, quæ quantitatem non habet, ut in ipsa sit completa voluntatis amatio.

14. G. T. F. G. Voluntas in medio suî ipsius finem habet suî ipsius, unde in se ipsa quiescere potest; quam videlicet quietem habere non possет, si quantitas æternitati ineссet, quoniam ea quantitas amare terminaret voluntatis, in qua terminatione voluntas quiescere non possет, eò quòd non essет de essentia amabilitatis infinitæ.

15. G. T. F. H. Divina voluntas habere non potest majus medium quàm amare, nec æternitas, quàm æternare, quæ scilicet æternitas, si quantitatem haberet, possет illud habere majus sine quantitate, & sic de voluntate, relinquitur ergo æternitatem esse sine quantitate.

16. G. T. G. H. Oportet in voluntate Dei quantitatem esse numeri, ut voluntas habere

(c) 2006 Ministerio de Cultura

bere poſſet ſuum finem, in tali numero, qui eſt eſſentialis æterni amativi, bilis & are. In qua ſiquidem numeri quantitate exiſtere non poſſet quantitas menſurabilis, ut finis voluntatis poſſit eſſe æternus, ſed quia inter voluntatem & æternitatem non eſt majoritas, quantitas in æternitate eſſe non poteſt.

17. H. T. F. G. In fine æternitatis virtus æternalis eſſe non poteſt, ſi æternare, quod eſt medium æternitatis, haberet quantitatem, nam ea quantitas extenſa æternalis eſſet vitium æternum, cum quo virtus finem non haberet, nec complementum in æternitate.

18. H. T. F. H. Æternitas major eſt quàm tempus, igitur ejus medium, quod eſt æternare & virtus & actus æternitatis non poteſt eſſe menſuratum in tempore, & ob id ſuperat & excedit temporis quantitatem, quæ videlicet exceſſio fieri non poſſet, ſi in tempore poſſet menſurari. Idem ſequitur de extenſa quantitate, quam vincit & excedit virtus æternitatis, quæ major eſt, quàm quantitas.

19. H. T. G. H. Si æternitas terminaretur in extenſa quantitate, foret ſua virtus major in fine durationis quàm in fine extenſitatis. Nam in fine durationis foret infinita, in fine verò ſuæ extenſitatis eſſet finita, foret igitur ejus quietudo in fine compoſita de majoritate & minoritate, ſed hoc eſt impoſſibile.

20. T. F. G. H. In æternitate majoritas ideo exiſtere non poteſt, quia majoritas nequit eſſe ſine minoritate. Unde ſequitur, quòd in fine æternitatis ſit medium exiſtens æqualiter ſine quantitate in medio infinito durationis & extenſionis. Ex his quidem naturis (quas diximus) principiorum conſtat intellectui humano ea infinitas, quam æternitas habet in extenſitate & hæc inventio multùm eſt amabilis.

De Qualitate æternitatis. G.

1. QUæſtio. *Æternitas qualis eſt?* Solutio. G. H. I. Æternitas eſt qualis eſſentialis & ſubſtantialis in quali æterno eſſentiali amativo, & in quali æterno eſſentiali amabili & in quali æterno eſſentiali amare. In his autem tribus exiſtit æternitas qualis ſubſtantialiter, ut unumquodque iſtorum ſit quale virtuosè & veraciter.

2. G. H. T. G. Æternitas realis ea eſt, in qua voluntas virtus & finis convertuntur, & ea eſt æternitas Dei tantummodo. Eſt autem & alia æternitas intentionalis exiſtens in humano intellectu, quæ eſt qualitas accidentalis, in qua intellectus ipſe realem Dei æternitatem contemplatur.

3. G. H. T. H. Ea extat realis æternitas, in qua voluntas majorem habet virtutem, quapropter plures exiſtere non poſſunt æternitates quàm una realis æternitas, ut majoritas ſufficere poſſit virtuti & voluntati. Eſt autem alia æternitas æviternalis, quæ principium habet, ſed non habet finem. In ipſa quidem voluntas hominis non habet virtutem ita magnam in amando, ſicut habet in ea, quæ realiter extat æternitas.

4. G. H. T. I. Ea eſt æternitas realis, in qua voluntas & virtus ſubſtantialiter exiſtunt æquales ſine aliquo accidente. Unde talis æternitas virtuoſa eſt & amoroſa in qualibus æqualibus eſſentialibus æternis voluntatis & virtutis.

5. G. I. T. G. Æternitas realis ea eſt, in qua voluntas amat ita magnum finem in veritate, ſicut in ſe ipſa. Igitur æternitas exiſtit tantum qualis in ea veritate ſicut in voluntate.

6. G. I. T. H. Ea æternitas eſt realis, quæ non eſt major quàm veritas nec voluntas, & in qua voluntas eſt in veritate ita magna ſicut in ſe ipſa. Quapropter voluntas non vult æternitatem ſubjectam eſſe falſitati.

7. G. I. T. I. Ea æternitas realis eſt, quæ æqualis eſt voluntati & veritati, unde facit eſſe quale æquale in amare verificare & æternare, ergo falſitas, odium & privatio in tali æternitate exiſtere non poſſunt.

8. G. T. G. H. Æternitas realis eſt illa, in qua major finis exiſtit voluntatis, propter quod voluntas humana efformat & effingit in ſuo amare unam æternitatem intentionalem, quæ eſt imago illius æternitatis realis, in qua voluntas æternitatem ſui amati contemplatur.

9. G. T. G. I. Ea eſt æternitas realis, in qua voluntas & finis exiſtunt æquales in infinire & amare: propter quod voluntas hominis juſti magis amat eam æternitatem quàm ſuam æternitatem æviternalem.

10. G. T. H. I. Æternitas realis eſt ea, quæ æqualiter exiſtit in voluntate ſine majoritate. Et idcirco eſt majoritas creata, in qua voluntas hominis poſſit intenſiùs amare talem æternitatem quàm ejus ſimilitudinem, in qua realem æternitatem contempla-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

templatur cum majori amandi æqualitate.

11. H. I. T. G. Ea est realis æternitas, in qua virtus est finis veritatis & veritas est finis virtutis. Unde voluntas Dei nec vult nec potest amare aliquam falsitatem, idcóque falsitas creatura esse non potest, nec in æternali natura sustentari.

12. H. I. T. H. Æternitas realis ea est, in qua virtus & veritas existunt æquales & quales æternæ absque majoritate. Quæ quidem æternitas suam posuit similitudinem in æviternitate mundi, qui æternus est secundùm posterioritatem, & suam dissimilitudinem posuit in ea secundùm temporis anterioritatem, in qua æviternitas principiata est, & tempus principium accepit in ea.

13. H. I. T. I. Illa est æternitas realis, quæ æqualiter est in virtute & in veritate quali, & facit in se ipsa virtutem & veritatem rationes reales existere æquales & æternales, qualibet existente quali substantialiter sine accidente.

14. H. T. G. H. Æternitas realis est ea, quæ finis est majoris virtutis, unde vitium sustentari non potest in æternitate, nec in æviternitate Sanctorum gloriæ potest esse vacuitas finîs, nec in æviternitate damnatorum complementum finîs esse potest.

15. H. T. G. I. Ea est æternitas realis, in qua virtus & finis existunt æquales quales, unde ea æternitas est finis & virtus omnium finium & virtutum creatarum. Unde non potest esse vitium in ea sustentatum, nec finîs vacuitas, scilicet quin sit vera resurrectio hominum.

16. H. T. H. I. Æternitas realis illa est, in qua virtus majorem æqualitatem habet; unde necesse est in ea æternitate esse qualia, in quibus æqualitas sustentetur, quoniam sine ipsis qualibus æqualitas non haberet, in quo esset sustentata.

17. I. T. G. H. Æternitas realis est ea, in qua major est finis veritatis: unde oportet in veritate existere æternum quale verificativum; quod sit finis æternalîs qualîs verificabilîs, sintque ambo æterni quales finis æterni verificare qualîs, & quòd id sit finis amborum.

18. I. T. G. I. Ea est æternitas realis, in qua finis æqualitatem habet æternam veritatis, propter quod in ea æternitate oportet esse æqualitatem in veritate æterni verificativi qualîs, & æqualis & æterni verificabilis qualis, & æqualis & æterni verificare qualis & æqualis, unde in natura æternitatis existere non potest inæqualitas.

19. I. T. H. I. Æternitas realis est illa, in qua est major æqualitas veritatis quàm in æternitatibus intentionariis & æviternalibus, quæ sunt imagines æternitatis realis, in qua major est finis, ad quam cum veritate tenditur.

20. T. G. H. I. Ea est æternitas realis, in qua est major finis æqualitatis. Quapropter necesse est in æternitate existere finem in qualibus essentialibus æqualibus, in æqualitate quorum finis extet æternus.

De Temporalitate æternitatis. H.

1. QUæstio. *Æternitas quando fuit?* Solutio. H. I. K. Æternitas fuit, est, & erit sine tempore & sine motu, ut sua virtus, veritas & gloria sint in ea absque successione & motu. Quâ de causâ æternitas creavit suam similitudinem in æviternitate, in qua est tempus sine successione & sine motu, & ea similitudo est ejus dissimilitudo, in quantum principiata est & in tempore sustentata.

2. H. I. T. H. Æternitas majorem habet virtutem & veritatem quàm tempus & motus, idcirco extitit antequam tempus & quàm principium in tempore sustentatum & tempus in eo principiatum, ratione cujus non potest æternitas in tempore existere, nec tempus ipsam capere potest.

3. H. I. T. I. Veritas & virtus majorem habent æqualitatem in æternitate quàm in tempore: quapropter ipsa major æqualitas virtutis & veritatis capi non potest in ea æqualitate, quam tempus habet in virtute & veritate, ex qua re infertur, quòd tempus extet principiatum extra æternitatem.

4. H. I. T. K. Tempus sustentatum est in motu virtutis, veritatis & minoritatis, quâ de causâ ejus motus inter potentiam consistit & privationem, quia in æternitate existere non potest nec capi.

5. H. K. T. H. Majoritas est imago immensitatis, virtutis, gloriæ & æternitatis, & tempus est imago motûs & principii, quæ quidem imago in ipsis sustentata est, & ipsæ sine ea imagine esse non possunt, ergo æternitas extat ante tempus & ante ejus sustentationem.

6. H. K. T. I. Æqualitas æternitatis & temporis esse non potest in virtute & gloria:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ria: ſed quia ea æqualitas non habet, in quo ſubſiſtere poſſit, tempus in æternitate eſſe nequit, imò oportet, quòd per ipſam ſit comprehenſum & menſuratum.

7. H. K. T. K. Virtus & gloria exiſtere non poſſunt in minoritate ſine tempore, propter quod tempus concordantiam habet cum minoritate, cum qua æternitas in duratione gloriæ & virtutis concordantiam habere non poteſt.

8. H. T. H. I. Virtus majorem æqualitatem habet in æternitate quàm in tempore: quare virtus æternitatis in virtute temporis capi non poteſt; igitur oportet virtutem temporis exiſtere in principio, in quo tempus neceſſe eſt eſſe principiatum, ut ſit in eo ſuſtentata ſua virtus.

9. H. T. H. K. Majoritas & minoritas exiſtunt inter ſe contrariæ, eò quòd talis contrarietas cum una eadem virtute converti non poteſt. Et cùm æternitas & majoritas concordantiam habent, & tempus & minoritas, ſequitur, quòd virtus æternitatis non poteſt in tempore ſuſtentari, nec econversò extendi poteſt in æternitate virtus temporis.

10. H. T. I. K. Ea virtus, quæ ex æqualibus minoritatibus oritur, oriri non poteſt abſque tempore, eò quòd tempus ſine minoritate eſſe non poteſt, idcirco tempus nequit æternitati æquale exiſtere, in qua æternitate oritur æternare, quod eſt virtus æqualis æternificativi & bilis.

11. I. K. T. H. Veritas & gloria majores ſunt in æternitate quàm in tempore, quod fieri non poſſet, ſi æternitas eſſet in tempore & tempus in æternitate, igitur æternitas antè fuit quàm tempus eſſet principiatum.

12. I. K. T. I. In æternitate gloria & veritas æqualitatem habent, quæ ſcilicet æqualitas eſſe non poſſet in ipſis cum tempore. Quamobrem tempus & æternitas in una eadem æqualitate nec exiſtere poſſent nec capi.

13. I. K. T. K. Æternitas & veritas quieſcere non poſſent in gloria cum minoritate, cum qua quietem haberent in gloria, ſi cum tempore veritas conſiſteret in æternitate.

14. I. T. H. I. Æqualitas veritatis eſt major in æternitate quàm in tempore; quapropter æternitas cum æqualitate veritatis comprehendit veritatem temporis & æqualitatem illius: unde neceſſariò fit, quòd veritas rerum, quæ in tempore ſuſtentatur, principium habeat, in quo tempus extet principiatum.

15. I. T. H. K. Una eadem veritas non poteſt exiſtere una eadem majoritas & minoritas. Cùm igitur æternitas ſit veritas major quàm veritas temporis, ſi tempus eſſet in æternitate & æternitas in tempore, una eadem veritas exiſteret major & minor, ſed hoc eſt impoſſibile.

16. I. T. I. K. Æqualitas & minoritas non poſſunt in veritate exiſtere una ratio, & idem ſequitur de æternitate & tempore, quæ in veritate comprehendi non poſſunt nec exiſtere. Igitur ejuſmodi æqualitas extra æternitatem exiſtit principiata in falſa opinione quorundam Philoſophorum, qui ſcriptum reliquerunt mundum fuiſſe æternum.

17. K. T. H. I. Non poteſt exiſtere major gloria extra majorem æqualitatem gloriativi, bilis & are. Igitur ea major gloria exiſteret extra æqualitatem ſuî ipſius, ſi tempus & æternitas æqualitatem haberent in duratione, cùm æqualitas gloriativi, bilis & are nequeat in tempore ſuſtentari in gloria.

18. K. T. H. K. Gloria æternitatis non poteſt eſſe minoritas, nec gloria temporis ineſſe majoritati; igitur tempus nequit eſſe in æternitate.

19. K. T. I. K. Æqualitas æternitatis & minoritatis non poteſt exiſtere in gloria, unde ea æqualitas ſubjectum non habet, in quo ſuſtentetur: nam ſi ſubjectum habere poſſet, gloria & pœna, æqualitas & minoritas converti poſſent ad invicem, quæ converſio impoſſibilis eſt, ratione cujus impoſſibilitatis concluditur tempus æternum eſſe non poſſe.

20. T. H. I. K. Major æqualitas capi non poteſt in minori; nam ſi fieri poſſet, minoritas poſſet eſſe tam magna, quanta eſt majoritas, quod eſt impoſſibile. Igitur æternitas ante tempus extitit, & fuit ſine tempore, & ſua imago æterna erit in tempore, quæ ſcilicet imago æviternitas eſt, in qua videlicet æviternitate æviternaliter contemplabuntur ſancti, qui ſunt in gloria, & peccatores, qui ſunt in inferno, æternaliter cruciabuntur.

De Localitate æternitatis. I.

1. QUæſtio. *Æternitas ubi eſt?* Solutio. C. I. K. Magnitudo tantum ſatisfacit æterni-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ternitati de veritate & gloria in extensitate infinitè, quantum æternitas magnitudini in duratione : quocirca æternitas est in infinita extensitate veritatis & gloriæ & in infinita duratione, ratione cujus infinitatis est extra tempus & terminationem, comprehendens firmamentum cum omni eo, quod continetur in ipso, & est extra & intra firmamentum infinitè, essentialiter, magnificanter, verè, gloriosè, & æternaliter.

2. C. I. T. C. Æternitas est in omni loco & extra locum, ut veritas ponat in vero concordantiam infinitatis in extensitate in duratione, propter quod æternitas collocari non potest in loco, nec comprehendi, & potest esse in omni loco & extra locum.

3. C. I. T. I. Æternitas est in æqualitate magnitudinis & veritatis, quapropter est in æqualitate magnificativi, bilis & are, & virtuificativi bilis & are. Igitur æternitas in omni complemento est.

4. C. I. T. K. Æternitas est in magnitudine veritatis & in veritate magnitudinis, & ideo est in omni, quod est sine parvitate & falsitate.

5. C. K. T. C. Æternitas est in concordantia magnitudinis & gloriæ ; Unde non est in parvitate, nec in pœna, nec in contrarietate, eò quòd æternitas comprehendi non potest, imò comprehendit in se ipsa, quicquid est creatum.

6. C. K. T. I. Æternitas est cum magnitudine in æqualitate gloriæ, unde existit in gloriativo, bili & are, in quibus magnitudo existit extensivè cum æqualitate magnificativi, bilis & are ; igitur æternitas comprehendit, quicquid est.

7. C. K. T. K. Æternitas est cum gloria in magnitudine, unde esse non potest in parvitate nec in pœna, & est in sua perfectione & in complemento magnitudinis & gloriæ cum æternificativo, bili & are, quæ ejus complemento existunt, & cum istis est in se ipsa & in omni eo, quod est.

8. C. T. C. I. Æternitas est in se ipsa cum magnitudine, concordantia & æqualitate æternificativi, bilis & are, sine quibus in vacuitate esset suî ipsius & magnitudinis, concordantiæ & æqualitatis. Extat igitur æternitas in complemento suî ipsius & magnitudinis, concordantiæ & æqualitatis.

9. C. T. C. K. Æternitas est in magnitudine & concordantia extra minoritatem, parvitatem & contrarietatem : igitur non potest esse comprehensa in loco nec extra locum.

10. C. T. I. K. Æternitas comprehendit omnem minoritatem cum extensitate & æqualitate magnitudinis & cum duratione & æqualitate suî ipsius, unde nulla minoritas æternitatem comprehendere potest.

11. I. K. T. C. Æternitas est in complemento veritatis, gloriæ & concordantiæ, & idcirco est in veritate verificativum, bile & are, & in gloria glorificativum, bile & are, & in concordantia concordativum bile & are, ut æternitas in eorum complemento consistere possit.

12. I. K. T. I. Æternitas est in æqualitate gloriæ & veritatis cum æqualitate suî ipsius, quocirca non potest existere in inæqualitate & pœna, nec in falsitate, in quibus, si comprehenderetur, existeret.

13. I. K. T. K. Æternitas transcendit omnes terminos minoritatis, & veritas hoc ponit in vero, ut cum æternitate possit in gloria quiescere.

14. I. T. C. I. Æternitas est in sua æqualitate cum veritate & concordantia, quapropter existit in suo æternificativo, bili & are, & illa econtra in ipsa, eò quòd æternitas comprehendi non potest per falsitatem, contrarietatem & inæqualitatem nec per aliquid aliud.

15. I. T. C. K. Æternitas est in verificare, concordare & æternare sine minorificare, idcóque in minoritate terminari non potest, nec veritas, nec concordantia in ea deficere.

16. I. T. I. K. Æternitas est veritas & æqualitas, & non est minoritas, propter quod est in verificare & æquare sine minorificare, eò quòd æternitas comprehendi non potest.

17. K. T. C. I. Æternitas est in gloria cum æqualitate concordantiæ : unde ea gloria est cum concordantia concordativi, bilis & are. Est igitur æternitas in concordabili, ut concordabile deficere non possit concordativo & concordare.

18. K. T. C. K. Æternitas est in se ipsa cum concordantia gloriæ, & propterea concordantia est de glorificativo, bili & are, in qua videlicet concordantia æternitas existere facit suum æternare, ut ea concordantia terminari non valeat in minoritate.

19. K. T. I. K.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

19. K. T. I. K. Æternitas eſt in æqualitate ſuî ipſius & gloriæ, propter quod ſua eſſentia non poteſt terminari in minoritate, in inæqualitate privatione & pœna.

20. T. C. I. K. Æternitas eſt tota in æqualitate & in concordantia, in quibus non eſt minoritas, propter quod inæqualitas, contrarietas & minoritas non valent ipſam terminare. Igitur æternitas eſt incomprehenſibilis, omnia comprehendens in ſe ipſa.

De Modalitate æternitatis. K.

1. QUæſtio. *Æternitas, quomodo eſt?* Solutio. C. E. K. Æternitas habet in ſe eſſentialem modum, per quem eſt, videlicet eſſentialia æternificativum bile & are, quibus eſt eſſentialis modus magnitudinis, gloriæ & poteſtatis.

2. C. E. T. C. Æternitas eſt magnificabilis, poſſificabilis, concordabilis, æternificabilis, magnificativa, poſſificativa, concordativa, æternificativa, & magnificare, poſſificare, concordare, æternare, unde modum habet exiſtendi & operandi in ſe ipſa.

3. C. E. T. E. Æternitas eſt magnitudo, poteſtas, principium, & ideo modum habet unitatis & multarum rationum realium. Unde æternitas poteſt eſſe id, quod eſt, & poteſt eſſe magnitudo, poteſtas & principium, & poſſunt eſſe rationes æternæ magnitudo, poteſtas & principium.

4. C. E. T. K. Æternitas habet poteſtatem ita magnam, quòd minoritas ipſi reſiſtere non poteſt, & idcirco modum poteſt habere abſque minoritate, in magnificando, poſſificando, æternando, ratione cujus æternitas eſt id, quod eſt.

5. C. K. T. C. Æternitas modum habet complementi, quod eſt finis magnitudinis gloriæ & concordantiæ: unde æternitas eſt id, quod eſt, & in ſuo modo magnitudo, gloria & concordantia modum habent æternum, per quem æternales exiſtunt.

6. C. K. T. E. Æternitas eſt, ut magnitudo & gloria ſint in ipſa ſine temporis principio, magnitudo verò, ut gloria & æternitas non habeant principium in extenſitate, gloria autem, ut magnitudo & æternitas pœnam non habeant, quocirca in tali fine æternitas habet modum complementi & perfectionis.

7. C. K. T. K. Magnitudo eſt in gloria æternitatis, unde æternitas non habet modum minoritatis & gloria eſt in magnitudine æternitatis, & idcirco æternitas non habet modum pœnæ. Igitur æternitas extat id, quod eſt cum formali modo & non materiali.

8. C. T. C. E. In æternitate eſt concordantia magnitudinis & principii, & propter hoc æternitas modum habet concordantiæ in magnitudine & in principio, ratione cujus concordantiæ modum habet æternitas, ut ſit magnitudo principium & concordantia.

9. C. T. C. K. Æternitas habet modum magnificandi abſque minorificare & concordandi ſine contrariare, & habet modum æternandi ſine privare: quocirca in æternitate non eſt modus corruptionis, & ejus modus eſt durare in ſe ipſa in magnitudine & in concordantia.

10. C. T. E. K. Æternitas eſt principium ita magnum, quòd non poteſt in ea minoritas principiari, quæ ſit ejusdem eſſentiæ, & idcirco in ſuo eſſe minoritas nullum habet modum, ex quo fit, quòd æternitas modum habet in extenſitate infinita & in infinita duratione.

11. E. K. T. C. Æternitas plena eſt in ſe ipſa de poteſtate gloriæ & concordantiæ & de æternificativo, bili & are: quapropter eſt plena de modo infinito in duratione in poſſificatione, in gloria & concordantia, & cum iſto modo eſt æternitas id, quod eſt.

12. E. K. T. E. Æternitas, cùm ſit poteſtas in gloria & in principio, modum habet poſſificativum & poſſificabilem, glorificativum & glorificabilem, principiativum principiabilem, æternificativum æternificabilem: quapropter modum habet exiſtendi in poſſificare, glorificare, principiare & æternare.

13. E. K. T. K. Æternitas cum poteſtate in gloria modum habet æternificandi, gloriandi ſine minorificare, & cùm æternitas exiſtat in poteſtate cum gloria, habet modum æternificandi poſſificandi in gloriare abſque minorificare.

14. E. T. C. E. In eo, quòd concordantia poteſt eſſe in principio, habet modum ſuî ipſius & poteſtatis & principii, & exiſtens principium in concordantia habet modum ſuî ipſius & poteſtatis & concordantiæ. Exiſtens autem æternitas in poteſtate, principio & concordantia, habet modum ſuî ipſius & poteſtatis & concordantiæ & principii.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

15. E. T. C. K. Potestate existente in concordantia & concordantia in potestate minoritas non potest habere modum in concordantia nec in potestate. Idem sequitur in æternitate, in qua minoritas non potest habere modum, eò quòd æternitas est in potestate & concordantia. Igitur æternitas est id, quod est cum suómet modo & cum modo potestatis & concordantiæ.

16. E. T. E. K. Potestas non potest esse principium cum minoritate nec principium cum minoritate potest esse potestas, unde minoritas non habet modum in conversione & in unitate numeri potestatis & principii. Consimile sequitur de æternitate, in qua minoritas modum non habet, æternitate existente potestate & principio.

17. K. T. C. E. Concordantia & principium, quæ sunt æternitas, modum habent æternum, quomodo quietem habeant in gloria, cum qua æternitas est unum idem numero. Et gloria, quæ est æternitas, modum habet æternum, quo existat quies principii & concordantiæ : idem sequitur de æternitate, quæ modum habet gloriosum principiantem, concordantem & æternantem.

18. K. T. C. K. Gloria & æternitas habent modum sine minoritate in concordantia, contra quem modum minoritas non potest : quocirca in modo æternitatis & gloriæ non est modus contrarietatis, temporis, pœnæ, nec alicujus alterius mutationis.

19. K. T. E. K. Si in gloria non esset principium, & gloria ipsa non esset principium, æternitas, quæ est gloria & principium, non haberet modum æternandi, principiandi & gloriandi, & minoritas modum haberet in minorificare gloriam, principium & æternitatem, sed hoc est impossibile.

20. T. C. E. K. Minoritas est ens prope non esse, quocirca non potest habere principium in æternitate, in qua est concordantia æternificativi, bilis & are, quæ concordantia modus est in æternitate absque contrariare, per quem modum æternitas existere potest & agere.

De Instrumentalitate æternitatis. K.

1. QUæstio. *Æternitas cum quo est?* Solutio. E. F. K. Æternitas est cum infinitate æternificativi bilis & are, quapropter sufficit infinitæ potestati, infinitæ sapientiæ, & infinitæ gloriæ, cum quibus est unum idem numero.

2. E. F. T. E. Æternitas est cum infinita potestate & infinita sapientia, ideóque est infinitum principium, quod sufficit infinito possibili & intelligibili : unde est, quòd æternitas deficere non potest, nec sapientia ignorare.

3. E. F. T. F. Æternitas est cum medio mediante inter æternificativum, bile, possificativum bile, intellectivum & bile. Igitur æternitas est cum complemento suî ipsius potestatis & sapientiæ.

4. E. F. T. K. Æternitas est cum potestate sapientiæ & cum sapientia potestatis & cum se ipsa ; itaque minoritas in æternitate potestatem non habet.

5. E. K. T. E. Æternitas est cum potestate in gloria, & est in gloria cum potestate. Unde glorioſum est & potens principium æternum.

6. E. K. T. F. Æternitas est cum intelligere suî ipsius, & potestas ipsius est cum gloria, ratione cujus non possunt existere in ipsa ignorantia, nec defectus potestatis nec gloriæ.

7. E. K. T. K. Æternitas est cum majoritate potestatis & gloriæ absque minoritate, quapropter major existit quàm tempus, & quàm defectus potestatis, nec privatio gloriæ, nec minoritas esse potest de sua essentia, similiter nec majoritas, quæ sine minoritate esse non potest.

8. E. T. E. F. Æternitas est cum potestate principii & cum medio potestatis, quocirca principiare potest æternare de æternante & bili.

9. E. T. E. K. Æternitas est cum potestate principii, propter quod non potest æternitas esse principium cum minoritate. Posset autem omnia æternaliter principiare, si ipsa id recipere possent.

10. E. T. F. K. Æternitas est cum possificante & possificabili, unde potest esse cum æternante, bili, & absque minoritate in possificare & æternare, eò quòd minoritas æternitatem capere non potest.

11. F. K. T. E. Æternitas est cum gloriari, principiare, sapere & æternare. Igitur est cum unitate ipsorum trium & remanet realis ratio cum omnibus tribus & cum sapientia, gloria & principio.

12. F. K. T. F. Æternitas est cum medio sapientiæ & gloriæ, unde existere non potest

(c) 2006 Ministerio de Cultura

teſt extra ſapientiam & gloriam, nec illa ſapientia & gloria exiſtere poſſunt extra æternitatem.

13. F. K. T. K. Æternitas eſt cum ſapientia & gloria in ſe ipſa, & ſapientia cum gloria in æternitate, & gloria in æternitate cum ſapientia, ratione cujus capere non poſſunt æternitatem ignorantia, pœna, privatio nec minoritas.

14. F. T. E. F. Æternitas eſt cum principio ſapientiæ in medio ſapientiæ & in medio principii, quapropter intellectivum deficere non poteſt intelligibili nec intelligibile intellectivo, nec ambobus intelligere.

15. F. T. E. K. Æternitas eſt cum principio ſapientiæ & cum ſapientia principii, & ideo cum minoritate principiare non poteſt, nec ſuam ſapientiam comprehendere poteſt minoritas nec terminare.

16. F. T. F. K. Æternitas eſt cum ſapientia ipſamet, quæ eſt, & cum ſe ipſa eſt ſapientia: quapropter eſt cum ſe ipſa & cum ſapientia medium, quod eſt æternale intelligere, cum quo minoritas participare non poteſt.

17. K. T. E. F. Æternitas eſt cum gloria principium gloriæ, & gloria eſt cum æternitate principium æternitati: ideóque principium exiſtit in medio gloriæ & æternitatis, cui deficere non poteſt gloriari, nec æternare, nec ipſis principiare.

18. K. T. E. K. Æternitas eſt cum principio in gloria & cum gloria in principio, ratione cujus minoritas non poteſt principiare in gloria nec in æternitate.

19. K. T. F. K. Æternitas eſt cum æternare gloriari & cum gloriari æternare: unde minoritas in gloria æternitatis exiſtere non poteſt, nec in ipſa æternitas gloriæ.

20. T. E. F. K. Æternitas eſt cum principiare intelligere, & cum intelligere principiare, unde cum minoritate principiare non poteſt ſuum intelligere, nec ſuum æternare.

Significavimus artificialiter æternitatem eſſe ſecundùm decem quæſtiones (quas præmiſimus) & ea quidem ſignificatio & declaratio multùm eſt neceſſaria & delectabilis, eò quòd eſt lumen humano intellectui, quo artificialiter tranſcendat ad intelligendum altè ſupra ſe ipſum intelligibilitatem Dei & ſuarum proprietatum adjuvante tamen divinâ gratiâ.

DE OCTAVA PARTE *Quintæ Diſtinctionis,*

In qua ponuntur Quæſtiones, ſolutiones per alias Quæſtiones.

IN iſta parte damus doctrinam, quo pacto aliæ quæſtiones per alias quæſtiones artificialiter ſolvantur ſcilicet, quòd per ſolutiones quarundam quæſtionum ſolvantur aliæ quæſtiones, quæ quidem ſolutiones ſunt in hac diſtinctione. Et primò de quæſtionibus, quæ ſunt in prima parte, cum quibus iſtam ſolvimus quæſtionem.

Per quæſtiones primæ Figuræ,

Quæſtio. Solutio. De Reſurrectione hominum.

1. QUæſtio. *Utrùm ſit reſurrectio?* Solutio. B. C. Probatum eſt, quòd bonitas & magnitudo converti non poſſunt in creaturis & per hanc probationem ſignificatur reſurrectio. Quoniam ſi reſurrectio non eſſet, ita eſſet impoſſibile, quòd Deus in creaturis magnum bonum faceret, ſicut eſt impoſſibilis converſio bonitatis, magnitudinis in creaturis, quoniam magnum bonum ſtat in unione animæ & corporis, durante illa unione in æviternitate.

2. C. D. Magnitudo creationis ſtat in magnitudine creaturæ, & magnitudo creaturæ ſtat in æviternitate, illâ creaturâ recipiente magnam gratiam & juſtitiam ſpiritualiter & corporaliter à ſuo creatore, ſed hoc eſſe non poſſet abſque reſurrectione.

3. D. E. Si ſit reſurrectio & vita hominis ſit æviterna, poteſtas Dei poteſt in æviternitate uti quolibet homine ſecundùm opera, quæ ipſe homo fecerit. At ſi non ſit reſurrectio, ſubjectum æviternum deficit poteſtati divinæ, quod eſt impoſſibile. Eſt ergo reſurrectio, ut poteſtas Dei ſubjectum habeat æviternum, quod ſit de ſenſualitate & intellectualitate conſtitutum & unitum.

4. E. F. Eſt reſurrectio, ut quilibet homo poteſtatem habere poſſit ad intelligendum æviternaliter poteſtatem, quam Deus habet in ſapientia; quòd ſi non ſit reſurrectio, intelligeret anima & non homo, vel ſi anima eſſet mortalis, non intelligeret homo nec anima poſt mortem poteſtatem, quam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quam Deus habet in ſua ſapientia, unde ſequeretur, quòd Deus intelligeret contrarietatem ſuæ poteſtatis & ſapientiæ contra finem, propter quem hominem creavit, quod quidem intelligere eſt impoſſibile.

5. F. G. Si ſit reſurrectio, ſapientia & voluntas Dei ſe extendunt in ſcire & amare hominem in æviternitate & in illa æviternitate ſe extendunt ſapientia & voluntas hominis in ſcire Deum & amare. Eſt ergo reſurrectio, ut ſit ſubjectum extenſæ voluntatis & ſapientiæ Dei & hominis, & ut æternitas imaginem habeat corporaliter & ſpiritualiter, quam æviternaliter contempletur.

6. G. H. Voluntas Dei eſt virtus, & ideo ſubjectum vitio eſſe non poteſt, cùm ita ſit, quòd virtus & vitium contrarientur. Eſt ergo reſurrectio, ut voluntas Dei ſatisfaciat virtuti hominis, & vitium hominis puniat in æviternitate, ſecundùm quòd homo in ſuo tempore Deo virtuosè ſuâ ſatisfecit poteſtate, vel ſecundùm quòd contra Deum ſtetit, vel vixit vitiosè.

7. H. I. Veritas Dei æternaliter eſt in virtute & ideo creavit æviternitatem, in qua veritas corporalis hominis & ſpiritualis habeat virtutem contemplando veritatem & virtutem æternam. Eſt ergo reſurrectio, ut ſit æviterna contemplatio corporalis naturæ & ſpiritualis, ſine qua contemplatione veritas Dei eſſet ſine virtute in creando hominem.

8. I. K. In homine eſt anima in corpore, & corpus eſt in anima, & anima & corpus ſunt in homine, & homo eſt in anima & in corpore, & ideo homo eſt ille, qui agit vera in ſe ipſo vel falſa, & per vera meretur gloriam in ſe ipſo, & per falſa pœnam. Eſt ergo reſurrectio, ut juſtitia Dei judicet hominem in homine.

9. B. K. In Deo convertuntur bonitas & gloria; & quoniam Deus creavit hominem ad glorificandum bonitatem hominis, & quoniam bonitas & gloria Dei convertuntur cum æternitate, creavit Deus gloriam hominis ad æternitatem, & quoniam bonitas hominis eſt de ſenſualitate in ſpiritualitate, reſurrectio eſt de neceſſitate, ut ea ſit ſubjectum æviternitati.

10. C. K. In Deo eſt gloria cum magnitudine, & magnitudo eſt cum gloria, ergo Deus creavit hominem ad magnam gloriam; magna autem gloria hominis eſt, ſi ſit reſurrectio, at ſi non ſit reſurrectio, gloria hominis in alia vita non eſt, ſed in iſta tantùm vita, & in hac vita eſt gloria hominis in parvitate, & pœna hominis eſt in magnitudine: ergo Deus creavit hominem ad gloriam cum parvitate, & ad pœnam cum magnitudine, & hoc eſt impoſſibile & contra proprietates Dei. Eſt ergo reſurrectio, quam ſignificavimus per ſolutiones factas circulariter per primam figuram ſecundùm decem genera quæſtionum & regularum. Hæc autem ſignificatio & probatio reſurrectionis fieri poteſt per quæſtiones, quæ in ſecunda, tertia & quarta figura in diffinitionibus & tabula continentur.

Per quæſtiones ſecundæ figuræ. Quæſtio. Solutio. T.

1. QUæſtio. *Utrùm in generatione & corruptione fiat reſolutio uſque ad primam materiam* ? Solutio. T. B. C. D. Differentia eſt major in concordantia quàm in contrarietate, ſecundùm quòd in ſecunda parte quintæ diſtinctionis probatum eſt, ideo in generatione remanet differentia inter ſenſuale & ſenſuale ſuſtentata in concordantia ſenſualîs & ſenſualîs, & ſuſtentata in maſſa elementata, quam homo in fœminam, vel quam una planta in aliam plantam tranſmittit, quæ quidem maſſa ſenſibilis eſt, & id, quod relinquitur, eſt humidum radicale individuatæ ſubſtantiæ recipiens nutrimentum ex prima materia & prima forma, quæ ſunt partes ſubſtantiales inſenſibiles, & principia generalia omnibus generibus & ſpeciebus, & chaos generale inſenſibile ex ipſis eſt multiplicatum, cujus ſimilitudo apparet in maſſa ſpecifica, de qua prædictum eſt; in generatione ergo non tranſit reſolutio uſque ad primam materiam ſecundùm humidum radicale: nam ſi tranſiret, illa maſſa non eſſet ſenſibilis, nec differentia haberet ſubjectum, in quo eſſet ſuſtentata in majori concordantia quàm corruptio; nec agens naturale in una & eadem ſpecie ſimilitudinem ſuam ex ſe ipſo generaret, quod eſt impoſſibile ſecundùm curſum naturalem.

2. T. E. F. G. In ſecunda parte quintæ diſtinctionis eſt probatum, quòd principium eſt ante medium & finem, cui probationi poteſt reduci ſolutio hujus quæſtionis tenendo negativam, quoniam ſi in generatione tranſiret reſolutio uſque ad primam materiam, privatio antè eſſet quàm princi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

principium & medium, & ita perderentur principium & medium, & per consequens eorum finis, & veniret principium extraneum, & sic de medio & fine, quod est impossibile, ut primum principium, medium & finis generationis possint remanere.

3. T. H. I. K. In secunda parte distinctionis quintæ continetur, quòd in essentia angeli sunt majoritas, æqualitas & minoritas; & ex ipsa solutione extrahi potest solutio istius quæstionis, sicut in essentia spermatis vel massæ plantæ, in quibus sunt majoritas & minoritas & æqualitas, quoniam ipsa massa est major similitudo agentis naturalis quàm primæ materiæ; & si transiret resolutio usque ad primam materiam, perderetur majoritas similitudinis, & per consequens æqualitas & minoritas, & in cursu naturali esset vacuitas, quod est impossibile.

4. T. B. E. H. In secunda parte quintæ distinctionis probatum est, quòd differentia, principium & majoritas sunt in essentia ignîs simplicis, & quoniam sperma est elementatum, sequitur de necessitate, quòd in illo sit differentia principium & majoritas, ut in illo habeat ignis similitudines suas. Idem sequitur de agente naturali, quod transmittit illud sperma, & de patiente naturali, quod recipit illud, quod multiplicat materiam, ex qua suum vivit humidum radicale, videlicet suus numerus singularis & proprius in generatione. Ergo non transit resolutio usque ad primam materiam, & perderentur similitudines ignîs & aliorum elementorum & agentium naturalium & patientium, quod est impossibile secundùm cursum naturalem.

Per quæstiones tertiæ figuræ.

Quæstio. Solutio.

1. QUæstio. *Utrùm in substantia elementata sint elementa actu?* videlicet, *utrùm sint in illa essentialiter?* Solutio. B. C. Secundùm quòd in tertia parte quintæ distinctionis probatum est, magnitudo est bonificabilis de essentiali bonificabilitate. Unde significatum est, quòd ignis est ignibilis de essentiali ignibilitate. Hoc idem sequitur de substantia elementata, quæ est elementabilis de essentiali elementabilitate, de qua videlicet essentiali elementabilitate non posset esse elementata, si elementa non essent in illa essentialiter & actualiter, sicut in bonitate, in qua magnitudo esse non posset, si non esset bonificabilis de essentiali bonificabilitate, nec in igne, si non esset ignificabilis de essentiali ignificabilitate; sunt ergo elementa in substantia elementata essentialiter & actualiter, ut in illa sit magnitudo essentialis elementabilitatis & elementativitatis, & quoniam in illa sunt composita, & quædam elementa stant sub aliis, est eorum simplicitas invisibilis.

2. B. D. In camera de B. D. significatum est, quòd elementa simplicia sunt in substantia elementata actualiter, quoniam bonitas ignîs simplicis est ratio igni, quòd agat bonum, & quòd ejus duratio sit bona, quæ duratio est ratio, per quam ignis ipse durat: idcirco ignis appetitum habet naturalem sub ratione bonitatis ad elementandum substantiam & appetitum habet ad durandum in illa actualiter sub ratione durationis & tali appetitui contrarietas contradicere non potest, nec differentia realium rationum sustinet confusionem.

3. C. D. Inter ignem simplicem & substantiam elementatam est concordantia, & ea quidem concordantia magna est & durabilis; unde essentialiter ignis remanet in illa substantia, & calor ignîs in suo remanet proprio subjecto: & hoc idem sequitur de sua quantitate & aliis suis accidentibus: & si ignis in substantia elementata actualiter non remaneret, contrarietas esset inter ipsum & substantiam, quoniam in ipsa perderent suam propriam qualitatem & alia propria sua accidentia, quæ quidem accidentia perderent proprium subjectum, & essent subjecto extraneo appropriata contra cursum naturalem, & ignis perderet suum esse & operationes naturales suas, & substantia de elementis non esset, & essent elementata & non elementata, & hoc est contradictio, & contra cursum naturalem, & contra appetitum ignis & omnium suarum partium substantialium & accidentalium.

Per quæstiones quartæ Figuræ. Quæstio. Solutio.

1. QUæstio. *Utrùm sit tantùm unus intellectus numero?* Solutio. B. C. F. Probatum est in quarta parte quintæ distinctionis, quòd bonitas Dei sit ita magna sicut sua sapientia, & per hanc probationem si-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gnificatur hujus quæstionis solutio, videlicet, quòd si sit unus intellectus tantùm numero, oportet, quòd sit de essentiali intellectivo, bili & gere, & quòd sua bonitas sit ita magna sicut illémet, in qua sit essentiale bonificativum, bonificabile & bonificare, & quòd differentia intellectûs & bonitas sint lumen & ratio, ut ambæ sint rationes reales inconfusæ, & quòd magnitudo sit ratio, per quam intellectus & bonitas stant magnæ rationes; & de prædictis sequitur contrarium, si inter omnes homines non sit, nisi unus intellectus, quoniam omnes homines non haberent nisi unam bonitatem; & existente aliquo homine malo essent alii homines mali, & uno homine ignorante alii homines essent ignorantes, & privatâ magnitudine unius magnitudo omnium aliorum privaretur, & hoc est impossibile; sunt ergo plures intellectus quolibet intellectu distincto ab alio.

2. C. D. G. Si esset unus intellectus tantummodo, esset una voluntas tantummodo in omnibus hominibus ita magna sicut intellectus, & duraret magnitudo in concordantia utriusque absque contrarietate in tantum, quòd naturaliter esset concordantia inter omnes homines absque contrarietate, & velle absque odire, & intelligere absque ignorare, & in fine unius hominis haberent cæteri quietem, quod est impossibile. Est ergo in quæstione vera negatio.

3. D. E. H. Si sit unus intellectus tantummodo in omnibus hominibus, est major in sua parte quàm in suo toto, quoniam in sua parte habet potestatem intelligendi, & in se ipso non, quoniam in se ipso non principiat intelligere, sed in sua parte principiat; habet ergo majorem virtutem in homine quàm in se ipso, & durat suus finis in homine, & non in se ipso; & ejus contrarium, quod est ignorantia, est magìs propè essentiæ suæ quàm essentiæ hominis, ex quo in essentia hominis majorem virtutem habet quàm in se ipso, & quando moritur homo, ipse intellectus non habet potestatem intelligendi in se ipso, quoniam non habet subjectum, in quo possit intelligere, & hæc omnia sunt inconvenientia & impossibilia, & non est alia vita nisi ista, si sit unus intellectus tantummodo, nec est resurrectio, quæ suprà probata est, sunt ergo plures intellectus.

4. E. F. I. Si sit unus intellectus tantummodo, potestas ipsius est una in omnibus hominibus, & hoc idem est de sua veritate, & suum medium, quod est intelligere, æquale est principium in omnibus hominibus, sunt ergo omnes homines spiritualiter æquales in potestate & in principio, in sapientia, in intelligere, in veritate, falsitate & ignorantia, & per naturam corporis sunt inæquales corporaliter, & æquales spiritualiter, & quando corpus moritur, recedit subjectum æqualitatis & inæqualitatis, & perditur numerus illius hominis, nec est aliquid post suam mortem. Est ergo unitas intellectûs privationis suæmet initium, & sui possificare, intelligere, verificare, & hoc est impossibile.

5. F. G. K. Si sit unus intellectus, non est finis in gloria, in qua intellectus habeat quietem, quia suus intellectus non est nisi in ista vita; & hoc idem sequitur de sua voluntate; unde sequitur, quòd illa unitas universalis intellectûs & voluntatis stet in minoritate finîs & gloriæ, & per consequens in minoritate amare & intelligere, intellectivi intelligibilis, amativi & amabilis, & est minoritas finîs, quem voluntas desiderat, ut in illa quietem habeat cum minoritate amare, intelligere & gloriari, sed hoc est impossibile, & contra naturam ipsius amare & intelligere.

6. B. G. H. Deus est amabilis, idcirco virtutem creavit amativam, & per consequens intellectivam, quia est intelligibilis, sed Deus per creaturam non est bonificabilis, & virtutem creavit bonificativam, ut bonificet amativitatem & intellectivitatem creatam, ut sit bonum amare & intelligere intelligibilitatem & amabilitatem Dei, quæ quidem amabilitas & intelligibilitas est finis & majoritas amativitatis & intellectivitatis creatæ virtutis & bonitatis. Et hoc ostendit & declarat differentia pluriúm intellectuum, & si non esset, nisi unus intellectus, deperdita sunt differentia & lumen intellectivitatis & amativitatis, intelligere & amare, & intelligibilitatis & amabilitatis, & finis non est quies, & remanet vitium, nec est virtus amare, nec intelligere, nec facere aliquod bonum. Est ergo virtutis contrarium, & hæc omnia sunt impossibilia.

7. C. H. I. Si sint plures intellectus, est major magnitudo virtutis & veritatis, & si est unus intellectus tantummodo, est minor,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nor, quia in vitio unius hominis se multiplicat vitium in omnibus aliis hominibus, & quoniam magnitudo virtutis & veritatis majorem habet concordantiam cum esse, & parvitas virtutis & veritatis cum non esse, sequitur de necessitate, quòd sint plures intellectus, ut magnitudo veritatis subjectum habeat, in quo stare possit.

8. D. I. K. Si sit unus intellectus universalis, & sit divisibilis in pluribus intellectibus, non est durabilis sua unitas universalis, quoniam sua divisio minorificat suam universalitatem, & stat subjectum generationi & corruptioni, & habet naturam verificandi, falsificandi & contrariandi, & non potest veritas in gloria quietem habere; & si sint plures intellectus, sequitur contrarium hujus, sunt ergo plures intellectus de necessitate.

9. B. C. K. Si in quolibet homine est unus intellectus distinctus per essentiam ab intellectu alterius hominis, est quilibet intellectus naturaliter principium bonum inconfusum, & gloria potest esse quies naturaliter cuilibet intellectui secundùm opera illius, & si sit unus intellectus tantummodo universalis, stat sua universalitas & unitas in quolibet homine in diversis locis, & quolibet homine existente substantiâ individuatâ sub ratione materiæ corporalis, & non individuatâ sub ratione materiæ spiritualis; & sequeretur, quòd quilibet homo spiritualiter esset omnes homines numero spirituali, & esset in omnibus locis, in quibus illi sunt, & contrarium esset secundùm nuturam corporalem, & esset substantia hominis individuata minor spiritualiter & major corporaliter, & gloria non pósset esse quies ulli homini spiritualiter, & posset esse quies cuilibet homini corporaliter. Sunt ergo plures intellectus, ut inconvenientia supradicta non sequantur, & quòd gloria sit principium, in quo quilibet homo quietem habere possit.

Per quæstiones Principiorum secundùm diffinitiones hujus artis. Quæstio. Solutio.

1. QUæstio. *Utrùm sit Deus malus* ? Solutio. B. In quinta parte quintæ distinctionis probatum est, Deum esse bonum, quæ quidem probatio facta est sub ratione bonitatis. Et si sit Deus, qui sit malus, sunt duo Dii, quorum unus est bonus & alius est malus, & sunt ambo contrarii infinitè, & sequitur, quòd bonum est esse, & malum est esse, & bonum est non esse & malum est non esse, & quoniam hæc contradictio stare non potest, est impossibile Deum malum esse.

2. Quæstio. *Utrùm hæc ars sit generalis* ? Solutio. B. Probatum est, quòd bonitas est principium generale, secundùm quam probationem possunt alia principia hujus artis probari esse generalia, & quoniam hæc ars est de principiis generalibus, & est ex mixtione illorum, sequitur de necessitate, quòd sit generalis; quoniam si non esset generalis omnibus scientiis, ejus partes essent generales, & totum illarum esset speciale, & hoc est impossibile. Est ergo ista scientia generalis.

3. Quæstio. *Quid est peccatum* ? Solutio. C. Deus est illud, in quo bonitas magnitudo &c. convertuntur, & peccatum est id, quod nec cum bonitate, nec cum magnitudine &c. nec cum aliqua alia creatura convertitur, & ideo est peccatum id, quod non est Deus, nec creatura, sed id, quod est culpa hominis contra meritum hominis, & contra hoc, quod est Deus, & contra esse & opus creaturæ.

4. Quæstio. *Quid est defectus* ? Solutio. C. Defectus est id, quod est contrarium magnitudini bonitatis, durationis &c. ut magnitudo non possit sufficere de bonitate, duratione &c. sibi ipsi, nec de se ipsa aliis partibus & operationibus substantiæ.

5. Quæstio. *Utrùm inter esse & non esse sit medium* ? Solutio. D. Inter esse & non esse non est medium reale, sed id medium, quod est inter esse & non esse, est intentionale, quod intellectus humanus multiplicat ex multis speciebus, quæ habent esse in intellectu, in quo sustentantur, & in se ipsis non sunt aliquid, quia quando intellectus illis speciebus se exspoliat, illæ species subjectum non habent, in quo sustententur, nec sunt aliquid in se ipsis, nec in alio. Hoc idem sequitur de figuris circularibus, quadrangularibus & triangularibus substantiarum venientium ad privationem.

6. Quæstio. *Utrùm sint plures Dii* ? Solutio. D. Probatum est, quòd Deus est infinitus in extensitate, sicut infinitus est in duratione, & in ea probatione significatur responsio quæstionis, scilicet, quòd si essent plures Dii, essent plures substantiæ in-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

finitæ extensivè & æternaliter distinctæ, & essent aliæ in aliis: unde sequeretur infinita & æterna mixtio composita ex ipsis substantiis, & esset quilibet Deus continens & contentus, & esset unus locatus in alio, & pars ejus totius mixtionis substantiæ esset infinita, & hoc est impossibile, ergo est unus Deus tantummodo.

7. Quæstio. *Utrùm intelligibilitas Dei sit intelligibilitas angeli & hominis, & idem sequitur de sua amabilitate?* Solutio. E. Intelligibilitas Dei est propriè de Deo, sed secundùm respectum proprietatis appropriatæ est intelligibilitas Dei, angeli & hominis ex angelo & homine, idcirco est Deus gloria boni angeli & boni hominis, quoniam Deus creavit angelum & hominem, ut sit intellectus ab angelo & homine.

8. Quæstio. *Quare creavit Deus damnatos, qui sunt in inferno, cùm ipse sit bonus, & sciverit priùs, quàm ipsos creavit, quòd essent damnandi?* Solutio. E. Probatum est, quòd Deus aliquid facere non potest absque utilitate, & in ea probatione significatur solutio hujus quæstionis, videlicet, quòd Deus creavit damnatos non propter hoc, quòd essent damnandi, quoniam creati fuerunt ad salvationem, secundùm quòd significatur *in quæstione de prædestinatione & libero arbitrio*, & quoniam Deus injuriam facere non potest bonitati & magnitudini suæ justitiæ, creavit damnatos, ut sua justitia haberet, in quo possit punire peccatum, quæ quidem punitio est bona.

9. Quæstio. *Quæ sunt instrumenta intellectûs humani, cum quibus attingit entium veritatem?* F. Instrumenta intellectûs humani sunt quinque sensus corporales, quos movet ad sentiendum sensibilitates, quæ sunt intelligibiles tunc, cùm sentiuntur. Et est unum aliud instrumentum, quod est imaginatio, quam intellectus movet ad imaginandum, ut cum illa imaginetur res imaginabiles, quæ sunt intelligibiles, tunc quando imaginantur; & in hoc instrumento intellectus species rerum sensibilium multiplicat, & eas tradit memoriæ, quæ est instrumentum conservativum recolendi, quæ quidem memoria species sibi traditas reddit intellectui, & ipsæ species multiplicatæ in imaginatione ac conservatæ in memoria & reversæ objectivè ipsi intellectui instrumenta sunt, ex quibus trahit species alias magìs suprà, & ponit ipsas extra imaginationem, & cum ipsis contemplatur res spirituales in suo proprio intelligibili, quod movet ad intelligendum, & illud intelligere tale vivit ex ipsis speciebus, quæ veniunt ab extrà, & id intelligere est subjectum habitui scientiæ.

10. Quæstio. *Utrùm anima sit composita?* Solutio. F. Probatum est, quòd intellectus habet in se ipso essentiale intelligibile & intelligere, & essentiale intellectivum, sine quo non posset habere essentiale intelligibile & gere, & quoniam hæc tria sunt de essentia intellectûs, & essentia est de illis, & unum eorum non est aliud, potest dici secundùm veritatem, quòd anima composita est, in quantum est de memoria, intellectu & voluntate, quæ sunt tres potentiæ animæ distinctæ; & est simplex, in quantum una est essentia, & hoc idem sequitur de bonitate & aliis partibus substantiæ, quæ est composita ex bonificativo, bonificabili & bonificare, & est simplex, in quantum est una essentia simplex bonitatis, est ergo anima composita, quia de partibus compositis est, & est simplex, quia est de partibus simplicibus.

11. Quæstio. *Quid est pœna animæ?* Solutio. G. Pœna animæ est perversio in finibus contrariis sustentata in principiis animæ contra eorum diffinitiones, sicut oditivitas contra amabilitatem, & intellectivitas contra intelligibilitatem, & recolitivitas contra memorabilitatem, & malitia contra bonitatem, & parvitas contra magnitudinem, & similiter duratio hujusmodi contrarietatis & sic de aliis.

12. Quæstio. *Quid est magnitudo amare?* Solutio. G. Magnitudo amare est, quòd sit essentialiter de essentialibus amativo, amabili & amare, & quòd omnia tria sint distincta quolibet distincto existente ab alio, & quòd insimul remaneant una essentia amoris, & quòd id amare de essentiali bonitate, magnitudine &c. vivat.

13. Quæstio. *Quomodo corpora cælestia influunt virtutem in inferiora?* Solutio. H. In sphæra ignîs caliditas & siccitas habent dominium, & in sphæra Lunæ frigiditas & humiditas habent dominium, & ideo oritur virtus ex istis duabus contrarietatibus & dominiis, & ignis est in se ipso mortificatus, ut recipiat virtutem Mercurii, & aër est mortificatus sub igne per Mercurium, & est fortificatus per Lunam, & hoc secundùm qualitates & proprietates planetarum

& si-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& ſignorum exiſtentibus eorum virtutibus mixtis in aliis per motum firmamenti, & multiplicando virtutem in elementis mixtis omnibus ad invicem & motis per motum firmamenti & per eorum proprium motum, quem habet ſecundùm ordinem ſphærarum ſuarum, ſicut ignis, qui ſe movet ſupra aërem, & aër ſupra aquam, & aqua ſupra terram, & terra aſcendendo ſuprà in aquam & in aërem, in quo ſe movet ſupra aquam, & ſicut in igne, in quo ſe movet ſupra aërem; & ſic per ordinem de quolibet, quouſque accipiat virtutem Lunæ, & contrarietatem Mercurii, & concordantiam Veneris ex contrarietate Solis, in quantum Sol eſt calidus contra ſuam frigiditatem, & concordantia Solis, in quantum habet ſiccitatem, & ſic de Marte Jove & Saturno, & Ariete & Tauro, & de aliis ſignis; & totum illud accipit terra ex ſphæra Lunæ in ſphæra ignîs, in qua planetæ & ſigna tranſmittunt eorum ſimilitudines terræ, quas quidem ſimilitudines terra accipit in ſphæra ignîs, & cum illis deſcendit hîc inferiùs, & perficit finem ſubſtantiæ individuatæ & ſuarum partium per viam generationis & corruptionis.

14. Quæſtio. *Quare pomum habet odorem?* Solutio. H. In pomo odor eſt de odorabilitate pomi & odorativitate ſenſûs, ut recipiendo ſimilitudines, quas partes ſubſtantiales pomi tranſmittunt extrà ſuſtentatas in chaos, quod tranſit per pomum & extra pomum in aëre repræſentat ipſas ſimilitudines, de quibus eſt indutus, ut moveatur ſenſitiva ad guſtandum & reſpirandum illas partes frigidas & humidas, & ad mortificandum intrà partes calidas & ſiccas.

15. Quæſtio. *Utrùm eſſe ſit ſubſtantia vel accidens?* Solutio. I. Eſt unum eſſe, quod eſt ſubſtantiale, & quod eſt actus eſſentiæ, quódque cum illa convertitur, & eſt aliud eſſe ſubſtantiale, quod eſt ſecundus actus eſſentiæ, ſicut eſſentiare, quod eſt de eſſentificativo & eſſentificabili: eſt aliud eſſe, quod eſt accidentale ſicut calefacere, vel ſicut eſſe coloris, quod cum colore convertitur, & hoc dicitur eſſe ſecundùm comparationem ad non eſſe.

16. Quæſtio. *Utrùm charitas recipere poſſit magìs aut minùs?* Solutio. I. Charitas, in quantum ſpecies, recipere non poteſt magìs nec minùs, quoniam ſi poſſet, ſpecies ſua non eſſet perfecta, nec poſſet recipere individuatum numerum, ſed quia ſuæ partes poſſunt recipere majùs aut minùs, ſicut una charitas, quæ eſt de velle poteſt eſſe magìs bona, quàm alia, & poteſt eſſe magìs intenſa virtus quàm alia, & habere melius ſubjectum, ideo charitas poteſt recipere plùs aut minùs.

17. Quæſtio. *Utrùm unum accidens ſit de alio?* Solutio. K. Calor aëris eſt ex calore ignîs, & ſic ſimiliter de calore aquæ, & idem ſequitur de bonitate magnitudinis, quæ eſt de bonitate, & amabilitas bonitatis, quæ eſt de voluntate, & velle, quod eſt de amabilitate bonitatis.

18. Quæſtio. *Quid eſt pœna ſubſtantialis?* Solutio. K. Pœna ſubſtantialis eſt, quando eſſentiale glorificativum non habet eſſentiale glorificabile nec eſſentiale glorificare, & quando hæc duo non habent eſſentiale glorificativum; & hoc eſt ratione vacuitatis finîs, quem videlicet finem perdiderant ratione peccati; & hoc idem ſequitur de pœna corporali ſubſtantiali, tunc quando ignis habet appetitum calefaciendi ſuum contrarium, & calefacit illud contra ſe ipſum, & appetitum habet dandi ſuam ſimilitudinem aëri per viam concordantiæ, quam dat per viam contrarietatis contra ſuum appetitum naturalem, & ſic de aliis partibus ſubſtantiæ.

19. Quæſtio. *Utrùm lux Solis deſcendat inferiùs?* Solutio. T. B. Lux Solis non deſcendit inferiùs, quia ſuum proprium ſubjectum dimittere non poteſt, in quo eſt ſuſtentata; & ſi inferiùs deſcenderet lux Solis, deſcenderet inferiùs eſſentia Solis, & eſſet diviſibilis & corruptibilis. Sed ut Sol multiplicare poſſit ſuam ſimilitudinem, dat ſimilitudinem ſuæ lucis Veneri, & Venus ipſam ſimilitudinem recipit, & transmittit Mercurio, & Mercurius Lunæ, & Luna igni, & ignis aëri, & aër aquæ, & aqua terræ; & hoc eſt per viam contrarietatis & concordantiæ, ipſis ſimilitudinibus in differentia exiſtentibus ita inferiùs, ſicut ſunt aſſumptæ ſuperiùs.

20. Quæſtio. *Utrùm inter Deum & creaturam ſit medium?* Solutio. T. B. Inter Deum & creaturam non eſt medium reale, quoniam ſi eſſet, illud medium non eſſet Deus nec creatura, & eſſet aliud eſſe, cujus eſſe eſt impoſſibile, ſed quia intellectus humanus Dei ſimilitudines recipit & creaturæ, ex quibus induit ſuum intelligere, format unum medium virtuoſum intentionale, in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quo se conjungunt Deus & creatura per viam contemplationis, quod quidem medium destruitur & devenit in privationem per viam peccati : tamen inter Deum & creaturam est medium reale, in quantum una creatura est medium alii creaturæ, ut gratiam Dei recipiat.

21. Quæstio. *Quare homo tantum tædium habet in vincendo se ipsum* ? Sólutio. T. C. Ratio, quare homo habet ita magnum tædium in vincendo se ipsum, est, quia in se ipso multiplicat contrarietatem contra concordantiam, quam habet in se, & quoniam suæ passiones majores sunt intra se ipsum quàm extrà, & per consequens suæ actiones, idcirco magnam habet pœnam in vincendo se ipsum ; & quando sub ratione bonitatis & virtutis se ipsum vincit, majus habet placitum de ea victoria quàm de illa, quam facit extrà, cùm alium hominem vincit.

22. Quæstio. *Utrùm homo majorem habeat potestatem faciendi bonum quàm malum* ? Solutio. T. C. Homo habet majorem potestatem faciendi bonum quàm malum, cùm sit ita, quòd potestas sit major in concordantia quàm in contrarietate, & potestas & bonitas habeant concordantiam naturaliter & realiter cum cæteris partibus substantiæ, & concordantia sit principium substantiale & accidentale, secundùm quòd probatum est, & contrarietas sit principium accidentale tantummodo, idcirco habet homo majorem potestatem naturaliter ad faciendum bonum quàm malum.

23. Quæstio. *Quomodo aqua infrigidat aërem* ? Solutio. T. D. Aër dat humiditatem suam aquæ, ut in illa possit similitudinem suam multiplicare, & aqua recipiendo illam humiditatem in se ipsa, aërem recipit, qui cum calore venit, & ipsum aërem suâ induit frigiditate, ut in ipso possit suam similitudinem multiplicare, & ut ignem, qui sibi contrariatur, possit infrigidare, quem mortificat, in quantum ipsum suâ induit similitudine, & hæc infrigidatio insensibilis est.

24. Quæstio. *Quare concordantia concordat cum esse & contrarietas cum non esse* ? Solutio. T. D. Concordantia est principium substantiale & accidentale, & contrarietas est principium accidentale tantummodo ; & quoniam concordantia habet esse in se ipsa, in quantum est substantialis, & habet suum accidens in se ipsa, & habet illud in alio, idcirco concordantia concordat cum esse contra non esse, & quoniam contrarietas non est principium substantiale, & per se ipsam non habet esse, & est sustentata in alio & non in se ipsa, idcirco concordat cum non esse contra esse, & ideo concordantia & generatio concordant, & contrarietas & corruptio ; & est ita contrarietas, ut sit concordantia, sicut & corruptio, ut sit generatio.

25. Quæstio. *Utrùm in rebus creatis possit esse simplicitas sine compositione* ? Solutio. T. E. In qualibet creatura oportet esse actionem & passionem secundùm cursum naturalem, ut per illam intrare possit triangulus rubeus, & si esset aliqua creatura ita simplex, quòd non haberet aliquid de compositione, triangulus rubeus illam intrare non posset, nec stare, & esset bonitas pars creaturæ vacua, ita quòd non haberet in se essentiale bonificativum, bonificabile & bonificare, & esset pars simplex sine perfectione ; & hoc idem sequitur de magnitudine & aliis partibus substantiæ, esset ergo creatura illa in defectu & vacuitate, & hoc est impossibile, per quam impossibilitatem stat vera negatio in quæstione.

26. Quæstio. *Utrùm magnitudo sit principium* ? Solutio. T. E. Magnitudinem oportet esse principium ita, sicut oportet principium esse magnum per magnitudinem, & hoc est, ut quædam partes substantiæ possint dare cæteris partibus similitudines suas : unde sicut principium est bonum sub ratione bonitatis, sic magnitudo est principium sub ratione principii ; & quoniam magnitudo est principium, potest esse principium suî ipsius & alterius ; est principium suî ipsius, in quantum habet in se essentiale magnificativum, magnificabile & magnificare, & est principium alterius, sicut bonitas, quæ est magna sub ratione magnitudinis, & magnum habet bonificativum, bonificabile & bonificare.

27. Quæstio. *Quomodo fit peccatum* ? Solutio. T. F. Homo est compositus ex anima & corpore, & ideo est medium multiplicatum de ambobus, per quod & in quo anima influit corpori similitudines suas, videlicet similitudines suarum partium, ex quibus induit partes corporis, & per ipsum corpus refluit animæ similitudines, quas ab ea recepit, & suî ipsius ac suarum partium

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tium ſimilitudines, & ideo ex illa influentia & refluentia conſtituitur homo, & ſtant in illo quædam partes in aliis, & ideo homo ſecundùm curſum naturalem habet modum & naturam tranſmittendi extra ſe ipſum ſuas ſimilitudines in alio homine ſuſtentatas, ut ille ſit virtuoſus in ipſo, & hujus contrarietas eſt modus, ſecundùm quem homo agit peccatum, videlicet cùm tranſmittit extrà contrarias ſimilitudines earum, quæ intrà conſiſtunt, ſicut facere malum ſub ratione bonitatis, & facere parvum ſub ratione magnitudinis & deviare finem principiorum, & ſic de aliis.

28. Quæſtio. *Utrùm inter abſtractum & concretum ſit medium*? Solutio. T. F. Bonitas tantummodo conſiderata eſt principium, quod ſtat in abſtracto, & ſuum concretum eſſentiale eſt bonificativum, bonificabile & bonificare, quæ ſunt de ſua eſſentia, & ipſa eſſentia eſt de ipſis, & medium, quod eſt inter ipſam & ſua concreta eſt de alia eſſentia, ſicut magnitudo & cæteræ partes ſubſtantiæ, quæ quidem magnitudo cum ſuis concretis eſſentialibus ſtat inter bonitatem & ſua concreta, ut bonitas ſit magna, & habeat magnum bonificativum, bonificabile & bonificare.

29. Quæſtio. *Quid eſt meritum*? Solutio. T.G. Meritum eſt id in homine, per quod ſequitur illud, propter quod homo eſt, ſicut homo, qui eſt, ut intelligat, recolat, & diligat Deum, & quando agit hoc, quare homo eſt, habet meritum, quod quidem meritum ſuſtentatum eſt in fine, qui influit principio actionem, ut moveat ipſum ad ſe ipſum, ſicut magnes, qui tranſmittit ferro ſuam ſimilitudinem, ut attrahat ipſum ad ſe ipſum, exiſtente ipſo fine naturæ ferri: & quoniam homo libertatem habet ad agendum contrarium illius, quare eſt, & utitur libertate ſuâ ad faciendum hoc, quare eſt, habet meritum, quando non agit contra hoc, quare eſt. Eſt ergo ſuum meritum multiplicatum in fine, quare eſt, & quando non agit contra illum finem, eſt ergo meritum illud, quod multiplicatum eſt ex duabus rationibus antedictis.

30. Quæſtio. *Utrùm in ſphæra ignîs ſint alia elementa*? Solutio. T. G. Elementa ſimplicia ſunt, ut ſint compoſita, & elementa compoſita, ut ſint ſubſtantiæ elementatæ exiſtentes ſub ſpeciebus, ſicut ſubſtantia hominis, leonis & plantæ: ſunt ergo elementa ſimplicia per ſecundam intentionem, & elementa compoſita per primam, & ſunt elementa compoſita per ſecundam intentionem & ſpecierum individua per primam, ſunt ergo in ſphæra ignîs alia elementa ſimplicia, & illa ſphæra compoſita eſt ex omnibus quatuor elementis, & attribuitur igni, quia habet in illa plus de dominio quàm aliquod aliud elementorum, & hoc idem ſequitur de cæteris ſphæris; quoniam ſi ignis purus eſſet in ſphæra ſua, in qua non eſſent cætera elementa, non poſſet deſcendere huc inferiùs, quoniam aër non ſuſtineret, quòd ſiccitas ſua tranſiret per ipſum, nec ignis, cum ſua ſiccitate, quæ eſt ſibi accidens, conſtringere poſſet humiditatem eſſentialem aëris, & ſic ignis tranſire non poſſet ad ſphæram aquæ, nec venire huc inferiùs, & eſſet ſuum eſſe ſuperfluum & vacuitas finîs, ita quòd poſſent eſſe ſecundariæ intentiones ſine primariis & econversò, & hoc eſt impoſſibile & contra curſum naturalem.

31. Quæſtio. *Utrùm Deus creare poſſit corpus infinitum*? Solutio. T. H. poteſtas Dei eſt infinita in bonitate, magnitudine & cæteris ſuis dignitatibus, & ideo non poteſt facere contra ſuam infinitatem, contra quam poſſet, ſi poſſet creare aliam eſſentiam infinitam, quoniam poſſet contra ſingularitatem ſuæ infinitatis, quæ quidem poteſtas eſſet malum & parvitas magnitudinis ſingularis, non poteſt ergo Deus creare corpus infinitum ſecundùm naturam infinitatis ſuæ, nec in natura corporali infinitas poteſt ſuſtentari, quoniam omne corpus, oportet, quòd ſit figuratum habitu circulari, quadrangulari & triangulari vel lineali, qui habitus infinitus eſſe non poteſt.

32. Quæſtio. *Quare divitiæ ſunt tantum amabiles*? Solutio. T. H. Naturaliter ſunt divitiæ amabiles, ut in illa amabilitate voluntas multiplicare poſſit ſuum amare & intellectus ſuum intelligere, & memoria ſuum recolere, in quantum ſunt plùs amabiles, plùs poteſt voluntas ſuum amare majorificare & intellectus ſuum intelligere & memoria ſuum recolere, & in ipſa majoritate anima plùs poteſt Deum contemplari, ſervire & honorare. Sunt ergo divitiæ naturaliter amabiles; ſed quoniam homines ipſas divitias diligunt contra amabilitatem naturalem, quam diximus, ideo eſt paupertas tantum timibilis.

33. Quæſtio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

33. Quæstio. *Quomodo angelus intelligit* ? 37. Solutio. T. I. Intellectus est una pars angeli, in quo intellectu est æqualitas intellectivi, intelligibilis & intelligere, & quoniam bonitas est pars angeli, in qua est æqualitas bonificativi, bonificabilis & bonificare, & hoc idem est de magnitudine suo modo & cæteris partibus substantiæ angelicæ, & positâ æqualitate cujuslibet partium in æqualitate intellectûs, habet angelus modum intelligendi recipiendo adjuvamentum de qualibet partium, qualibet parte dante intellectui hoc, quod intellectus habet in illis, scilicet similitudines, ex quibus intellectus est indutus, ut intelligere possit.

34. Quæstio. *Utrùm potentiæ animæ sint æquales* ? Solutio. T. I. In Deo est æqualitas, secundùm quòd probatum est, & ideo est æqualiter intelligibilis, recolibilis & amabilis in bonitate, magnitudine &c., quoniam Deus animam creavit, ut cum bonitate magnitudine &c. recolat intelligat & diligat Deum, ideo oportet, quòd potentiæ animæ sint æqualiter creatæ in bonitate magnitudinis & in magnitudine bonitatis & sic de aliis. Et si Deus non creavisset potentias animæ æquales, esset magìs intelligibilis & amabilis quàm recolibilis, vel intelligibilis quàm amabilis & recolibilis, & hoc est impossibile; sunt ergo potentiæ animæ æquales, ut æqualiter possint in gloria quiescere.

35. Quæstio. *Utrùm potestas Dei sit infinita* ? Solutio. T. K. In Deo non est minoritas, & ideo in se habere non potest, nisi unam bonitatem, unàm magnitudinem, unam potestatem & unam æternitatem &c. Et quia in Deo bonitas, magnitudo &c. convertuntur, & quælibet remanet ratio realis, & quælibet infinita in se ipsa & in alia, & ideo oportet de necessitate, quòd potestas Dei sit infinita existente illa potestate una & bonitate una & magnitudine una, æternitate una & sic de aliis Dei dignitatibus.

36. Quæstio. *Quod peccatum est majus quàm aliud peccatum* ? Solutio. T. K. Illud peccatum est majus, quod Deo est magis contrarium, sicut avaritia, quæ largitati Dei est contraria, quæ est majus peccatum quàm luxuria, quoniam Deus non habet castitatem, quia castitas non pertinet nisi ad hominem, & idem suo modo sequitur de cæteris virtutibus & vitiis.

Quæstio. *Quomodo intellectus humanus transcendit ad intelligendum supra se ipsum* ? Solutio. B. C. D. E. F. G. H. I. K. Quæstio est determinata *in arte inventiva ac in arte amativa*, & quia nos breviter hanc artem secundùm tabulam volumus tractare, huic quæstioni breviter respondemus. Intellectus hominem intelligit prædestinatum sub ratione sapientiæ Dei, & secundùm suam naturam intelligere non potest in uno tempore, quòd homo prædestinatus habet liberum arbitrium, per quod possit esse damnatus, & ideo transcendit ad intelligendum supra se ipsum liberum arbitrium intelligendo justitiam Dei in magnitudine bonitatis, æternitatis, potestatis ita magnam in voluntate, virtute, gloria & veritate, sicut sapientia. Et tunc quando intellectus intelligit ita liberum arbitrium, non potest intelligere prædestinationem, quousque supra se ipsum transcendat ad intelligendum prædestinationem sub ratione sapientiæ Dei, quæ est ita magna in magnitudine bonitatis, æternitatis, potestatis, voluntatis &c. sicut justitia Dei; transcendit ergo intellectus ad intelligendum supra se ipsum in virtute supremi objecti & sic de cæteris rebus similibus istis.

Per quæstiones Regularum.

Quæstio. Solutio. B.

B. 1. QUæstio. *Utrùm dæmon sit bonus* ? Solutio. B. Dæmon est substantia creata, qui est de partibus creatis, videlicet de bonitate, magnitudine &c. & quoniam bonitas est una de partibus substantiæ, est dæmon bonus sub ratione bonitatis, sicut est magnus sub ratione magnitudinis; & quoniam dæmon utitur contra suas similitudines substantiales, quia ratione peccati finem suarum partium tantum deviavit, idcirco est malus, & sua bonitas essentialis est vacua finîs, quæ non movet in se suum essentiale bonificativum, bonificabile & bonificare, quæ malitia angeli movet se accidentaliter ad malificandum mortificando bonitatem accidentaliter in essentiali bonificativo, bonificabili & bonificare, unde malitiam & pœnam angeli quis poterit æstimare.

2. Quæstio. *Utrùm puer priùs incipiat intelligere negando quàm affirmando* ? Solutio. B. In puero priùs est confusio intelligendi quàm claritas, & quia negatio propinquior est

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt confuſioni quàm affirmatio, puer priùs incipit intelligere ſub ratione negationis quàm ſub ratione affirmationis, & hoc ſecundùm reſpectum intentionis ſecundæ, quoniam ſecundùm inſtinctum naturalem priùs eſt affirmatio quàm negatio : igitur priùs incipit intelligere per negationem quàm per affirmationem, ut ſuum intelligere quieſcere poſſit per affirmationem.

3. Quæſtio. *Utrùm acquiri poſſit majus meritum per affirmationem quàm per negationem* ? Solutio. B. In eſſentia Dei non eſt negatio, quoniam negatio eſt, ut ſit affirmatio, & ideo Deus non negat res, quia illa negatio eſſet ſibi ſuperflua, & ipſe in ſe ipſo omnia comprehendit, & affirmat; eſt ergo meritum majus per affirmationem quàm per negationem.

C. 4. Quæſtio. *Quid eſt juſtitia* ? Solutio. C. Juſtitia eſt id, ratione cujus homo reddit Deo id, quod ſuum eſt, & ſibi ipſi & ſuo proximo ; & hoc idem facit bonitas, quæ de ſe ipſa reddit magnitudini hoc, quod & magnitudo habet in ſe ipſa, videlicet ſimilitudinem bonitatis, ut magnitudo in ſe ipſa habeat magnificativum bonum, abile & are, & bonitas ſub ratione juſtitiæ reddit ſibi ipſi hoc, quod habet in magnitudine, videlicet ſuam ſimilitudinem, ut ſit magna ratio magno bono, quòd agat magnum bonum.

5. Quæſtio. *Quid habet fortitudo in ſe ipſa* ? Solutio. C. Fortitudo in ſe ipſa habet magnitudinem finîs, quem quidem finem movet fortitudo ad magnitudinem bonitatis, durationis & poteſtatis, ſapientiæ, voluntatis, gloriæ, virtutis & veritatis ; & habet æqualitatem cujuslibet, ut fortitudo in fine magnam durationem & quietem habere poſſit, idcirco bonus miles eſt fortis in bello, & Judex in judicio, & Domina in caſtitate, & Prælatus in ſuo officio.

6. Quæſtio. *Quid eſt fides in intelligere* ? Solutio. C. Fides eſt habitus in intelligere & fuit actu priùs, quàm fuit in intelligere, & fuit, ut eſſet in intelligere, & ſtat fides in intelligere habitualiter, ut, ſi deficiat intelligere, reſtauretur virtus de intelligere in actu fidei credendo id, quod eſt verum, quod intellectus intelligere non poteſt, & quod intellectus intellexit, & quod memoria perdidit, & quod in memoria recuperavit.

7. Quæſtio. *Quid habet ſpes in charitate* ? Solutio. C. Spes habet in charitate magnum amare ſperando cum magno amare magnitudinem bonitatis, durationis, poteſtatis &c. & ideo ſpes multiplicat virtutem ſupra ſe ipſam in virtute objecti ſupremi, de quo ſperat gratiam, auxilium, benedictionem, miſericordiam & veniam cum juſto amare.

D. 8. Quæſtio. *De quo creavit Deus mundum*? Solutio. D. Creavit Deus mundum de non eſſe producendo ipſas partes mundi in eſſe, quæ in ſe ipſis nihil erant, ſed erant objectatæ in ideis Dei, quæ ideæ repræſentantur in generibus & ſpeciebus, quas intellectus in imaginatione multiplicat & memoriæ tradit.

9. Quæſtio. *De quo eſt idea* ? Solutio D. Idea, in quantum eſt Deus, eſt de ſe ipſa, & in quantum eſt ſimilitudo, eſt de partibus mundi, quas Deus attingit & comprehendit in ipſa idea; & quoniam partes mundi ſunt multæ, ideæ ſunt multæ, & quia Deus eſt unus, eſt una idea tantummodo, & quia ipſa idea eſt æterna, ſunt omnes ideæ æternæ.

10. Quæſtio. *Cujus eſt fides* ? Solutio. D. Fides eſt intellectûs, ut in principio, quando intellectus incipit intelligere, fides ſupponat, quòd ipſe intellectus poſſit intelligere, & in medio, quando intellectus non poteſt intelligere, fides ſupponat verum eſſe id, quod intellectus intelligere non poteſt.

E. 11. Quæſtio. *Quare eſt temperantia* ? Solutio. E. Temperantia eſt, quia compoſita ex æqualibus partibus ad unum finem, in quo ſanitas quietem habeat, & quòd homo habeat modum bene loquendi, recolendi, intelligendi & amandi.

12. Quæſtio. *Quare eſt Princeps* ? Solutio. E. Princeps eſt, ut in ipſo dominium Dei repræſentetur & magnitudo poteſtatis, bonitatis, durationis, ſapientiæ & voluntatis, virtutis & veritatis, gloriæ, ſingularitatis, nobilitatis & honoris. Eſt etiam Princeps, ut ſit Judex ſecundùm amorem & timorem, & ut ſuus populus in fine ſui officii quietem habeat.

F. 13. Quæſtio. *Quanta eſt juſtitia Regis* ? Solutio. F. Juſtitia Regis eſt tanta in fine bonitatis, magnitudinis, durationis, poteſtatis &c. quantus eſt finis ſui officii conſtituti de fine magnitudinis, bonitatis &c. idcirco, quando Rex eſt injuſtus, eſt contra finem juſtitiæ & ſui officii.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

14. Quæstio. *Quanta est frigiditas aquæ in igne?* Solutio. F. In planta, in qua ignis est in quarto gradu caliditatis, frigiditas aquæ est in primo gradu, idcirco in planta est calor in majori intensitate, & frigiditas in minori extensitate; & idem est de terra, quæ in ipsa planta est in tertio gradu siccitatis, & aër in secundo gradu humiditatis, & ex omnibus quatuor gradibus est composita una quantitas composita de intensitate & extensitate, majoritate & minoritate, differentiâ, concordantiâ & contrarietate, & secundùm proportionem de æqualitate, principio, medio & fine.

G. 15. Quæstio. *Qualis complexio generat corruptionem?* Solutio. G. Calor ignis cum siccitate generat corruptionem in humiditate aëris, & humiditas aëris generat cum calore corruptionem in frigiditate aquæ, & hoc circulariter, secundùm quòd quædam complexiones sunt aliis contrariæ; & hæc corruptio apparet in principio in figura caloris & siccitatis, & in medio frigiditatis & humiditatis, & in fine siccitatis & frigiditatis, & incipit nova generatio corruptionis in figura humiditatis & caloris.

16. Quæstio. *Quale est humidum radicale & quale est humidum nutrimentale?* Solutio. G. Illud est humidum radicale, in quo finis est proprius elementationis & vegetationis & sensualitatis, in quo sub ratione proprii numeri partes substantiæ quiescunt, sicut partes embrionis, remanente qualibet in proprio numero & in composito proprio. Et humidum nutrimentale est illud, quod est compositum ex partibus appropriatis, ut partes propriæ embrionis vivant ex illis, sicut lumen, quod vivit de oleo.

H. 17. Quæstio. *Utrùm motus incipiat in tempore præsenti vel futuro?* Solutio. H. Motus incipit in tempore futuro sub ratione mobilitatis, & in tempore præsenti sub ratione motivitatis, & ideo movere vivit de tempore futuro in tempore præsenti, & moritur in tempore præterito.

18. Quæstio. *De quo est gratia?* Solutio. H. Gratia est de movente in mobili, & est recepta in moto, & vivit de tempore futuro in tempore præsenti, ut duret motus de movente & moto, & quando motus contrariatur moventi, moritur gratia in tempore præterito.

19. Quæstio. *Quomodo est gratia?* Solutio. H. Gratia est secundùm modum gratiativitatis, gratiabilitatis & gratiari, & isti tres modi sunt, secundùm quòd partes substantiæ stant in gratiabilitate, & secundùm quòd movens stat in libertate gratiosæ bonitatis, magnitudinis & durationis &c.

20. Quæstio. *Cum quo est gratia?* Solutio. H. Gratia est cum magnitudinis libertate, bonitatis, durationis, potestatis &c. & cum motu istorum est influxa in mobili, in quo durat & vivit cum magnitudine gratiabilitatis in bonitate & magnitudine &c.

I. 21. Quæstio. *Quid est obstinatio?* Solutio. I. Obstinatio est coactio liberi arbitrii per falsam affirmationem contra veram negationem, & per falsam amabilitatem contra veram odibilitatem, & ideo stant homines obstinati in tenebris ignorantiæ & amoris.

22. Quæstio. *De quo est servitus?* Solutio. I. Servitus est de fine, in quo liberum arbitrium non habet quietem, & ideo servitus est de secundis intentionibus, & dominium est de primis; & ideo vasallus acquirit virtutem in amore amando Dominum suum, & dominium vivit de servitute.

23. Quæstio. *Elementa quomodo intrant in compositionem?* Solutio. I. Intrant elementa in compositionem se locantibus quibusdam in aliis per agens naturale, quod habet appetitum ad collocandum quædam elementa in aliis essentialiter & accidentaliter, existente appetibilitate sustentatâ in appetitivitate agentis naturalis, conversâ ipsâ appetibilitate in appetitivitate cujuslibet elementorum formaliter, agente illâ formâ in materia appetibilitatis, idcirco est concordantia inter agens naturale & agibilitatem elementorum, & intrat ignis compositionem cum aëre dans sibi calorem & se ipsum sub forma caloris, & aër intrat compositionem cum aqua dans sibi suam humiditatem & se ipsum sub forma humiditatis, & intrat aër compositionem cum igne dans sibi suam humiditatem contra siccitatem, & hoc per circulum aliorum elementorum, in tantum, quousque quædam partes sunt in aliis collocatæ.

24. Quæstio. *Cum quo fit compositio?* Solutio. I. Compositio fit cum partibus simplicibus collocatis quibusdam in aliis, sicut magnitudo in bonitate, ut bonitas sit magna, & bonitas in magnitudine, ut magnitudo sit bona, & hoc idem de calore ignîs collocato in aëre, ut sit calidus, intrante

(c) 2006 Ministerio de Cultura

trante calore ignîs aërem, intrat calor ignîs aërem, ut aër ſit ignificatus, & hoc idem ſequitur de cæteris elementis & de ſuis partibus ſubſtantialibus & accidentalibus.

K. 25. Quæſtio. *Quomodo hæc ſcientia eſt generalis ad omnes alias ſcientias* ? Solutio. K. Hæc ſcientia eſt generalis ad omnes ſcientias, quia eſt de generalibus principiis &c., quia cæteræ ſcientiæ principia habent ſpecialia, ſicut Theologia, quæ ſpecialia habet principia, ſcilicet fidem, ſpem & charitatem, & Phyloſophia formam & materiam & privationem, & Jus judicem & juſtitiam, & Medicina medicum & ſanitatem ; & ſicut juſtitia, prudentia, fortitudo, & temperantia, quæ principia ſunt moralitatis, & congruitas & rectitudo loquendi, quæ ſunt principia Grammaticæ, & veritas & falſitas Logicæ, & ordo & pulchritudo verborum, quæ ſunt principia Rhetoricæ, & muſicus & vox Muſicæ, & ariſmeticus & numerus Ariſmeticæ, & Geometricus & menſuræ Geometriæ, & Aſtrologus ſigna & planetæ Aſtrologiæ, & mechanicus inſtrumenta & figuræ, quæ ſunt principia Mechanicæ ; omnia hæc implicantur in principiis hujus artis, quoniam omnia ſunt bona magna &c. Idcirco ars iſta generalis eſt ad ipſa prædicta principia cum ſuis principiis, quæ inclinant ſe ad alias ſcientias, ſecundùm quòd eorum principia ſtant in ſuis principiis implicita, & ſtat ſupra ipſas, ſicut genus, quod ſtat ſupra ſpecies, *& utitur principiis ipſarum ſecundùm ordinem & uſum, quem habet ex ſuis propriis principiis*, cujus usûs practicam dedimus in hac arte.

26. Quæſtio. *Quomodo generantur pluvia, ventus, nix & ros* ? Solutio. K. In elementis ſunt qualitates propriæ & appropriatæ, ſecundùm quòd probavimus ; & quoniam ignis & aër, qui ſunt hîc inferiùs, ſuprà in vaporibus aſcendunt, quia appetitum habent ad ſuas ſphæras, & ſunt leves, & terra & aqua cum ipſis aſcendunt ad invicem, quia aër appropriat aquæ ſuam humiditatem, & terra igni ſuam ſiccitatem : & quando ſunt ſuprà, terra & aqua habent appetitum deſcendendi inferiùs, & deſcendunt cum igne & aëre, & per calorem ſphæræ ignîs generantur nubes de terra calefacta, & per humiditatem aëris ſimiliter, qui dat humiditatem ſuam aquæ, & per frigiditatem aquæ depuratæ à calore, & per ſiccitatem terræ ab humiditate depuratæ fit diſſolutio nubium ; & ſi major ſit in frigiditate & humiditate, generatur pluvia, & ſi major ſit in frigiditate & ſiccitate, generatur nix, & ſi ſit major ipſa diſſolutio in calore & humiditate, generatur ros, & ſi ſit major in calore & ſiccitate, generatur ventus.

27. Quæſtio. *Quomodo voluntas tranſcendit ad diligendum ſupra ſe ipſam* ? Solutio. B. C. D. E. F. G. H. I. K. Sapientia ſive intellectus illuminat ſive oſtendit objectum ſupremum voluntati cognoſcendo quidditatem objecti affirmando illud ſupremum objectum ſupra omnem bonitatem, & ideo ipſe magnitudinem amabilitatis illuminat in majoritate virtutis durationis, poteſtatis, gloriæ & veritatis, idcirco tranſcendit voluntas ſupra ſe ipſam ad amandum ipſam amabilitatem ſupremam, & format majoritatem amandi ſuppoſitâ ipsâ amabilitate ſupremâ eſſe in omni perfectione bonitatis & in infinita extenſitate ſine quantitate & in infinita qualitate eſſentiali & æterna ſine temporalitate, & hoc ſuppoſito collocat voluntatem in amare ſuo cum magnitudine bonitatis æternitatis. &c.

Per Quæſtiones Tabulæ.

Quæſtio. Solutio.

1. QUæſtio. *Utrùm Deus poſſit peccatum facere* ? Solutio. B. C. D. Probatum eſt, quòd non eſt, niſi una æternitas, in qua probatione eſt ſignificatum, quòd Deus non poteſt facere peccatum, quoniam ſi poſſet facere peccatum, poſſet facere æternitatem, quæ non eſſet de ſua eſſentia, & deſtrueret magnitudinem æternitatis ſuæ, in qua deſtructione multiplicaret malitiam in infinita extenſitate & æternitate, quæ multiplicatio eſt impoſſibilis.

2. Quæſtio. *Quid eſt infinitas* ? Solutio. C. D. E. Infinitas eſt illud, quod ſingulare eſt in æternitate, & eſt id, per quod eſt ita magnum in extenſa bonitate ſicut in æternitate.

3. Quæſtio. *Extenſitas Dei, de quo eſt* ? Solutio. D. E. F. Extenſitas Dei eſt de æternitate & infinita bonitate, magnitudine, poteſtate, ſapientia, voluntate, virtute, veritate & gloria : unde Deus eſt immenſus, & quælibet ſuarum rationum ſatisfacit alii de ſua totalitate.

4. Quæſtio. *Quare eſt æviternitas* ? Solutio. E. F. G. Æviternitas eſt, ut ſit imago æternitatis, in qua ſancti gloriæ contemplari

(c) 2006 Ministerio de Cultura

plari possunt æternitatem Dei, & ideo in æternitate non est successio, quoniam si esset, non esset contemplatio in magnitudine bonitatis, durationis &c.

5. Quæstio. *Quanta est pœna damnatorum?* Solutio. F. G. H. Pœna damnatorum est ita magna, sicut est magnitudo æviternitatis in suo intelligere, recolere & odire, quia memoria cujuslibet damnati recolit pœnam æviternalem, & intellectus ipsam intelligit & voluntas ipsam odit, quæ quidem voluntas odit intelligere & recolere, & odit etiam suam amativitatem & odibilitatem, & recolibilitatem & intelligibilitatem æviternitatis.

6. Quæstio. *Quale verbum sive vocabulum est magis timibile?* Solutio. G. H. I. Nullum verbum sive vocabulum tantum est timibile, sicut æternitas, quoniam verbum, in quo æternitas nominatur, intellectui humano repræsentat amissionem gloriæ æternæ & pœnam æviternam, per quam intellectus significat voluntati æternam timibilitatem, cruciatum, pœnam, & vacuitatem magnitudinis, bonitatis, virtutis, finîs & cæterorum principiorum.

7. Quæstio. *Ideæ, quæ sunt in Deo, quando fuerunt?* Solutio. H. I. K. Ideæ, quæ sunt in Deo, sunt Deus, idcirco fuerunt, sunt, & erunt in æternitate, quæ Deus est, & similitudines ipsarum idearum in tempore fuerunt, quando mundus fuit creatus secundùm successionem temporis, aliis creaturis existentibus in uno tempore, & aliis in alio tempore.

8. Quæstio. *Antequam mundus esset creatus, ubi stabat misericordia Dei?* Solutio. C. I. K. Deus est misericordia & quoniam Deus est æternitas, stabat misericordia sua antequam mundus creatus esset in æternitate, sed quia homo non erat ante mundi creationem, non habebat misericordia Dei subjectum, in quo indulgere existere potuisset, sicut ante creationem non erat subjectum, in quo potuisset stare creare.

9. Quæstio. *Quomodo corpora damnatorum durare poterunt in igne æterno?* Solutio. C. E. K. Duratio est id, per quod durant bonitas, magnitudo æternitas &c. & ideo in modo illius durationis durabunt corpora damnatorum in æviternitate, ut æviternitas imago sit justitiæ æternæ.

10. Quæstio. *Cùm Deus sit bonus, cum quo cruciat damnatos?* Solutio. C. F. K. Cruciat cum finîs vacuitate, quem scilicet finem aliquæ partes non attingunt, de quibus videlicet partibus damnati sunt constituti, & eorum partes vacuæ remanent, sicut bonitas, quæ non habet in se bonificare, nec magnitudo magnificare, & sic de aliis: tormentat etiam Deus damnatos cum perfectione finium contrariorum, sicut cum malitia contra bonitatem, & cum parvitate contra magnitudinem, & quoniam justitia Dei est bona, suum justificare & punire est bonum.

DE

NONA ET ULTIMA PARTE

Quintæ Distinctionis,

In qua ponuntur quæstiones, solutiones per cameras quæstionum.

ISta pars est divisa in duas partes, prima est de quæstionibus generalibus, quarum solutiones in cameris significantur; secunda est de quæstionibus specialibus, & earum solutio in quæstionibus generalibus & in earum cameris implicatur, quæ quidem cameræ ordinatæ sunt secundùm decem regulas & decem genera quæstionum, in quibus implicantur diffinitiones principiorum hujus artis, & in qualibet earum camerarum implicantur & multiplicantur viginti responsiones secundùm doctrinam, quam dedimus in septima parte quæstionum hujus tabulæ.

De Quæstionibus Primæ Partis.

B. C. F. Utrùm bonitas sit ita magna, sicut sapientia? *B.1.*

2. B. C. G. Utrùm magnitudo sit ita bona sicut voluntas?

3. B. D. F. Utrùm æternitas sit plena bonitate & sapientiâ?

4. B. D. G. Utrùm voluntas diligat plùs æternitatem in se ipsa quàm in bonitate?

5. B. E. F. Utrùm potestas sit in medio sapientiæ & bonitatis?

6. B. E. G. Utrùm bonitas habeat ita magnam potestatem sicut voluntas?

7. B. F. G. Utrùm bonitas, sapientia, voluntas sint unum idem numero?

8. B. F. H. Utrùm sapientia majorem habeat virtutem quàm bonitas?

9. B. G. H. Utrùm finis bonitatis ita magnam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gnam habeat virtutem, ſicut finis voluntatis?

10. B. F. I. Utrùm veritas diſtet tantum à falſitate in bonitate ſicut in ſapientia?
11. B. G. I. Utrùm voluntas tantum diligat bonitatem ſicut veritatem?
12. B. F. K. Utrùm in bonitate ſit tantum de gloria, ſicut in ſapientia?
13. B. G. K. Utrùm gloria ſit tantum bonificabilis quantum amabilis?
14. B. F. T. B. Utrùm in bonitate ſit tantum de claritate, ſicut in ſapientia?
15. B. G. T. B. Utrùm voluntas tantum diligat differentiam in bonitate, quantum in ſe ipſa?
16. B. F. T. C. Utrùm in bonitate & ſapientia ſtet concordantia?
17. B. G. T. C. Utrùm concordantia tantum diſtet à contrarietate in bonitate quàm in voluntate?
18. B. F. T. D. Utrùm bonitas tantum ſit contraria malitiæ, ſicut ſapientia ignorantiæ?
19. B. G. T. D. Utrùm contrarietas tantum diſtet à bonitate quàm à voluntate?
20. B. F. T. E. Utrùm principium incipiat antè in ſapientia quàm in bonitate?
21. B. G. T. E. Utrùm bonitas ſit ita nobile principium, ſicut & voluntas?
22. B. F. T. F. Utrùm medium in tantum conveniat bonitati ſicut ſapientiæ?
23. B. G. T. F. Utrùm voluntas poſſit amare bonitatem ſine medio?
24. B. F. T. G. Utrùm finis bonitatis ſit tantum nobilis, ſicut finis ſapientiæ?
25. B. G. T. G. Utrùm bonitas ſit finis voluntatis bonitatis?
26. B. F. T. H. Utrùm ſapientia ſit major quàm bonitas?
27. B. G. T H. Utrùm eſſet bonum, quòd voluntas eſſet major quàm bonitas?
28. B. F. T. I. Utrùm æqualitas tantum conveniat bonitati quantum ſapientiæ?
29. B. G. T. I. Utrùm æqualitas ſtet in bonitate & in voluntate?
30. B. F. T. K. Utrùm bonitas diſtet tantum à minoritate quantum ſapientia.
31. B. G. T. K. Utrùm bonitas ſit magìs amabilis quàm minoritas?

C. 32. C. D. F. Quid eſt magnitudo æternitatis in ſapientia?

33. C. D. G. Quid eſt magnitudo æternitatis in voluntate?
34. C. E. F. Quid ſunt ſapientia & poteſtas in magnitudine?
35. C. E. G. Quid habet poteſtas in voluntate & in magnitudine?
36. C. F. G. Magnitudo ſapientiæ, quid eſt in voluntate?
37. C. G. H. Quid habet virtus in ſe ipſa de magnitudine & voluntate?
38. C. F. H. Quid habet magnitudo in ſapientia & virtute?
39. C. F. I. Quid verificat veritas in ſapientia & magnitudine?
40. C. G. I. Quid amat voluntas in magnitudine & veritate?
41. C. F. K. Quid eſt magnitudo gloriæ in ſapientia?
42. C. G. K. Quid eſt magnitudo voluntatis in gloria?
43. C. F. T. B. Quid eſt magnitudo differentiæ in ſapientia?
44. C. G. T. B. Quid habet voluntas in magnitudine & quid differentia in voluntate?
45. C. F. T. C. Quid eſt concordantia ſapientiæ in magnitudine?
46. C. G. T. C. Quid eſt concordantia magnitudinis in voluntate?
47. C. F. T. D. Quid eſt magnitudo contrarietatis in ſapientia?
48. C. G. T. D. Quid habet contrarietas in parvitate voluntatis?
49. C. F. T. E. Quid incipit ſapientia in magnitudine?
50. C. G. T. E. Quid eſt principium in voluntate & in magnitudine?
51. C. F. T. F. Quid eſt medium ſapientiæ?
52. C. G. T. F. Quid habet voluntas in medio magnitudinis?
53. C. F. T. G. Quid eſt finis ſapientiæ in magnitudine?
54. C. G. T. G. Quid habet voluntas in fine magnitudinis?
55. C. F. T. H. Quid eſt majoritas magnitudinis & ſapientiæ?
56. C. G. T. H. Quid eſt majoritas magnitudinis in voluntate?
57. C. F. T. I. Quid eſt æqualitas ſapientiæ & magnitudinis?
58. C. G. T. I. Quid eſt æqualitas magnitudinis in voluntate?
59. C. F. T. K. Quid eſt minor concordantia ſapientiæ & magnitudinis?
60. C. G. T. K. Quid eſt minoritas voluntatis in magnitudine?

D. 61. D. E. F. Cujus ſunt poteſtas, æternitas de ſapientia?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

62. D. E. G. Potestas æternitatis cujus est?
63. D. F. G. Sapientia & voluntas cujus sunt in æternitate?
64. D. G. H. De quo est virtus, quam voluntas habet in æternitate?
65. D. F. H. Virtus æternitatis cujus est in sapientia?
66. D. F. I. Sapientia, de quo verificat æternitatem?
67. D. G. I. De quo voluntas est verificata in æternitate?
68. D. F. K. De quo æternitas habet gloriam in sapientia?
69. D. G. K. De quo æternitas sufficit gloriæ?
70 D. F. T. B. Confusio durationis & sapientiæ de quo est?
71. D. G. T. B. De quo illuminat æternitas voluntatem?
72. D. F. T. C. Concordantia, quæ est æternitatis & sapientiæ, de quo est?
73. D. G. T. C. De quo voluntas satisfacit concordantiæ?
74. D. F. T. D. Cujus est sapientia in contrarietate?
75. D. G. T. D. De quo voluntas perficit contrarietatem?
76. D. F. T. E. De quo æternitas principiat sapientiam?
77. D. G. T. E. De quo voluntas principiat durationem amandi.
78. D. F. T. F. De quo durat medium sapientiæ?
79. D. G. T. F. In æternitate de quo est medium voluntatis?
80. D. F. T. G. Finis æternitatis in sapientia, cujus est?
81. D. G. T. G. Voluntas de quo habet quietem in æternitate?
82. D. F. T. H. Cujus est majoritas sapientiæ in duratione?
83. D. G. T. H. De quo voluntas satisfacit æternitati?
84. D. F. T. I. De quo est æqualitas in æternitate in sapientia?
85. D. G. T. I. De quo æqualitas satisfacit æternitati & sapientiæ?
86. D. F. T. K. De quo minoritas minorificat durationem & sapientiam?
87. D. G. T. K. De quo est minoritas in duratione & in voluntate?
E. 88. E. F. G. Quare potestas stat in sapientia & in voluntate?
89. E. G. H. Quare potestas virtutem habet in amare?
90. E. F. H. Quare potestatem habet sapientia in virtute?
91. E. F. I. Quare potestas movet sapientiam ad veritatem?
92. E. G. I. Quare potestas movet voluntatem ad odiendum veritatem?
63. E. F. K. Quare potestas est sapientiæ & gloriæ?
94. E. G. K. Quare voluntas diligit potestatem & gloriam?
95. E. F. T. B. Quare potestas stat in sapientia & sapientia in potestate differenter?
96. E. G. T. B. Quare potestas stat in differentia, & differentia stat in voluntate?
97. E. F. T. C. Quare potestas & sapientia habent concordantiam?
98. E. G. T. C. Quare concordantia concordat voluntatem & potestatem?
99. E. F. T. D. Quare contrarietas potest contra sapientiam?
100. E. G. T. D. Quare voluntas potestatem habet contra contrarietatem?
101. E. F. T. E. Quare medium stat in potestate & in sapientia?
102. E. G. T. E. Quare potestas incipit de voluntate?
103. E. F. T. F. Quare potestas est principium sapientiæ?
104. E. G. T. F. Quare potestas habet medium in voluntate?
105. E. F. T. G. Quare sapientia habet quietem in potestate?
106. E. G. T. G. Quare potestas est finis voluntatis?
107. E. F. T. H. Quare potestas major est in sapientia quàm in ignorantia?
108. E. G. T. H. Quare voluntas diligit majorem potestatem?
109. E. F. T. I. Quare æqualitas stat in potestate & sapientia?
110. E. G. T. I. Quare voluntas diligit æqualitatem in potestate?
111. E. F. T. K. Quare minoritas minorificat sapientiam & potestatem?
112. E. G. T. K. Quare voluntas odit minoritatem in potestate?
F. 113. F. G. H. Quanta virtus stat in sapientia & voluntate?
114. F. G. I. Quantam veritatem scit sapientia in voluntate?
115. F. G. K. Quantam gloriam diligit voluntas in sapientia?
116. F. G. T. B. Differentia sapientiæ & voluntatis quanta est?

117. F. G. T. C.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

117. F. G. T. C. Quantam concordantiam habet ſapientia in voluntate?
118. F. G. T. D. Quantam contrarietatem habet ſapientia in voluntate?
119. F. G. T. E. Quot ſunt principia ſapientiæ & voluntatis?
120. F. G. T. F. Quod medium ſit ſapientia in voluntate & quantum eſt bonum?
121. F. G. T. G. Quot fines habent ſapientia & voluntas?
122. F. G. T. H. Quanta eſt majoritas ſapientiæ & voluntatis?
123. F. G. T. I. Æqualitas ſapientiæ & voluntatis quanta eſt?
124. F. G. T. K. Minoritas ſapientiæ & voluntatis quanta eſt?
G. 125. G. H. I. Qualis voluntas eſt virtus & veritas?
126. G. H. K. Qualis voluntas eſt gloria virtutis?
127. G. H. T. B. In quali voluntate & virtute ſtat differentia?
128. G. H. T. C. Qualis virtus habet tantam concordantiam ſicut voluntas?
129. G. H. T. D. Qualis contrarietas eſt contra virtutem voluntatis?
130. G. H. T. E. Qualis virtus eſt principium voluntatis?
131. G. H. T. F. Qualis virtus ſtat in medio voluntatis?
132. G. H. T. G. Qualis finis diligitur à voluntate & virtute?
133. G. H. T. H. Qualis voluntas majorem habet virtutem?
134. G. H. T. I. In quali virtute eſt ita magna æqualitas, ſicut in voluntate?
135. G. H. T. K. Qualis voluntas magis diſtat à minoritate & à vitio?
H. 136. H. I. K. Quando eſt veritas ſine gloria & virtute?
137. H. I. T. B. Quando extat differentia in veritate & virtute?
138. H. I. T. C. Veritas & virtus quando habent concordantiam?
139. H. I. T. D. Veritas & virtus quando habent contrarietatem?
140. H. I. T. E. Quando incipit virtus de veritate?
141. H. I. T. F. Medium veritatis quando durat in virtute?
142. H. I. T. G. Finis virtutis quando durat in veritate?
143. H. I. T. H. Veritas quando eſt major quàm virtus?
144. H. I. T. I. Quando ſunt æquales veritas & virtus?
145. H. I. T. K. Veritas quando ſtat in minore virtute?
I. 146. I. K. T. B. Ubi ſtat differentia veritatis & gloriæ?
147. I. K. T. C. Ubi ſtat concordantia veritatis & gloriæ?
148. I. K. T. D. Ubi ſtant pœna & falſitas?
149. I. K. T. E. Gloria veritatis ubi incipit?
150. I. K. T. F. Ubi ſtat veritas in gloria?
151. I. K. T. G. Finis gloriæ & veritatis ubi eſt?
152. I. K. T. H. Ubi eſt majoritas veritatis & gloriæ?
153. I. K. T. I. Ubi eſt æqualitas veritatis & gloriæ?
154. I. K. T. K. Minoritas veritatis & gloriæ ubi ſtat?
K. 155. K. T. B. C. Differentia & concordantia quomodo ſtant in gloria?
156. K. T. B. D. Differentia, quomodo ſtat in gloria ſine contrarietate?
157. K. T. B. E. Differentia quomodo incipit in gloria?
158. K. T. B. F. Medium gloriæ, quomodo extat in differentia?
159. K. T. B. G. Quomodo eſt differentia finis gloriæ?
160. K. T. B. H. Quomodo ſtat gloria in majori differentia?
161. K. T. B. I. Quomodo ſtat differentia in æqualitate gloriæ?
162. K. T. B. K. Quomodo ſtat gloria in minori differentia?
K. 163. K. T. B. C. Cum quo gloria ſtat in differentia & concordantia?
194. K. T. B. D. Cum quo contrarietas ſtat contra gloriam?
165. K. T. B. E. Cum quo principium principiat in gloria principium?
166. K. T. B. F. Cum quo gloria ſtat in differentia?
167. K. T. B. G. Cum quo differentia ſtat in fine & in gloria?
168. K. T. B. H. Cum quo differentia ſtat in majori gloria?
169. K. T. B. I. Cum quo æqualitas ſtat in gloria?
170. K. T. B. K. Cum quo gloria transmittit extrà ſuam ſimilitudinem?

De

(c) 2006 Ministerio de Cultura

De secundo membro ultimæ Partis quintæ Distinctionis.

Quæ est de quæstionibus specialibus.

IN hac parte datur practica quæstionum specialium, quæ per similes cameras quæstionum generalium significantur, & earum solutiones. Et sicut datæ sunt solutiones istarum, potest dari de quæstionibus peregrinis formando & faciendo similes cameras istarum. In his quæstionibus damus doctrinam ad solvendum alias quæstiones novem modis, videlicet per quæstiones, quæ sunt *de Deo*, & *de angelis* & *de cælestibus corporibus*, *de anima*, *de imaginativa*, *sensitiva*, *de vegetativa*, *de elementativa*, *de instrumentativa*, & istis novem subjectis quæstionum possunt omnes aliæ quæstiones applicari.

b. 1. *B.* B. C. F. Utrùm Deus habeat ita magnum bonificare, sicut intelligere?

c. 2. B. C. G. Utrùm angelus habeat ita magnam bonitatem sicut voluntatem?

d. 3. B. D. F. Utrùm firmamentum sit animatum de motivitate & mobilitate?

e. 4. B. D. G. Utrùm anima diligat plùs suam bonitatem quàm suam durationem?

f. 5. B. E. F. Utrùm in imaginatione stet essentiale imaginari?

g. 6. B. E. G. Utrùm sensitiva ita magnam habeat potestatem per appetitum naturalem sicut per bonitatem naturalem?

h. 7. B. F. G. Utrùm appetitus naturalis vegetabilis sit ita bonus sicut suus instinctus naturalis?

i. 8. B. F. H. Utrùm bonitates elementorum sint de una & eadem generali bonitate, & hoc idem de eorum virtutibus, utrùm sint de una generali virtute?

k. 9. B. G. H. In arte mechanica, quæ trium figurarum majorem habet virtutem, quæ scilicet figuræ sunt *circularis*, *quadrangularis* & *triangularis*?

b. 10. B. F. I. Utrùm Deus intelligat de veritate tantum in sua bonitate sicut in sua sapientia?

c. 11. B. G. I. Utrùm angelus diligat tantum bonitatem Dei sicut voluntatem Dei.

d. 12. B. F. K. Utrùm ignis habeat ita bonum instinctum & ita bonam delectationem per Saturnum sicut per Jovem?

e. 13. B. G. K. Utrùm anima habeat ita bonam gloriam in amare, sicut in intelligere?

f. 14. B. F. T. B. Utrùm imaginatio sit forma in sapientia?

g. 15. B. G. T. B. Utrùm sensitiva sit forma sub voluntate hominis?

h. 16. B. F. T. C. Utrùm instinctus naturalis vegetationis extet forma sub ratione animæ rationalis?

i. 17. B. G. T. C. Utrùm terra humefacta possit humefacere?

k. 18. B. F. T. D. Utrùm Grammatica tantum sit necessaria sicut Logica?

b. 19. B. G. T. D. Utrùm Deus distet tantum à contrarietate per bonitatem sicut per voluntatem?

c. 20. B. F. T. E. Utrùm angelus principiet suum intelligere de bonitate?

d. 21. B. G. T. E. Utrùm Aries sit ita bonum principium sicut Saturnus?

e. 22. B. F. T. F. Utrùm in anima rationali sit ita naturale bonificare sicut intelligere?

f. 23. B. G. T. F. Utrùm imaginativa & sensitiva sint à generante vel à creante?

g. 24. B. F. T. G. Utrùm finis terræ sit magìs bonus in talpa quàm in homine?

h. 25. B. G. T. G. Utrùm finis vegetativæ sit de fine sensitivæ?

i. 26. B. F. T. H. Utrùm calor habeat majorem bonitatem quàm humiditas?

k. 27. B. G. T. H. Utrùm in Rhetorica voluntas majorem habeat virtutem quàm bonitas?

b. 28. B. F. T. I. Utrùm æqualitas in Deo conveniat ita bene bonitati sicut sapientiæ?

c. 29. B. G. T. I. Utrùm in angelo bonitas & voluntas sint æquales?

d. 30. B. F. T. K. Utrùm terra tantum distet à minoritate per Geminos sicut per Taurum?

e. 31. B. G. T. K. Utrùm anima ita habeat magnam memoriam sicut voluntatem?

f. 32. *C.* C. D. F. Quid est magnitudo imaginationis?

g. 33. C. D. G. Quid est magnitudo sentiendi?

h. 34. C. E. F. Quid est potestas vegetandi in magnitudine?

i. 35. C. E. G. Quid habet Cancer in igne?

k. 36. C. F. G. Quid est Musica in musico?

b. 37. C. G. H. Quid habet Deus in se ipso?

c. 38. C. F. H. Quid habet Deus in angelo?

d. 39. C. F. I.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

d. 39. C. F. I. Quid agit Saturnus in Ariete?

e. 40. C. G. I. Quid diligit anima in veritate?

f. 41. C. F. K. Quid est delectatio imaginationis?

g. 42. C. G. K. Quid est delectatio sentiendi?

h. 43. C. F. T. B. Quid est magnitudo vegetationis?

i. 44. C. G. T. B. Quid est magnus appetitus elementi?

k. 45. C. F. T. C. Quid est subjectum Geometriæ?

b. 46. C. G. T. C. Concordantia quid est in Deo?

c. 47. C. F. T. D. Contrarietas quid est in angelo?

d. 48. C. G. T. D. Quid est contrarietas in Sole & in Tauro?

e. 49. C. F. T. E. Quid incipit anima in se ipsa?

f. 50. C. G. T. E. Intellectus conjunctus quid incipit in imaginatione?

g. 51. C. F. T. F. Quid est medium videndi & audiendi?

h. 52. C. G. T. F. Quid est medium vegetandi & sentiendi?

i. 53. C. F. T. G. Quid est finis calefaciendi?

k. 54. C. G. T. G. Quid est finis Aritmeticæ?

b. 55. C. F. T. H. Quid est illa majoritas, per quam Deus major est quàm totus mundus?

c. 56. C. G. T. H. Quid est majoritas in angelo?

d. 57. C. F. T. I. Quid habet Sol in igne?

e. 58. C. G. T. I. Quid habet anima in magnitudine?

f. 59. C. F. T. K. Quid habet imaginatio in minoritate?

g. 60. C. G. T. K. Quid est minoritas gustandi?

h. 61. *D.* D. E. F. Cujus est vegetare?

i. 62. D. E. G. Aqua calida cujus est?

k. 63. D. F. G. Principia Astrologiæ de quo sunt?

b. 64. D. G. H. De quo est Deus in anima hominis?

c. 65. D. F. H. De quo est motus angeli?

d. 66. D. F. I. *Anima firmamenti,* de quo est?

e. 67. D. G. I. De quo vivit intelligere & amare?

f. 68. D. F. K. De quo est imaginari?

g. 69. D. G. K. De quo sensitivum sufficit ad sentire?

h. 70. D. F. T. B. De quo est differentia in vegetatione?

i. 71. D. G. T. B. De quo illuminat Sol terram?

k. 72. D. F. T. C. De quo est Philosophia?

b. 73. D. G. T. C. De quo satisfacit Deus sibi ipsi?

c. 74. D. F. T. D. Intelligere dæmonis de quo est?

d. 75. D. G. T. D. De quo est facies Solis?

e. 76. D. F. T. E. De quo anima principiat suum intelligere?

f. 77. D. G. T. E. De quo Philomela suum incipit imaginari?

g. 78. D. F. T. F. De quo durat sentire?

h. 79. D. G. T. F. De quo vivit vegetare?

i. 80. D. F. T. G. De quo durat calefacere?

k. 81. D. G. T. G. Cujus est Judex?

b. 82. D. F. T. H. Æqualitas in Deo, de quo est?

c. 83. D. G. T. I. De quo est pœna in dæmone?

d. 84. D. F. T. K. Claritas Veneris cujus est?

e. 85. D. G. T. K. Anima hominis peccantis cujus est?

f. 86. *E.* E. F. G. Quare imaginatio habet potestatem?

g. 87. E. G. H. Quare Salamandra vivit in igne?

h. 88. E. F. H. Quare Reubarbarum habet potestatem contra choleram?

i. 89. E. F. I. Quare ignis movet aquam?

k. 90. E. G. I. Quare est medicus?

b. 91. E. F. K. Quare Deus intelligit se ipsum & omne quod est?

c. 92. E. G. K. Quare est angelus?

d. 93. E. F. T. B. Quare firmamentum se movet?

e. 94. E. G. T. B. Quare in potestate animæ stat differentia?

f. 95. E. F. T. C. Quare intelligere & imaginari habent concordantiam?

g. 96. E. G. T. C. Quare videre & audire habent concordantiam?

h. 97. E. F. T. D. Cùm pomum sit dulce, quare habet sensibilitatem amaritudinis?

i. 98. E. G. T. D. Quare aqua infrigidat ignem?

k. 99. E. F. T. E.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

k. 99. E. F. T. E. Quare peccatum est principiabile?
b. 100. E. G. T. E. Quare Deus est principium?
c. 101. E. F. T. E. Quare angelus peccavit?
d. 102. E. G. T. F. Quare Sol stat in medio Saturni & Lunæ?
e. 103. E. F. T. G. Quare anima quietem habet in intelligere?
f. 104. E. G. T. G. Quare imaginatio est de anima rationali?
g. 105. E. F. T. H. Quare ignis majorem motum habet in sentire quàm aqua?
h. 106. E. G. T. H. Quare Sol majorem potestatem habet in planta quàm Luna?
i. 107. E. F. T. I. Quare æqualitas stat in elementis simplicibus?
k. 108. E. G. T. I. Quare forcipes & martellus non sunt æquales in clavo?
b. 109. E. F. T. K. Quare est Deus ita potens per intelligere sicut per intellectum?
c. 110. E. G. T. K. Quare dæmon habet potestatem?
d. 111. *F.* F. G. H. Quantam virtutem habet Sol in Luna?
e. 112. F. G. I. Potentiæ animæ quot sunt?
f. 113. F. G. K. Imaginatio quanta est in intelligere?
g. 114. F. G. T. B. Differentia quanta est in sentire?
h. 115. F. G. T. C. Quanta est concordantia imaginandi & sentiendi?
i. 116. F. G. T. D. Quanta frigiditas est in aqua calefacta?
k. 117. F. G. T. E. Ira quanta est in principio?
b. 118. F. G. T. F. Quantus est Deus in humano intelligere?
c. 119. F. G. T. H. Quantò est unus angelus major alio angelo?
d. 120. F. G. T. I. Similitudo terræ quanta est in Luna?
e. 121. F. G. T. K. Quantitas peccati quanta est in anima?
f. 122. *G.* G. H. I. Qualem virtutem habet imaginatio in amare?
g. 123. G. H. K. Quis sensus majorem habet virtutem in sentiendo?
h. 124. G. H. T. B. Quæ vegetatio majorem habet appetitum?
i. 125. G. H. T. C. In quo elemento major est concordantia?
k. 126. G. H. T. D. Qualem contrarietatem habet virtus in gladio?
b. 127. G. H. T. E. Quod principium est Deus?
c. 128. G. H. T. F. Quantam virtutem angelus habet, per quam meretur gloriam?
d. 129. G. H. T. G. Quam virtutem habet Sol in ascendendo & descendendo?
e. 130. G. H. T. H. Quæ anima majorem habet virtutem?
f. 131. G. H. T. I. In quali imaginatione sunt æquales imaginativum & imaginabile?
g. 132. G. H. T. K. Quale habet minorem virtutem sensitivum, an sensibile?
h. 133. *H.* H. I. K. Quando est vegetatum conversum in sensatum?
i. 134. H. I. T. B. Quando est ignis vegetatus?
k. 135. H. I. T. C. Quod fuit antè forceps an martellus?
b. 136. H. I. T. D. Quando creatura fuit contra creatorem?
c. 137. H. I. T. E. Quando angelus incepit peccare?
d. 138. H. I. T. F. Quando cessabit motus firmamenti?
e. 139. H. I. T. G. Anima beata, quando attinget finem suum?
f. 140. H. I. T. H. Imaginatio quando est major quàm ipsamet?
g. 141. H. I. T. I. Sensitivum, sensibile & sentire quando erunt æquales?
h. 142. H. I. T. K. Vegetativa, in quo tempore habet minorem virtutem?
i. 143. *I.* I. K. T. B. Differentia elementati vegetati ubi stat?
k. 144. I. K. T. C. Concordantia equi & militis ubi stat?
b. 145. I. K. T. D. Ubi est gloria Dei?
c. 146. I. K. T. E. Peccatum in qua parte angeli incepit?
d. 147. I. K. T. F. Ubi stat firmamentum?
e. 148. I. K. T. G. In qua parte animæ peccantis per mendacium stat falsitas?
f. 149. I. K. T. H. Ubi stat major imaginatio?
g. 150. I. K. T. I. Visibilitas lapidis & amaritudo sacchari ubi sunt?
h. 151. I. K. T. K. Vegetabilitas ubi stat in planta?
i. 152. *K.* K. T. B. C. Differentia ignîs & aquæ quomodo stat in concordantia?
k. 153. K. T. B. D. Differentia emendi & vendendi quomodo stat in contrarietate?

b. 154. K. T. B. E.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

b. 154. K.T.B.E. Differentia creatoris & creaturæ, quomodo ſtat in creatione?
c. 155. K. T. B. F. Differentia & medium quomodo ſtant in gloria angeli?
d. 156. K. T. B. G. Differentia Solis & Lunæ quomodo ſtant in ſphæra ignîs?
e. 157. K. T. B. H. Major differentia quomodo ſtat in gloria animæ?
f. 158. K. T. B. I. Æqualitas imaginationis quomodo ſtat in differentia?
g. 159. K. T. B. K. Anima rationalis quomodo movet vegetativam?
h. 160. K. K. T. B. C. In vegetativa cum quo ſtant quædam elementa in aliis?
i. 161. K. T. B. D. Cum quo calor & ſiccitas ſunt contrarii?
k. 162. K. T. B. E. Cum quo mechanicus incipit imaginari?
b. 163. K. T. B. F. Cum quo Deus movet firmamentum?
c. 164. K. T. B. G. Cum quo angelus habet gloriam in Deo?
d. 165. K. T. B. H. Cum quo Luna movet mare occidentale?
e. 166. K. T. B. I. Cum quo anima habet gloriam?
f. 167. K. T. B. K. Cum quo imaginari movet ſentire?

De habituatione hujus ſcientiæ.

SUb brevibus verbis damus doctrinam habituandi ſcientiam iſtam, quæ dividitur in quinque diſtinctiones. Prima diſtinctio eſt de figuris, ſecunda de diffinitionibus & explanationibus principiorum iſtius ſcientiæ, tertia de regulis, quarta de Tabula, quinta de quæſtionibus.

Prima diſtinctio continet in ſe quatuor figuras, prima figura eſt de novem literis, cujus doctrina eſt ponere unam literam in alia circulariter, ſecunda figura eſt de tribus triangulis, & ſua doctrina eſt ponere unum triangulum in alio cum ſpeciebus, quæ ſcribuntur ſupra angulos triangulorum, & ponere illos triangulos in prima figura affirmando vel negando per conveniens vel inconveniens; tertia figura eſt compoſita ex duabus, & ſua doctrina eſt tangere alias literas cum aliis, capiendo earum literarum ſignificata, & applicando ipſa ſignificata ad propoſitum, & hoc idem ſequitur de quarta figura movendo circulos & multiplicando cameras.

Secunda diſtinctio eſt de decem & octo principiis, & quodlibet principium ſuam habet diffinitionem & explanationem, cujus doctrina eſt applicare ipſam diffinitionem ad propoſitum affirmando vel negando ipſam diffinitionem & naturam principiorum.

Tertia diſtinctio eſt de decem regulis generalibus, cujus doctrina eſt applicare quasdam regulas cum aliis & miſcere ipſas cum principiis & formare decem genera quæſtionum conſervando regulas affirmando vel negando per conveniens vel inconveniens.

Quarta diſtinctio eſt de tabula, cujus doctrina eſt applicare terminos quæſtionis tribus literis ſupremis, quæ continentur in qualibet partium tabulæ, & multiplicare & diminuere alias cameras inferiores, quæ ſunt de quatuor literis, & ſumendo ſignificata ipſarum literarum per poſſibilitatem & impoſſibilitatem.

Quinta diſtinctio eſt de quæſtionibus, & hæc diſtinctio dividitur in novem partes. In prima ſignificatur practica primæ figuræ faciendo & ſolvendo quæſtiones. In ſecunda parte ſignificatur practica ſecundæ figuræ. In tertia parte ſignificatur practica tertiæ figuræ. In quarta parte ſignificatur practica quartæ figuræ. In quinta parte datur practica principiorum. In ſexta parte oſtenditur practica decem regularum. In ſeptima parte ſignificatur practica tabulæ in decem quæſtionibus generalibus applicatis ad æternitatem. In octava parte datur doctrina, ut ſciat artiſta ſolvere quaſdam quæſtiones per alias: ſicut ſolvere quæſtiones per quæſtiones primæ figuræ & per quæſtiones ſecundæ figuræ, & ſic per ordinem uſque ad quæſtiones, quæ ſunt ſolutæ in tabula.

Nona pars dividitur in duas partes, prima pars eſt de quæſtionibus generalibus & earum ſolutiones apparent in cameris. Secunda pars eſt de quæſtionibus ſpecialibus & earum ſolutiones apparent in cameris.

Finis.

FInita eſt hæc ars gratiâ & auxilio Domini Dei noſtri, quæ quidem ars multùm eſt utilis ad exaltandum intellectum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

super alias scientias : est enim de principiis generalibus. Per hanc artem destrui possunt infidelitates & schismata, & potest devotio multiplicari ad contemplandum & amandum Dominum Deum nostrum ; in cujus custodia hanc scientiam commendamus , qui dignetur suî gratiâ eam multiplicare & custodire à malis hominibus & invidis defendere. Hanc scientiam commendamus in custodia angelorum & sanctorum gloriæ Dei.

Incepta fuit hæc scientia in mari in portu Tunici in medio mensis Septembris. Anno Incarnationis Domini M. CC. XCII. & fuit finita in eodem anno prædicto in octavis Epiphaniæ in civitate Neapolis ad honorem Domini nostri Jesu Christi & beatæ Mariæ Virginis per infinita sæcula sæculorum. Amen.

Et si vix fieri potuit, quòd viginti & ampliùs hinc inde aggregatis exemplaribus hæc tabula ad suam primævam integritatem & rectitudinem revocari potuisset, cùm infinitis propè mendis & deformitatibus scateret , tu tamen divinorum thesaurorum amator, quicunque sis , consultiùs, tutiùs & securiùs facies, si in ea potiùs, quàm in illa, quam tantopere laudas, effers & admiraris Barchinonensi, non dicam thesauros sed & te ipsum deponere cures, ibi enim fluxibiles hujus sæculi divitiæ , hîc verò permanentes regni supracœlestis thesauri tibi in perpetuum asservantur. Vale.



TABULA

(c) 2006 Ministerio de Cultura

TABULA
Index artificioſus rerum, quæ in hoc Opere continentur.

TAbulæ genaralis Ars.
1. Figura.
2. Diffinitio.
3. Regula.
4. Tabula.
5. Quæſtio.

Figura I.
Prima.
Secunda.
Tertia.
Quarta.

Diffinitio II.
Bonitatis.
Magnitudinis &c.
Differentiæ.
Concordantiæ &c.

Regula III.
Poſſibilitas.
Quidditas.
Materialitas.
Formalitas.
Quantitativitas.
Qualitativitas.
Temporalitas.
Localitas.
Modalitas.
Inſtrumentalitas.

Tabula IV.
84. Columnis conſtans.

Quæſtio V.
Subjectum quæſtionis.
Diviſio quæſtionis.
Subjectum quæſtionis.
1. Deus.
2. Angelus.
3. Firmamentum.
4. Anima.
5. Imaginatio.
6. Senſualitas.
7. Vegetatio.
8. Elementatio.
9. Artificium.
Diviſio quæſtionis.
Solutæ.
Non Solutæ.
Diviſio quæſtionis ſolutæ.
1. Per primam Figuram.
2. Per ſecundam Figuram.
3. Per tertiam Figuram.
4. Per quartam Figuram.
5. Per Diffinitiones.
6. Per Regulas.
7. Per Tabulam.
8. Per Quæſtiones.
9. Per cameras quæſtionum.

Quæſtiones per primam Figuram ſunt hæ.
1. Utrùm bonitas, magnitudo &c. in rebus creatis convertantur. pag. 23.
2. Quid eſt magnitudo æternitatis. ibid.
3. Poteſtas æterna de quo eſt. ibid.
4. Quare poteſtas eſt in ſapientia. ibid.
5. Quanta eſt ſapientia in voluntate. 24.
6. Qualis voluntas eſt virtus. ibid.
7. Quando eſt veritas ſine virtute. ibid.
8. Ubi ſunt veritas & gloria. ibid.
9. Quomodo bonitas & gloria convertuntur. ibid.
10. Cum quo gloria eſt magnitudo. ibid.

Per ſecundam Figuram.
1. Utrùm differentia ſit major in concordantia quàm in contrarietate? pag. 24.
2. Utrùm principium ſit antequam medium & finis? pag. 25.
3. Utrùm in eſſe angeli majoritas, æqualitas & minoritas ſint neceſſaria? ibid.
4. Utrùm in eſſentia ignis ſimplicis ſint differentia, principium & majoritas? ibid.

Per tertiam Figuram.
1. Utrùm magnitudo ſit bonificabilis de eſſentiali bonificabilitate? pag. 26.

Per quartam Figuram.
1. Utrùm bonitas ſit ita magna ſicut ſapientia? ibid.

Per diffinitiones Principiorum.
1. Utrùm ſit Deus? pag. 28.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. Quare bonitas eſt principium generale? ibid.
1. Quid eſt Deus? ibid.
2. De quo magnitudo ſufficit aliis partibus ſubſtantiæ, ut ſint magnæ? ibid.
1. Utrùm genera & ſpecies ſint entia realia? ibid.
2. Utrùm magnitudo Dei ſit ita magna per extenſitatem ſicut æternitas per durationem? ibid.
1. Utrùm paſſio, quam habet color, ut videatur, ſit illi qualitas propria vel appropriata? pag. ibid.
2. Utrùm Deus aliqua facere poſſit abſque utilitate? 29.
1. Cùm quo rerum proprietates attinguntur? ibid.
2. Utrùm intellectus humanus poſſit tranſire ad intelligendum intelligibilitates extrinſecas ſine proprio eſſentiali intelligibili, exiſtente de eſſentia ipſius intellectûs? ibid.
1. Quid eſt perverſio mali angeli? ibid.
2. Utrùm voluntas diligat naturaliter tantum poteſtatem in bonitate, ſicut in ſe ipſa? ibid.
1. Quomodo ſubſtantia ædificatur & individuatur? ibid.
2. Quare virtus exiſtit in ſermonibus, herbis & lapidibus? pag. 30.
1. Utrùm eſſe & eſſentia convertantur? ibid.
2. Utrùm una veritas major ſit quàm alia? ibid.
1. Utrùm calefactibilitas aquæ ſit de calefactibilitate ignîs? ibid.
2. Quid eſt gloria ſubſtantialis? ibid.
1. Quare intellectus multiplicat ſpecies entium? ibid.
2. Differentia, quæ eſt inter Deum & creaturam, in quo ſubjecto exiſtit? ibid.
1. Quæ ſunt potentiæ magìs paſſivæ an illæ, quæ ſunt in ſubſtantia, an quæ ſunt extrà? pag. 31.
2. Utrùm poteſtas ſit major in concordantia quàm in contrarietate? ibid.
1. Quomodo ignis calefacit aquam? ibid.
2. Quare impoſſibilitas & contrarietas concordantiam habent? ibid.
1. Utrùm materia poſſit eſſe ſine forma? ibid.
2. Utrùm principium ſit de principiis? ibid.
1. Quomodo fit generatio? pag. 32.
2. De quo eſt medium, quod extat inter formam & materiam? ibid.
1. Utrùm in rebus naturalibus potentia moveat objectum aut objectum moveat potentiam? ibid.
2. Utrùm in creaturis fines primarii poſſint eſſe ſine ſecundariis? ibid.
1. Utrùm mundus ſit infinitus? ibid.
2. Majoritas quare eſt? ibid.
1. De quo ſubjectum juſtitiæ? ibid.
2. Utrùm in Deo ſit æqualitas? ibid.
1. Utrùm in Deo ſint plures bonitates, magnitudines &c.? pag. 33.
2. Quæ minoritas eſt magìs circa non eſſe? ibid.
1. Utrùm prædeſtinatio & liberum arbitrium poſſint ſtare inſimul? ibid.

Quæſtiones per Regulas.

1. Utrùm bonitas habeat eſſentiale bonificativum bile & are? pag. 33.
2. Utrùm negatio ſit propinquior dubitationi quàm affirmatio? pag. 34.
3. Utrùm de Deo poſſit dici veritas major affirmando quàm negando? ibid.
1. Quid eſt ignis? ibid.
2. Quid habet ignis in ſe ipſo? ibid.
3. Quid eſt ignis in aëre? ibid.
4. Quid habet ignis in aëre? ibid.
1. De quo eſt ignis? pag. 35.
2. De quo eſt ignis? ibid.
3. Cujus eſt ignis? ibid.
1. Quare eſt ignis? ibid.
2. Quare ignis finaliter eſt? ibid.
1. Quantus eſt calor ignîs ſimplicis? ib.
2. Quantus eſt calor ignîs compoſiti? ibid.
1. Quales colores habent elementa ſimplicia? pag. 36.
2. Quales ſunt colores elementorum compoſitorum? ibid.
1. Utrùm motus ſit actus moventis vel mobilis vel utriusque? ibid.
2. De quo eſt motus? pag. 37.
3. Quomodo eſt motus? ibid.
4. Cum quo eſt motus? ibid.
1. Quid eſt liberum arbitrium? ibid.
2. De quo eſt liberum arbitrium? ibid.
3. Quomodo eſt liberum arbitrium? ibid.
4. Cum quo eſt liberum arbitrium? ibid.
1. Quomodo poteſt haberi cognitio de eſſentiis rerum? ibid.
1. Cum quo cognoſcitur, quòd ſiccitas ignîs ſit de terra? pag. 38.

Per

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Per mixtionem regularum ad invicem.

1. Utrùm bonitas Dei ſit ita magna ſicut ſua voluntas? pag. 39.

Per Tabulam.

1. Utrùm mundus ſit æternus? Soluta. 200. rationibus? pag. 40.

Quæſtio per Quæſtiones primæ Figuræ.

1. Utrùm ſit reſurrectio? pag. 55.

Quæſtio per Quæſtiones ſecundæ Figuræ.

1. Utrùm in generatione & corruptione fiat reſolutio uſque ad materiam primam? pag. 56.

Quæſtio per Quæſtiones tertiæ Figuræ.

1. Utrùm in ſubſtantia elementata elementa ſint actu? pag. 57.

Quæſtio per Quæſtiones quartæ Figuræ.

1. Utrùm ſit unus intellectus tantummodo? ibid.

Quæſtiones per Quæſtiones diffinitionum Principiorum.

1. Utrùm ſit Deus malus? pag. 59.
2. Utrùm hæc Ars ſit Generalis? ibid.
3. Quid eſt peccatum? ibid.
4. Quid eſt defectus? ibid.
5. Utrùm inter eſſe & non eſſe ſit medium? ibid.
6. Utrùm ſint plures Dii? ibid.
7. Utrùm intelligibilitas Dei ſit intelligibilitas angeli vel hominis? pag. 60.
8. Quare Deus creavit damnatos, cùm ſciverit ipſos fuiſſe damnandos? ibid.
9. Quæ ſunt inſtrumenta humani intellectûs, quibus attingit entium veritates? ibid.
10. Utrùm anima ſit compoſita? ibid.
11. Quid eſt pœna animæ? ibid.
12. Quid eſt magnitudo amare? ibid.
13. Quomodo corpora cœleſtia influunt virtutem in inferiora? ibid.
14. Quare pomum habet odorem? pag. 61.
15. Utrùm eſſe ſit ſubſtantia vel accidens? ibid.
16. Utrùm charitas poſſit recipere majùs vel minùs? ibid.
17. Utrùm unum accidens ſit de alio? ibid.
18. Quid eſt pœna ſubſtantialis? ibid.
19. Utrùm lux Solis deſcendat huc inferiùs? ibid.
20. Utrùm inter Deum & creaturam ſit medium? ibid.
21. Quare homo tantum tædium habet in vincendo ſe ipſum? pag. 62.
22. Utrùm homo majorem habeat poteſtatem faciendo bonum quàm malum? ibid.
23. Quomodo aqua infrigidat aërem? ib.
24. Quare concordantia concordat cum eſſe & contrarietas cum non eſſe? ibid.
25. Utrùm in rebus creatis poſſit eſſe ſimplicitas ſine compoſitione? ibid.
26. Utrùm magnitudo ſit principium? ib.
27. Quomodo fit peccatum? ibid.
28. Utrùm inter abſtractum & concretum ſit medium? pag. 63.
29. Quid eſt meritum? ibid.
30. Utrùm in ſphæra ignîs ſint alia elementa? ibid.
31. Utrùm Deus creare poſſit corpus infinitum? ibid.
32. Quare divitiæ ſunt tantum amabiles? ibid.
33. Quomodo angelus intelligit? pag. 64.
34. Utrùm potentiæ animæ ſint æquales? ibid.
35. Utrùm poteſtas Dei ſit infinita? ibid.
36. Quod peccatum eſt majus quàm aliud peccatum? ibid.
37. Quomodo intellectus humanus tranſcendat ad intelligendum ſupra ſe ipſum? ibid.

Quæſtiones per Quæſtiones Regularum.

1. Utrùm Dæmon ſit bonus? ibid.
2. Utrùm puer priùs incipiat intelligere negando quàm affirmando? ibid.
3. Utrùm acquiri poſſit majus meritum per affirmationem quàm per negationem? pag. 65.
4. Quid eſt juſtitia? ibid.
5. Quid eſt fortitudo in ſe ipſa? ibid.
6. Quid eſt fides in intelligere? ibid.
7. Quid eſt ſpes in charitate? ibid.
8. De quo creavit Deus mundum? ibid.
9. De quo eſt idea? ibid.
10. Cujus eſt fides? ibid.
11. Quare eſt temperantia? ibid.
12. Quare eſt princeps? ibid.

13. Quan-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

13. Quanta eſt juſtitia Regis? pag. 65.
14. Quanta eſt frigiditas aquæ in igne? pag. 66.
15. Qualis complexio generat corruptionem? ibid.
16. Quale eſt humidum radicale & quale humidum nutrimentale? ibid.
17. Utrùm motus incipiat in tempore præſenti vel futuro? ibid.
18. De quo eſt gratia? ibid.
19. Quomodo eſt gratia? ibid.
20. Cum quo eſt gratia? ibid.
21. Quid eſt obſtinatio? ibid.
22. De quo eſt ſervitus? ibid.
23. Elementa quomodo intrant compoſitionem? ibid.
24. Cùm quo fit compoſitio? ibid.
25. Quomodo hæc ſcientia eſt generalis ad omnes ſcientias? pag. 67.
26. Quomodo generantur pluvia, ventus nix & ros? ibid.
27. Quomodo voluntas tranſcendit ad diligendum ſupra ſe ipſam? ibid.

Quæſtiones per Quæſtiones Tabulæ.

1. Utrùm Deus facere poſſit peccatum? ib.
2. Quid eſt infinitas? ibid.
3. Extenſitas Dei, de quo eſt? ibid.
4. Quare eſt æviternitas? ibid.
5. Quanta eſt pœna damnatorum? pag. 68.
6. Quale verbum eſt magis timibile? ibid.
7. Ideæ, quæ ſunt in Deo, quando fuerunt? ibid.
8. Ubi ſtabat miſericordia Dei, antequam mundus eſſet creatus? ibid.
9. Quomodo corpora damnatorum durant in igne æterno? ibid.
10. Cùm Deus ſit bonus, cum quo cruciat damnatos? ibid.

Per Nonam Partem. Quæſtiones Solutiones.

Quæſtio non ſoluta.

Generalis

Specialis

170. Sunt quæſtiones generales non ſolutæ. pag. 68.
167. Sunt quæſtiones ſpeciales non ſolutæ. pag. 72.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

BEATI RAYMUNDI LULLI DOCTORIS ILLUMINATI BREVIS PRACTICA TABULÆ GENERALIS.

Omnipotens DEUS cum tua gratia & benedictione facimus Lecturam Artis, quæ intitulatur *Brevis Practica Tabulæ Generalis.*

ISta Lectura est ad declarandum *Artem Generalem, cujus subjectum est generale artificium ad solvendum Quæstiones, & ista Lectura dividitur in tredecim Distinctiones.*

Prima est de Subjecto Artis.
Secunda de Ordine.
Tertia de Modo docendi.
Quarta de Investigatione.
Quinta de Inventione.
Sexta de Applicatione.
Septima de Significatione.
Octava de Probatione.
Nona de Mixtione.
Decima de Multiplicatione.
Undecima de Contractione.
Duodecima de Disputatione.
Decima tertia de Declaratione.

PRIMA DISTINCTIO

De Subjecto Artis.

DIctum est, *quòd Subjectum Artis est generale Artificium ad solvendum Quæstiones*, quia cum ipso subjecto Artista utens hac Arte miscet artificialiter Principia & Regulas hujus Artis, & significata hujus mixtionis applicat ad solvendum quæstiones tali modo, quòd semper teneat illam partem, vel affirmativam, vel negativam, in qua significatio dictæ mixtionis veriùs salvatur & clariùs relucet, ût inferiùs dicemus.

SECUNDA DISTINCTIO

De Ordine.

IN Principio Artista debet docere Alphabetum & Figuras, Definitiones & Regulas, secundùm quod Ars docet; sed quia *ista est Lectura*, declarabimus eam hîc pleniùs, quàm in Arte; Alphabetum autem non debet declarari, quia per se patet, sed tractabimus aliquantulum de *Figuris, Definitionibus & Regulis*, & sic de Tabula: & primò

CAPUT I.

De Figuris.

De Prima Figura.

SUnt autem *quatuor* Figuræ, sicut patet. *Prima Figura* significatur per A., & est circularis, ad denotandum, quòd, sicut in circulo vel circumferentia, qui tangit unum punctum, tangit omnes, sic in prima Figura, qui tangit unum principium, tangit omnia, scilicet faciendo prædicatum de subjecto, & subjectum de prædicato circulariter sic: Bonitas magna, magnitudo durans, duratio potens, potestas intelligens, intelligentia volens, voluntas virtuificans, virtus verificans, veritas glorians, gloria bonificans; unde sequitur primus circulus. Conversio autem sic: Bonitas magna, magnitudo bona: magnitudo durans, duratio magna: duratio potens, potestas durans: potestas intelligens, intelligentia potens: intelligentia volens, voluntas intelligens: voluntas virtuosa, virtus amorosa: virtus vera, veritas virtuosa: veritas glorioſa, gloria vera: gloria bona, bonitas glorioſa: & sic habetur secundus circulus. Ex his sequitur, quòd, qui lædit vel excludit unum de dictis principiis, tollit rationem circuli; quod est impossibile, ût infrà patebit: nam si quis tolleret bonitatem, tolleret bonitatem aliorum principiorum, & sic de magnitudine & aliis: item qui destrueret definitiones principiorum, destrueret circulum; quæ destructio est impossibilis: & istæ circulationes debent fieri cum declinatione prædictorum principiorum, sicut bonitas, quæ per sua coëssentialia correlativa declinatur, dicendo sic: bonitas habet esse per bonificativum, bonificabile & boni-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& bonificare, & ſic de magnitudine & aliis, & cum iſtis magnitudinem & alia principia facit bona in bonificabili, & è converſo magnitudo & alia ſuo modo; quare ſic convertuntur.

De Secunda Figura.

1. SEcunda Figura denotatur per T., & eſt de tribus Triangulis, quorum quilibet eſt generalis, quia, quicquid eſt, continetur in terminis cujuslibet trianguli, & quod in ipſis non reperitur, nihil eſt; hæc ſecunda Figura ſervit primæ, ſicut differentia, quæ diſtinguit inter bonitatem & bonitatem, inter magnitudinem & bonitatem; & ſic de aliis: & concordantia, quæ concordat bonitatem cum bonitate, bonitatem cum magnitudine, & ſic de aliis: per hanc Figuram Artiſta inquirit etiam Secreta & Virtutem primæ Figuræ, miſcendo ipſam cum prima; ût in tertia Figura apparet.

2. Iſta Figura eſt de relativis ternalibus, quia ſi eſt differentia, ſunt plura, & ſunt concordantia & contrarietas; & concordantia & contrarietas ſunt differentes per differentiam, ſicut plures res concordantes per concordantiam, & contrariantes per contrarietatem: hoc idem eſt de Triangulo principii, medii & finîs, quia, ſi eſt principium, eſt medium & finis, & ſi eſt finis, eſt principium & medium; hoc idem ſequitur de Triangulo majoritatis, minoritatis & æqualitatis; quia ſi eſt majoritas, eſt minoritas, & è converſo, & etiam æqualitas, ut non ſit vacuitas in rerum natura.

3. Eſt etiam utendum iſtâ Figurâ cum angulis ſuorum Triangulorum, hoc eſt, cum his, quæ ſcripta ſunt ſuper angulos, *& per talem uſum ſcit Artiſta deſcendere ab univerſalibus ad particularia*, ſicut differentia, quæ eſt generale principium, contrahitur & reſtringitur, quando dicitur: differentia inter corpus & corpus, inter ignem & aërem, inter leonem & equum; & ſic de aliis.

De Tertia Figura.

1. TErtia Figura eſt duplex, & hoc quia eſt compoſita ex prima & ſecunda; & ideo vult iſta Ars, quòd inveſtigatio ſolutionis quæſtionis aliquando fiat per primam figuram, aliquando per ſecundam, aliquando per utramque ſimul.

2. Quando fit per primam, fiat per bonitatem, magnitudinem &c. circulariter; quando fit per ſecundam, fiat per differentiam, concordantiam &c. relativè triangulariter; & quando fit per ambas ſimul, fiat circulariter & triangulariter.

3. Per iſtam Regulam deſcendit Artiſta à generaliſſimo principio ad ſpecialiſſimum principium per media, quæ non ſunt generaliſſima aut ſpecialiſſima principia, ût à bonitate in abſtracto, quæ eſt generaliſſima, deſcendit ad bonitatem hujus hominis vel hujus equi, quæ eſt ſingularis, & hoc per bonitatem magnam, durabilem & potentem, & ſic de aliis circulariter, ût diximus in prima Figura, & triangulariter, ût diximus in ſecunda; unde ſequitur, quòd Artiſta per talem modum attingit medium ad ſolvendum quæſtiones, & ad hoc invenit plura media.

4. *Iſta Figura autem continet experientiam cujuslibet principii cum quolibet alio*, ſicut applicare ad unum principium alia principia, per quam applicationem homo de illo principio habet multas experientias; ſicut de igne, de quo habemus plures experientias ad cognoſcendum hoc, quod ipſe eſt, ſcilicet per calorem, per ſiccitatem, per luciditatem, per levitatem, per vigorem; & ſic de homine juſto per juſtitiam, per prudentiam, fortitudinem, & ſic de aliis virtutibus: unde cùm hoc ita ſit, vult iſta Ars, quòd per illas ſupradictas experientias inventas per mixtionem Principiorum & Regularum deducat Artiſta ſuam concluſionem affirmando vel negando, & illam partem teneat, per quam experientia ſignificando conſiſtit; ſicut bonitas, quæ eſt perfecta, quando eſt magna, & imperfecta, quando non eſt magna; & magnitudo ſimiliter, quæ eſt perfecta, quando eſt bona, & imperfecta, quando non eſt bona, & ſic de aliis; & hoc ſufficit de tertia Figura.

De Quarta Figura.

1. QUarta Figura eſt volubilis, & eſt volubilis, ut homo volvendo miſceat unum Principium cum alio, ſicut ponere C. in directo B., & D. in directo C., aut E. in directo B. C., & ſic de aliis; & hoc ſecundùm terminos, qui in quæſtione ſunt explicitè vel implicitè, formando & multiplicando cameras, in quibus ſolutio quæſtionis ſignificatur, tali modo, quòd ibi ſit circulatio primæ Figuræ, & triangularitas ſecun-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſecundæ, & compoſitio tertiæ: & per talem modum veritas relucebit in affirmativa vel negativa parte quæſtionis, quæ luciditas eſt intellectui materia deducendi & applicandi multas rationes ad unam concluſionem, ût in Tabula ſignificatum eſt.

2. Secundò vult iſta Ars per iſtam Figuram, quòd, ſi in quæſtione ſunt quatuor, aut quinque aut plures termini (ût ſi quæratur, utrùm ſit bonum, magnum, durabile & potens, in univerſo eſſe unam corpoream univerſalem formam, ex qua ſint omnes corporeæ ſingulares formæ, ſicut eſt bonum magnum &c., quòd ex una univerſali materia ſint omnes aliæ particulares materiæ) Artiſta accipiat B. pro bonitate, C. pro magnitudine, D. pro duratione, & quòd ex iſtis faciat unam cameram, & quòd recipiat in tertio circulo, ubi eſt E., quod ſignificat poteſtatem, formam & materiam, & etiam ubi eſt F. in tertio circulo, & concludat per omnes illas tres cameras, ſcilicet per cameram B C D., & per cameram C D E., & per cameram D E F., & per talem modum habebit tres columnas in Tabula ad ſignificandum ſexaginta rationes deducibiles vel applicabiles ad concluſionem: ſi verò in quæſtione ſunt tantùm duo termini, & non vis adjungere tertium implicitum, vult iſta Ars, quòd ſolutio quæratur per tertiam Figuram; ſi autem ſit unus ſolus terminus explicitus in quæſtione, adjungas ei alium implicitum, & judicabis per tertiam Figuram; aut duos, & judicabis per quartam; nam Ars non docet judicare per unum ſolum, quia mixtio non poteſt fieri de uno ſolo.

CAPUT II.

De Definitionibus Principiorum hujus Artis.

IN iſto Tractatu volumus exponere definitiones principiorum, & intendimus procedere per duos modos, primò exponendo definitiones, poſtmodum conjungendo ipſas unam cum alia circulariter, & hoc, ut, ſi aliquis tangeret vel læderet unam, omnes concurrerent adjuvare illam; & primò

De Definitione Bonitatis.

1. QUando dicitur: bonitas eſt Ens, ratione cujus bonum agit bonum, & ſic bonum eſt eſſe, & malum eſt non eſſe, hoc eſt dictum, quòd bonitas, quæ eſt ſuſtentata in ſuo proprio ſubjecto, quod eſt bonum per ipſam, ſicut coloratus eſt coloratus per ſuum colorem, eſt ipſi ſubjecto ratio, quòd agat bonum; & quando dicitur, quòd bonum eſt eſſe, intelligitur, quòd bonum eſt eſſe bonum, & malum eſt, non eſſe illud bonum, vel ſic: bonum eſt eſſe, & malum eſt non eſſe hoc eſſe, quod bonum eſt; & non eſſe eſt malum: vel aliter, bonum eſt eſſe, ergò bonum eſt, quòd bonitas ſit, & malum eſt, quòd bonitas non ſit: unde ſi aliquis vellet lædere vel offendere hanc definitionem, dicendo, ipſam definitionem non eſſe veram, debet Artiſta ipſam juvare & defendere cum aliis definitionibus principiorum, ſicut cum definitione magnitudinis, per quam bonitas eſt magna; quam magnitudinem bonitas non haberet, niſi eſſet ratio, per quam ſuum ſubjectum ageret bonum; & ſic de definitione durationis, quia bonum non poſſet durare, niſi bonitas eſſet ei ratio bonificandi; & ſic de definitione poteſtatis, quia niſi bonitas eſſet ratio bono, bonum non haberet, ſub qua ratione poſſet agere bonum, & ſic de aliis.

De Definitione Magnitudinis.

2. QUando dicitur: magnitudo eſt Ens, ratione cujus bonitas &c., hoc eſt dictum, quòd magnitudo eſt ens, ſub quo & per quod omne magnum eſt magnum, cùm magnum ſit de genere magnitudinis, in quantum magnum, ſicut calidum eſt de genere caliditatis; & propter hoc dicitur in definitione, ambiens omnes extremitates eſſendi, ſcilicet ſub genere magnitudinis, cùm nullum ens ſinè magnitudine eſſet magnum: unde ſi aliquis diceret, quòd magnitudo non ambit omnes extremitates eſſendi, quia nulla creata bonitas eſt ſubſtantia, ſed accidens; & ſic magnitudo eam non magnificat, cum relinquat eam ſub eſſe accidentis, quod eſt parvum reſpectu eſſe ſubſtantiæ; ad hoc reſpondendum eſt per definitionem poteſtatis, quæ dicit, quòd poteſtas eſt id, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. poſſunt exiſtere & agere, quæ definitio non eſſet vera, ſi magnitudo ita eſſet ligata, quòd non poſſet tantúm magnificare bonitatem ſubſtantialiter, quantúm accidens accidentaliter; quod eſſet malum contra bonitatem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& definitionem ejus, & parvum contra magnitudinem & definitionem magnitudinis, quia bonitas non esset ratio, per quam bonum produceret bonum substantialiter, sed accidentaliter, & per consequens magnitudo non esset ratio, per quam magnum produceret magnum substantialiter, sed accidentaliter; & etiam sequeretur, quòd substantia esset magìs bona & magìs magna & magìs ratio per accidens, quàm per se ipsam, & accidens magìs magnum, magis bonum & nobilior ratio quàm substantia; & sic sequeretur, quòd definitiones potestatis & aliorum principiorum destruerentur, quod natura universi non posset pati.

De Definitione Durationis.

3 QUando dicitur: duratio est id, per quod bonitas, magnitudo &c. durant, hoc est dictum, quòd sub ratione durationis durat, quicquid est durabile, sicut sub ratione frigiditatis est frigidum, quicquid est frigidum: unde si aliquis vellet destruere illam definitionem durationis dicendo, quòd bonitas corruptibilis non durat in subjecto corruptibili, in quo est, ad hoc respondendum per definitionem bonitatis & potestatis, quoniam bonum est, quòd sit corruptio ad hoc, ut sit generatio, quia generatio non posset esse sinè corruptione; sicut si bonitas semper duraret in pane, non esset nutritio, nec potestas esset ratio, per quam humidum radicale posset existere, nec naturale agens posset agere bonum per humidum nutrimentale; unde sequeretur destructio universi.

De Definitione Potestatis.

4 QUando dicitur: potestas est id, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. possunt existere & agere, hoc est dictum, bonitas est, & quia est, potest esse, postquam est, & hoc per potestatem; quia sinè potestate bonitas non posset esse id, quod est; & quia dicitur in definitione, *& agere*, potestas est ratio, per quam bonitas &c. possunt agere, quia agere non posset esse sinè potestate: unde si quis hanc definitionem potestatis vellet lædere, dicendo, quòd bonitas non potest agere, sed agens agit de bonitate sive cum bonitate, concedendum est; tamen definitio potestatis adhuc remanet vera, cùm agens sinè potestate non possit agere de bonitate, nec cum bonitate; & hoc vult definitio veritatis, quæ dicit, quòd veritas est id, quod est verum de bonitate, magnitudine &c., & in hoc consentit definitio sapientiæ, cùm definitio potestatis sit intelligibilis.

De Definitione Sapientiæ.

5 DEfinitio sapientiæ intelligitur duobus modis, videlicet secundùm intellectum & secundùm naturalem instinctum; & quia definitio dicit, quòd sapientia est proprietas, ratione cujus sapiens intelligit, intendimus dicere (sicut diximus de bonitate, magnitudine &c., quæ bonitas est ratio, per quam bonum agit bonum, & magnitudo est ratio, per quam magnum agit magnum, & sic de aliis) quòd intellectus est id, ratione cujus intelligens intelligit, & sic de naturali instinctu, qui est id, ratione cujus naturale agens producit suum effectum; sicut instinctus ignis, qui est id, ratione cujus ignis significat, ut in ipso significato suus appetitus quiescat, sicut intelligens quiescit in intellecto: unde si aliquis diceret, quòd definitio sapientiæ non est vera, debet Artista improbare dictum illius per definitiones aliorum principiorum, sicut per definitionem magnitudinis, quia magnitudo magnificat intellectum, ut propriè sit intellectus id, ratione cujus sapiens intelligit, quem intellectum non magnificaret, nisi haberet dictam proprietatem, ita quòd illa proprietas esset de essentia intellectûs, quam proprietatem secundùm hanc Scientiam dicimus intellectum agentem, per quem intellectus intelligit, & sic de proprio intelligibili, quod intellectum possibilem vocamus, in quo intellectus agens intelligit & characterizat species ab extra receptas per proprium intelligere, ita quòd omnes tres sunt de essentia intellectûs, & sunt primariæ aut veræ essentiæ sive potentiæ ad intelligendum species: hæc de intellectu naturali; & sic de instinctu naturali suo modo.

De Definitione Voluntatis.

6 DEfinitio voluntatis intelligitur duobus modis, scilicet secundùm desiderabilitatem, quæ pertinet ad amorem, & desiderabilitatem, quæ pertinet ad appetitum naturalem; & sic voluntas est id, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. sunt desi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

desiderabiles per voluntatem & per appetitum naturalem ; sicut ignis, qui appetit agere bonum & magnum ignitum, sive calefactum aut lucefactum, & sic de aliis: unde si aliquis diceret, quòd ista definitio non esset vera, Artista potest improbare dictum illius per definitionem magnitudinis, sicut suprà dictum est de definitione intellectûs vel sapientiæ.

De Definitione Virtutis.

7. QUando dicitur: virtus est origo unionis bonitatis, magnitudinis &c., est intelligendum, quòd virtus communicat & subintrat, ac penetrat alia principia, & postmodum oritur aut egreditur cum habitibus ipsorum principiorum; sicut virtus panîs, quæ subintrat virtutem elementativam, vegetativam, sensitivam, quæ sunt de esse corporis humani, & vegetando, nutriendo & transmutando dimittit speciem panîs, & bonitatem, magnitudinem &c. ipsius panis, & oritur habituata de bonitate, magnitudine &c. corporis, in quo est sustentata & deducta: unde si aliquis dicat, quòd talis definitio non est vera, debet Artista considerare definitiones principiorum, sicut definitionem potestatis & concordantiæ, & per ipsas improbare dicta destruentia definitionem, ut virtus possit existere & agere in naturalibus per definitionem potestatis; & similiter de concordantia, scilicet, ut origo virtutis sit vera, & ex pluribus producta juvando & concordando; & hæc definitio est data secundùm agentiam, ut Artista sciat dare doctrinam, per quem modum sciat homo per agentiam definire naturam agentis.

De Definitione Veritatis.

8 QUando dicitur in definitione veritatis, quòd veritas est id, quod est verum de bonitate, magnitudine &c., intelligendum est, quòd hoc est verum, quod bonitas potest esse per potestatem, & volitum sive amatum per voluntatem, & est effectus veritatis, quæ hæc verificat, sinè qua prædicta non essent verificabilia nec verificata: unde si aliquis impugnat hanc definitionem, debet Artista considerare, cum qua definitione possit fortificare definitionem veritatis; quoniam sicut intelligibilia non possunt esse sinè intellectu, & amabilia sinè voluntate, sic verificabilia non possunt esse sinè veritate; quia si essent, superfluum & vacuum esset in natura, quod turpe & inconveniens est dicere.

De Definitione Gloriæ.

9. QUando dicitur, quòd gloria est ipsa delectatio, in quâ bonitas, magnitudo & cætera principia attingunt suum finem, sive sua appetibilia, per hoc intelligendum est, quòd in ipsa gloria, tanquam in suo subjecto, quiescunt: unde si quis vellet impugnare istam definitionem, debet Artista respondere per definitionem principii & finîs; quoniam gloria est principium, ultra quod nullum est appetibile, quia si quid esset ultra gloriam appetibile, nunquam esset quies; & si non esset quies, definitio finîs non posset stare, & non esset vera; quod est impossibile.

De Definitione Differentiæ.

10. QUando dicitur, quòd differentia est id, per quod bonitas, magnitudo &c. sunt rationes inconfusæ, intelligitur, quòd sunt rationes apparentes per lumen differentiæ, quæ distinguit inter unum principium & aliud tali modo, quòd quodlibet principium remanet in suo numero existens hoc, quod est, & non hoc, quod est aliud: unde si aliquis velit impugnare istam definitionem, cùm principium sit confusum, sicut bonitas &c, quæ est principium, & magnitudo est principium, est respondendum per definitionem concordantiæ, per quam omnia principia concordant, ut sit unum principium generale, sub quo sint plura specialia principia, sicut bonitas, quæ est speciale principium (& sic de magnitudine &c.) per generale principium, sicut generale principium, quod est bonum per generalem bonitatem, & magnum per generalem magnitudinem.

De Definitione Concordantiæ.

11. QUando dicitur: concordantia est id, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. in uno & in pluribus concordant, intelligendum est in termino à quo, ut tendant ad terminum ad quem: & dicimus in hac Arte terminum à quo, quando ipsæ res incipiunt habere concordantiam in se ipsis; terminum ad quem vocamus unum finem, ad quem tendunt, & in quo ipsæ plures res concordant; sicut bonitas, magnitudo, duratio, potestas &c., quæ con-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cordant invicem, ut per bonificare, magnificare, durare, poſſificare &c. tendant ad terminum ad quem, quem vocamus finem, ut in ipſo quieſcant: hoc idem dicitur de elementis, quæ invicem concordant, ut remanendo hoc, quod ſunt eſſentialiter, tendant ad elementata, ignificando, calefaciendo, aërificando, humefaciendo, aqueïficando, frigefaciendo, terrificando & deſiccando; & ſic de aliis ſimilibus iſtis: unde ſi aliquis diceret, quòd prædicta definitio non eſt vera, reſpondeat Artiſta per definitionem finîs; quia ſi definitio, quam dedimus de concordantia, non eſſet vera, ſed ſuum oppoſitum, natura in hoc patere-tur, quia nullum principium poſſet quieſcere in fine; quod eſt impoſſibile.

De Definitione Contrarietatis.

12. QUando dicitur, quòd contrarietas eſt quorundam mutua reſiſtentia propter diverſos fines, hoc eſt dictum, quòd plures res, privatâ concordantiâ inter ipſas, tendunt ad plures fines contrariando invicem, ſicut ignis ad calefaciendum hominem, aqua ad frigefaciendum, & ipſe aër ad humefaciendum, terra ad deſiccandum: hoc idem eſt de actibus ſpiritualibus, ſicut voluntas ad luxuriandum per delectationem carnis, & intellectus ad caſtitatem per conſcientiam & juſtitiam, & ſic de aliis: unde ſi aliquis vult opponere contra dictam definitionem, reſpondeat Artiſta per definitionem finîs, quoniam prædicta definitio eſt intelligibilis, & per definitionem finîs quieſcit, affirmando definitionem eſſe veram.

De Definitione Principii.

13. QUando dicitur, quòd principium eſt id, quod ſe habet ad omnia ratione alicujus prioritatis, hoc eſt dictum, quòd principium ſecundùm ſuum genus & ſecundùm ſuas primarias, coëſſentiales & neceſſarias partes eſt univerſale principium omnium aliorum principiorum, quæ ſub ipſo ſunt ſpecialia principia; ſicut creatus intellectus cum ſuo intellectivo, intelligibili & intelligere, quæ ſunt ejus coëſſentiales, primariæ, veræ, neceſſariæ partes, per quas cauſat intelligibilitates rerum, videlicet intelligibilitatem leonis, lapidis, roſæ &c.; & ſic de bonitate, quæ cum ſuo bonificativo, bonificabili & bonificare, quæ ſunt ejus primariæ, coëſſentiales & veræ partes, cauſat inferiores & ſpeciales bonificabilitates; & ſic de ſimplicibus elementis, quæ cauſant compoſita elementa: dicemus ergò, quòd generale principium eſt id, quod cauſat & facit, quòd bonitas ſit principium ſpeciale, & ſic de magnitudine & aliis: unde ſi aliquis diceret, quòd hæc definitio non eſt vera, reſpondeat Artiſta per definitionem magnitudinis & veritatis, cùm per magnitudinem genus ambiat plures ſpecies, & veritas hoc verificet.

De Definitione Medii.

14. QUando dicitur, quòd medium eſt ſubjectum, per quod finis influit principio &c., hoc eſt dictum, quòd inter principium & finem eſt dare medium; ſicut inter duo puncta, quæ ſunt extremitates lineæ, ipſa linea eſt media, & ſubjectum, per quod primum & ſecundum punctum participant in natura: hoc idem poteſt intelligi de quinta Eſſentia & elementatis, inter quæ eſt medium, ſcilicet quatuor maſſæ, quæ vocantur compoſita elementa; quæ maſſæ ſunt ſubjectum recipiens influentias à ſuperioribus, & transfundens eas in elementata per continuam lineam, quæ eſt ſubjectum diſcretarum quantitatum, quæ diſcretæ quantitates ſunt ſuſtentatæ in ſubſtantiis individuorum, ut ipſæ ſubſtantiæ, ſcilicet, homo, leo, capra &c. habeant menſurationem; corrupto autem elementato principium refluit materiam ipſi medio uſque ad quintam Eſſentiam; ultrà non poteſt, cùm quinta Eſſentia ſit incorruptibilis, & non receptibilis talium, & inaugmentabilis, ſed fit refluxus uſque ad maſſas, quæ ſunt generale principium ad generandum & nutriendum: unde ſi objiciatur contra iſtam generalem definitionem, reſpondeat Artiſta per eandem definitionem medii & definitionem poteſtatis; quoniam ſi definitio medii eſſet falſa, poteſtas non eſſet id, ratione cujus poſſet eſſe influentia & refluentia à corporibus ſuperioribus & inferioribus ſinè medio, & tunc ceſſarent agentia principiorum; & talem ceſſationem natura aut univerſum non poſſet ſuſtinere.

De Definitione Finis.

15. QUando dicitur, quòd finis eſt id, in quo principium quieſcit, hoc eſt dictum, quòd principium in ultimo fine quieſcit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quieſcit cum ſuis propriis, veris, primis, eſſentialibus, naturalibus & neceſſariis terminis tali modo, quòd finis, in quo quieſcit, habeat eosdem terminos, ſicut principium, quod quieſcit cum ſuo principiante, principiabili, ſive principiato & principiare, quæ ſunt de ſua eſſentia, in fine, qui habet ſuum finiens, finibile & finire, ſicut & principium, quod quieſcit in intellectu, qui habet ſuum intellectivum, intelligibile & intelligere, & in bonitate, quæ habet ſuum bonificativum, bonificabile & bonificare, & in igne, qui habet ſuum ignitivum, ignibile & ignire, & ſic de aliis: unde ſi objiceretur contra præmiſſam definitionem dicendo, quòd principium non quieſcit in fine conſumtivo per finiens, finibile & finire, reſpondendum eſt per definitionem magnitudinis, durationis, quia non intelligitur de fine privativo ſeu conſumtivo, ſed de fine poſitivo & perfectivo.

De Definitione Majoritatis.

16. QUando dicitur, quòd majoritas eſt imago immenſitatis bonitatis &c., hoc eſt dictum, quòd majoritas eſt figura ſignificativa, quæ ſignificat illam ſubſtantiam, in qua eſt plus de bonitate, magnitudine &c. ſinè contrarietate, majoritate & minoritate, aut in qua eſt minus de contrarietate & minoritate: unde ſi objiciatur, quòd definitio non eſt vera, cùm in DEO non ſit majoritas, nec minoritas, reſpondendum eſt per definitionem magnitudinis, quæ intendit dicere, quòd DEUS eſt magnus per coëſſentiale & coæquale magnificativum, magnificabile & magnificare, quæ ſunt de ſua eſſentia æternaliter & infinitè ſinè aliqua majoritate & minoritate coëſſentiali; ſed reſpectivè ſive comparativè dicitur, quòd DEUS eſt major quàm omnia entia creata; & per talem majoritatem definitio majoritatis eſt vera.

De Definitione Æqualitatis.

17. QUando dicitur: æqualitas eſt ſubjectum, in quo finis concordantiæ bonitatis &c. quieſcit, hoc eſt dictum, quòd divinæ Dignitates, quæ ſunt bonitas, magnitudo & æternitas & alia principia primæ Figuræ, concordant æqualiter cum ſuis actibus in divina Eſſentia bonificando, magnificando, æternando, poſſificando, ſciendo & amando, & ſic de aliis; ſinè qua æqualitate actuum finis concordantiæ eorum non haberet ſubjectum, in quo poſſet quieſcere: hoc idem intelligitur in creatis, ſicut in memoria, intellectu & voluntate in patria, ut poſſint quieſcere in ſummo objecto per æqualitatem, quam habent in contemplando DEUM cum æquali recolere, intelligere & amare, & cum æquali bonitate, magnitudine, duratione &c.; & ſic de aliis, ſicut Petrus & Martinus, qui æqualiter quieſcunt per ſpeciem, & ſic de aliis: unde ſi dicatur, quòd definitio non eſt vera, reſpondendum eſt per definitionem veritatis, quæ non eſſet vera, ſi prædicta definitio æqualitatis eſſet falſa.

De Definitione Minoritatis.

18. QUando dicitur, quòd minoritas eſt ens circa nihil, hæc definitio intendit dicere, quòd in nullo ente eſt ita parum de bonitate, magnitudine &c., ſicut in minoritate; & propter hoc minoritas eſt magìs conſumtiva & privativa, quàm aliquod principium hujus Artis: unde ſi diceretur, quòd definitio non eſt vera, cùm magna malitia per ignorantiam ſit magìs privativa quàm parva, reſpondendum eſt per definitionem poteſtatis, quòd magnum malum eſt privativum cum magnitudine bonitatis, & magna ignorantia eſt privativa cum magnitudine intelligendi, non deficiente actu poteſtatis; & ſic oppoſitio non valet.

Diximus de Definitionibus Principiorum, & unam cum alia concordavimus ad dandum doctrinam, qualiter Artiſta fortificet unam definitionem cum alia, & unum principium cum alio, & ad oſtendendum Practicam hujus Artis; nunc intendimus dicere

CAPUT III.

De Declaratione Regularum hujus Artis.

IN iſto Tractatu intendimus tenere proceſſum, quem tenuimus in Principiis, ſcilicet declarare Regulas, & conditionare unam Regulam cum alia, & cum principio ſive principiis per mixtionem Principiorum & Regularum, & primò

De Prima Regula B.

1. QUando dicitur, quòd prima Regula eſt de Poſſibilitate, hoc eſt dictum, quòd

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quòd intellectus, ut ſit inveſtigativus, debet ſupponere, quòd id, de quo quæritur, ſit poſſibile, affirmando vel negando, cùm iſta Regula ſit tentativa ; ſicut quando dicitur, quòd intellectus debet tenere illam partem, in qua ipſe eſt magìs practicus intelligendo, & memoria recolendo, & voluntas amando; & hoc, quia magnitudo magìs amplificat ſeu magnificat ſuum actum in illa parte, in qua intellectus magìs reperit de intelligibilitate, memoria de recolibilitate, & voluntas de amabilitate, quàm in illa parte, in qua minus de iſtis reperitur; & veritas ſimiliter illam partem, aut in illa parte magìs verificat ſuum actum, quàm in alia, & ſic de aliis principiis: *& ideo ſemper tenenda eſt illa pars, ſive ſit affirmativa, ſivè negativa, quæ eſt magìs recolibilis, intelligibilis & amabilis ; & hæc eſt in hac Arte generalis Regula* ; ût ſi quæratur, utrùm DEUS habeat ita proprium actum intrinſecum bonificandi per bonitatem, ſicut intelligendi per intellectum, tunc intellectus menſurat ſuum intelligere & actum memoriæ & voluntatis cum Regula de D E F. & G., & conſiderat, quantum ponit per affirmativam, & quantum per negativam, de magnitudine bonitatis, magnitudinis, æternitatis, poteſtatis &c. primæ Figuræ, & de concordantia æqualitatis ſecundæ Figuræ; & invenit, quòd multa de principiis *ponit* in DEO per affirmativam, & multa *privat* de ipſo per negativam; & ſic attingit ſe demonſtrativum & practicum per affirmativam, & non per negativam ; & ſic tranſit de dubitatione ad ſcientiam, & quieſcit à labore, in quo erat, dum dubitabat.

2. Per affirmativam, quæ eſt ſecunda ſpecies hujus Regulæ, intellectus debet inveſtigare poſitivè, reſpiciendo, quantum ponit de bonitate, magnitudine & aliis principiis affirmando, cùm affirmativa & eſſe conveniant ; poſtea intellectus debet reſpicere, quantum negativa privat de malitia, parvitate & aliis oppoſitis principiorum ; & hoc, quia negativa convenit cum privatione & non eſſe negando: poſtmodum intellectus debet ſe tentare cum memoriâ & voluntate, & conſiderare, utrùm tantum attingat de poſitione bonitatis, magnitudinis &c. per affirmativam, quantum de privatione malitiæ, parvitatis &c. per negativam ; & ſi ſe inveniat magìs practicum per unam partem, quàm per aliam, debet ſe contrahere ad illam partem, in qua eſt magìs practicus ; quia per illam magìs diſtat ab ignorantia, & magìs habet habitum ſcientiæ ; & talis inveſtigatio eſt generalis in hac Arte: & quæ dicta ſunt de hac ſpecie affirmativa, ſufficiunt pro tertia ſpecie, quæ eſt negativa.

De Secunda Regula C.

ISta Regula eſt de Quidditate, & docet facere definitiones per *quatuor ſpecies*, ût patet in textu.

1. *Prima* ſpecies eſt, quando res definitur ſimpliciter ; ſicut quærere, quid eſt Angelus ? & reſpondendum eſt, quòd Angelus eſt eſſe ſuæ eſſentiæ, cùm eſſentia contracta ad ſuum proprium ſubjectum dicat eſſe; & ſic de humanitate & aliis creaturis ; nam eſſentia humana contracta vel inclinata ad proprium ſubjectum dicit vel indicat eſſe hominis; & iſta Definitio eſt magìs vera, quàm iſta: homo eſt animal rationale mortale ; & quàm iſta : Angelus eſt ſpiritus creatus & non conjunctus organo corporali ; cùm inter eſſentiam & eſſe non ſit medium, & in dicta definitione hominis, ſcilicet animal rationale & mortale ſunt plura media, & ſic de aliis.

2. *Secunda* ſpecies quærit de rebus primariis, veris, intrinſecis, coëſſentialibus & neceſſariis, ſinè quibus ſubſtantia non poſſet eſſe; ſicut intellectus, qui ſinè proprio & eſſentiali intellectivo, intelligibili & intelligere non poſſet eſſe hoc, quod eſt, nec habere proprium agere: per iſtam autem ſecundam ſpeciem intellectus practicus naturaliter tranſit ad intelligendum eſſentiam, & frangit ſive penetrat, quando intelligit hoc, ex quo eſſe eſt eſſentialiter & neceſſariò; ſicut quando intelligit, quòd homo eſt ex anima & corpore per humanitatem, & ſubſtantia ex forma & materia, & numerus quinarius ex duobus & tribus, aut ex quatuor & uno, & ſic de aliis; & hoc vult Regula de F. & de G. & de D., & ſic de definitione concordantiæ & veritatis.

3. *Tertia* ſpecies eſt, quando agens in alio eſt denominatum per hoc, quod agit, ſicut intellectus, qui eſt præparativus, ut voluntas eligat bonum, & dimittat malum, declarando ei, hoc eſſe bonum vel malum; & hoc idem de forma, quæ dicitur activa in agendo in materia paſſiva ; & de charitate, quæ dicitur ordinativa & regulativa, ordi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ordinando & regulando voluntatem ad operandum bonum, & evitandum malum.

4. *Quarta* ſpecies eſt, quando quæritur, quid habet ens in alio? ſicut ignis, qui habet actionem in calefaciendo aquam, & Rex in regno regnando, & intellectus in objecto intelligendo; & ſic de aliis; ſicut poteſtas, quæ habet actum in bonitate, in quantum ipſa bonitas per poteſtatem poteſt exiſtere & agere; & hoc vult Regula de E. & definitio poteſtatis & veritatis.

De Tertia Regula D.

ISta Regula eſt de Materialitate, in quantum quærit, de quo eſt Ens, & habet *tres ſpecies*, ût in textu dictum eſt.

1. *Prima* ſpecies quærit de tota ſpecie entis, de quo eſt, & reſponſio eſt facienda per formam, ſeu per numerum; ſicut quando dicitur, Angelus eſt de ſe ipſo, hoc eſt, non derivatus ab aliquo alio, & de ſe ipſo habet ſuum proprium numerum; & hoc vult Regula de G. & definitio differentiæ.

2. *Secunda* ſpecies quærit, de quo eſt Ens, hoc eſt, quærit, de quo eſt homo, ita quòd conſiderat, quòd homo eſt de anima & corpore, & intellectus de intellectivo, intelligibili & intelligere, ût in textu dictum eſt: per iſtam Regulam tranſit intellectus ad intelligendum partes primarias, veras, coëſſentiales & neceſſarias, de quibus Ens eſt; & hoc vult definitio veritatis & Regula de E.

3. Per *Tertiam* ſpeciem intelligitur dominatio, ſicut DEUS, qui habet dominium in mundo, cùm mundus ſit ſuus effectus; & natura increata in natura creata, & homo in ſua voluntate, in quantum movet ipſam ad volendum, & ignis in ſua caliditate, in quantum movet ipſam ad calefaciendum, & ſic de aliis conſimilibus iſtis: iſta autem tertia ſpecies non reſpicit materialitatem, ſed inſtrumentalitatem, ût vult ultima Regula.

De Quarta Regula E.

REgula de Formalitate habet *duas ſpecies*, ût in textu dictum eſt.

1. *Prima* eſt per exiſtentiam, *ſecunda* per agentiam; iſta Regula eſt etiam *cauſativa* & *æquiparativa*; cauſativa, ſicut ſi ſol eſt, dies eſt, & è converſo; & quia DEUS eſt æqualiter recolibilis, intelligibilis & amabilis, ſua æqualitas eſt cauſa æqualitatis potentiarum animæ, ſcilicet memoriæ, intellectûs & voluntatis, ut æqualiter recolant, intelligant & ament DEUM; & æqualitas, quam divinus intellectus habet per ſuum intrinſecum eſſentiale naturale intellectivum, intelligibile & intelligere, eſt cauſa, quare intellectus Angeli vel hominis habeat proprium intrinſecum naturale & eſſentiale intellectivum, intelligibile & intelligere; & ſic de aliis ſimilibus iſtis. Æquiparativa, ſicut quærere, quare DEUS eſt? & reſpondendum eſt, quòd eſt per æquiparantiam ſuæ exiſtentiæ & agentiæ intrinſecè, primariè, verè & neceſſariè coëſſentialiter; & DEUS eſt, quia in ipſo æqualiter ſuæ rationes ſive dignitates convertuntur una in aliam, & hoc de æquali converſione actuum earum, quia æqualiter ſunt ei ratio, quòd agat intrinſecè ſic ratione ſuæ bonitatis bonificando, ſicut ratione ſui intellectûs intelligendo, & ſic de aliis. DEUS etiam eſt per æternitatem & infinitatem, quoniam, cùm ſit Ens infinitum & æternum, impoſſibile eſt, ipſum non eſſe, & neceſſarium eſt, ipſum eſſe: ſimili modo eſt de anima rationali, quæ eſt per æqualitatem ſuæ memoriæ, intellectûs & voluntatis, ex quibus æqualiter eſt conſtituta, & ſic de ſubſtantia ignîs ſimplicis, quæ per æqualitatem ſuæ propriæ formæ & materiæ æqualiter eſt conſtituta.

2. *Secunda* ſpecies eſt de fine, ſicut finis divinæ bonitatis intrinſecæ &c., qui eſt æqualis fini divini intellectûs, & fini divinæ voluntatis, & ſic de aliis: hoc idem poteſt intelligi ſuo modo de fine animæ, qui eſt DEUS; quoniam DEUS æqualiter eſt objectum animæ, quantum ad memoriam, intellectum & voluntatem; & hoc idem in elementis, ſicut ignis, qui tendit ad ſuum finem æqualiter per calefacere levificare, lucificare & aſcendere.

3. Et ea, quæ de iſta Regula diximus, vult definitio magnitudinis & æqualitatis & Regula de E F G.; iſta Regula docet, per quem modum Artiſta poteſt probare & demonſtrare *cauſativè* & *effectualiter*, & *æquiparativè* & *finitivè*, ût ſuprà ſignificatum eſt.

De Quinta Regula F.

1. ISta Regula eſt de Menſuratione, & habet *duas ſpecies*, ût in textu dictum eſt; per ipſam debet Artiſta menſurare principia per *quantitatem continuam* & *diſcretam*, ſicut boni-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

bonitas, quæ continuè quanta eſt per eſſentiam, habens quantitates diſcretas, coëſſentiales & naturales per ſuum primarium, verum & neceſſarium, naturale, coëſſentiale bonificativum, bonificabile & bonificare, quæ, in quantum ſunt differentia, ſunt ſub quantitate diſcreta influxa à continua; hoc etiam eſt in floribus, ſicut linea continua, quæ eſt inter cœlum & roſam, ex qua influxæ ſunt quantitates diſcretæ, ſcilicet quatuor elementa; & ſic in homine quantitas continua à capite uſque ad pedes, ex qua influxæ ſunt quantitates diſcretæ, ſcilicet quantitates membrorum: & hoc idem poteſt conſiderari in moralibus, ſicut habitus juſtitiæ, qui, in quantum eſt unus, habet unam continuam quantitatem, & ſub ipſa ſunt plures diſcretæ, ſicut quantitas juſtificativi, juſtificabilis & juſtificare; & ſic de aliis.

2. Per iſtam Regulam Artiſta debet menſurare res in iſta ſcientia, & poteſt applicare ſuas menſurationes tribus ſpeciebus medii, ût in textu ſignificatum eſt; quod medium ſignificatum eſt per F.; & hoc vult Regula de C. & de D. & definitio differentiæ & concordantiæ.

De Sexta Regula G.

1. ISta Regula de Qualitate habet *duas ſpecies*, ût patet in textu: per *primam* ſpeciem Artiſta debet inquirere ſolutiones, quæ per ipſam debent ſolvi, & ſic de *ſecunda* ſpecie; ſicut eſt quærere, utrùm DEUS ſit bonus per ſuam propriam bonitatem aut per appropriatam, & per proprium actum bonificandi, aut per appropriatum? & utrùm in eſſentia DEI intelligere ſit ſic ordinatum per infinitatem ad æternare ſeu bonificare, ſicut bonificare & æternare ſunt ordinata ad intelligere & amare? & utrùm ſit proprium aut appropriatum DEO creare, parcere & judicare? & ſic in creatis, ſicut quærere, utrùm proprium ſit igni calefacere, & appropriatum deſiccare? & ſic de motu cœli & aliis; & hoc vult Regula de C. & ultima Regula de K., & definitio magnitudinis & differentiæ.

De Septima Regula H.

1. PEr iſtam Regulam Artiſta debet inquirere de Temporalitate, & de his, quæ ſunt in tempore, & hoc per Regulam de C. & de D. & de I. & de K., & etiam per definitiones magnitudinis & principii, ût in textu ſignificatum eſt, hoc eſt, quòd Artiſta inquirat de tempore per omnes ſpecies dictarum Regularum & definitionum; ſicut quando quæritur, Angelus quando fuit? & reſpondendum eſt, quòd fuit, quando fuit inceptus, & fuit, quando partes ſuæ eſſentiæ primariæ, veræ, neceſſariæ, naturales & coëſſentiales conſtituerunt ipſum Angelum, ex quibus eſt ipſe Angelus conſtitutus, & ipſe agit in illo tempore, in quo ſuæ prædictæ partes habent actum, agens ipſe Angelus cum illis ſuis partibus in tempore: & hoc idem ſequitur in corporalibus; ſicut ignis, qui fuit in illo tempore, in quo inceptus fuit, & in quo conſiſtit ſua propria forma & materia, ex quibus & cum quibus eſt ignis hoc, quod eſt; & ſic de ſuis accidentibus inſeparabilibus, cum quibus agit in tempore, & cum ipſis habet modum exiſtendi & agendi in tempore.

2. Hæc autem Regula eſt longa & diffuſa, ſed per ea, quæ dicta ſunt de ipſa, poteſt Artiſta attingere omnes ſpecies Regulæ, & applicare ipſas ad quæſtiones, quæ ſunt de tempore, aut de his, quæ ſunt in tempore; & ea, quæ dicta ſunt de hac Regula, volunt prædictæ Regulæ & definitio poteſtatis & veritatis.

De Octava Regula I.

1. ISta Regula eſt de Localitate, & habet tot ſpecies, quot habet præcedens Regula de H., & per eundem modum, per quem habet dicta Regula de H. ſuas ſpecies, habet iſta Regula easdem; ſicut locus, qui eſt à ſuprema ſuperficie cœli uſque ad ejus oppoſitum per centrum terræ, forma continua habens in ſe formas diſcretas, ſecundùm quòd vult Regula de C. & de D. & de K. & etiam de F., & definitio magnitudinis & principii, quæ diſcretæ formæ ſunt ſpatia vel loca particularia, in quibus corpora, ſcilicet homo, roſa &c. ſunt collocata, & de locis, quæ ſunt contenta in ſubſtantiis, in quibus partes ſubſtantiarum ſunt collocatæ; ſicut locus ignîs ſibi proprius inſeparabilis eſt collocatus ſub ſphæra lunæ, & locus ſphæræ lunæ ſub ſphæra mercurii, & ſic de aliis

2. Per hanc Regulam Artiſta poteſt reſpondere ad omnia, quæ quæruntur de loco.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

De Nona Regula K.

1. REgula de K. quærit de Modalitate, ût patet in textu, per quam Artiſta poteſt inquirere, quomodo pars eſt pars, & pars in parte, & partes in toto, & totum in ſuis partibus; & quomodo ſubſtantia influit ſimilitudines partium, ex quibus eſt, ſicut differentia & proprietas intrantes in bonitatem (& ſic de aliis principiis) differentia ſic diſtinguit ipſam, quòd per unum modum eſt ſuſtentata in ſua eſſentiali bonificativitate, & per alium modum in ſua eſſentiali bonificabilitate, & per alium modum in ſuo intrinſeco bonificare; & proprietas ponit, quòd bonificativitas ſit proprietas activa, & bonificabilitas ſit proprietas paſſiva, & bonificare proprius actus influxus ab utraque; & concordantia concordat, omnes tres eſſe idem per eſſentiam, quæ eſſentia ſit una exiſtens in ſuis concretis, & ipſa concreta in ipſa, & unum concretum in alio, ita quòd ipſa bonitas ſit ratio bono, ut agat per ipſam bonum productum per genus bonitatis ſimile productivo, & ſic de aliis principiis, quæ habent modum exiſtendo id, quod ſunt, & agendo id, quod agunt, & hoc vult Regula de C. & de D. & de G. & definitio differentiæ & concordantiæ.

2. Per iſtam Regulam Artiſta debet inveſtigare ſolutionem, quæ debet eſſe per modalitatem; ſicut quando quæritur, quomodo lapis vel roſa ſunt intelligibiles ſeu ſenſibiles? & quomodo elementa intrant in mixtionem, conſtituendo mixtum ſive elementatum; & ſic de aliis

De Decima Regula K.

1. ISta Regula eſt de Inſtrumentalitate, & habet *quatuor ſpecies*, ût in textu dictum eſt, & etiam tales, quales habet Regula de Modalitate. Per iſtam Regulam debet Artiſta inquirere partes, cum quibus ſuſtentata eſt, & agit eſſentialiter vel accidentaliter; eſſentialiter, ſicut leo in leonificando; accidentaliter, ſicut ignis in calefaciendo, ſenſatus in ſentiendo, & ſic de aliis; & hoc vult Regula de C. & de D. & de E. & de G. & definitio poteſtatis & veritatis.

2. Dictum eſt de ordine, qui complectitur Tractatum de Figuris, de Definitionibus & de Regulis, dicendum eſt de docendo.

TERTIA DISTINCTIO
De Modo docendi iſtam Artem.

ISta Diſtinctio de Modo docendi habet *duas Partes.*

1. *Prima* pars eſt, ut Artiſta legat procedendo per illum modum, quem tenuimus dicendo de ſubjecto & de ordine, & per illum modum, qui ſequitur in hoc, quod intendimus dicere in iſta Lectura.

2. *Secunda* pars eſt, ut Artiſta notet ſuam lectionem in ſchedulis, & eam tradat Scholaribus, cùm lectiones hujus ſcientiæ ſint notabiles & recordabiles per literas alphabeti, ût infrà patebit: debet aùtem Artiſta oſtendere, quomodo cameræ tertiæ & quartæ Figuræ evacuantur & quæſtionantur; ſicut camera de B C. tertiæ Figuræ, dicendo ſic: Bonitas magna, utrùm bonitas ſit magna? bonitas differens, utrùm bonitas habeat intrinſecè concreta diſtincta? bonitas concordans, utrùm bonitas intrinſecè habeat eſſentialem concordantiam? Magnitudo differens, utrùm magnitudo habeat intrinſecè concreta diſtincta? quid eſt magna differentia? magnitudo concordans, utrùm magnitudo habeat eſſentialem concordantiam? & per hoc Artiſta poteſt facere ad placitum, mutando ſubjectum in prædicatum, & prædicatum in ſubjectum, ût, dicendo: magnitudo bona, utrùm magnitudo ſit bona? & ſic de aliis.

3. Factis iſtis propoſitionibus & quæſtionibus ſuper cameram de B C. Artiſta legendo debet ſolvere, dando doctrinam ſolvendi per illos terminos, & per Regulas de B. & de C., & in una ſchedula ſcribere prædictas propoſitiones & quæſtiones, & tradere Scholaribus, quoniam in ipſa ſchedula Scholares poſſunt repetere ſolutiones quæſtionum, & faciliter ipſarum recordari.

4. Inſuper Artiſta debet evacuare cameram de C D E. in quarta Figura ſic: quid eſt magna duratio poteſtatis? quid eſt magna duratio concordantiæ? quid eſt magna duratio contrarietatis? quid eſt magna duratio principii? quid eſt magna concordantia contra contrarietatem? quid eſt magna concordantia principii? quid eſt magna contrarietas principii? quid eſt magna poteſtas concordantiæ? quid eſt magna poteſtas contrarietatis? quid eſt magna poteſtas principii? Duratio poteſtatis & concordantiæ de quo eſt? duratio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

poteſtatis & contrarietatis de quo eſt? duratio poteſtatis & principii de quo eſt? Duratio concordantiæ & contrarietatis de quo eſt? duratio concordantiæ & principii de quo eſt? duratio contrarietatis & principii de quo eſt? Poteſtas concordantiæ & principii quare eſt? poteſtas contrarietatis & principii quare eſt? quid eſt concordantia contrarietatis & principii?

5. Factâ iſtâ evacuatione prædictæ cameræ per mixtionem Principiorum & Regularum de C D E. Artiſta debet ſolvere prædictas quæſtiones, & in una ſchedula ſcribere propoſitiones & quæſtiones, & tradere Scholaribus, ut faciliter recordari & repetere ſciant ſolutiones reſpiciendo in ſchedula viginti propoſitiones & quæſtiones, & gratiâ doctrinæ volumus ſolvere prædictas quæſtiones. Unde ſicut diximus de camera B C. in tertia Figura, & de camera C D E. in quarta, ſic poteſt Artiſta ad placitum proponere & quæſtionare alias cameras: ſolvam autem primò quæſtiones propoſitas circa cameram B C.

De Solutione Quæſtionum Cameræ B C. tertiæ Figuræ.

1. *Quæſtio.* Quando quæritur: utrùm bonitas ſit magna? *ſolutio*: affirmativa eſt tenenda, ût vult Regula de B., & ſecunda ſpecies Regulæ de C., ut bonitas ſit magna, habens in ſe primitivum, verum, neceſſarium & coëſſentiale bonificativum, bonificabile & bonificare, ſinè quibus bonitas non poteſt eſſe magna; hoc idem requirunt definitiones bonitatis & magnitudinis: omnia autem iſta eſſent deſtructa, ſi negativa teneretur; quæ deſtructio eſt impoſſibilis.

2. *Quæſtio.* Quando quæritur: utrùm bonitas intrinſecè habeat concreta diſtincta? *ſolutio:* reſpondendum eſt tenendo affirmativam per Regulam de B., & per ſecundam ſpeciem Regulæ de C., ut bonitas habeat coëſſentialia concreta diſtincta, ſcilicet bonificativum, bonificabile & bonificare, quæ ſunt de ſua eſſentia, & ipſa de ipſis, cum quibus habeat naturam diſtinguendi alia principia bonificando, ſinè quibus naturaliter diſtinguere non poteſt; & hoc requirunt definitiones bonitatis & differentiæ; negativa autem privat hæc omnia.

3. *Quæſtio.* Quando dicitur: utrùm bonitas intrinſecè habeat coëſſentialem concordantiam? *ſolutio*: affirmativa eſt tenenda, ut definitio magnitudinis magnificantis bonitatem ſit vera; & hoc idem de definitione bonitatis, ut cum magna concordantia ſit ratio bono, quòd agat bonum, & talis concordantia ſit bona; & bonum eſt eam eſſe, & ſua privatio eſſet mala, & hæc omnia declarat Regula de B.; negativa verò privat hæc omnia.

4. *Quæſtio.* Quando dicitur: quid eſt magna differentia? *ſolutio:* magna differentia eſt illa, quæ in eſſentia magnitudinis diſtinguit inter neceſſarium magnificativum, magnificabile & magnificare, quæ ſunt idem per eſſentiam, & idem cum magnitudine; & hoc vult ſecunda ſpecies Regulæ de C. & definitio magnitudinis magnificantis differentiam; & hoc etiam vult definitio differentiæ, ut ponat lumen in eſſentia magnitudinis ad declarandum ſuam naturam, ſua principia & ſuum finem; Regula autem de B. hæc declarat, negatio verò privat hæc omnia.

5. *Quæſtio.* Quando dicitur: utrùm magnitudo habeat eſſentialem concordantiam? *ſolutio:* reſpondendum eſt, quòd ſic, nam ſecunda ſpecies Regulæ de C. hæc requirit, ſinè qua magnitudo non eſſet hoc, quod eſt, nec poſſet naturaliter infundere magnam concordantiam in aliis principiis, & deſtrueretur tertia ſpecies Regulæ de C., ſinè qua magnitudo non poſſet magnificare bonitatem, nec alia principia cum ſua coëſſentiali concordantia, niſi per peregrinam, per quam peregrinam eſſet parva: Regula de B. declarat affirmativam, negativam non; & hoc idem definitio concordantiæ & circulatio primæ Figuræ.

6. *Quæſtio.* Quando dicitur: utrùm differentia habeat coëſſentialem concordantiam? *ſolutio:* ad reſpondendum iſti quæſtioni debet Artiſta conſiderare circulationem primæ Figuræ, hoc eſt, quòd differentia ponat in concordantia diſtincta Entia, & concordantia in differentia Entia concordata: Regula de G. cum Regula de B. hoc declarat per affirmativam, conſiderando, quòd concordantia, quæ habet differentiam ſecundùm entia creata, eſt ſibi appropriata per primitivam differentiam; hoc etiam vult definitio concordantiæ & differentiæ.

Dictum eſt de ſolutionibus quæſtionum cameræ B C. tertiæ Figuræ, ſequitur

De So-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

De Solutione Quæstionum Cameræ C D E. quartæ Figuræ.

1. *Quæstio.* Quid est magna duratio potestatis? *solutio:* magna duratio potestatis significata est in secunda specie Regulæ de C., ubi significatur, quòd potestas habet magnam durationem per intrinsecum possificativum, possificabile & possificare, quæ sunt de sua essentia, & cum quibus habet magnam durationem; & hoc vult Regula de D. per secundam speciem, & Regula de E. per primam & secundam speciem, ut potestas, quæ est principium substantiale & naturale, sit ex suo possificativo, possificabili & possificare formaliter, ut tendat ad suum finem, qui est possificabilis tali modo, quòd in sua essentia quiescat naturaliter. Omnia, quæ diximus, affirmativa consentit, negativa destruit contra definitionem magnitudinis, durationis & potestatis.

2. *Quæstio.* Quid est magna duratio concordantiæ? *solutio*: magna duratio concordantiæ est illa, quæ est magna per magnificativum, magnificabile & magnificare, quæ sunt de essentia magnitudinis, & per durificativum, durificabile & durificare, quæ sunt de essentia durationis, & per concordativum, concordabile & concordare, quæ sunt de essentia concordantiæ; & hoc vult affirmativa hujus quæstionis per secundam speciem Regulæ de C., & per secundam speciem Regulæ de D., & per definitiones magnitudinis, durationis & concordantiæ; negativa autem hoc non vult; & per tale nolle apparet, quòd ipsa est falsa.

3. *Quæstio.* Quid est magna duratio contrarietatis? *solutio:* magna duratio contrarietatis significatur per definitionem contrarietatis & per secundam speciem Regulæ de C., & etiam per secundam speciem Regulæ de D., hoc est, quando plures res, quæ sunt distinctæ per essentiam, sunt in contrarietate cum suis propriis & coëssentialibus principiis; sicut ignis & aqua per ignificativum, ignificabile & ignificare, & aqueïficativum, aqueïficabile aqueïficare sunt in contrarietate cum definitione magnitudinis & durationis; & hoc, quod diximus, vult affirmativa per supradictas definitiones & Regulas, negativa autem non: & sicut diximus de igne & aqua, potest intelligi de separatis substantiis, ût patet de bono & malo spiritu.

4. *Quæstio.* Quid est magna duratio principii? *solutio:* ad hanc quæstionem respondendum est, quòd magna duratio principii est, quando ipsum durat per suum coëssentiale & naturale principiativum, principiabile & principiare, quæ sunt de essentia principii, & cum magnificativo, magnificabili & magnificare, quæ sunt de essentia æternitatis; & hoc vult secunda species Regulæ de C., & secunda species Regulæ de D. & Regula de E., & etiam definitiones durationis & principii per affirmativam; negativa autem in omnibus contradicit. Eodem modo possunt solvi sequentes quæstiones, & omnes aliæ similes; sed exemplum in præmissis sufficit, ut in aliis materia exercitii Scholaribus relinquatur: sed in solutionibus prædictarum quæstionum docet Artista applicare terminos ad solutiones quæstionum.

QUARTA DISTINCTIO

De Investigatione.

1. ISta Distinctio dividitur in *quatuor Partes.* *Prima Pars* est, quando Artista investigat per explicitos terminos, qui sunt de Principiis & Regulis; sicut, quando quæritur, utrùm DEUS sit ita potens per suam potestatem, sicut sciens per suam sapientiam? debet enim Artista investigare solutionem per B E F.

2. *Secunda Pars* est, quando Artista investigat per terminos non omninò explicitos, nec omninò implicitos, sicut in angulis secundæ Figuræ, ubi dicitur inter sensuale & sensuale, inter sensuale & intellectuale, inter intellectuale & intellectuale, quæ significant differentiam, concordantiam & contrarietatem, quæ sunt expliciti termini, & sic de aliis triangulis; sicut quando dicitur, utrùm Angeli sint sub una specie? in qua quæstione sunt termini non omninò expliciti, reducibiles tamen ad terminos explicitos, scilicet differentiam, concordantiam & contrarietatem; sicut quando dicitur in prima quæstione de possibilitate, quæ est reducibilis ad potestatem, & dubitatio, affirmatio, negatio ad B. ratione Regulæ; & sic de aliis.

3. *Tertia Pars* est, quando Artista investigat terminos explicitos per terminos omninò implicitos, sicut per istam præpositionem *in*, quæ significat locum, & *per* & *propter*,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quæ ſignificant Regulam de E., & *habet*, quæ ſignificat ſecundam & quartam ſpeciem Regulæ de C., & *majus*, quæ ſignificat majoritatem, & *minus*, minoritatem: item ſubſtantia & accidens ſignificant majoritatem, æqualitatem & minoritatem, gaudium & quies gloriam, relatio & actio & cætera principia efficientem, materiam & formam, & ſic de aliis; & juſtitia ſignificat æqualitatem, aut virtutem, perfectionem, temperantiam.

4. *Quarta Pars* eſt, quando Artiſta inveſtigat ſolutiones ſeu media miſcendo Principium cum Principio, Principium cum Regula, Regulam cum Regula, reſpiciendo quid ſequitur de illa mixtione, factâ applicatione ad propoſitum, affirmando vel negando, ût in textu dictum eſt.

QUINTA DISTINCTIO

De Inventione.

ISta Diſtinctio dividitur in *tres Partes*.

1. *Prima Pars* eſt de Evacuatione camerarum, per quam Artiſta invenit *Maximas*, & per Maximas invenit *Quæſtiones* & *Solutiones Quæſtionum*, diſcurrendo per Principia & Regulas, quæ explicitæ vel implicitæ ſunt in terminis propoſitionum & quæſtionum; & hoc exemplificavimus ſuprà in *tertia Diſtinctione* de Modo docendi.

2. *Secunda Pars* inventionis conſiſtit per mixtionem Principiorum & Regularum, per quam Artiſta attingit lumen ſignificativum, quod lumen indicat ſolutionem, ût dicemus infrà in *nona Diſtinctione* de Mixtione.

3. *Tertia Pars* eſt de Conditione unius Principii cum alio, & Principiorum cum Regulis, & Regularum cum Principiis, ſicut dictum eſt ſuprà in *ſecunda Diſtinctione* de Ordine in Tractatu de Definitionibus principiorum; quoniam Artiſta obſervando illas conditiones attingit ſuum deſideratum finem affirmando vel negando.

SEXTA DISTINCTIO

De Applicatione.

ISta Diſtinctio dividitur in *tres Partes*.

1. *Prima Pars* eſt de Applicatione Principiorum & Regularum ad propoſitum, ſcilicet ad ſolvendas ſpeciales quæſtiones.

2. *Secunda Pars* eſt de Modo applicandi plures rationes ad unam & eandem quæſtionem.

3. *Tertia Pars* eſt de Applicatione iſtius Scientiæ, quæ eſt generalis, ad alias ſpeciales ſcientias; & primò dicendum eſt de prima Parte, quæ dividitur per decem Quæſtiones.

PRIMA PARS.

De Applicatione Principiorum & Regularum ad Propoſitum.

1 QUæſtio. Utrùm ſit quintum elementum? Ad hanc quæſtionem debet Artiſta applicare differentiam, concordantiam & contrarietatem, quæ principia ſunt generalia ad quæſtionem, quæ eſt ſpecialis; & ſic de Regula de B C D.: & modus applicationis eſt ſic: quatuor elementa ſufficiunt differentiæ, concordantiæ & contrarietati elementorum, per quæ fit generatio & corruptio, & hoc triangulando, quadrangulando & circulando; ſicut in elementato, in quo ignis habet unum triangulum influendo ſuam caliditatem in aërem per rectam lineam, & recipiendo ſiccitatem à terra per rectam lineam, & hoc per modum generationis; linea autem, quæ eſt de aëre uſque ad terram, eſt per modum corruptionis, cùm ſit ex punctis contrariis: hoc idem eſt de triangulo aëris, qui influit ſuam humiditatem in aquam, recipiens caliditatem ab igne per modum concordantiæ; & linea, quæ eſt ab aqua uſque ad ignem, eſt ſubjectum corruptionis: hoc idem eſt de triangulo aquæ, quæ recipit humiditatem, ab aëre, & influit ſuam frigiditatem in terram per modum concordantiæ & generationis, quæ fit ex linea corruptionis, quæ eſt inter aërem & terram: hoc idem eſt de triangulo terræ, quæ recipit frigiditatem ab aqua, & influit ſuam ſiccitatem in ignem generando, ex linea corruptionis, quæ eſt inter aquam & ignem contrariando: unde ſequitur, quòd quintum elementum non eſt neceſſarium, cùm quatuor elementa per prædictos quatuor triangulos ſufficiant generationi & corruptioni elementorum; & ea, quæ dicta ſunt, volunt definitiones differentiæ, concordantiæ & contrarietatis, & Regula de B C D. per negativam, & per affirmativam non: unde cùm hoc ita ſit, data eſt doctrina de applicatione differentiæ, concordan-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cordantiæ & contrarietatis, quæ ſunt generalia principia, in applicando ſpeciale per negativam: & hoc idem eſt de applicatione Regularum, quæ ſunt generales ad applicandum ad ſpeciales quæſtiones. Dicti autem quatuor trianguli denotant quadrangulum, & revertuntur in circulum, ſicut linea de igne uſque ad terram, & de terra uſque ad aquam, & de aqua uſque ad aërem, & de aëre uſque ad ignem, & de igne uſque ad aquam, & de aëre uſque ad terram, quæ conſtituunt quatuor regiones & quatuor tempora, ſcilicet ver, æſtatem, autumnum & hyemem, quod eſſet impoſſibile, ſi eſſet quintum elementum.

De circulo autem ſic: ſicut ignis, qui ſubintrat in aërem calefaciendo, & aër in aquam humefaciendo & calefaciendo, & aqua in terram frigefaciendo & humefaciendo & calefaciendo, & terra in ignem cum tribus acquiſitis habitibus, & cum ſiccitate, quæ ſibi eſt proprius habitus; & in iſto paſſu apparet, quomodo elementa intrant in mixtum triangulariter, quadrangulariter & circulariter, & quomodo ex tali mixtione oriuntur tres prædictæ figuræ triangularis, quadrangularis, & circularis; & ex iſtis generalibus figuris cauſantur ſimiles figuræ particulares in mixtis elementis ſpecialibus & individuis: unde data eſt doctrina applicandi generales figuras ad ſpeciales & particulares per applicationem differentiæ, concordantiæ & contrarietatis, quæ ſunt generalia principia, per quæ ſunt inventæ dictæ figuræ generales.

2. *Quæſtio.* Utrùm DEUS ſit? ad cujus ſolutionem debet Artiſta applicare ſecundam circulationem primæ Figuræ ad primam Regulam, quæ convenit cum affirmatione, non cum negatione, ût in ipſa Regula & in dicta circulatione ſignificatum eſt: præterea debet Artiſta conſiderare definitionem bonitatis, ubi dicitur, bonum eſt eſſe, & malum eſt non eſſe, ſcilicet bonum eſt, DEUM eſſe, & malum eſt, ipſum non eſſe; poſtmodum debet applicare hoc dictum ad Regulam de F., & ad definitionem magnitudinis, in quibus invenit, quòd, ſi DEUS non eſt, majoritas & malum conveniunt cum eſſe, & minoritas & bonum &c. conveniunt cum eſſe, cùm in nullo eſſe ſit tantum de perfectione bonitatis, quantum de privatione; quod eſt impoſſibile, & contra primam Regulam & definitionem bonitatis & majoritatis, & gloriæ & finîs: igitur affirmativa eſt tenenda, negativa autem non, quia omnia deſtruit. Item debet Artiſta applicare ſecundam ſpeciem Regulæ de C. ad dictam quæſtionem cum principiis primæ Figuræ, conſiderando ſic; quòd ſi DEUS non eſt, in ipſa ſecunda ſpecie omnia principia & contraria eorum, ſcilicet bonitas, malitia, magnitudo, parvitas &c. habent ſuſtentationem; ſicut bonitas, quæ cum magnitudine, æternitate &c. habet coëſſentiale & naturale bonificativum, bonificabile & bonificare, malitia malificativum, malificabile & malificare, magnitudo magnificativum, magnificabile & magnificare, & parvitas parvificativum, parvificabile & parvificare, & æternitas æternificativum, æternificabile & æternificare, & tempus temporificativum, temporificabile & temporificare, & ſic de aliis circulariter ſecundùm primam figuram, quæ dicta ſecunda ſpecies non poſſet ſubſiſtere, ergò ſequitur, quòd affirmativa ſit tenenda, & eſt data doctrina, quomodo circulatio & ſecunda ſpecies ſecundæ Regulæ C. & definitio bonitatis & prima Regula & quinta, quæ ſunt veræ, applicantur ad particulare, ſcilicet ad quæſtionem.

3. *Quæſtio.* Quid eſt DEUS? ad quam debet Artiſta applicare circulationem primæ Figuræ dicendo, quòd DEUS eſt illa Eſſentia, in quâ principia primæ Figuræ convertuntur ad invicem & cum eſſentia; debet etiam conſiderare definitionem gloriæ & finîs, quia DEUS eſt ille finis, & illa gloria, delectatio, in quo fine & in qua delectatione omnia quieſcunt; debet etiam recurrere ad Regulam de B. & ad Regulam de C., & dicere, quòd DEUS eſt illud Ens, quod eſt magìs recolibile & intelligibile & amabile, & per conſequens debet applicare ſecundam ſpeciem Regulæ de C., quæ eſt generalis, ad quæſtionem, dicendo, quòd DEUS eſt illa æternitas, quæ in ſe habet coëſſentialem & naturalem & neceſſarium æternantem, æternatum & æternare; & DEUS eſt illa magnitudo infinita, quæ habet in ſe coëſſentialem & connaturalem, primarium, verum & neceſſarium magnificantem infinitum, & magnificatum infinibilem & infinitum, magnificare & infinire; hoc autem non eſt in alio ente, niſi in ſolo DEO.

Quæſtio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

4. *Quæstio.* Utrùm ſint Angeli ? ad quam reſpondendum eſt per affirmativam, & recurrendum eſt ad angulum differentiæ in ſecunda Figura, dicendo ſic: ſi negativa teneatur, patitur dictus angulus differentiæ, & per conſequens totum univerſum, quia non eſſet differentia inter intellectuale & intellectuale, ſcilicet inter ſubſtantias ſpirituales non conjunctas organo, quæ ſunt magìs ſimiles DEO, ſi ſunt, quàm ſubſtantiæ, inter quas eſt differentia, ſicut inter ſenſuale & ſenſuale, & inter ſenſuale & intellectuale: ut igitur non ſequatur hoc inconveniens, dicendum eſt per affirmativam, quòd Angeli ſunt, & univerſum non poſſet ſuſtinere carentiam eorum; & hæc affirmat Regula de B. & definitiones magnitudinis & bonitatis.

5. *Quæſtio.* Utrùm ſint mali Angeli ? & reſpondendum eſt per angulos trianguli de BCD. tenendo affirmativam, quia negativa deſtruit angulum de D., ſinè quo non eſſet magna diſtantia per angulum de C. ad angulum de D., quam diſtantiam requirunt definitiones magnitudinis, durationis, poteſtatis, ſapientiæ & gloriæ, quæ definitiones per primam Regulam ſunt recolibiles, intelligibiles & amabiles affirmando, negando non.

6. *Quæſtio.* Utrùm Mundus ſit æternus? ad quam reſpondendum eſt per negativam, applicando definitionem principii ad negativam, ut DEUS per ſuam infinitam bonitatem ſit ſimpliciter primarium principium finitæ bonitatis; ſicut per ſuam æternitatem finitæ durationis; & hoc idem de magnitudine & aliis principiis primæ Figuræ circulariter: hoc autem non eſſet, ſi affirmativa eſſet vera; quia æternitas DEI, quæ eſt infinita, non eſſet ſimpliciter primarium principium durationis mundi, quæ eſſet æterna de ſe ſimpliciter; & hoc non vult prima Regula, quæ requirit, quòd, quidquid eſt in DEO, omni modo ſit magìs recolibile & intelligibile & amabile, & quodlibet principiorum primæ Figuræ applicatum DEO ſit circulariter prius per infinitatem, quàm principia mundi, quæ neceſſariò ſunt finita, quia ſola æternitas DEI pateretur, ſi non per infinitatem eſſet prior quàm finita duratio mundi; ſicut bonitas DEI &c. per infinitatem eſt prior, quàm finita bonitas mundi, quia qui tangit unum principium, tangit omnia circulariter, ût in prima Figura dictum eſt. Iterum debet Artiſta conſiderare definitionem poteſtatis æqualitatis & Regulam de G., ût ſignificatum eſt; quia ſi mundus eſt æternus, & infinitas eſt appropriata poteſtati mundi, ut ſit infinita per durationem exiſtendo & agendo, æternitas mundi non poſſet eſſe ſinè exiſtentia & agentia poteſtatis mundi, cui poteſtati eſſet propria finitas per eſſentiam & agentiam, cùm poteſtas mundi ſecundùm ſuum genus ſit finita exiſtendo & agendo: unde cùm poteſtas non poſſet plus agere, nec eſſe major per aliam eſſentiam, quàm per ſe ipſam naturaliter, hoc eſt, per æternitatem mundi, prima Regula tenet omni modo negativam, affirmativam autem non, cùm affirmativa deſtruat hæc omnia; & hanc negativam etiam oſtendit definitio æqualitatis: ergò concluditur, quòd mundus ſit principiatus, & non æternus.

7. *Quæſtio.* Utrùm ſit unus Intellectus in omnibus hominibus ? & reſpondendum eſt per negativam, applicando ad quæſtionem ſecundam ſpeciem Regulæ de C. & Regulæ de D. & de G. & de E., & de F. & de B. & definitionem poteſtatis & ſapientiæ & durationis & finîs, & hoc iſto modo: ſi eſt unus intellectus in genere, deſtruitur ſecunda ſpecies Regulæ de C. tali modo, quòd intellectus non habet proprium, primum, verum & neceſſarium, naturale & coëſſentiale intellectivum, intelligibile & intelligere, ſed appropriatum in quolibet homine, in quo homine intellectus eſſet accidentaliter per modum ſecundæ ſpeciei Regulæ de D. & C.; ſed quia ſunt plures intellectus, ſunt propriè per ſecundam ſpeciem Regulæ de C. & de D., & per primam ſpeciem Regulæ de G., & per Regulam de E.; quia ſi ſunt plures intellectus, quilibet intellectus eſt formaliter ex ſuo proprio coëſſentiali & connaturali & primo intellectivo, intelligibili & intelligere, & ſuus finis per ſecundam ſpeciem erit recolere, intelligere & diligere DEUM ſecundùm definitionem durationis, poteſtatis & ſapientiæ; & hoc vult Regula de B. per negativam, ſcilicet tenendo, quòd non ſit unus generalis intellectus, ſed plures particulares, affirmativa autem deſtruit hæc omnia.

8. *Quæſtio.* Utrùm ſit una generalis forma corporis, ſicut eſt una generalis materia? ad quam reſpondendum eſt per affirmativam, applicando ſecundam ſpeciem Regulæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gulæ de C. & de D., & etiam Regulam de F. & definitionem poteſtatis, principii & medii : applicamus autem ſecundam ſpeciem Regulæ de C., ut ſubſtantia mundi habeat in ſe coëſſentialiter, primariè, verè & neceſſariò univerſalem formam, ſicut univerſalem materiam per conjunctionem earum ad invicem, quod non eſſet per negativam, cujus veritas eſt impoſſibilis, cùm talis prædicta ſpecies ſit neceſſaria ſubſtantiæ mundi. Item debet Artiſta applicare ad Quæſtionem ſecundam ſpeciem Regulæ de D., conſiderando, quòd ſicut ſubſtantia leonis, roſæ &c. eſt ex particulari forma & materia, & ſecunda ſeu particularis materia eſt derivata ab univerſali materia, ſic particularis forma eſt derivata ab univerſali forma; quia ſi non, particularis materia eſſet ſub univerſali materia, & particularis forma eſſet à creante, & extra curſum naturæ; quod eſt impoſſibile & contra ordinem univerſi, & definitionem durationis, concordantiæ & medii, & Regulam de F. & de B.: ergò concluditur, quòd affirmativa eſt tenenda, cùm negativa deſtruat hæc omnia.

9. *Quæſtio.* Utrùm Anima rationalis ſit immortalis? ad quam reſpondendum eſt per affirmativam, applicando ad hanc partem definitionem poteſtatis, finîs, & ſecundùm ſpeciem Regulæ de D. & definitionem magnitudinis, & etiam Regulam de B.: quia per ſecundam ſpeciem Regulæ de D. ſignificatum eſt, quòd anima eſt immortalis, cùm non ſit de corruptibilibus partibus, ſicut corpus in animalibus, quod eſt corruptibile & mortale per hoc, quia eſt de corruptibilibus partibus; & hoc vult Regula de B. & ultima Regula de K.; quia anima non habet, cum quo ſit corruptibilis; & hoc vult definitio magnitudinis, ut ambiat mortalitatem & immortalitatem in angulis de B. & C. ſecundæ Figuræ, & ſic de definitione poteſtatis & finîs, quæ omnia eſſent deſtructa, ſi negativa teneretur.

10. *Quæſtio.* Utrùm Charitas eſſentialiter ſuſcipiat augmentum & decrementum? & reſpondendum eſt per negativam ſecundùm definitionem poteſtatis & voluntatis & Regulam de B. & de H., quia per affirmativam, ſicut creſceret eſſentia charitatis, ſic creſceret aut decreſceret actus charitatis, & voluntas non haberet libertatem ad multiplicandum aut diminuendum actum charitatis, quod eſt contra definitionem ſuæ poteſtatis; ergò negativa eſt tenenda, & ad hoc concordat prima Regula contra affirmativam.

SECUNDA PARS

De Modo applicandi plures Rationes ad unam & eandem Quæſtionem.

QUæritur, utrùm Bonitas in DEO ſit ita potens ſicut Voluntas? ſolutio.

1. BEG. Ad iſtam quæſtionem volumus applicare columnam, quæ eſt in *Tabula* de BEG. ad dandum doctrinam, quomodo quælibet camera hujus columnæ eſt applicabilis ad hanc Quæſtionem; & hoc facimus, tenendo affirmativam contra negativam; & primò Cameram BEG. dicendo ſic: ſi negativa teneatur, deſtruitur ſecunda ſpecies Regulæ de G., & definitio æqualitatis, quam deſtructionem non conſentit Regula de BEG.; & hoc, quia bonitas non haberet in prædicta ſecunda ſpecie bonificativum, bonificabile & bonificare æquale amativo, amabili & amare voluntatis; quæ inæqualitas eſt contra definitionem poteſtatis, quæ poteſtas eſſet defectiva à parte bonitatis, perfectiva verò à parte voluntatis, & definitio bonitatis eſſet defectiva, quia non eſſet tanta ratio bono, quòd agat bonum, ſicut voluntas volenti, quòd agat volitum; hoc autem non conſentit definitio voluntatis, nec Regula de G., cùm poteſtas ſit ita propria bonitati, ſicut voluntati; & hoc vult Regula de B. & de E.; ut bonitas habeat ita propriè ſuum finem reſpectu ſui generis, ſicut voluntas: ergò ſequitur, quòd affirmativa eſt vera, negativa autem non.

2. BETB. Negativa ſignificat, quòd inter bonitatem & poteſtatem DEI eſſet differentia per eſſentiam, ſi bonitas non eſſet tam potens per poteſtatem, quàm voluntas; quia ubicunque eſt majus & minus, oportet eſſe differentiam; & negativa ſignificat, quòd actus poteſtatis eſt duplex, magnus à parte voluntatis, parvus à parte bonitatis, talem autem diſtinctionem non vult Regula de BEG., nec definitio poteſtatis, voluntatis & differentiæ: ergò concluditur, quòd affirmativa ſit vera.

3. BETE. Negativa ſignificat, quòd voluntas eſt magìs potens principium per poteſtatem, quàm bonitas, & ſic ſignificat,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quòd in Essentia DEI essent plures quantitates, & per consequens passio bonitatis, & actio voluntatis; & sic de materia, cùm passio non possit esse sinè materia; hoc autem non vult definitio bonitatis, potestatis, principii, nec Regula de B E G.: ergò affirmativa est vera.

4. B E T G. Negativa negat quietem in bonitate, cùm quies non possit esse in minoritate; & negat quietem in voluntate, cùm quies bonitati sit desiderabilis; & per consequens negat quietem in potestate, cùm potestas sit tota bona per bonitatem, & bonitas non tota potens per potestatem: unde sequitur, quòd negativa est falsa, ût vult Regula de B E G. & definitiones potestatis, bonitatis, voluntatis & finîs.

5. B G T B. Negativa ponit differentiam per essentiam inter bonitatem & voluntatem, existente voluntate magìs potente, quàm sit bonitas, & ponit, quòd tota voluntas non est bona, cùm hoc, in quo voluntas excedit bonitatem, non possit esse bonum, postquam bonitas ad illum terminum non attingit: unde sequitur, quòd voluntas est subjectum malitiæ, cùm sit sibi malum, non esse totam bonam; talem autem positionem, quæ sequitur ex negativa, non vult Regula de B E G., nec definitiones bonitatis, voluntatis & differentiæ: unde patet, quòd affirmativa est tenenda.

6. B G T E. Negativa ponit, quòd voluntas non est principium totum bonum, in quantum non diligit tantúm bonitatem, quantúm bonitas est diligibilis, nec diligit, se esse totam bonam; ergò odit se ipsam & bonitatem, & diligit malum, quod non vult Regula de B E G. nec definitiones bonitatis, potestatis & voluntatis & principii, sed contrarium.

7. B G T G. Negativa ponit invidiam inter bonitatem & voluntatem, quia voluntas non vult, quòd bonitas sit ita potens, sicut ipsa voluntas, & bonitas vult esse ita potens, sicut est voluntas; & sic negativa ponit contrarietatem & differentiam per essentiam inter voluntatem & bonitatem, & per consequens privationem quietis; hoc autem, quod negativa ponit, Regula de B E G. non potest sustinere, nec per consequens definitiones bonitatis, voluntatis & finîs.

8. B T B E. Negativa ponit differentiam in principio, in quantum principium respicit bonitatem cum minoritate, & voluntatem cum majoritate, & per consequens ponit limitationem & malum, quod est contra definitionem voluntatis, bonitatis & principii & Regulam de B E G.: ergò affirmativa est tenenda.

9. B T B G. Negativa ponit differentiam inter quietem bonitatis, potestatis & voluntatis, quia bonitas quiescit in fine minoritatis, & voluntas in fine majoritatis, & potestas quiescit in fine minoritatis ex parte bonitatis, & in fine majoritatis ex parte voluntatis; & talis diversitas finîs & quietis per Regulam de B E G. non potest sustineri, nec secundùm definitiones bonitatis, potestatis, voluntatis & finîs: ergò concluditur, quòd affirmativa est vera.

10. B T E G. Negativa ponit, quòd principium non quiescit in bonitate, nec in voluntate, cùm bonitas sit subjectum malitiæ, & per consequens voluntas; quia malum est bonitati impotentia, quam habet ex parte potestatis, quæ non possificat ipsam infinitè; & hoc est vitium contra voluntatem, quæ hoc diligit; tale autem vitium aut talem malitiam Regula de B E G. & definitiones potestatis, principii & finîs non possunt sustinere: unde sequitur, quòd negativa est respuenda.

11. E G T B. Negativa ponit differentiam inter potestatem & voluntatem, cùm tota voluntas sit infinitè possificabilis per potestatem, & potestas non infinitè diligibilis per voluntatem, in quantum voluntas diligit, quòd potestas sit defectiva ex parte bonitatis, quod est malum contra bonum; & talem distinctionem non vult Regula de B E G. nec definitio potestatis, voluntatis & differentiæ: ergò sequitur, quòd negativa est nulla.

12. E G T E. Negativa ponit, quòd principium est odibile & injustum; in quantum non facit bonitatem ita potens principium sicut voluntatem; Regula autem B E G. & definitiones bonitatis, voluntatis & principii excusant ipsum à dicta odibilitate & injustitia per affirmativam: unde sequitur, quòd negativa est falsa.

13. E G T G. Negativa ponit infirmitatem potestatis & finîs & superbiam voluntatis, quia potestas non potest tantúm agere à latere bonitatis, quantúm à latere voluntatis, ratione cujus finis est infirmus, & voluntas hoc vult ratione superbiæ; hoc autem Regula B E G. & definitiones potestatis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

teſtatis & voluntatis & finîs in Eſſentia divina non poſſunt ſuſtinere, nec in hoc quieſcere, ſed quieſcunt per affirmationem: unde ſequitur, quòd negatio eſt nulla.

14. ETBE. Negativa diſtinguit inter bonificativum & bonificabile, poſſificativum & poſſificabile, principiativum & principiabile, ratione majoritatis, minoritatis, cùm doceat, bonitatem non eſſe ita potentem, ſicut voluntatem: Regulæ de BEG. & definitiones poteſtatis, differentiæ & principii non poſſunt ſuſtinere in DEO prædictam differentiam factam per majoritatem & minoritatem, ſed per æqualitatem ſuſtinent & quieſcunt: unde ſequitur, quòd affirmativa eſt tenenda.

15. ETBG. Negativa ponit differentiam inter finem bonitatis, poteſtatis, voluntatis in tantum, quòd finis, qui eſt ſimplex & unus, eſt diviſus in plures particulares fines; hoc autem Regula de BEG. & etiam definitiones poteſtatis, principii & finîs negant; quæ negatio habet convenientiam veritatis cum affirmativa contra negativam, quæ ponit prædictam diſtinctionem: & ſic concluditur, quòd affirmativa eſt vera.

16. ETEG. Negativa ponit, quòd in fine bonitatis poteſtatis, principii eſt minor quies, & in fine voluntatis poteſtatis, principii eſt major; ſed Regula de BEG. & definitiones poteſtatis, principii & finîs dicunt, quòd in ſubſtantia DEI ſuæ rationes æqualiter quieſcunt, ut perfectè quieſcant: ergò ſequitur, quòd negativa eſt nulla.

17. GTBE. Negativa ponit differentiam in divina voluntate, in quantum continet in ſe unum principium amativum & oditivum; amativum, quia diligit eſſe magìs potens, quàm bonitas; oditivum, quia odit, quòd bonitas ſit tam potens, quàm voluntas; & quia Regula de BEG. & definitiones principii, voluntatis & differentiæ non conſentiunt prædictam differentiam ſeu diſtinctionem, ſequitur, quòd affirmativa eſt vera.

18. GTBG. Negativa ponit differentiam in fine voluntatis, hoc eſt, quòd voluntas quieſcit in diligendo ſuum finem per majoritatem, & in odiendo finem bonitatis per minoritatem; hoc autem Regula de BEG. & definitiones voluntatis, differentiæ & finîs in eſſentia voluntatis non conſentiunt: ergò ſequitur, quòd negativa eſt falſa.

19. GTEG. Negativa ponit, quòd principium ſit habituatum ex majoritate & minoritate finîs & quietis voluntatis, cùm voluntas diligat eſſe magìs potens, & bonitas minùs; Regula autem de BEG. & definitiones voluntatis, principii & finîs non conſentiunt prædictam duplicitatem finîs & quietis: ergò concluditur, affirmativam eſſe veram.

20. TBEG. Negativa ponit, quòd in Eſſentia DEI principium quieſcit dupliciter; quieſcit per majorem poteſtatem voluntatis in minori poteſtate bonitatis; & ſic in ipſa divina Eſſentia ſequitur quantitas & alia prædicamenta, quæ ſunt de genere accidentis; quod eſt impoſſibile, ût patet per Regulam de BEG. & per definitiones differentiæ, principii & finîs: ergò ſequitur per omnes prædictas rationes, quòd affirmativa eſt tenenda.

Dictum eſt, quomodo plures Rationes applicantur artificialiter ad unam quæſtionem, „ & data eſt doctrina, per quam Ar„ tiſta ſciat applicare univerſalia ad particu„ laria per alias columnas Tabulæ, ſicut nos „ applicavimus in columna de BEG.: ſequitur nunc de tertio modo, videlicet

TERTIA PARS

De Applicatione hujus generalis Scientiæ ad alias ſpeciales Scientias.

ISta Pars dividitur in *tres Partes*. *Primò* oſtenditur, quomodo Artiſta ſciat applicare Principia hujus Artis, quæ ſunt generalia aut univerſalia, ad principia aliarum Scientiarum, quæ ſunt ſubalternata principiis hujus Artis. *Secundò* oſtenditur, quomodo Regulæ generales applicantur ad Regulas ſpeciales. *Tertiò* oſtenditur Modus faciendi Quæſtiones pertinentes ad alias Scientias, & ſolvendi per Principia & Regulas hujus Artis.

CAPUT I.

De Applicatione Principiorum hujus Artis ad Principia Theologiæ.

1. DEUS eſt objectum Theologiæ; volumus autem oſtendere, quomodo hæc Scientia eſt applicabilis ad Theologiam, ſcilicet Principia & Regulas hujus Scientiæ, quæ ſunt generalia, applicare ad principia Theologiæ, quæ ſunt ſubalternata

(c) 2006 Ministerio de Cultura

his generalibus principiis, & propria ipſius Theologiæ; ſicut quando dicitur, bonitas eſt id, ratione cujus bonum agit bonum &c., quod poteſt applicari DEO, Angelo, homini &c.; & quidem ad divinam bonitatem poteſt applicari ſic: bonum eſt, quòd bonitas DEI ſit ei ratio, quòd producat bonum, & quia magnitudo eſt id, per quod bonitas eſt magna, bonitas & magnitudo DEI ſunt ratio DEO, ut producat bonum magnum &c.; & quia æternitas eſt id, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. durant, omnes tres ſunt ratio DEO, ut producat bonum magnum & æternum; & hoc idem per definitionem poteſtatis &c., ratione cujus bonus, magnus, æternus & potens DEUS poteſt producere productum bonum infinitum, æternum, potentem &c.; & hoc ſecundùm circulationem primæ Figuræ, quæ Principia primæ Figuræ ſunt generalia ad principia Theologiæ, ſcilicet ad divinam bonitatem, magnitudinem &c.

2. Item differentia, concordantia, contrarietas, quæ ſunt generalia principia, ſunt applicanda ad diſtinctionem & concordantiam, quæ ſunt in DEO, negando contrarietatem; ſicut in Eſſentia divini intellectûs diſtinctio & proprietas ſe ponunt, ut ſit diſtinctio inter intelligentem, intelligibilem & intelligere propriè & ſecundùm rationem, non tamen eſſentialiter, ut differentia ſeu diſtinctio faciat, quòd ſint rationes inconfuſæ, ita quòd definitio differentiæ ſit vera, & per conſequens definitio concordantiæ: & ſicut diximus de divino intellectu, ita de divina bonitate, magnitudine &c.

3. Iterum principium, medium & finis, quæ ſunt generalia principia, ſunt applicabilia ad principium, medium & finem in Divinis, ſicut in divino intellectu &c., in quo primariè, verè, eſſentialiter & neceſſariò ſunt intelligens ût principium, intelligere ût medium, & intellectum ût principiatum & finis; & hæc volunt definitiones principii, medii & finîs.

4. Item majoritas, æqualitas, minoritas, quæ ſunt generalia principia, ſunt applicabilia ad majoritatem, æqualitatem in Divinis; ſicut in divino intellectu, qui eſt idem cum DEO; dicendo, quòd inter intelligentem, intelligibilem & intelligere eſt æqualitas, cùm ſint idem per Eſſentiam, & æquales per relationem; & negando majoritatem & minoritatem in divina Eſſentia; veruntamen reſpectivè divina bonitas &c. eſt major quàm creata bonitas, & creata bonitas eſt minor; & hoc vult definitio majoritatis, æqualitatis & minoritatis, & definitio poteſtatis, ut in Eſſentia DEI ſit æqualitas.

Dicimus etiam, quòd applicatio, quam fecimus de principiis primæ Figuræ & principiis ſecundæ Figuræ, ſingulariter poteſt fieri, miſcendo ſimul principia primæ Figuræ cum principiis ſecundæ Figuræ, tam generalia Artis, quàm ſpecialia Theologiæ.

De Applicatione Regularum hujus Artis ad Regulas Theologiæ.

1. PRima Regula B. hujus Artis, quæ eſt generalis, eſt applicabilis ad Theologiam, ſicut quærere, utrùm DEUS ſit? & de hac applicatione jam dedimus exemplum ſuprà in *ſecunda Quæſtione* hujus Diſtinctionis de Applicatione, & etiam in *Quæſtione ſecundæ Partis* ejusdem Diſtinctionis, ubi quæritur, utrùm bonitas in DEO ſit ita potens, ſicut voluntas; & hoc ſufficit, quantum ad primam Regulam.

2. De ſecunda Regula C. dedimus exemplum, quomodo ſit applicabilis ad Theologiam in *tertia Quæſtione primæ Partis* hujus Diſtinctionis de Applicatione, ubi quæritur, quid eſt DEUS? & ibi hæc applicatio eſt exemplificata per *primam & ſecundam ſpeciem* Regulæ C.; dicimus autem ſecundùm *tertiam ſpeciem* dictæ Regulæ, quòd in divino intellectu intelligens eſt in ſuo proprio, vero, neceſſario & coëſſentiali intelligibili producens, & intelligibile producibile eſt in ſuo intelligente producente intelligibile producibile, & ambo ſunt agentes intelligere per modum amoris in amare; & hoc ſecundùm modum circulationis primæ Figuræ. *Quarta ſpecies* ejusdem Regulæ C. eſt applicabilis Theologiæ hoc modo, ſcilicet, quòd intelligentia divini intellectûs intelligens habet ſuum finem & ſuam quietem in ſuo proprio intelligibili & intelligere, & è converſo; & DEUS habet dominium in mundo, & divina bonitas &c. in bonitate creata.

3. Regula D., quæ eſt generalis, eſt applicabilis ad Regulam D. Theologiæ, ſicut per *primam ſpeciem* ejus, per quam intelligendum eſt, quòd divinus intellectus eſt de ſe

(c) 2006 Ministerio de Cultura

de ſe ipſo, & non de aliquo alio. Per *ſecundam ſpeciem* eſt intelligendum, quòd intellectus formaliter & eſſentialiter eſt de ſuo proprio, vero, neceſſario & coëſſentiali intellectivo intelligibili & intelligere. Per *tertiam ſpeciem*, ſicut dicendo, quòd mundus eſt DEI poſſeſſivè, & creatus intellectus eſt divini intellectûs.

4. Regula E., quæ eſt generalis, eſt applicabilis Regulæ E. Theologiæ, ſicut, cùm per *primam ſpeciem* dicitur, quòd divinus intellectus eſt formaliter per ſuum proprium intelligentem, intelligibilem & intelligere; & per *ſecundam ſpeciem* ſuus finis eſt, ut quieſcat intrinſecè in ſe ipſo per ſuum proprium intelligentem, intelligibilem & intelligere &c.; & ſimili modo poteſt dici, quòd DEUS eſt finis omnium Entium creatorum.

5. Regula F., quæ eſt generalis, eſt applicabilis Regulæ F. Theologiæ, dicendo per *primam ſpeciem*, quòd in DEO non eſt continua quantitas, cùm ſit infinitum Ens per eſſentiam & per agentiam, ſed continua quantitas eſt ſimilitudo, quòd eſſentia DEI eſt infinita extenſivè, ût ita loquar. Per *ſecundam ſpeciem* dicimus, quòd in Eſſentia DEI non eſt diſcreta quantitas, ſicut in divino intellectu, in quo ſuum coëſſentiale & connaturale intelligens, intelligibile & intelligere non habent quantitatem, cùm ſint idem per eſſentiam & ſinè continua quantitate, ſinè qua continua quantitate diſcreta quantitas non poteſt eſſe; veruntamen creatæ diſcretæ quantitates ſunt aliqualiter ſimilitudines prædictorum intelligentis, intelligibilîs & intelligere, ut per effectum ſint intelligibiles vel cognoſcibiles.

6. Regula G., quæ eſt generalis, eſt applicabilis Regulæ G. Theologiæ: per *primam ſpeciem*; ſicut divina bonitas, quæ habet ita proprium & primarium bonificare, & æternitas æternare, ſicut divinus intellectus intelligere, voluntas amare. Per *ſecundam ſpeciem*, ſicut divinus intellectus, qui ſic appropriavit creato intellectui intelligere, ſicut voluntas divina creatæ voluntati velle.

7. Regula H. habet multas generales ſpecies, & ſunt applicabiles ſpeciebus Theologiæ reſpectu temporis; ſicut cùm dicitur, quòd DEUS fuit in tempore producendo & creando tempus; & quia eſt æternus, creavit tempus durificando, ſicut bonus bonificando; & ſic eſt Dominus temporis per *tertiam ſpeciem* Regulæ D., ſicut per *quartam ſpeciem* C.: & licèt hæc Regula ſit longa & diffuſa, ſufficit tamen hoc, quod de ipſa dictum eſt.

8. Regula I. eſt generalis, & eſt applicabilis Regulæ I. Theologiæ, ſicut DEUS, qui tantúm comprehendit locum, cùm ſit immenſus, quantúm comprehendit tempus, cùm ſit æternus; & ſicut ſuus intellectus, qui per ſuam infinitatem reſpectu *ſecundæ ſpeciei* Regulæ C. comprehendit omnia loca, in quibus ſunt plura entia creata; & ſic de aliis: licèt autem Regula ſit diffuſa, tamen ſua applicatio eſt intelligibilis per ea, quæ dicta ſunt de ipſa.

9. Regula K. de Modalitate, quæ eſt generalis, eſt applicabilis Regulæ de modalitate Theologiæ, ſicut modus divini intellectûs per *ſecundam ſpeciem* Regulæ C., qui intellectus habet modum exiſtendi tres res, ſcilicet intelligens, intelligibile & intelligere, & unum in alio, & omnes tres per eſſentiam in ipſo intellectu, & ipſe in ipſis; & habet modum, ut creando influat ſuam ſimilitudinem in intellectu angelico & humano.

10. Regula K. de Inſtrumentalitate, quæ eſt generalis, eſt applicabilis Regulæ de inſtrumentalitate Theologiæ, ſicut DEUS, qui creavit mundum bonum cum ſua bonitate, magnum cum ſua magnitudine, durabilem cum ſua æternitate, potentem cum ſua poteſtate &c.; & ſicut DEUS, qui agit in ſe intrinſecè cum ſua bonitate, magnitudine &c., creavit ſic ſubſtantiam mundi, ut ipſa agat naturaliter cum ſuis principiis primis & coëſſentialibus, ſcilicet cum ſua forma & materia, & cum ſuis particularibus individuis, ſcilicet cum igne, homine, leone &c.

Data eſt ergò doctrina, qualiter generalia Principia & Regulæ debent applicari, quæ ſunt generales Principiis & Regulis, quæ ſunt ſpeciales Theologiæ.

De Applicatione Principiorum & Regularum hujus Artis ad ſolvendum Quæſtiones Theologiæ.

DIctum eſt in prædicto Capite Applicationis de Modo applicandi, quoniam ſolvimus Quæſtiones, quæ quærunt, utrùm DEUS ſit? & quid eſt DEUS? & utrùm divina bonitas ſit ita potens, ſicut divina voluntas? & in ſolvendo prædictas quæſtiones danda eſt doctrina ad applicandum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

candum iſtam Artem ad ſolvendum quæſtiones Theologiæ; ſed adhuc proponimus ipſam applicare, quia deſideramus ſolvere aliquas quæſtiones Theologiæ.

1. *Quæritur*, utrùm DEUS agat in ſua Eſſentia cum ſua tota infinita poteſtate? dicimus autem tenendò affirmativam ſic per definitionem Regulæ poteſtatis & per ultimam Regulam K.; quia ſi DEUS non ageret in ſua Eſſentia cum tota ſua infinita poteſtate, bonitas, magnitudo, æternitas &c. non poſſent habere infinitos actus, cùm divina poteſtas non haberet infinitum actum, quia cum otioſitate infinitæ poteſtatis divina bonitas, magnitudo, æternitas haberent otioſitatem æternè & infinitè; quod eſt contra primam Regulam & definitionem bonitatis, magnitudinis, æternitatis &c.: ergò ſequitur, quòd affirmativa eſt tenenda.

2. *Quæritur*, utrùm DEUS tantúm diligat actum ſuæ bonitatis & poteſtatis, quantúm diligit actum ſui intellectûs & voluntatis? & dicimus, quòd ſic, ût vult prima Regula & *ſecunda ſpecies* Regulæ C., & definitio finîs, bonitatis, poteſtatis & voluntatis.

3. *Quæritur*, utrùm DEUS plus poſſit agere de bono creato in ſe ipſo, quàm in creatura? & dicimus, quòd ſic, ût vult Regula BCG., quia Regula B. plus recolit, intelligit & diligit de bono, ſi DEUS agit de creatura in ſubjecto increato, quàm in ſubjecto creato; & Regula C. per *tertiam ſpeciem* dicit, quòd plus eſt ibi de actione; & per *quartam ſpeciem* dicit, quòd DEUS plus habet de actione, & Regula G. dicit, quòd plus eſt ibi de appropriatione: definitio inſuper bonitatis dicit, quòd bonitas eſt magìs ratio bono, ut agat bonum; & definitio magnitudinis dicit, quòd DEUS magìs ambit magnum agere; & definitio finîs dicit, quòd ibi eſt magìs de quieſcere; negativa autem omnia deſtruit: unde ſequitur, quòd affirmativa eſt tenenda.

4. *Quæritur*, utrùm Theologia ſit Scientia? & dicendum eſt, quòd Theologia eſt duplex, ſcilicet Theologia, quæ eſt Scientia, & quæ non eſt Scientia; illa, quæ eſt Scientia, eſt argumentabilis, & illa, quæ non eſt Scientia, eſt credibilis; & hoc vult Regula BFG. & definitiones bonitatis, ſapientiæ & voluntatis; quia ſicut in via voluntas eſt amativa ad amandum DEUM, quieſcendo ſuo modo in amando DEO, ſic in via intellectus ponit Theologiam ſcientiam ad ſciendum & intelligendum DEUM, ut intelligendo ſuo modo quieſcat in ipſo, cùm illa quies ſit bona ratione bonitatis, amabilis ratione voluntatis, & intelligibilis ratione intellectûs. Dicimus autem, quòd, quantum ad Authoritates Sanctorum, eſt credibilis: & ea, quæ ſunt præmiſſa, fuerunt ſignificata in eo, quod noſter Dominus JESUS Chriſtus dixit beato Thomæ: *Quia vidiſti me Thoma, credidiſti, & beati, qui me non viderunt & crediderunt*, Thomas vidit hominem, & credidit DEUM, & ſignificatum fuit, quòd viſio eſt Scientia, & credere eſt Fides.

5. *Quæritur*, utrùm debeat eſſe generalis Reſurrectio? & dicendum eſt per affirmativam, quòd ſic, ût vult Regula BFG. & definitiones bonitatis, ſapientiæ, voluntatis, quia ſapientia ſcit, quòd homo peccat, & ſcit, quòd homo eſt judicabilis in alia vita, ut attingat ſuum finem, & juſtitia DEI in ipſo; hoc autem deſtruit negativa; quæ deſtructio eſt mala & odibilis.

6. *Quæritur*, utrùm DEUS velit, quòd in via ſit magìs amatus quàm intellectus? & dicendum eſt, quòd non, ût vult Regula BFG. & definitiones bonitatis, ſapientiæ & voluntatis, quia divina bonitas eſt æqualiter intelligibilis & amabilis; & quia affirmativa deſtruit talem æqualitatem, ſequitur, ipſam eſſe nullam.

7. *Quæritur*, utrùm Beatus in patria attingens Eſſentiam DEI, attingat intrinſecè ejus agentiam? & dicimus, quòd ſic, ût vult Regula BCG. & definitiones bonitatis, magnitudinis & finîs, ut beatus quieſcat intelligendo & diligendo eſſentiam & & agentiam, cùm ſint idem per eſſentiam, quæ identitas eſt bona, & diſtinctio earum eſſet mala; ergò affirmativa eſt vera.

8. *Quæritur*, utrùm DEUS creaverit mundum ad majorem finem, quem potuit intelligere? & dicimus, quòd ſic, ût vult Regula BFG. & definitiones bonitatis, ſapientiæ & voluntatis; quia DEUS tantúm creavit mundum per ſuam voluntatem, quantúm per ſuam ſapientiam, cùm ſua ſapientia & voluntas ſint idem & ejusdem bonitatis per eſſentiam; & quia negativa hæc deſtruit, eſt nulla.

9. *Quæritur*, utrùm homo credens aliqua de DEO, quæ non ſunt credenda, & non credens aliqua de DEO, quæ ſunt credenda, credens tamen, ſe bene credere, poſſit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

poſſit ſalvari? & dicimus, quòd non, ût vult Regula B F G. & definitiones bonitatis, ſapientiæ, voluntatis & veritatis, cùm DEUS ſit veritas, ſicut bonitas; quia ſicut cum malitia homo non eſt in via ad attingendum finem in bono, ſic nec cum falſitate ad attingendum finem in vero; & quia affirmativa hoc deſtruit, eſt impoſſibile, eam eſſe veram.

10. *Quæritur*, utrùm in DEO ſit nolle ſibi coëſſentiale? & dicimus, quòd non, & hoc vult Regula B E G. & definitiones voluntatis, bonitatis & poteſtatis, quia DEUS totus eſt per eſſentiam voluntas, bonitas & poteſtas, & ideo in ſuam eſſentiam non cadit nolle, cùm ſit contrarium voluntatis, ſicut nec malum, quod eſt contrarium bonitatis: item ſi in DEO eſſent velle & nolle per eſſentiam, eſſent in DEO plures diverſæ eſſentiæ, & DEUS ita quieſceret in ſe per nolle, ſicut per velle; quod eſt falſum & impoſſibile: ergò negativa eſt vera.

Diximus de Applicatione Artis ad Theologiam, ſolvendo aliquas quæſtiones per Rationes, nunc volumus facere applicationem ſolvendo quæſtiones per Authoritates, reducendo Authoritates ad neceſſitatem rationum vel argumentorum; & hoc facimus, ad dandam doctrinam, qualiter per hanc Artem reducuntur Authoritates ad Demonſtrationem?

Legitur in Geneſi, quòd DEUS dixit: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*; & hìc quæritur, utrùm DEUS dixerit hoc ad ſignificandum in ſe pluralitatem, aut non? & dicimus, quòd ſic, ût vult Regula B C E. & definitiones bonitatis, magnitudinis & poteſtatis, quia per ſecundam ſpeciem Regulæ C. eſt ſignificatum, quòd ſicut in divino intellectu, qui eſt DEUS, ſunt plura, ſcilicet intelligens, intelligibile & intelligere, & tamen ipſe intellectus eſt unus, ſic in homine ſunt plura, ex quibus eſt, & tamen ipſe homo eſt unus; & ſicut divinus intellectus non poſſet eſſe, niſi haberet in ſe prædicta plura, nec poſſet habere plura, niſi eſſet unus, ſic homo non poſſet eſſe ſinè pluribus ſibi coëſſentialibus, nec habere plura, niſi eſſet unus, ſic DEUS non poſſet eſſe, niſi haberet plura ſibi coëſſentialia, & eſſet unus, nec poſſet eſſe unus, niſi haberet plura; negativa autem hæc deſtruit, ergò eſt falſa.

Dixit Iſaias: *Niſi credideritis, non intelligetis.* Quæritur ergò, utrùm illud, quod credimus de DEO, poſſimus intelligere? & dicimus, quòd ſic, ſed quòd non ſimpliciter, homo enim non habens ſcientiam aut intellectum elevatum non poteſt de DEO intelligere illud, quod poteſt credere, quia actus voluntatis eſt facilis, actus verò intellectûs difficilis: unde ratione ſignificationis Authoritatis dicimus, quòd ſic, quia per negativam ipſa Authoritas eſſet ſuperflua, contra quam ſuperfluitatem eſt Regula B F G. & definitio bonitatis, ſapientiæ & voluntatis; non tamen affirmamus, quòd tantúm poteſt homo de DEO intelligere, quantúm credere; & hoc ſignificatum eſt per facilitatem actûs voluntatis, & difficultatem actûs intellectûs.

Beatus Joannes dixit in ſuo Evangelio: *In Principio erat Verbum, & Verbum erat apud DEUM, & DEUS erat Verbum.* Quæritur, quomodo iſta Authoritas eſt intelligenda? ſolutio E F K., hoc eſt, quòd in principio (quod eſt ante omnia, ſcilicet intelligens, per quem omnia ſunt intelligibilia) erat intellectus conceptus per primum intelligentem, qui intellectus erat apud intelligentem, & intelligens erat intellectus per eſſentiam; & hoc vult Regula nona & decima K., & etiam Regula B C. & definitiones bonitatis, magnitudinis, principii, æqualitatis, finîs & gloriæ: & quia negativa hæc omnia deſtruit, affirmativa eſt tenenda.

Et etiam Beatus Joannes in eodem Evangelio: *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſinè ipſo factum eſt nihil.* Unde quæritur, utrùm iſta Authoritas ſit vera? & dicimus, quòd ſic, ût vult definitio bonitatis, magnitudinis, durationis & veritatis, cùm in DEO bonitas ſit ratio ei, ut agat bonum, & magnum bonum per magnitudinem, & durabile per durationem, & verum per veritatem; & hoc vult Regula B. & Regula C. per ſecundam ſpeciem & quartam, cùm divina bonitas habeat in ſe coëſſentiale bonificativum, bonificabile & bonificare contra nihil, id eſt, peccatum, quod eſt malum, in quo peccato DEUS non poſſet quieſcere ratione Regulæ G.: & quia negativa omnia hæc deſtruit, ſequitur, quòd affirmativa eſt vera.

Diximus de Applicatione hujus Artis ad Theologiam, & per ea, quæ diximus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mus in præſcriptis quæſtionibus, poteſt Artiſta applicare ad alias quæſtiones.

CAPUT II.

De Applicatione hujus Artis ad Philoſophiam.

1. SUbjectum Philoſophiæ eſt Ens creatum, cujus notitia eſt deſiderata: dividitur autem Philoſophia in tres Partes. Prima Pars eſt de *Trivio*, in quo agitur de Sermone; ſecunda autem de *Quadrivio*, in quo agitur de Ente Mathematico; in tertia Parte agitur de *Ente naturali*. *Trivium* autem conſtituunt tres Scientiæ de ſermone, ſcilicet *Grammatica, Logica* & *Rhetorica*. *Quadrivium* verò conſtituunt quatuor Scientiæ, ſcilicet *Arithmetica, Muſica, Geometria & Aſtronomia.*

2. Grammatica conſiderat in ſermone congruum & incongruum; Dialectica verum & falſum; Rhetorica ornatum & inornatum; Arithmetica verò eſt de quantitate diſcreta, ſcilicet de numero abſolutè; Muſica de numero relatõ ad ſonum; Geometria de quantitate immobili; Aſtronomia de quantitate mobili, ſcilicet de corpore cœleſti & ejus effectibus.

3. Intendimus autem dare exemplum applicationis in Logica & Rhetorica tantùm causâ brevitatis, quia nimìs ultra propoſitum diffuſus eſſet iſte Tractatus, ſi exemplificaremus in omnibus; & per ea, quæ dicemus in applicatione ad prædictas duas Scientias, poterit quilibet ſtudioſus facere applicationem in cæteris.

De Applicatione hujus Artis ad Logicam.

PRimò dicemus de Logica, dando doctrinam applicandi hanc Artem ad Logicam; & deinde docebimus per Artem ſolvere logicales quæſtiones: unde cùm veritas ſit unum de principiis hujus Artis, & Logica conſideret verum in ſermone, ſicut præmiſſum eſt, miſcendo veritatem cum aliis principiis & cum generalibus Regulis hujus Artis, poteſt fieri applicatio ad ſpecialia principia Logicæ, & ſpeciales Regulas in Logica implicatas: Logicus enim poteſt conſiderare logicalem bonitatem ſecundùm definitionem generalis bonitatis, & logicalem magnitudinem ſecundùm definitionem generalis magnitudinis, & ſic de aliis, & etiam de Regulis, & poſtea applicare ad propoſitum affirmando vel negando, & tenendo ſimilem modum illi, quem tenuimus in præmiſſis quæſtionibus, & proponimus tenere in ſequentibus, quod exemplificabimus in ſolvendo logicales Quæſtiones.

1. *Quæritur*, utrùm hæc Scientia & Logica habeant idem ſubjectum? & dicimus, quòd non, ût vult definitio bonitatis, magnitudinis, ſapientiæ, veritatis & differentiæ; quia per iſtam Scientiam Naturalis conſiderat agere naturale reale bonum, & Logicus intentionale, & magnitudo ambit plus per hanc Scientiam de bono reali, quàm Logicus de intentionali, & intellectus attingit plus de veritate, quàm Logicus: unde ſequitur diſtinctio inter ſubjectum hujus Artis & ſubjectum Logices; quam diſtinctionem affirmativa deſtrueret, & etiam deſtrueret Regulam B C D.; quæ deſtructio eſt impoſſibilis: unde ſequitur, quòd negativa eſt tenenda.

2. *Quæritur*, utrùm Logicus priùs conſideret genera, quàm ſpecies? & reſpondendum eſt per diſtinctionem; nam uno modo priùs conſiderat genera quàm ſpecies, videlicet ratione principii, cùm genus ſit generale principium, à quo ſpecies derivantur; alio modo priùs conſiderat ſpeciem, quàm genus; videlicet ratione finîs, quia individuum ſe habet in ratione finîs, in quo genus & ſpecies quieſcunt, ſpecies autem eſt prior huic fini, ſcilicet individuo, quàm genus; & hoc vult definitio principii, medii & majoritatis, & Regula B E F.

3. *Quæritur*, utrùm Demonſtratio, quæ fit per Æquiparantiam, ſit magìs vera, quàm illa, quæ fit per cauſam & effectum? & dicimus, quòd ſic, cùm demonſtratio, quæ fit per æquiparantiam, ſit omninò remota à minoritate, & propter quid & quia non; & hoc vult definitio magnitudinis, æqualitatis & Regula B. & ſecunda ſpecies Regulæ C.; & quia negativa hæc omnia deſtruit, eſt nulla.

4. *Quæritur*, utrùm Genus ſit Ens reale? & reſpondendum eſt per diſtinctionem, negando per ſubſtantiam, affirmando per corpus & animal, cùm ſubſtantia ſit diviſibilis in ſubſtantiam corporalem & ſpiritualem, corpus & animal non, quantum ad materiam; & hoc, quod dicimus, vult definitio medii, poteſtatis, principii & Regula B F K.

Quæ-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

5. *Quæritur*, utrùm Logicus volens facere demonſtrationem, conſideret priùs ſubjectum quàm prædicatum? & reſpondendum eſt per diſtinctionem, nam ratione finîs priùs conſiderat prædicatum, quàm ſubjectum, quia principaliter intendit finem, ratione verò materiæ priùs conſiderat ſubjectum quàm prædicatum, quia per ſubjectum attingit prædicatum; & hoc vult definitio principii, medii & finîs & Regulæ B E G.

6. *Quæritur*, utrùm Logicus habeat ita practicum intellectum circa verum per ſyllogiſmum, ſicut per enthymema? & dicimus, quòd non, cùm in ſyllogiſmo ſint plura media, quàm in enthymemate; cùm intellectus difficiliùs intelligat multa, quàm pauca, & in multis ſint plura ſecreta, quàm in paucis; & hoc vult Regula F. & definitio medii: & hæc de Applicatione hujus Artis ad Logicam ſufficiant.

De Applicatione hujus Artis ad Rhetoricam, cujus Subjectum eſt Pulchritudo Verborum.

ISta Pars, quæ eſt de Applicatione hujus Artis ad Rhetoricam, dividitur in *tres Partes*. *Prima Pars* eſt de Inveſtigatione pulchritudinis verborum per Principia. *Secunda* per Regulas. *Tertia* per Quæſtiones.

De Inveſtigatione Pulchritudinis Verborum per Principia.

1. ET primò de prima Parte colorando cum principiis pulchrum verbum, ſicut dicere: Regina, quæ eſt valde pulchra, eſt valde bona; Regina, quæ eſt valde pulchra, habet magnam humilitatem; Regina, quæ eſt valde pulchra, ſemper continet honeſtatem; Regina, quæ eſt valde pulchra, habet cum ſua pulchritudine magnam poteſtatem in Rege; Regina, quæ eſt valde pulchra, habet magnam ſapientiam; Regina, quæ eſt valde pulchra, eſt multùm amata; Regina, quæ eſt valde pulchra, habet magnam largitatem, caſtitatem, juſtitiam & charitatem; Regina, quæ eſt valde pulchra, multum diligit veritatem; Regina cum ſua magna pulchritudine dat magnam delectationem omnibus illis, qui ipſam reſpiciunt; Regina tantúm eſt pulchra per colorem, quòd non eſt differentia inter ſuam albedinem & albedinem lilii, & inter colorem roſæ & ſuarum genarum; omnes pulchritudines Reginæ ſunt in magna concordantia, & valde benè proportionatæ; Domina Regina, ſicut cum ſua magna pulchritudine eſt contra turpitudinem, ſic cum ſua magna honeſtate & bonitate eſt contra malitiam & inhoneſtatem; in pulchritudine Dominæ Reginæ incipiunt pulchritudines ſuarum domicellarum; color, quem habet Domina Regina in medio ſuæ faciei, ſimilatur colori roſæ; Regina cum ſua magna pulchritudine dat quietem beneplaciti illis, qui eam conſpiciunt; Regina cum ſua majori pulchritudine multiplicat pulchritudinem illis, qui ei adſtant; Regina eſt tam pulchra, quòd omnes pulchritudines ejus ſunt in ipsâ æquales; Regina cum ſua magna pulchritudine facit omnes alias pulchritudines apparere nullas.

2. Sicut dedimus exemplum de pulchritudine ad colorandum ipſam cum principiis, ſic Artiſta poteſt facere in aliis: patet hoc, quod diximus de coloribus pulchritudinis, eſſe verum per contrarium ſic dicendo: Regina, quæ eſt valde pulchra, eſt valde mala & inhoneſta, hoc enim eſſet ipſam vel ejus pulchritudinem decolorare, & ſic de aliis.

De Inveſtigatione Pulchritudinis Verborum per Regulas.

1. ET primò per Regulam C. & ſpecies ejus, ſicut definire per *primam ſpeciem*, ſcilicet, quæ eſt pulchritudo verborum? & dicendum eſt, quòd pulchritudo verborum eſt forma ornata, diſparata ab inornata, verbis attributa. Per *ſecundam ſpeciem* dicendum, quòd pulchritudo verborum eſt in hoc, quòd ſit de pulchro coëſſentiali ſubſtantivo & adjectivo & accentu. Per *tertiam ſpeciem*, quòd ſit in audientibus virtuoſa & placida. Per *quartam ſpeciem*, quòd loquens habeat ſuum intentum in audientibus per pulchra verba.

2. Per *primam ſpeciem* Regulæ D. requiritur, quòd verba ſint nova, cùm novitas verborum placeat audientibus. Per *ſecundam ſpeciem*, quòd forma verborum ſit ex pulchris vocabulis conſtituta, exiſtentibus pulchris vocabulis materia ipſi formæ. Per *tertiam ſpeciem*, ut verba ſint inſtrumenta loquentibus, & finis audientibus.

3. Per *primam ſpeciem* Regulæ E. requiritur, quòd verba ſint compoſita ſub pulchra forma. Per *ſecundam ſpeciem*, quòd verba

(c) 2006 Ministerio de Cultura

verba ſint applicata cum pulchritudine finîs.

4. Per *primam ſpeciem* Regulæ F. oportet, quòd verba ſint continuata & menſurata, ſecundùm quòd decet. Per *ſecundam ſpeciem*, quòd verba habeant diſcretas quantitates proportionatas applicatas ad continuam ſucceſſivè de uno pulchro vocabulo in aliud.

5. Per *primam ſpeciem* Regulæ G. vult Ars, quòd Artiſta applicet pulchra verba ad ſuum intentum & ad intentum audientium. Per *ſecundam ſpeciem* vult Ars, quòd Artiſta cum pulchris verbis coloret & ornet propria verba ad hoc, ut pulchritudo multiplicetur, ſicut diximus in *prima parte* hujus Capitis.

6. Per Regulam H., quæ eſt diffuſa, vult Ars, quòd Artiſta antè concipiat verbum per Regulam C. & D. de modo & inſtrumentalitate, & ſecundùm quòd intrà concepit, proferat extrà, ut de verbis prolatis habeat ſcientiam, ſinè qua ſcientia verba non poſſunt habere pulchritudinem, nec tempus proportionatum.

7. Per Regulam I., quæ ſimiliter eſt diffuſa, requirit Ars, quòd Artiſta ponat verba in ſua mente per Regulam C D., & de modo & inſtrumentalitate; poſtmodum ipſa ponat ad os, & de ore transferat ad audientes characterizando ea cum pulchritudine in mentibus audientium, faciendo ipſos humiles cum humilitate verborum ad recipiendum verba, & ad ſciendum eadem, & ſic de charitate & veritate.

8. Per Regulam de Modalitate vult Ars, quòd Artiſta applicet hanc Regulam ad ſuum modum loquendi; quia ſicut iſta Regula docet ponere partem in parte, & partes in toto, & totum in ſuis partibus, ita quòd totum influat extrà ſuam ſimilitudinem, & ſimilitudines ſuarum partium, ſic Rhetoricus debet ponere unum pulchrum verbum in alio, & omnia in ſermone, & ſermonem in ipſis, & hoc in ſua mente, poſtea transferat extrà cum ſimilitudine ejus, quod in mente concepit, cum decenti geſtu, in reſpiciendo audientes cum hilari facie absque ſuperflua emiſſione & motu capitis, manûs & cæterorum membrorum.

9. Regulam de Inſtrumentalitate, quæ eſt generalis, debet Rhetoricus applicare ad ſuam Regulam ſpecialem, quam habet in loquendo, ſcilicet, quòd ipſe ſit loquens cum benignitate & veritate, humilitate & cæteris virtutibus, ut audientes virtuosè accipiant ſua verba pulchra facta & ornata cum virtute.

De Quæſtionibus Rhetoricæ.

1. *Quæritur*, quare loquela pulchrior eſt per nomen, quàm per verbum? & reſpondendum eſt per ſignificationem E G H.; quia Regula E. denotat formam & finem, & verbum eſt inſtrumentum, per quod tendit ad ſuum finem, & ſic dignius eſt, & per conſequens pulchrius eſt nomen quàm verbum; & hoc vult etiam definitio poteſtatis, principii, quod per ſe patet. Etiam Regula G. ſignificat, quòd in loquela nomen eſt proprium, & verbum eſt appropriatum; & quia proprium nobilius eſt & pulchrius quàm appropriatum, ergò &c. Item definitio voluntatis, cùm ipſa dicat nomen & non verbum; in loquela nomina ſunt magìs deſiderata quàm verba; & ſic de H. ſuo modo: oftenſa eſt ergò ratio, per quam loquela eſt pulchrior per nomina quàm per verba.

2. *Quæritur*, utrùm loquela ſit pulchrior per adverbium, quàm per participium? & dicimus, quòd ſic, ût ſignificatum eſt per Regulam B G H. & per definitiones bonitatis, voluntatis & majoritatis; quia adverbium eſt magìs recolibile, intelligibile & amabile quàm participium, cùm adverbium à nomine dependeat intenſivè, & participium à verbo extenſivè; & hoc, quia commune, & nomen nobilius & pulchrius eſt quàm verbum, ût ſuprà probatum eſt: eſt ergò in pulchra loquela adverbium magìs appropriatum, quàm participium; ratione cujus majoris appropriationis major quies eſt per adverbium quàm per participium; & per conſequens major ratio pulchritudinis & deſiderabilitatis: ergò &c.

3. *Quæritur*, utrùm loquela ſit pulchrior per charitatem quàm per pietatem? & reſpondendum eſt per Regulam B G K. & definitiones bonitatis, voluntatis & gloriæ; & eſt pulchrior per charitatem quàm per pietatem, quia bonitas eſt magìs deſiderabilis per charitatem quàm per pietatem, cùm charitas ſit nobilior & major virtus quàm pietas, & per conſequens eſt plus de quiete voluntatis, & plus de gloria & modalitate & inſtrumentalitate in charitate, quàm in pietate: ergò &c.

Quæ-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

4. *Quæritur*, utrùm pulchriora verba ſint in laudando virtutes, quàm in deteſtando vitia? & dicimus, quòd in laudando virtutes; & hoc ſignificatur per Regulam BGK. & definitiones bonitatis, voluntatis & virtutis, quia bonitas virtutis eſt propriè recolibilis, intelligibilis & amabilis, & malitia vitiorum per appropriationem eſt odibilis; & quia proprium plus dicit, quàm appropriatum, ideo &c.

Patet igitur per præmiſſa, qualiter hæc Ars generalis eſt applicabilis ad Rhetoricam; nunc videndum eſt de Applicatione ejus ad naturalem Philoſophiam.

De Applicatione hujus Artis ad Naturam.

ISte Tractatus dividitur in *tres Partes*. *Prima Pars* eſt de Applicatione Principiorum hujus Artis ad Principia Philoſophiæ. *Secunda Pars* eſt de Applicatione Regularum ad Regulas Philoſophiæ. *Tertia Pars* eſt de Applicatione Principiorum & Regularum ad Quæſtiones Philoſophiæ.

De Applicatione Principiorum hujus Artis ad Principia Philoſophiæ.

1. BOnitas, quæ eſt generalis, eſt applicabilis bonitati naturæ, quæ bonitas naturæ eſt regulata, ut ſit ratio naturali bono, quòd agat naturale bonum regulariter ſub generali bonitate.

2. Magnitudo, quæ eſt generalis, cauſat naturalem magnitudinem, ut ipſa magnificet naturaliter naturalia entia.

3. Duratio, quæ eſt generalis, cauſat naturalem durationem, ut per eam naturaliter naturalia durent.

4. Poteſtas, quæ eſt generalis, regulat & cauſat naturalem poteſtatem, ut per ipſam naturalia Entia poſſint naturaliter exiſtere & agere.

5. Sapientia, quæ eſt generalis, cauſat intelligibilitates Entium; & ſic de naturali inſtinctu, ſcilicet, ſicut intellectus cujuslibet hominis, qui in ſua intelligibilitate coëſſentiali cauſat intelligibilitates acquiſitas, ſcilicet intelligibilitatem leonis, roſæ &c., quæ intelligibilitas eſt applicabilis ad naturalem intelligibilitatem, ſicut intellectus, qui naturaliter intelligit leonem, roſam &c.

6. Amabilitas vel deſiderabilitas, quæ eſt generalis, cauſat amabilitatem vel deſiderabilitatem & appetibilitatem Entium naturaliter; ſicut bonitas, ſanitas, honor &c., quæ ſunt naturaliter deſiderabilia & cauſata in deſiderabilitate per deſiderativum in ſuo proprio deſiderabili coëſſentiali & naturali.

7. Virtus, quæ eſt generalis, cauſat ſpecialem virtutem naturaliter; ſicut ignis, qui in ſua naturali virtute cauſat virtutes herbarum, & ſic de virtute in animalibus, & per conſequens de virtute intellectûs, voluntatis &c.; & hoc idem per accidens, ſicut homo, qui cauſat juſtitiam, prudentiam &c. in ſua naturali virtute.

8. Veritas, quæ eſt generalis, cauſat naturalem ſpecialem veritatem; ſicut veritas intellectûs, quæ cauſat ſpeciales veritates in ſuo verificabili; & ſic de igne & de aliis.

9. Delectatio ſeu gloria, quæ eſt generalis, cauſat multas delectationes naturaliter in ſuo generali delectabili; ſicut homo, qui delectatur naturaliter in ſua coëſſentiali delectatione gloriando in pluribus delectationibus acquiſitis & multiplicatis, deductis in ſuo generali delectabili, in quo recipiunt characteres & ſimilitudines quietis & delectationis.

10. Differentia, quæ eſt generalis, cauſat ſpeciales naturales differentias; ſicut intellectus cujuslibet hominis, qui habet diſtinctionem per ſuum proprium intellectivum, intelligibile & intelligere, per quæ cauſat diſtinctionem entium in ſua propria diſtinctione, hoc eſt, per ſuam diſtinctionem eſſentialem intelligendo diſtinguit inter album & nigrum, verum & falſum, & viſus inter album & nigrum, & rubeum & viride, figuram triangularem, quadrangularem & circularem, & ſic de generali inſtinctu & appetitu.

11. Concordantia, quæ eſt generalis, cauſat ſpecialem naturalem concordantiam; ſicut concordativus, qui in ſuo coëſſentiali concordabili concordat plures concordatas naturas in genere concordantiæ; ſicut ignis, qui in ſuo ignibili concordat alia elementa ad conſtituendum unam ſubſtantiam elementatam individuatam.

12. Contrarietas, quæ eſt generalis, cauſat contrarietates, quas habent elementa in elementatis; ſicut in pipere, roſa &c., per quam contrarietatem fit corruptio, ſicut per concordantiam generatio.

13. Principium, quod eſt generale, cauſat ſpecialia & naturalia principia; ſicut bo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nitas, quæ eſt principium per generale principium, & homo pater per generale principium eſt conſtitutus, quòd ſit principium ſuo filio, & ſic de aliis.

14. Medium, quod eſt generale, cauſat ſpeciale medium; ſicut ignire, calefacere &c., quod eſt cauſatum naturaliter per generale medium, ſcilicet per medium conſiſtens inter generalem formam & materiam.

15. Finis, qui eſt generalis, cauſat naturalem ſpecialem finem, ſcilicet finem hominis, qui eſt cauſatus à generali fine, ſcilicet ad recolendum, intelligendum & diligendum; & finis mechanicarum artium ad finem vitæ hominis, & finis liberalium artium ad finem morum hominum, & finis morum hominum ad finem quietis in patria.

16. Majoritas, quæ eſt generalis, cauſat ſpeciales & naturales majoritates; ſicut in cholera majoritatem ignîs, & in ſanguine majoritatem aëris, & ſic de aliis, quæ ſunt cauſata majoritate naturalîs inſtinctûs & appetitûs generalîs formæ & materiæ.

17. Æqualitas, quæ eſt generalis, cauſat ſpeciales æqualitates; ſicut æqualitas, quam habet generaliter corporalis ſubſtantia per formam & materiam, ex quibus æqualiter eſt conſtituta, cauſat particulares æqualitates in individuatis ſubſtantiis ſuſtentatas.

18. Minoritas, quæ eſt generalis, cauſat ſpeciales naturales minoritates, ut unum corpus ſit minus alio, & una virtus minor aliâ; & ſic de aliis.

Dictum eſt de Applicatione Principiorum hujus Artis ad Philoſophiam, dicendum eſt de Applicatione Regularum.

De Applicatione Regularum hujus Artis ad Regulas Philoſophiæ.

1. REgula B., quæ eſt generalis, poteſt applicari ad faciendum naturales quæſtiones; ſicut quærere, utrùm natura habeat proprium naturativum, naturabile & naturare, quæ ſunt de ſua eſſentia; ſicut quando quæritur, utrùm generans priùs incipiat corrumpere materiam, de quâ producit generatum, antequam generet? & ſic de aliis.

2. Regula C., quæ eſt generalis, poteſt applicari ad ſpecificam naturalem Regulam, quæ in ipſa eſt implicita; & primò de *prima ſpecie*, ſicut, cùm quæritur, quid eſt natura? & reſpondendum eſt, quòd natura eſt Ens, per quod principia hujus Artis ſunt naturalia; quia ſicut omnia colorata ſunt colorata ſub genere coloris, ſic omnia naturata ſunt naturata ſub genere naturæ: per *ſecundam ſpeciem*; ſicut quando quæritur, quid habet natura in ſe ſibi coëſſentiale & naturale? & reſpondendum eſt, quòd habet naturans, naturabile & naturare: per *tertiam ſpeciem*, quando quæritur, quid eſt natura in alio? & reſpondendum eſt, quòd natura eſt in naturali agente mobilis vel mota: per *quartam ſpeciem*, quando quæritur, quid habet natura in alio? & reſpondendum eſt, quòd habet in alio, ſcilicet in ſubjecto, in quo eſt, motum localem augmentabilem & alterabilem, quietem, naturare, naturatum, & ſic de aliis, inſuper bonitatem, magnitudinem &c.

3. Regula D., quæ eſt generalis, eſt applicabilis ad naturalem Regulam, quæ eſt ſpecialis; ſicut quærere ſecundùm *primam ſpeciem* ipſius Regulæ, natura de quo eſt? & reſpondendum eſt, quòd de ſe ipſa, cùm ſit impoſſibile, ipſam eſſe de alio ente, quod non eſt de ſuo genere: per *ſecundam ſpeciem*, quando quæritur, natura de quo eſt? & reſpondendum eſt, quòd eſt de ſuis primariis naturalibus & eſſentialibus principiis naturante, naturato & naturare: per *tertiam ſpeciem*, quando quæritur, natura cujus eſt? & reſpondendum eſt, quòd natura eſt agentis naturalis, in quantum agit de ipſa & cum ipſa naturaliter.

4. Regula E., quæ eſt generalis, eſt applicabilis ad ſpecificam naturalem Regulam; ût ſi quæratur per *primam ſpeciem*, natura quare eſt? & reſpondendum eſt, quòd eſt per hoc, quòd ſuum ſubjectum eſt compoſitum ex naturali forma & materia: per *ſecundam ſpeciem*, quando quæritur, natura quare eſt? & reſpondendum eſt, ut ſint naturalia entia, quæ habeant quietem in ipſa natura per naturantem, naturatum & naturare.

5. Regula F., quæ eſt generalis, eſt applicabilis ad naturalem Regulam, quæ eſt ſpecialis; ſicut quando quæritur per *primam ſpeciem*, quanta eſt natura? & reſpondendum eſt, quòd natura eſt tanta, quanta eſt ſua linealis continuitas: per *ſecundam ſpeciem*, quando quæritur de diſcreta quantitate in naturalibus; & reſpondendum eſt, quòd naturalia habent diſcretam quantitatem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

titatem per differentiam & proprietatem individualium partium.

6. Regula G., quæ eſt generalis, poteſt applicari ad ſpecialem Regulam de natura; ſicut quando quæritur per *primam ſpeciem*, natura qualis eſt, & quales proprietates habet? & reſpondendum eſt, quòd natura eſt bona, magna &c., & habet proprias proprietates; ſicut intellectus, qui habet proprium intellectivum & intelligibile, habet propriam paſſionem ſub intellectivo, qui eſt activa proprietas intellectûs; & ſic de igne, cujus caliditas eſt ſua propria qualitas; & ſicut generalis viſibilitas, quæ eſt propria qualitas viſûs; & ſic de aliis: per *ſecundam ſpeciem*; ſicut virtuoſus homo, qui habet morales virtutes ſibi appropriatas; & ſicut intellectus, qui in ſuo proprio intelligibili appropriat intelligibilitates voluntatis, bonitatis, leonis &c.; & ſicut ignis, qui habet appropriatam ſiccitatem per terram, & Logicus habitum logicalem, & ſic de aliis.

7. Regula H., quæ eſt generalis & diffuſa, poteſt applicari ad ſpecialem Regulam de natura; ſicut cùm quæritur, natura quando fuit, & quando eſt in generatione & corruptione in momento, horâ, die, menſe & anno per motum cœli? & reſpondendum eſt, quòd fuit, quando creata fuit, & eſt in generatione tunc, quando naturale agens gignit; & ſic de corruptione & cæteris, & eſt in tempore ratione motûs cœli & agentis naturalîs.

8. Regula I., quæ eſt generalis, eſt applicabilis ad naturalem Regulam, quæ eſt ſpecialis; ſicut quando quæritur, natura ubi eſt? & reſpondendum eſt, quòd natura eſt in ſubjecto, in quo eſt, quia ſubjectum per naturam eſt naturale; etiam eſt in agentia ſubjecti, in quo eſt; ſicut natura, quæ eſt in intellectu, quando intelligit, & in igne, quando calefacit, & in naturali agente, quando naturaliter agit producendo naturatum in ſubjecto, tanquam naturalis intrinſecus habitus, in quo fuit habitus acquiſitus in potentia.

9. Regula K. de Modalitate, quæ eſt generalis, eſt applicabilis ad naturalem Regulam de modalitate, quæ eſt ſpecialis; ſicut quando quæritur, natura quomodo conſiſtit in mixtione ſuarum partium? & quomodo influit naturatum ſuum ſimile per naturam? & reſpondendum eſt per dictam generalem Regulam, ſcilicet, quòd natura conſiſtit in mixtione ſuarum partium per naturalem mixtionem unius naturalis partis cum alia, conſtituendo naturatam ſubſtantiam, quæ ſubſtantia multiplicat aliam ſubſtantiam ſibi ſimilem in genere; ſicut homo hominem, leo leonem &c.

10. Regula de Inſtrumentalitate, quæ eſt generalis, eſt applicabilis ad naturalem Regulam de inſtrumentalitate, quæ eſt ſpecialis; ſicut quando quæritur, natura cum quo eſt, ſive cum quo agit? & reſpondendum eſt, quòd natura eſt cum ſuo proprio naturante, naturabili & naturare, & agit cum agente, in quo eſt, qui agens movet ad agendum ipſam; ſicut ignis, qui movet ſuam naturam ad calefaciendum, & viſus ſuam naturam ad videndum, & intellectus ſuum intelligere ad intelligendum, & ſic de aliis.

Dictum eſt de Applicatione generalium Regularũ ad naturales Regulas hujus Artis; ſequitur de Applicatione ad Quæſtiones.

De Applicatione Principiorum & Regularum hujus Artis ad Quæſtiones Philoſophiæ.

1. *Quæritur*, utrùm DEUS moveat hominem ad per ſe ſentiendum, imaginandum & rationandum? & reſpondendum eſt, quòd ſic, & hoc vult Regula BGH., & definitiones bonitatis, voluntatis & virtutis, quia Regula B. hoc affirmavit, ut homo habeat libertatem agendi bonum, & agat magnum bonum; & ſic de aliis. Regula G. etiam conſentit, ut homo propriè ſentiat per ſuam naturam videndo, audiendo &c., & propriè imaginetur entia imaginabilia, & propriè recolat, intelligat & diligat; hoc autem non poſſet facere, ſi aliquod ens creatum moveret ipſum per motum appropriatum. Regula H. hoc conſentit, ut homo in uno tempore poſſit agere liberè, aut non agere, ſentiendo, imaginando & rationando, ut acquirat habitum virtutis, & per conſequens meritum. Item definitio bonitatis hoc conſentit, ut homo liberè agat de ſua bonitate, & ſua voluntas quieſcat in bonificando & amando; & ſic de definitione virtutis, ut homo acquirat habitus virtutum.

2. *Quæritur*, utrùm quinta Eſſentia plus participet cum inferioribus, ſi DEUS ipſam moveat ad per ſe movendum, quàm

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſi Angelus ipſam moveat? & dicimus, quòd ſic, ût vult definitio bonitatis, medii & finîs & Regula B F G., quia per affirmativam bonitas quintæ Eſſentiæ eſt ratio cœlo bono, quòd agat bonum in inferioribus, quam rationem negativa deſtruit; & definitio medii affirmat, quòd quinta Eſſentia & elementa conjunguntur per continuam lineam; & definitio finîs ſignificat quietem quintæ Eſſentiæ & elementalis eſſentiæ, influente quintâ Eſſentiâ ſuas virtutes propriè, & elementali eſſentiâ appetente illas influentias & recipiente appropriatè; & hoc Regula B. ſignificat & Regula F. per continuam quantitatem, & Regula G. per proprium & appropriatum; & quia negativa deſtruit hæc omnia, eſt nulla.

3. *Quæritur*, utrùm Natura poſſit eſſe otioſa? & dicimus, quòd non, ût vult circulatio primæ Figuræ & Regula B., & *ſecunda ſpecies* Regulæ C., & motus cœli per *tertiam* & *quartam ſpeciem* Regulæ C., & definitio bonitatis, magnitudinis & principii; & quia affirmativa deſtruit hæc omnia, negativa eſt tenenda.

4. *Quæritur*, utrùm in plantis elementativa forma ſit mobilis, & vegetativa motiva? & in animalibus forma ſenſitiva ſit motiva, & forma elementativa & vegetativa mobiles? & dicimus, quòd ſic, ût vult definitio bonitatis, principii & majoritatis, & Regula B E H., cùm bonitas ſit nobilior & fortior ratio bono, ut agat bonum in ſubſtantia ſenſitiva, quàm in elementativa tantùm, vel in vegetativa tantùm; & in vegetativa, quàm in elementativa tantùm; & ſic de principio, quod habet nobiliorem formam, materiam & finem in ſubſtantia ſenſitiva, quàm in vegetativa vel elementativa; & ſic de majoritate, quæ eſt major imago per ſenſitivam, quàm per roſam, & per roſam, quàm per lapidem; & hoc conſentit Regula B. affirmando, & E. per formam & materiam, & H. per tempus & quidditatem &c.: unde patet, quòd affirmativa eſt tenenda.

In præmiſſis quæſtionibus datur doctrina & exemplum applicandi iſtam Artem ad moralem Philoſophiam, quæ circa mores hominum verſatur, & primò de Applicatione Principiorum.

CAPUT III.

De Applicatione hujus Artis ad moralem Philoſophiam, & primò De Applicatione Principiorum ad Principia.

1. DIcimus igitur, quòd, cùm Bonitas ſit ratio bono naturaliter, quòd agat bonum, ſequitur, quòd moralis bonitas ſit ratio bono, quòd agat morale bonum, id eſt, bonos mores & non malos.

2. Cùm Magnitudo ſit ratio magno, ut agat magnum, & bonitas det ſuam bonitatem magnitudini, in quantum facit ipſam bonam, & magnitudo ſuam magnitudinem bonitati, in quantum facit ipſam magnam, ſequitur, quòd bonus & magnus homo per naturam agat magnum morale bonum, & non magnum malum, nec parvum bonum.

3. Cùm Duratio ſit ratio durandi bonitati & magnitudini, bonus, magnus & durabilis per naturam debet agere magnum & durabile bonum morale.

4. Cùm Poteſtas ſit id, ratione cujus bonitas, magnitudo & duratio poſſunt exiſtere & agere, bonus, magnus, durabilis & potens per naturam debet moraliter producere bonos, magnos, durabiles & potentes mores.

5. Cùm Intellectus naturaliter ſit generalis ad intelligendum plura, debet homo ſe habere per ipſum ad plures bonos mores.

6. Cùm Voluntas ſit generalis ad diligendum plura bona & majora bona, debet homo ſe habere ad diligendum plures bonos mores.

7. Cùm Virtus ſit generalis naturaliter in ſubjecto, ſcilicet in homine, homo debet ſe habere ad multas virtutes morales; & non ad vitia.

8. Cùm Veritas ſit virtus in ſubjecto, debet homo ſe habere ad veros mores, non mendaces aut falſos.

9. Cùm Gloria ſeu delectatio ſit naturalis in ſubjecto, debet homo ſe habere in delectando & quieſcendo ad mores, per quos eſt quies, & non ad vitia, in quibus non reperitur quies.

10. Cùm per Differentiam, quæ eſt generalis, homo poſſit ſe habere ad plura diſtincta, debet ſe habere ad plures mores diſtinctos bonos, & non malos.

11. Cùm Concordantia naturaliter ſit inter bonitatem, magnitudinem &c. in ſubjecto, debet homo ſe habere ad concordandum virtutem cum virtute, ad ſervi-

endum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

endum uni ſupremo Principio, ſcilicet uni DEO.

12. Cùm virtutes & vitia ſint contraria propter diverſos fines, debet homo concordare virtutem cum virtute contra unum vitium, & illo deſtructo contra aliud.

13. Cùm Principium ſit naturaliter in homine, & ipſum principium ſit bonum magnum &c., debet homo principiare moraliter bonos mores.

14. Cùm Medium ſit naturaliter in homine, debet homo naturaliter ponere virtutes in medio, quod eſt ſimilitudo naturalis medii.

15. Cùm homo ſit creatus ad finem, in quo quieſcat, debet ſe habere ad illum finem per mores, qui ſunt viæ ad illum finem.

16. Cùm homo ſit major ratione ſubſtantiæ, & minor ratione accidentis, debet ſe habere ad majores mores & ad minores, qui majores ſunt boni ratione finîs, minores ſunt vitia, quia carent bono fine.

17. Cùm homo habeat naturalem Æqualitatem per memoriam, intellectum & voluntatem, debet coæquare bonos mores, quantum poteſt.

18. Cùm homo ratione Minoritatis ſit circa nihil, & ratione majoritatis ſit circa eſſe, debet ſe habere ad majores mores, qui conveniunt cum eſſe, non ad minores, qui conveniunt cum nihil.

Dictum eſt de Applicatione Principiorum, nunc dicendum eſt de Applicatione Regularum.

De Applicatione Regularum ad Regulas.

1. REgula B., quæ eſt generalis, poteſt applicari ad quæſtiones de moralibus; ût quærere, utrùm Fides ſit nobilior virtus, quàm ſpes? & humilitas, quàm caſtitas? & reſpondendum eſt per ipſam eandem Regulam, & per alias.

2. In Regula C. per *primam ſpeciem* quæritur, quid eſt Virtus? & quid eſt vitium? & reſpondendum eſt, quòd virtus eſt habitus, per quem homo tendit ad beatitudinem Paradiſi, & vitium eſt habitus, per quem homo tendit ad gehennam: per *ſecundam ſpeciem* hujus Regulæ quæritur, quid habet Virtus in ſe ipſa coëſſentiale? & reſpondendum eſt, quòd virtus eſt habitus, & habet in ſubjecto virtuificativum, virtuificabile & virtuificare: per *tertiam ſpeciem*, quando quæritur, quid eſt Virtus in homine? & reſpondendum eſt, quòd eſt habitus, per quem homo poteſt practicare virtuosè: per *quartam ſpeciem*, quando quæritur, quid habet Virtus in alio? & reſpondendum eſt, quòd naturalis virtus habet in ſubjecto moralem virtutem in potentia.

3. In Regula D. per *primam ſpeciem* quæritur, de quo eſt Virtus? & reſpondendum eſt, quòd virtus eſt de ſe ipſa, ut ſit primitiva: per *ſecundam ſpeciem* quæritur, de quo eſt Virtus? & reſpondendũ eſt, quòd eſt in ſubjecto voluntatis de amativo, amabili & amare, quæ ſunt induta de virtuificativo, virtuificabili & virtuificare: per *tertiam ſpeciem* quæritur, cujus eſt Virtus moralis? & reſpondendum eſt, ſui ſubjecti, quod de ipſa virtute eſt habituatum.

4. In Regula E. per *primam ſpeciem* quæritur, Virtus quare eſt? & reſpondendum eſt, quòd virtus eſt per hoc, quia eſt habitus ſubjecti: per *ſecundam ſpeciem* quæritur, Virtus quare eſt? & reſpondendum eſt, quòd virtus eſt propter hoc, ut homo agat virtuosè recolendo, intelligendo & amando DEUM, ſuum proximum & ſe ipſum.

5. In Regula F. per *primam ſpeciem* quæritur, Virtus quanta eſt? & reſpondendum eſt, quòd virtus eſt tanta, quanta eſt ejus continuitas: per *ſecundam ſpeciem* quæritur, Virtus diſcreta quanta eſt? & reſpondendum eſt, quòd ſunt in numero tot virtutes particulares, quot ſunt habitus de genere virtutis, & eſt tanta, quanta eſt influxa de continua virtute, quæ eſt generalis.

6. In Regula G. quæritur per *primam ſpeciem*, qualis Virtus eſt propria? & reſpondendum eſt, quòd Juſtitia, Prudentia, Fortitudo & Temperantia ſunt propriæ virtutes ſubjecti, cùm ipſas acquiſivit per ſe ipſum, & de ipſis ſe habituavit: per *ſecundam ſpeciem* quæritur, quales Virtutes ſunt appropriatæ? & reſpondendum eſt, quòd Spes, Fides & Charitas, de quibus DEUS habituavit juſtum catholicum hominem.

7. In Regula H., quæ habet multas ſpecies, ſufficit unum exemplum; quæritur ergò, Virtus quando eſt, vel quando fuit, vel quando erit? & reſpondendum eſt, quòd moralis virtus fuit in potentia per virtuoſum naturalem habitum, & eſt in præſenti tempore per acquiſitum habitum, & eſt in futuro vel reſpectu futuri, quando homo eſt vitioſus.

8. In Regula I. quæritur, Virtus ubi eſt? & re-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& reſpondendum eſt, quòd virtus eſt in ſubjecto virtuoſo, & eſt in potentia, ſecundùm quòd dictum eſt ſuprà, & in actu, quando de potentia deducitur in actum per ſubjectum.

9. In Regula K. de Modalitate quæritur, quomodo Virtus eſt? & reſpondendum eſt, quòd virtus eſt miſcendo unum principium ſub alio in genere virtutis, tali modo, quòd una virtus ſit in alia, & omnes conſtituant unum virtuoſum habitum, per quem ſubjectum practicando influat virtuoſas ſimilitudines.

10. Per Regulam de Inſtrumentalitate quæritur, Virtus cum quo eſt? & reſpondendum eſt, quòd virtus eſt ſic cum bonitate, magnitudine &c., ſicut vitium eſt cum malitia, contrarietate, minoritate, & ſic de aliis principiis, quæ ſunt oppoſita bonis.

Diximus de Applicatione Principiorum & Regularum hujus Artis ad moralem Philoſophiam; dicendum eſt de Quæſtionibus.

De Applicatione Principiorum & Regularum ad Quæſtiones Moralis Philoſophiæ.

1. *Quæritur*, quare homo non poteſt acquirere Fidem? reſpondendum per intellectum, qui non habet naturam inveniendi veritatem fidei credendo propriè, ſed intelligendo veritatem demonſtrativè: unde ſequitur, quòd DEUS influit & appropriat illum habitum fidei, quem intellectus per ſuam naturam non poteſt habere, cùm proprius habitus intellectûs ſit intelligere ſuum proprium objectum; & hoc vult Regula B E G. & etiam definitiones bonitatis, poteſtatis & voluntatis.

2. *Quæritur*, utrùm evacuetur Fides, cùm aliquis attingit per rationem illud, quod credebat per Fidem? & dicimus, quòd non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid; nam in eo, quod attingit per rationem, tranſit credere in intelligere; remanet tamen fides per habitum, per quem ſe habet homo ad credendum per fidem illud, quod credebat, quamvìs nullam rationem haberet, per quam illud attingeret; & hoc vult Regula B F G. & definitiones bonitatis, ſapientiæ & voluntatis; Regula B., quia eſt magìs recolibile, intelligibile & amabile, quòd totum non deſtruatur per partem; ſicut continua quantitas, quæ eſt generalis, non deſtruitur per aliquam diſcretam quantitatem; & etiam, quòd hoc, quod erat appropriatum, remaneat habitus in potentia, qui eſt reducibilis ad actum, ût ſuprà ſignificatum eſt; & hoc bonum eſt eſſe, ut remaneat conjunctio ſcientiæ & fidei, per quam homo differenter quieſcat per credere & intelligere; & hoc etiam ſignificavit Iſaias, cùm dixit: *Niſi credideritis, non intelligetis.*

3. *Quæritur*, quare avaritia eſt majus peccatum quàm luxuria? reſpondendum eſt, quòd avaritia eſt contra largitatem, quæ eſt in DEO, ſed luxuria eſt contra caſtitatem, quæ non eſt propriè in DEO; & hoc vult Regula C. F. & G. & definitiones magnitudinis, intellectûs & voluntatis; Regula C., cùm in DEO ſit propriè largitas, non propriè nec appropriatè caſtitas, quæ non habet locum, niſi in homine; Regula F., cùm magìs diſtet à DEO avarus, quàm luxurioſus; & ſic de Regula G., cùm avarus ſit propriè contra DEUM per avaritiam, & luxurioſus appropriatè per luxuriam; & definitio magnitudinis, cùm plus ambiat contrarietas, quæ eſt inter DEUM & avarum, quàm quæ eſt inter DEUM & luxurioſum; & per conſequens minùs quieſcit avarus, quàm luxurioſus.

4. *Quæritur*, utrùm Habitus Fidei ſit augmentabilis aut actus ejus? & dicimus, quòd actus eſt augmentabilis, non habitus, ût vult Regula C E G. & definitiones magnitudinis, poteſtatis & voluntatis; Regula C., quia DEUS reſpectu habitûs eſt Creator, & homo per agere eſt agens ad placitum de fide; Regula E., quia habitus fidei eſt per formam & ratione finîs, ut homo agat de ipſa forma ad placitum ſive plus ſive minus; Regula G. hoc requirit, cùm habitus ſit appropriatus, & actus proprius; definitio magnitudinis dicit, quòd habitus ambit plus quàm actus, ut homo poſſit multiplicare ad placitum aut diminuere ſuum actum, habitum verò non, cùm ſit ſibi appropriatus; & ſic de poteſtate, ut homo poſſit agere per fidem, & fides exiſtere; etiam definitio voluntatis hoc vult, ut homo quieſcat per agere, ſcilicet per credere ſecundùm magìs & minùs.

Dictum eſt, qualiter hæc Ars eſt applicabilis ad Philoſophiam, ſequitur qualiter eſt applicabilis ad naturale Jus, cujus ſubjectum eſt naturalis Juſtitia.

CAPUT

(c) 2006 Ministerio de Cultura

CAPUT IV.

De Applicatione hujus Artis ad Naturale Jus, & primò

De Applicatione Principiorum ad Principia.

1. PRimò applicabimus hanc Artem ad Jus naturale hoc modo: cùm Bonitas ſit ratio bono, quòd agat bonum, juſtum eſt, quòd juſtus, qui eſt bonus, agat bonum, & tantum bonum, quantum bonitas eſt ſibi ratio, quòd agat bonum; alioquin eſt perverſus in injuſtitiam.
2. Cùm Magnitudo magnificet bonitatem, juſtum eſt, quòd homo agat magnum bonum; & ſi agit magnum malum aut parvum bonum, eſt injuſtus.
3. Cùm Duratio ſit ratio, per quam bonitas, magnitudo &c. durant, juſtum eſt, quòd homo agat bonum magnum & durabile; alioquin eſſet injuſtus.
4. Cùm homo per Poteſtatem poſſit agere bonum magnum durabile & potens, juſtum eſt, quòd agat bonum, magnum, durabile & potens; & ſi hoc non facit, eſt injuſtus.
5. Cùm ſcientia Juris ſit ſcibilis ratione ſuæ bonitatis, magnitudinis &c., juſtum eſt, quòd homo appetat & practicet ipſam cum bonitate, magnitudine &c.; quod ſi non facit, eſt injuſtus.
6. Cùm Scientia Juris ſit per ſe deſiderabilis propter bonitatem, magnitudinem &c., eſt injuſtus, qui eam deſiderat propter pecuniam vel utilitatem temporalem.
7. Cùm Juſtitia ſit ſubjectum Juris, juſtum eſt, quòd habeatur cum aliis virtutibus, ſcilicet prudentia, fortitudine, temperantia &c.; & qui vult eam habere cum oppoſitis, non eſt Juriſta, ſed contradicit ſubjecto Juris.
8. Cùm Juſtitia ſit vera, eſt juſtum, quòd Juriſta ipſam tractet cum veritate; qui verò eam tractat cum falſitate, non eſt Juriſta.
9. Cùm Scientia Juris ſit delectabilis ratione ſuæ bonitatis, magnitudinis &c., juſtum eſt, quòd homo quieſcat in ipſa ratione ſuæ bonitatis, magnitudinis &c.; non ratione pecuniæ, quæ non eſt de ſuo genere.

De Applicatione Regularum ad Regulas.

1. REgula B. hujus Artis, quæ eſt generalis, eſt applicabilis ad Regulam naturalis Juris, quæ eſt ſpecialis, ſicut quando quæritur, utrùm Juſtitia ſit habitus augmentabilis aut partes ejus coëſſentiales? quæ ſunt ſignificatæ per *ſecundam ſpeciem* Regulæ C.
2. Regula C., quæ eſt generalis, eſt applicabilis ad Regulam naturalis Juris, quæ eſt ſpecialis, ſicut per *primam ſpeciem*, quando quæritur, quid eſt Jus? & per *ſecundam ſpeciem*, quando quæritur, quid habet Jus in ſe coëſſentiale? per *tertiam ſpeciem*, quando quæritur, quid eſt Jus in alio? per *quartam ſpeciem*, quando quæritur, quid habet Jus in alio?
3. Etiam Regula D., ſicut quando quæritur per *primam ſpeciem*, Jus de quo eſt? per *ſecundam ſpeciem*, quando quæritur, Jus de quo eſt? per *tertiam ſpeciem*, quando quæritur, Jus cujus eſt? ſicut Jus poſitivum, quod eſt de Jure naturali, quia eſt de genere occaſionis, & naturale de genere cauſalitatis.
4. Etiam Regula E., ſicut cùm quæritur per *primam ſpeciem*, Jus quare eſt formaliter? per *ſecundam ſpeciem*, quando quæritur, Jus quare eſt finaliter?
5. Simili modo Regula F. per *primam ſpeciem*, quando quæritur, Jus quantum eſt ſecundùm ſuam diſcretam quantitatem?
6. Similiter Regula G., quando quæritur per *primam ſpeciem*, Jus qualem habet propriam qualitatem? per *ſecundam ſpeciem*, quando quæritur, Jus qualem habet appropriatam qualitatem?
7. Et Regula H. eſt applicabilis, ſicut quando quæritur, Jus quando fuit, & quamdiu erit &c.?
8. Regula I.; ſicut quando quæritur, Jus ubi eſt? & ubi quieſcit? & ſic de aliis ſpeciebus harum duarum Regularum H. & I., quæ ſunt diffuſæ.
9. Etiam prima Regula K., ſcilicet de Modalitate, eſt applicabilis, ſicut quando quæritur, Jus quomodo eſt? aut per *ſecundam ſpeciem*, cùm quæritur, unum Jus quomodo eſt in alio? per *tertiam ſpeciem*, cùm quæritur, omnia Jura quomodo ſunt in uno habitu, & habitus in omnibus Juribus? per *quartam ſpeciem*, quomodo Jus extramittit aut influit ſuas ſimilitudines.
10. Inſuper ſecunda Regula K., quæ eſt de Inſtrumentalitate, eſt applicabilis; ſicut quando quæritur per *primam ſpeciem*, Jus cum quo eſt? aut per *ſecundam ſpeciem*, cùm quæritur, unum Jus cum quo eſt in alio? per *tertiam ſpeciem*, cùm quæritur, omnia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Jura cum quo ſunt in uno habitu, & habitus in ipſis ? per *quartam ſpeciem*, cùm quæritur, Jus cum quo extramittit aut influit ſuas ſimilitudines.

Dictum eſt de Applicatione Regularum hujus Scientiæ ad Jus, ſequitur de Quæſtionibus Juris.

De Applicatione Principiorum & Regularum ad Quæſtiones Juris.

1. *Quæritur*, utrùm juſtus homo habeat Jus in DEO ? & reſpondendum eſt per diſtinctionem, ſcilicet, quòd habet Jus per appropriationem, non per proprium; per appropriationem, ſicut per virtutes acquiſitas per ſe ipſum, ſicut per juſtitiam &c.; & per infuſas, ſicut per charitatem &c., in quantum juſtus liberè diſponit ſe, ut de ipſis ſit habituatus; per proprium juſtus homo non habet Jus in DEO, cùm DEUS ſit infinitus, & homo finitus, & inter infinitum & finitum nulla ſit proportio : hoc autem, quod diximus, volunt Regulæ B D G., & per conſequens definitiones bonitatis, æternitatis & finis: Regula B., in quantum hoc, quod diximus, eſt recolibile, intelligibile, & amabile: Regula D., cùm DEUS ſit de ſe ipſo, & cùm omnia creata ſint ejus, ût vult tertia ſpecies ejusdem Regulæ: Regula G. vult etiam hoc, ſecundùm quòd ſuprà ſignificatum eſt; etiam definitio bonitatis, cùm creata bonitas ſit ratio homini, quòd liberè ſe moveat ad agendum bonum propter DEUM; & definitio durationis, quia vult, quòd homo perſeveret liberè in agendo bonum, ratione cujus homo acquirat juſtum meritum, per quod quieſcat in DEO, contra quod juſtum meritum DEUS non poteſt eſſe, cùm ſit juſtus, per quam juſtitiam homo habet Jus in DEO ratione finîs.

2. *Quæritur*, utrùm Jus canonicum ſit magìs neceſſarium quàm Jus civile? & reſpondendum eſt, quòd ſic, cùm Jus canonicum tendat ad benè vivendum in patria, & Jus civile ad benè vivendum in hac vita; vita autem patriæ eſt æterna, iſta verò vita eſt in tempore habente principium & finem: ergò affirmativa eſt tenenda, ût vult Regula K. & definitiones magnitudinis, majoritatis & minoritatis.

3. *Quæritur*, quid eſt forma & materia Juris? & reſpondendum eſt per Regulam G., ſcilicet forma juris eſt propria qualitas, ut vivat & nutriatur ex appropriata, ſicut humidum radicale, quod vivit ex nutrimentali, & etiam ſicut in eſſentia intellectûs intellectivum eſt forma activa, intelligibile eſt forma paſſiva, in quam propriè agit intellectivum, nutriendo ſuum proprium intelligere ex materialibus intelligibilibus acquiſitis; & hoc vult Regula B. & definitiones poteſtatis & veritatis.

4. *Quæritur*, quare iſta Scientia eſt applicabilis ad Jus naturale & non ad Jus poſitivum? & reſpondendum eſt, quòd Juriſta, qui conſiderat Jus poſitivum, non conſiderat naturaliter ipſum ſecundùm naturam Principiorum & Regularum hujus Artis, ſed ſecundùm opiniones & occaſiones; ſicut Decretaliſta, qui non conſiderat naturaliter, quare bonitas eſt ratio bono, ut producat bonum, videlicet magnum bonum ratione magnitudinis, ſed voluntariè; ille verò, qui ſequitur Jus naturale, conſiderat, quia bonitas eſt ratio bono, ut producat bonum per naturam bonitatis, & magnum bonum per naturam magnitudinis, & ſic de aliis Principiis & de Regulis: Jus autem poſitivum non conſiderat diſtinctionem qualitatis propriæ & appropriatæ, ſed Jus naturale conſiderat illam diſtinctionem; & hoc vult Regula B. & definitio veritatis.

Dictum eſt de Applicatione hujus Artis ad Scientiam naturalis Juris, nunc dicendum eſt de Applicatione ejusdem ad Medicinam, cujus ſubjectum eſt Sanitas.

CAPUT V.

De Applicatione hujus Artis ad Medicinam, cujus ſubjectum eſt Sanitas, & primò

De Applicatione Principiorum ad Principia.

1. PRimò intendimus applicare Principia hujus Artis ad Medicinam, dicendo ſic: illa bonitas eſt infirma, quæ eſt ratio bono, quòd agat bonum, & ipſum bonum non agit bonum ratione bonitatis, ſed agit malum ratione malitiæ : ſimili modo ſanitas eſt ratio infirmo, ut ſit ſanus, ſed occaſio impedit; & propter hoc Medicus debet inveſtigare, quid eſt illud, quod impedit, & cum quibus principiis impedit, & cum quibus principiis poſſit amovere impedimentum, & juvare ſanitatem; & talis ſignificatio eſt ſignificata & implicita in definitionibus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nitionibus principiorum hujus Scientiæ, ſecundùm quòd ſignificatum eſt ſuprà in *Diſtinctione* de *Inveſtigatione*. Sicut autem dedi exemplum de bonitate, ſic poteſt dari & intelligi de aliis Principiis hujus Artis.

De Applicatione Regularum ad Regulas.

1. SEcundùm Regulas fit Applicatio, ſicut dicendo ſic ſecundùm primam Regulam: Medicus debet affirmare vel negare, vel reſpectu majoris recolibilitatis, intelligibilitatis & amabilitatis; etiam per Regulam C. per *primam ſpeciem* debet affirmare: per *ſecundam ſpeciem* debet conſiderare, quid habet ſanitas in ſe coëſſentiale, & ſic de infirmitate: per *tertiam ſpeciem* debet conſiderare, qualis qualitas in patiente eſt activa, & qualis paſſiva: per *quartam ſpeciem* debet Medicus conſiderare, qualis qualitas habet dominium in patiente, & ſic de aliis Regulis, quæ ſunt generales & applicabiles ad Regulas Medicinæ.

2. Item debet Medicus applicare Principia & Regulas hujus Artis ad Medicinam per diætam & exercitium, per vomitum & clyſterium, per phlebotomiam & balneum, per ætatem & ſanas & temperatas comeſtiones, quales conveniunt infirmo, & per decoctionem & electuarium, per emplaſtrum & unctionem.

3. Item debet Medicus per Regulas Artis inveſtigare per pulſum, per urinam, per colorem faciei, per linguam, per appetitum infirmi, per dormitionem, per dolorem, & ſic de aliis: & iſta inveſtigatio debet fieri per utrùm, per quid, per de quo &c.

Hæc doctrina eſt multùm generalis, ſed Medicus poteſt eam ſpecificare diſcurrendo per ſingula Principia & per omnes Regulas hujus Artis & per ſuprapoſitum Caput de Natura.

De Applicatione Principiorum & Regularum ad Quæſtiones Medicinæ.

1. *QUæritur*, utrùm Medicus procuret Sanitatem per naturam, aut extra naturam? & reſpondendum eſt diſtinguendo, ſcilicet, quòd procurat ſanitatem occaſionativè & cauſativè; verbi gratiâ, ſicut homo, qui projicit lignum in ignem, procurat combuſtionem ligni occaſionativè, in quantum projicit lignum in ignem; & cauſativè, in quantum ignis eſt cauſa combuſtionis ligni; & hoc vult Regula B. & G.; & etiam definitio bonitatis eſt cauſa bono naturaliter, ut agat bonum, & magnitudo occaſionativè procurat, ut bonus agat bonum; & ſic de definitione voluntatis, quæ magìs quieſcit in propria qualitate, quàm in appropriata, cujus propria qualitas convenit in cauſa appropriata cum occaſione.

2. Quidam homo comedit caſtratas carnes cum allio, quæritur, utrùm qualitates iſtarum duarum rerum diverſarum agant in comedente diviſim vel conjunctim? & reſpondendum eſt per Regulam F., & per *tres ſpecies* medii, quæ ſunt in angulo F. ſecundæ Figuræ, quòd illæ duæ qualitates conjunguntur in continua quantitate, in qua ſunt continuæ per totum medium extremitatum; ſed quia non ſunt æquales ſecundùm medium menſurationis, quia qualitas allii eſt in altiori gradu caliditatis quàm caſtratæ carnes, quæ ſunt in minori, ratione hujus inæqualitatis ſunt de genere quantitatum diſcretarum; & ſic dicimus, quòd agunt ſpecificè & diviſim; & his conſentit Regula B. & definitio virtutis.

3. Medicus in decoctione conjungit duas ſimplices Medicinas, quarum prima eſt in quarto gradu caliditatis, alia in quarto gradu ſiccitatis, quæritur, quis gradus excedit alium in compoſito? & reſpondendum eſt per Regulam G., quòd ſiccitas; cùm ignis ſit ſiccus per accidens, & terra propriè, & ſic innata ſiccitas, ſcilicet propria & appropriata, ſed non caliditas; & ideo ſiccitas in compoſito vincit caliditatem; & hoc vult Regula B. & definitio finîs.

Dictum eſt de Applicatione hujus Artis ad alias Scientias, nunc dicendum eſt de ſignificatione ſive de modo ſignificandi.

SEPTIMA DISTINCTIO

De Significatione.

ISTam Diſtinctionem facimus de Modo ſignificandi, & habet *tres Partes*: *prima Pars* eſt, quomodo unum Principium ſignificat per ſe & per aliud: *ſecunda Pars* eſt, quomodo una Regula ſignificat per ſe & per aliam: *tertia Pars* eſt, quomodo Principium ſignificat per ſe & per Regulam, & Regula per ſe & per Principium; & hoc eſt ſignificatum in tertia & in quarta Figura.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

1. Exemplum *primæ Partis* tale damus : ſi bonitas, quæ eſt magna, durabilis, potens &c., cum ſua eſſentia & cum qualitatibus ſibi propriis eſt ratio ſuo ſubjecto bono, ſignificatur, quòd ipſum ſubjectum producat bonum, magnum, durabile & potens productum: ſi nulla bonitas eſt magna ſinè proprio bonificativo, bonificabili &c., ſignificatur, quòd illa bonitas, quæ non habet proprium bonificativum, bonificabile & bonificare, eſt parva; & ſicut dedimus exemplum per bonitatem, ita poteſt exemplificari de aliis Principiis.

2. Exemplum *ſecundæ Partis :* Regula B. ſignificat, illam affirmativam eſſe veram (& ſic de negativa) per quam ipſa plus habet de recolibilitate, intelligibilitate & amabilitate: Regula K. ſignificat plus de veritate cum magnitudine Regulæ C D. &c., quàm cum parvitate.

3. Exemplum *tertiæ Partis*: Regula B. ſignificat plus de veritate cum majori recolibilitate, intelligibilitate & amabilitate definitionum principiorum, quàm cum minori; & ſic de aliis: per *ſecundam ſpeciem* Regulæ C. & per Regulam G. ſignificatur, quòd ipſa eſt ratio bono cum ſuo proprio bonificativo, bonificabili & bonificare, ut producat propriè bonificatum; & ſic poſſet exemplificari de aliis: ſed quoniam Artiſta practicando & exercendo ſe per ſe poterit reperire exempla, & deſcendere ad particularia, causâ brevitatis non poſuimus plura exempla ſuper præmiſſis.

OCTAVA DISTINCTIO

De Probatione.

ISta Diſtinctio dividitur in *tres Partes*, ût patebit in proceſſu : *prima* Pars dividitur in *tres Partes* : in *prima* tractatur de Demonſtratione vel Probatione per Cauſam : in *ſecunda* de Demonſtratione vel Probatione per effectum : in *tertia* de Demonſtratione per Æquiparantiam.

PRIMA PARS.

1. PRobatio ſeu Demonſtratio *per quid* vel *per Cauſam*; ſicut cùm dicitur, bonitas eſt ratio bono, ut producat bonum, & bonitas cum magnitudine eſt ratio bono, ut producat magnum bonum; & eodem modo de bonitate cum ſua magnitudine, duratione; & ſic de aliis.

2. Demonſtratio ſeu Probatio *per quia*, ſive *per Effectum* eſt; ſicut cùm dicitur, quia bonus producit bonum, patet, quòd bonitas eſt ei ratio, quòd producat bonum; & quia bonus producit magnum & durabile bonum, bonitas cum ſua magnitudine & duratione eſt ei ratio, quòd producat magnum & durabile bonum; & ſic de aliis.

3. Demonſtratio ſeu Probatio *per Æquiparantiam* eſt, cùm aliquis per plura æqualia generalia probat plura æqualia ſpecialia; ſicut quando dicitur, quòd DEUS cum ſua æquali recolibilitate, intelligibilitate & amabilitate cauſat in hominibus ſeu in Angelis æqualitatem memoriæ, intellectûs & voluntatis, ut ab ipſis ſit æqualiter recolitus, intellectus & amatus: item cùm divina poteſtas æqualiter ſe infundat & cõmunicet divinæ bonitati, magnitudini, æternitati &c., eſt eis ratio, quòd habeant æquale poſſe & æquales actus poſſificandi, & è converſo; & hoc vult circulatio primæ Figuræ & *ſecunda ſpecies* Regulæ C.; & per conſequens Regula B. hoc conſentit affirmando : probatum eſt igitur, quòd potentiæ animæ ſunt æquales per æqualitatem recolibilitatis, intelligibilitatis & amabilitatis DEI; unde ſequitur, quòd naturalis æqualitas potentiarum cauſat naturalem æqualitatem actuum earum; & ex hoc ſequitur ſecundùm primã Regulam, *quòd ſemper tenenda eſt illa pars ſeu affirmativa ſeu negativa, in qua anima invenit magìs extenſos actus ſuarum potentiarum, & majorem æqualitatem ipſorum actuum, quod homo ſemper æqualiter conſequitur, licèt quandoque neſciat eis æqualiter uti; & tunc ei non videatur, quòd æqualiter conſequatur, ſed hoc eſt per accidens*; ſicut accidit in matre, quæ ſuum filium, qui eſt turpis, judicat pulchriorem filio alterius mulieris, qui ſecundùm veritatem eſt pulchrior; & hoc eſt tam ratione majoris dilectionis, quam mater habet ad ſuum filium, quàm ad filium alterius, quàm ex eo, quòd frequentiùs recolit ſuum filium eſſe pulchriorem, non tamen intelligit eum eſſe pulchriorem, quòd ſi ſic, eſſet pulchrior & non pulchrior; quod eſt contradictio.

SECUNDA PARS.

SEquitur de ſecunda Parte hujus Tractatûs, quæ ſubdividitur in *quatuor Partes*, ſcilicet in probando per *Syllogiſmum*, per *Enthymema*, per *Inductionem*, & per *Exemplum*.

Per

(c) 2006 Ministerio de Cultura

1. Per Syllogiſmum ſic: Nulla bonitas eſt magna ſinè proprio & coëſſentiali bonificativo, bonificabili & bonificare, divina bonitas eſt magna, ergò divina bonitas habet proprium & coëſſentiale bonificativum, bonificabile & bonificare: & per talem ſyllogiſmum patet, qualiter Artiſta poteſt arguere per Principia hujus Artis, & etiam per Regulas; per Principia ſic, quando prædicat de bonitate, magnitudine &c.; per Regulam G., ſicut quando prædicat de proprietate; per Regulam C., quando prædicat per *ſecundam ſpeciem* ipſius Regulæ, concludendo, quòd divina bonitas habet proprium & coëſſentiale bonificativum &c.

2. Per Enthymema ſic: Si omnes Dignitates DEI habent actus, divina æternitas habet actum; in iſto Enthymemate implicitè ſunt divina bonitas, magnitudo &c., & implicitè eſt ſecunda ſpecies Regulæ C. & quarta ſpecies ejusdem Regulæ, quia dicit, quòd habent actum: & ſic oſtenſum eſt, quomodo Artiſta ſciet applicare Principia & Regulas hujus Artis ad Enthymema.

3. Per Inductionem hoc modo: ſicut quando dicitur, quòd in divina Eſſentia intellectus habet proprium actum, voluntas ſimiliter habet proprium actum, & ſic de aliis, ergò omnes Dignitates in divina Eſſentia habent proprios actus: & iſto modo poteſt Artiſta applicare Principia & Regulas hujus Artis, ût per ſe patet, ad Inductionem.

4. Per Exemplum hoc modo: Artiſta, antequam faciat Demonſtrationem, debet conſiderare Principia hujus Artis & Regulas, & ſupponere, quòd cum ipſis poſſit facere Demonſtrationem, quam conſiderat facere; ſicut DEUS, antequam parcat peccatori, exſpectat, quòd peccator diſponat ſe ipſum cum libera voluntate ad recipiendum miſericordiam & gratiam; etiam gallus, antequam cantet, percutit ſe cum ſuis alis, & ſic de aliis: unde per hoc patet, qualiter Artiſta debet applicare Principia & Regulas hujus Artis ad Exemplum, ſeu ad modum probandi per exemplum.

TERTIA PARS.

SEquitur de tertia Parte hujus Tractatûs, quæ conſiſtit in hoc, quòd per hanc Artem Artiſta poteſt invenire plura media ad concluſiones & ſolutiones Quæſtionum, & illa plura media reducere ad modum & figuram, ſicut fecimus in hac Diſtinctione & in aliis præmiſſis.

Dictum eſt de Modo probandi, nunc dicendum eſt de Modo miſcendi.

NONA DISTINCTIO

De Mixtione.

ISta Diſtinctio dividitur in *tres Partes*: *prima Pars* eſt de Mixtione Principii cum Principio: *ſecunda* de Mixtione Regulæ cum Regula: *tertia* de Mixtione Principiorum cum Regulis, & è converſo: & de his tribus volumus dare unum exemplum, miſcendo omnia Principia & omnes Regulas cum uno Principio, & hoc ſufficiet, quoniam ſimili modo poterit fieri in aliis, ſicut factum in uno videbitur per hoc exemplum.

1. Bonitas, quæ eſt generalis, eſt magna, durans, potens, intelligibilis, amabilis, virtuoſa, vera, glorioſa, diſtinguibilis, concordabilis, contrariabilis, ſuo modo principiabilis, mediabilis, perfectibilis, majorificabilis, æquabilis & minorificabilis: & ſicut poſuimus omnia principia in bonitate, ita ſimiliter poteſt fieri de definitionibus eorundem, quæ ſunt miſcibiles cum definitione bonitatis: utrùm bonitas ſit magna, durabilis &c.? quid eſt bonitas? de quo eſt bonitas? quare eſt bonitas? quanta eſt bonitas? qualis eſt bonitas? quando fuit bonitas? ubi eſt bonitas? quomodo eſt bonitas? cum quo eſt bonitas? Et ſicut applicamus vel miſcemus Regulas cum bonitate, ſic miſcemus implicitè ſpecies Regularum, & per conſequens Principium cum Principio, & Regulam cum Regula, & è converſo.

2. Iſta mixtio, quæ eſt generalis, eſt generalis Regula hujus Artis, per quam Artiſta poteſt habere doctrinam ad contrahendum ſeu deſcendendum ad ſpecialem mixtionem, quia *qui tangit iſtam generalem mixtionem, tangit eam cum aliquo ſpeciali; & qui tangit unum Principium aut unam Regulam, tangit totam generalem mixtionem ipſorum, propter generalem mixtionem eorum; per quod ſpeciale tactivum & generale tangibile Artiſta poteſt deſcendere ad ſpeciale demonſtrabile vel quæſitum: & in iſto paſſu oſtenditur & declaratur tota doctrina hujus Artis*; „ Exem-
„ plum autem ipſius mixtionis poteſt acci-
„ pi ex Regulis Alphabeti, quia ſicut lite-
„ ræ alphabeti combinantur & commi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

„ſcentur ad invicem, ſcilicet vocales cum „conſonantibus, & conſonantes cum vo„calibus, ita quòd ex hac mixtione reſul„tant ſyllabæ, & ex ſyllabis componuntur „dictiones, & ex dictionibus orationes, „per quas omnis affectus mentis & con„ceptus in omni gente, natione & lingua „ſignificantur & cognoſcuntur, ſic ex com„binatione & mixtione generalium Prin„cipiorum & Regularum hujus Artis con„ſurget medium ad formandum rationes „ſeu concluſionem ad propoſitum, affir„mando vel negando ſecundùm doctri„nam ipſius Artis.

Dictum eſt de Modo miſcendi, nunc dicendum eſt de Modo multiplicandi.

DECIMA DISTINCTIO

De Multiplicatione.

ISta Diſtinctio dividitur in *tres Partes.*

1. *Prima Pars* eſt de *Multiplicatione tertiæ Figuræ*, recipiendo bonitatem cum magnitudine, quia bonitas ſimpliciter conſiderata habet unum ſignificatum, quæ eſt generalis reſpectu ſui generis, aliud ſignificatum habet cum magnitudine, aliud cum duratione, aliud cum poteſtate, & ſic de aliis cameris uſque ad cameram B K.: unde ex hoc ſequitur multiplicatio rationum ad unam concluſionem, una videlicet per conſiderationem bonitatis cum magnitudine, & alia cum duratione, & alia cum poteſtate, & ſic uſque ad cameram de B K.; & ſic erunt octo rationes ſecundùm numerum camerarum per bonitatem; & ſicut fit multiplicatio ratione bonitatis, ſic poteſt fieri ratione magnitudinis & aliorum principiorum.

2. *Secunda Pars* eſt de Multiplicatione, quæ fit per quartam Figuram, ſicut per Cameram B C D., quæ cauſat alias octo cameras, ût apparet in ipſa quarta Figura; & ſic ſimiliter de Camera C D E. & de aliis cameris ejusdem Figuræ; quia quælibet camera cauſat ſitum vel aſſumit octo alias cameras, & quælibet camera eſt univerſalis, ſub qua debet inveſtigari medium rationis vel concluſionis ad particulare intentum ſecundùm naturam & proprietatem terminorum ipſius cameræ; & ſic poſſunt multiplicari rationes ſecundùm multiplicationem camerarum.

3. *Tertia Pars* eſt de Multiplicatione rationum per Tabulam, quæ eſt derivata & ordinata à quarta Figura, volvendo ſcilicet circulos ipſius Figuræ, ſicut in textu dictum eſt; nam per revolutionem circulorum & mixtionem terminorum ejuſdem Figuræ conſtituuntur 84. Columnæ, & quælibet columna continet in ſe 20. Rationes, quæ ſunt in ſumma 1680.; & hoc propter mixtionem; quæ omnes ſunt ducibiles ad unam concluſionem: & in hoc paſſu apparet & relucet, qualiter iſta Ars eſt generalis, & præbet univerſalem & artificialem viam ad inveniendum copioſam multitudinem rationum in quâlibet materia & in quolibet propoſito.

Dictum eſt de Modo multiplicandi, nunc ſequitur de Modo contrahendi.

DISTINCTIO XI.

De Contractione.

ISta Diſtinctio dividitur in *tres Partes*: *prima Pars* eſt de Contractione principiorum ad invicem: *ſecunda* de Contractione Regularum ad invicem: *tertia* de Contractione Regularum ad Principia.

PRIMA PARS

De Contractione Principiorum ad invicem.

ISta Pars dividitur in *ſex Partes*:

1. *Prima Pars* eſt de Principio generali contracto ad aliud Principium generale; ſicut quando dicitur bonitas magna, quia bonitas, quæ erat omninò generalis, eſt contracta ad generalem magnitudinem, ratione cujus contractionis non eſt omninò generalis; & etiam ſic de natura, quæ eſt generalis, contractâ ad bonitatem &c., ut ſit naturalis, & habeat naturale bonificativum, bonificabile & bonificare, ad quæ natura eſt contracta.

2. *Secunda Pars* eſt, quando fit contractio generalis Principii ad plura generalia principia; ſicut quando dicitur, bonitas magna, durabilis, potens &c., quæ eſt magis contracta, quando contrahitur ad plura principia, quàm quando contrahitur ad unum tantùm.

3. *Tertia Pars* eſt, quando forma abſtracta contrahitur ad ſuum proprium ſubjectum; ſicut quando bonitas contrahitur ad bonum.

4. *Quarta Pars*, quando forma abſtracta contrahitur ad ſua propria intrinſeca individua;

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vidua; sicut bonitas ad suum bonificativum, bonificabile & bonificare.

5. *Quinta Pars*, quando intrinsecus naturalis habitus contrahitur ad extrinsecum naturalem habitum; sicut intelligibilitas, quæ est coëssentialis intellectui, contrahitur ad intelligibilitatem leonis, lapidis &c., & sicut etiam, quando generalis proprietas contrahitur ad appropriatas & speciales qualitates.

6. *Sexta Pars*, quando generalis qualitas contrahitur ad specialem qualitatem; sicut caliditas ignîs ad caliditatem piperis vel cinamomi.

SECUNDA PARS

De Contractione Regularum ad invicem.

1. PRima Regula contrahitur ad secundam speciem secundæ Regulæ; sicut cùm dicitur, utrùm in aliqua substantia sit substantiativum, substantiabile & substantiare?

2 Regula C. contrahitur ad Regulam D.; sicut quando quæritur, quid est illud, quod est ex anima & corpore? & definitio ex quo est?

3. Regula D. contrahitur ad Regulam E.; sicut quando quæritur, ex quo est? aut de quo est finis?

4. Regula E. contrahitur ad Regulam F.; sicut quando dicitur, quare est quantitas?

5. Regula F. contrahitur ad Regulam G.; sicut quando dicitur, quantitas qualis est?

6. Regula G. contrahitur ad Regulam H.; sicut cùm dicitur, quale tempus est generale, & quale speciale?

7. Regula H. contrahitur ad Regulam I.; cùm dicitur, in quo subjecto est tempus generale, & in quo est speciale?

8. Regula I. contrahitur ad Regulam K., quæ est de modalitate; sicut cùm dicitur, ubi habet intellectus modum intelligendi, & ignis calefaciendi?

9. Prima Regula K., quæ est de modalitate, contrahitur ad secundam, quæ est de instrumentalitate; sicut cùm dicitur, quomodo agit agens naturale cum suis partibus? & sic sunt in hac parte novem species contractionis, per quas Artista potest cognoscere, quomodo una Regula contrahitur ad aliam; potest etiam pro libitu multiplicare contractiones per mixtionem tertiæ & quartæ Figuræ.

TERTIA PARS

De Contractione Regularum cum Principiis.

REgulæ contrahuntur cum Principiis; sicut cùm dicitur, utrùm aliqua bonitas sit infinita? quid est bonitas infinita? de quo est bonitas infinita? quare est bonitas infinita? quanta est bonitas infinita? qualis est bonitas infinita? quando fuit bonitas infinita? ubi est bonitas infinita? quomodo est bonitas infinita? cum quo est bonitas infinita? Et sicut Regulæ sunt contractæ ad bonitatem, sic possunt contrahi ad alia principia; & per hoc Artista potest cognoscere, qualiter Regulæ, quæ sunt generales, contrahantur ad Principia.

Dictum est de Modo contrahendi, nunc sequitur de Modo disputandi.

DISTINCTIO XII.

De Disputatione.

ISta Distinctio dividitur in *decem Partes.*

1. *Prima Pars* est, quòd Artista disputet per quatuor modos, scilicet per Syllogismum, per Inductionem, per Enthymema & per Exemplum, applicando definitiones Principiorum & species Regularum ad istos quatuor modos, probando vel improbando.

2. *Secunda Pars* est, quòd Artista secundùm materiam vel subjectum, de quo occurrit disputandum, recurrat ad *tertiam partem sextæ Distinctionis*, & ex illa eligat aliquam suprascriptarum scientiarum, & se informet secundùm illam; ût si de Theologia sit disputandum, recurrat ad Caput, in quo hæc Ars est applicabilis ad Theologiam; si de Medicina, ad Caput de Medicina, & sic de aliis.

3. *Tertia Pars* est, ut Artista unum Principium adjuvet per aliud, & etiam per Regulas, resistendo, ne Principia vel Regulæ destruantur; & unum per aliud defendendo & fortificando, sicut suprà data est doctrina.

4. *Quarta Pars* est, quòd Artista consideret subjectum, de quo est disputandum, & ad illud applicet supradictas Distinctiones Ordinationis, Investigationis, Inventionis, Applicationis, Significationis, Probationis, Mixtionis, Multiplicationis & Contractionis, & hanc totam doctrinam hujus Artis, probando & improbando, secundùm quòd congruit suo proposito & rationi Artis.

5. *Quinta Pars* est, quòd Artista, si aliqua Auctoritas contra ipsum allegetur vel inducatur,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

catur, ipſam Auctoritatem exponat, & eandem declaret per rationem, ſecundùm quam hæc Ars eſt diſcurſiva; quoniam ſi Auctoritas ſit vera, oportet, quòd concordet rationi, & eam oſtendat eſſe veram, ſi poteſt, per aliam viam, quàm ſit illa, quam tenet adverſarius, & eam trahat ad ſuum propoſitum, vel ſaltem ſic exponat, quòd ipſa non ſit contra eum.

6. *Sexta Pars*, quòd ſi adverſarius Artiſtæ eſt ſuperbus, nec vult acquieſcere rationi, transferat ſe Artiſta de uno Principio ad aliud, & de una ſpecie Regularum ad aliam, deducendo adverſarium, & trahendo de uno ad aliud, & ſubitò multiplicando rationes, ût in *Diſtinctione* de *Multiplicatione* dictum eſt, ita quòd finaliter, ſi poteſt, concludat adverſarium; & ſi adverſarius omninò in perverſitate eſt obſtinatus, imponat finem diſputationi, quia eſt inutilis, & eſt indignus ad attingendum veritatem.

7. „*Septima Pars* eſt, quòd Artiſta non di„ſputet cum illo, qui omninò eſt rudis, nec „habet fundatum intellectum, quia cùm „rudis intellectus non attingit iſtam Sci„entiam, quæ eſt alta & ſubtilis, vilipendit „eam, & defectum, qui eſt ex parte ipſius „intellectûs, attribuit ſcientiæ, judicans in„juſtè, eam eſſe nullam.

8. *Octava Pars* eſt, quòd Artiſta, cùm vult diſputare, conſideret, quòd ad hoc ſit bona & competens diſpoſitio loci & temporis, ſanitatis, tranquillitatis, & aliorum graduum iſtis ſimilium, & quòd ſit cum alacritate & modeſtia ſinè turbatione & ſtrepitu; quia cum turbationibus & aliis contrariis præmiſſorum alta ſeu profunda & ſubtilia hujus Scientiæ non poſſunt bono modo intelligi aut proferri.

9. *Nona Pars* eſt, quòd Artiſta diſputando deducat propria & bona exempla, quantum poteſt, ad propoſitum: ſicut qui vult probare, quòd aqua infrigidet ignem, det hoc exemplum; ſicut ignis calefacit aquam, calefaciendo aërem, & aër calefaciendo aquam influens in ipſa ſuam humiditatem calefactivam, ſic aqua frigefaciendo terram, & terra deſiccando ignem, influens in ipſo ſuam ſiccitatem frigefactivam, frigefacit ignem per tale medium: & ſi Artiſta vult probare, quòd in divina Eſſentia bonitas, magnitudo & æternitas habeant proprios actus, adducat iſtud exemplum; ſicut DEUS habet proprium actum per ſuum intellectum intelligendo, & per ſuam volun-

tatem diligendo, ſic habet actum per ſuam bonitatem bonificando, & per ſuam magnitudinem magnificando, & per ſuam æternitatem æternando.

10. *Decima Pars* eſt, quòd Artiſta diſputans cum ſuis Scholaribus faciat eis objectiones, & ſi neſciant eas ſolvere, oſtendat eis loca, in quibus ſolutiones ſunt ſignificatæ, ût patet in Modo inveſtigandi, inveniendi, docendi, applicandi & miſcendi &c.; verbi gratiâ, circa modum ſecundæ Regulæ C. poteſt Artiſta objicere, quòd ipſa eſt impoſſibilis, quia per eam ſequitur, quòd intellectus eſſet practicus intra ſe ſinè intelligibilitatibus acquiſitis ab extra; quod eſt impoſſibile & falſum: ſi tamen Scholares neſciant hoc ſolvere, deducat ipſos ad Regulam G., in qua eſt ſignificatum, quòd intellectus habet proprium intellectivum, intelligibile & intelligere; & iſta deducit ad actum ſeu practicam cum appropriata intelligibilitate, ſicut eſt intelligibilitas roſæ, leonis &c., quam acquirit in ſua propria intelligibilitate, & ad hoc conſentit Regula de Inſtrumentalitate, & etiam illa de Modalitate: & inſuper exemplum hominis declarat hoc, qui per ſuam propriam vitam vivit, ſed non poteſt habere vivere ſinè eo, quod recipit ab extra, comedendo bibendo &c., cum quibus vivit.

Dictum eſt de diſputando, nunc dicendũ eſt de ultima Parte, ſcilicet de declarando.

DISTINCTIO XIII.

De Declaratione.

ISta Diſtinctio eſt de Declaratione textûs: Declaratio autem textûs eſt implicita in præſenti Lectura, ſed exempli gratiâ transcurremus textum, & ſi aliquam difficultatem invenerimus, illam declarabimus & exponemus.

1. Notandum igitur, quòd ſint *octodecim* Principia hujus Artis, quorum *novem* ſunt in *prima Figura*, & *novem* in *ſecunda Figura*; & ſunt in qualibet novem, ut poſſint miſceri & combinari ad invicem ad faciendum Cameras: accepimus autem talia Principia, quia ſunt magìs generalia, nobiliora, utiliora & commodiora ad iſtam Artem; plura autem non accipimus, quia iſta ſufficiunt, & omnia alia peregrina ſunt reducibilia ad iſta; pauciora etiam non accepimus, eò quòd tres trianguli ad minùs erant neceſſarii in hac Arte, ex quibus conſtituitur ſecunda Figura: alia autem peregrina princi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

principia ſunt deducibilia ad iſta novem; quia ſicut poſuimus intellectum & voluntatem inter principia, ſic implicitè intelligitur de memoria, quæ eſt reducibilis ad explicitum principium, ſcilicet ad durationem, in qua memoria durant habitus, conſervando ſpecies acquiſitas; & hoc idem de perfectione, quæ eſt reducibilis ad finem, & de juſtitia, quæ eſt reducibilis ad æqualitatem, & de Fide, quæ eſt reducibilis ad virtutem; & ſic de aliis.

2. In ſecunda Diſtinctione de Figuris dicitur, quòd per quantitatem & tempus ſignificantur accidentalia principia, ſicut ſunt novem prædicamenta: unde ſciendum eſt, quòd de quantitate, quæ eſt accidentale principium, ſufficienter locuti ſumus ſuprà in Capite de Regulis, de Quantitate in Regula F., de Qualitate in Regula G., de Tempore in Regula H., de Loco in Regula I., de Relatione autem in triangulis ſecundæ Figuræ: de Actione & Paſſione in mixtione principiorum, quia bonitas, in quantum influit ſuam ſimilitudinem aliis principiis, eſt agens, & quodlibet principium recipiens illam ſimilitudinem eſt patiens: ſimiliter ſignificatum eſt de hoc in Regula G., ubi loquimur de proprio & appropriato: proprium autem ſemper eſt agens, & appropriatum patiens. Situs etiam ſeu aſſituatio eſt ſignificata in mixtione principiorum, magnitudo enim, duratio & cætera principia ſunt aſſituata in bonitate, in quantum ipſa bonitas, quæ eſt generalis, eis applicatur, & ea in ſe aſſituat; ſicut patet in dicta Diſtinctione de mixtione, & in ſpeciebus, quæ ſunt ſignificatæ in Regula G.; & iſte ſitus eſt intrinſecus; extrinſecus autem patet, ſicut in homine ſtante, ſedente vel jacente, ſicut domus in civitate, & iſte extrinſecus ſitus ſic ſe habet ad locum, ſicut tempus ad motum. Habitus autem eſt, ſicut in eſſentia intellectûs, in quo propria & generalis intelligibilitas eſt habitus, in quo intellectus eſt habituatus peregrinis intelligibilitatibus; ſicut ſcientia eſt in artibus mechanicis & propriis & appropriatis proprietatibus, ſicut corpus hominis habituatum eſt veſtibus, & ſicut unus habitus eſt intrà, & alius extrà, ſicut eſt ſignificatum: ſub iſtis autem novem prædicamentis ſeu accidentalibus principiis ſunt multa, ſicut color, figura, videre &c., quæ omnia reducuntur ad prædicta.

3. Per hoc autem, quod diximus de novem prædicamentis, poteſt cognoſci, qualiter accidentia conſiſtunt in ſubſtantiis, & qualiter influuntur ab ipſis & refluuntur; ſicut bonitas, quæ eſt generalis, in qua conſiſtit ſua magnitudo, ſua duratio &c., quæ ſunt accidentales, & ibi ſunt quantitas, qualitas &c.: cùm dicitur in definitionibus principiorum, quòd veritas eſt id, quod eſt verum de bonitate, magnitudine &c., intelligendum eſt, quòd veritas eſt hoc, per quod bonitas, magnitudo & cætera principia ſunt vera, & actus eorum ſunt veri.

4. Dicitur in fine ejusdem Capitis, ſcilicet de Definitionibus Principiorum, quòd probari poteſt, quòd principia per unum modum ſunt ſubſtantialia, & per alium modum ſunt accidentalia; hoc autem fit & declaratur hoc modo: ſubſtantia eſt magis magna &c. quàm accidens, & hoc eſt, quia plus habet de eſſentia, accidens verò minus; ſicut ſignificatum eſt in tertia ſpecie Regulæ D., & etiam in Regula E.; cùm ſubſtantia ſit per ſuam propriam formam & per ſuam propriam materiam, ût in ſecunda ſpecie Regulæ D. ſignificatum eſt; ſed accidens non eſt niſi per ſuam propriam formam: item ſubſtantia habet in ſe proprium ſubſtantificativũ, ſubſtantificabile & ſubſtantificare, ût in ſecunda ſpecie Regulæ C. ſignificatum eſt, ſed accidens non, cùm ſit ſimilitudo & figura ſubſtantiæ; ſicut figura hominis, quæ eſt ſimilitudo ſubſtantiæ hominis: unde ſequitur, quòd ſi aliqua bonitas &c. non eſſet ſubſtantia, accidens eſſet bonum magnum &c. propriè, & ſubſtantia appropriatè, & quies eſſet in accidente, & non in ſubſtantia; quod eſt impoſſibile: ergò concluditur, quòd aliqua bonitas, magnitudo &c. eſt ſubſtantia. Et cùm dicitur, quòd principia per unum modum ſint accidentalia, intelligitur, quòd accidentalia principia ſunt effectivè à ſubſtantiali principio primitivo cauſativo; ſicut bonitas, quæ eſt principium per primitivum principium, & ſua magnitudo, quæ eſt accidens, cùm bonitas ſit magna per magnitudinem; & ſic de aliis.

Contrarietas autem ſemper eſt accidens, ût dicit textus, quia contrarietas non poteſt eſſe ſubſtantia; ſi enim eſſet ſubſtantia, ſequeretur contradictio in naturalibus rebus; nam ſicut concordantia contracta ad bonitatem ponit concordantiam inter ſuum bonificativum, bonificabile & bonificare, ſic contrarietas contracta ad bonitatem, ſi eſſet ſubſtantia, poneret contrarietatem & diſcordiam inter prædicta concreta bonitatis,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ita quòd concordativus & contrariativus essent idem numero; quod est impossibile.

5. In Capite de Regulis in principio dicitur, quòd sunt decem Regulæ & decem generales Quæstiones; unde sciendum est, quòd dicuntur Regulæ, quia ipsæ Regulæ & species earum regulant Artistam ad investigandum suum propositum, scilicet veritatem & secreta Naturæ, quæ per istam Artem secundùm istas regulas investigantur: dicuntur Quæstiones, quia ponuntur sub forma quæstionis & interrogationis.

Circa septimã Regulam, quæ est de Tempore, est notandum, quòd tempus est illa forma, cum qua homo minus participat, scilicet instans vel nunc, & tempus est figura secundæ speciei Regulæ C., scilicet substantiativi, substantiabilis & substantiare, quæ sunt de esse substantiæ, & sunt habituati ac figurati ex temporificativo, temporificabili & temporificare, quæ sunt de genere temporis & similitudines ejus. Item tempus est mobile in substantia cœli & in aliis mobilibus substantiis, ût vult tertia species Regulæ C. Item tempus habet suam figuram in tempore præterito, præsenti & futuro ratione motûs substantiarum. Item per primam speciem Regulæ D. tempus est de se ipso, & per secundam est de temporificativo, temporificabili & temporificare; & accidentaliter, scilicet est figura & similitudo influxa & characterizata ab ipsis substantialibus concretis. Item per tertiam speciem tempus est sub dicta forma substantiæ habituatæ ex tempore. Item tempus habet modum, existens id, quod est, per primam speciem Regulæ de modalitate, in quantum est una pars totius universi, per quam universum & omnia, quæ in ipso sunt contenta, continentur in tempore. Per secundam speciem tempus est cum loco, cum quantitate, cum qualitate &c., existens una forma in aliâ. Tempus habet modum existendi in universo, & universum habet modum existendi in suis particularibus motivo, mobili & movere, ex quibus figura temporis est influxa & similitudo earum, & hoc vult tertia & quarta species Regulæ de modalitate. Item tempus est respectu Regulæ de instrumentalitate id, cum quo substantia agit movendo in tempore respectu primæ, secundæ, tertiæ & quartæ speciei ipsius Regulæ; quia tempus cum motivitate, mobilitate & movere substantiæ est in continuo motu, existens tempus in movente & mobili & movere, & existens figura influxa, per quam intellectus considerat nunc in nunc, instans in instanti, horam in hora, diem in die &c.

Circa octavam Regulam, quæ est de loco, est notandum, quòd locus est illa forma, per quam substantia est collocabilis, & ipse locus est de se ipso, ût vult prima species Regulæ D., & per secundam speciem est de locante, locabili & locare; per accidens verò locus est figura influxa à substantia collocante & collocabili; sicut forma, quæ est collocans, & materia collocabilis; etiam per tertiam speciem locus est habitus substantiæ. Item locus continet in se modalitatem, existente uno loco in alio, sicut in elementato, in quo quodlibet elementum est collocatum in alio, de quo elemento locus est influxus & characterizatus, ût apparet in denario constituto ex auro & argento, existente auro in argento, & argento in auro; & hoc idem patet in vino limphato. Item per Regulam de Instrumentalitate unus locus est cum alio; sicut locus auri cum loco argenti, & locus argenti cum loco auri, quando denarius est compositus ex ipsis, & ex ipsis locis generalis locus denarii est augmentatus, qui locus est proprius ipsius denarii & inseparabilis; & sic de loco vini sibi proprio & inseparabili, qui cum sua propria collocabilitate est collocabilis in amphora, in qua ipsum vinum est.

6. In quarta Distinctione de Modo investigandi implicitos terminos quæstionum dicitur, quòd investigatâ aliquâ conclusione affirmativâ per aliqua principia explicita, si volumus investigare negativam, debemus accipere principia omninò contraria propriis principiis; & hoc est ideo, quia sicut affirmativa est contra negativam cum magnitudine & concordantia, sic negativa est contra affirmativam cum minoritate & contrarietate: unde sequitur, quòd negativa est falsa per minoritatem & contrarietatem, & affirmativa est vera per magnitudinem & concordantiam; verumtamen iste modus investigandi est specialis in ista Arte: Modus autem, qui est generalis, dicit, quòd Artista debet investigare tam affirmativam quàm negativam per eadem principia: sententia verò & intentio istius exempli de deducendo terminos implicitos patet illis, qui habent hanc scientiam in habitu; & etiam sufficienter declaratur in processu *hujus Lecturæ*; & ideo sufficit, quod dictum est de ipsis.

7. In *ultima Generali Arte* dicitur de Tabula, quòd

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quòd inveſtigatio, quæ fit in Tabula, eſt in altiori gradu ſignificationis veritatum, quàm illa, quæ fit in Figuris; & hoc eſt, quia in Tabula eſt plenior & magìs expreſſa mixtio Principiorum & Regularum & combinatio terminorum, & major multiplicatio rationum, ût patet, transeundo de una columna in aliam; ſicut de columna BCD., ad columnam BCE., & de columna BCE., ad columnam BCF., & ſic de aliis: *& iſta eſt cauſa, quare iſte Libellus denominatur à Tabula, & dicitur Tabula Generalis.*

8. In *ſecunda Parte Applicationis Diſtinctione ſecundâ* magnæ Lecturæ de Quæſtionibus, in principio, ubi dicitur de quadraginta quinque Quæſtionibus, quæ continentur ſub Rubrica *de Explicitè*, datur modus ſolvendi Quæſtiones, in quibus ſunt principia explicita Artis, qualis eſt ſequens Quæſtio, utrùm DEUS ſit ita bonus, magnus & æternus per ſuam intrinſecam operationem, ſicut per ſuam Eſſentiam? & in iſta quæſtione intendat Artiſta dare modum ſolvendi per Principia & Regulas; per Principia autem, ſicut per bonitatem, quæ eſt ratio DEO, ut producat bonum; & quia ipſa bonitas eſt magna & æterna, eſt ratio DEO, ut producat bonum magnum & æternum; & Regula B. hoc dicit ſecundùm ſuam conditionem, negando verò non; & etiam Regula C. per affirmativam habet concordantiam cum Regula B., cùm DEUS ſit Ens bonum, magnum & æternum, & habeat in ſe coëſſentialia concreta, ût vult ſecunda & tertia ſpecies Regulæ C.; cùm DEUS in ſua Eſſentia ſit actus purus, bonus, magnus & æternus, & etiam DEUS habeat in ſua Eſſentia ſic bonos actus per bonitatem, magnitudinem & æternitatem, ſicut per ſuum intellectum & per ſuam voluntatem: & ſic de Regula D., cùm DEUS non ſit ſubditus alicui, & ſit de ſe ipſo, & non de aliquo alio; etiam eſt ſic de ſuis Dignitatibus, ſicut intellectus eſt de ſuo proprio intellectivo, intelligibili & intelligere: unde omnia iſta ſic conſiderata & reducta ad propoſitum, ſcilicet ad ſolvendam prædictam quæſtionem, ſunt vera media & vera materia ad faciendum ſyllogiſmum, & pro exemplo volumus ſolvere quæſtiones ſecundùm modum & figuram hoc modo.

Bonitas, quæ eſt magna & æterna, eſt ratio bono, quòd producat bonum & magnum & æternum; ſed divina bonitas eſt magna & æterna, ergò divina bonitas eſt ratio DEO, quòd agat bonum magnum & æternum; & ſic declaratum eſt, quòd DEUS eſt ita bonus, magnus & æternus per ſuam intrinſecam operationem, ſicut per ſuam Eſſentiam: & ſimili modo alia media poſſent reduci ad ſyllogiſmum, & de ipſis formari ratio ad concluſionem; unde iſtud exemplum ſufficit pro omnibus.

9. In *nona & ultima Parte quintæ Diſtinctionis Tabulæ Generalis* ponuntur generales & ſpeciales Quæſtiones, quarum ſolutiones ſignificantur per literas; unde Artiſta debet conſiderare literas cuilibet quæſtioni appropriatas, & per illas ſolvere quæſtiones ſecundùm ſignificationes & proprietates literarum; quæ literæ declarant quæſtionem, & etiam ſignificant ſolutiones quæſtionum: verbi gratiâ

Quæritur, utrùm voluntas tantúm diligat differentiam in bonitate, quantúm in ſe ipſa? & iſta quæſtio eſt difficilis ad intelligendum, habet autem literas BGTB., quæ literæ docent, quicquid quæſtio intendit dicere, ſcilicet, quòd voluntas diligit in ſe ipſa differentiam ſui proprii & coëſſentialis volitivi, volibilis & velle, quæ ſunt ſua coëſſentialia, primaria, vera & neceſſaria concreta; & quieſcit in hoc, in quantum ſunt bona per bonitatem; illam autem quietem voluntas non poſſet habere in ipſis ſinè differentia exiſtente in bonitate per ſuum proprium & coëſſentiale, verum, primarium, neceſſarium & naturale bonificativum, bonificabile & bonificare, ex quibus concreta voluntatis ſunt habituata & induta: ergò voluntas diligit ſic entia diſtincta in bonitate, ſicut in ſe ipſa. Item BGTB. ſunt Magiſtri & Doctores in iſta quæſtione, qui docent facere concluſionem; ſicut B. cum definitione bonitatis & differentiæ, & cum utrùm, quæ eſt prima Regula, & ſic de G. & de TB., quia bonitas eſt ratio Diſtinctionis inter volitivum, volibile & velle, cùm ſit bona; & TB. docet, quòd diſtinctio eſt amabilis inter bonificativum, bonificabile & bonificare, diſtinguendo inter intellectuale & intellectuale, quæ ſunt in angulo B. ſecundæ Figuræ; & G. docet quietem in voluntate ratione diſtinctionis bonificativi, bonificabilis & bonificare, & volitivi, volibilis & velle: & ſicut dedimus exemplum in iſta quæſtione & in ſuis terminis ſeu literis, ſic poteſt fieri & intelligi in aliis. Sit igitur benedictus & laudatus DEUS glorioſus, qui vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Finivit Raymundus hanc lecturam in Civitate Januæ Anno Domini 1303. die 1. Menſis Februarii ad honorem JESU Chriſti, cui hoc Opus & alia ſua Opera commendavit devotè.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

BEATI RAYMUNDI LULLI DOCTORIS ILLUMINATI LECTURA COMPENDIOSA TABULÆ GENERALIS.

DE PROLOGO.

CUm Theorica & Practica in textu noſtræ *Tabulæ Generalis* ſatìs, ût credimus, ſit declarata bonis intellectibus, non convenit, quòd Magiſter Artis talibus legat vel exponat textum, ſed quòd ipſi librum in principio per ſe totum legant, & ſic Magiſter opportunè declaret eorum dubia in paſſibus, in quibus dubitaverint; facimus tamen pro iſtis & aliis ex ſuperabundanti hanc brevem Lecturam, quam videant & habituent, poſtquam perlegerint & intellexerint prædictam Tabulam, & memoriter ſciverint Alphabetum & Definitiones Principiorum, & etiam ſpecies Regularum, ut ſic tandem adjuvante DEO & Magiſtro, dum præſens fuerit, omnimodè poſſint eſſe prompti in faciendis & ſolvendis Quæſtionibus.

De Diviſione hujus Lecturæ.

HÆc Lectura dividitur in *quatuor Diſtinctiones*. *Prima* eſt de Explanatione Figurarum. *Secunda* eſt de Mixtione Principiorum. *Tertia* eſt de Applicatione Regularum ad Principia. *Quarta* eſt de Tabula; & hæc Diſtinctio ſubdividitur in *tres Partes*. *Prima* Pars eſt de Poſitionibus. *Secunda* de generalibus Quæſtionibus. *Tertia* eſt de ſpecialibus Quæſtionibus textûs Tabulæ Generalis.

PRIMA DISTINCTIO

De Explanatione Figurarum.

PRima Diſtinctio hujus Artis requirit, quòd Magiſter explanet & declaret Figuras, ſcilicet primò primam, hoc eſt, quòd declaret, quomodo Principia ſunt generalia, ſicut bonitas, quæ eſt generalis, quando ſumitur in abſtracto non contracta ad aliquid; & ſic de aliis principiis (hoc idem eſt de ſecunda Figura) & Magiſter faciat explanationem Principiorum, ſecundùm quòd dictum eſt in textu, ubi Definitiones Principiorum ſunt datæ; ſimiliter faciat de decem Regulis, ſicut in textu apparet. Eſt autem generalis Regula in iſta Arte, quòd homo ſolvat quæſtionem affirmando vel negando, tali modo, quòd Principia in ſua mixtione & in applicatione Regularum ſecundùm affirmationem vel negationem habeant concordantiam in concluſione, & quòd definitiones Principiorum & ſpecies Regularum remaneant illæſæ: iterum requirit hæc Ars, quòd homo eligat terminos propoſitæ quæſtionis, qui in ipſa ſunt expliciti; & ſi non ſunt expliciti, quòd illos terminos reducat ad explicitos, ſicut data eſt doctrina in textu *Tabulæ Generalis*.

SECUNDA DISTINCTIO

De Mixtione Principiorum.

1. IN iſta Diſtinctione datur doctrina miſcendi Principia cum bonitate, & per ipſam mixtionem, quam hìc faciemus, poterit homo habere doctrinam miſcendi ad invicem alia principia, & cognoſcendi bonitatem, quia eſt mixta cum aliis principiis, quia principia ipſam demonſtrant & declarant; & idem, quod hìc dicetur de bonitate, eſt de cognitione aliorum principiorum.

2. Igitur de mixtione bonitatis cum aliis principiis dicimus ſic: bonitas eſt magna, durans, potens, intellecta, amata, virtuoſa, vera, glorioſa, & habet in ſe differentiam, concordantiam & contrarietatem, & eſt principium, & habet medium, & habet finem, & majoritatem, æqualitatem, & minoritatem; & ſicut bonitas habet omnia iſta principia, ſic omnia iſta principia habent ipſam, exiſtentia bona per ipſam: iterum bonitas eſt magna, quia habet ſua correlativa ſeu concreta ſubſtantialia magna, ſcilicet bonificativum, bonificabile & bonificare (ſed hoc tantùm poteſt eſſe in ſuppoſito ſubſtantiali, & non extrà) & eſt magna etiam per accidens per magnitudinem, quæ illi dat ſuam ſimilitudinem; & ſic de duratione, per quam in bonitate durant bonificativum, bonificabile & bonificare; hoc idem eſt de poteſtate, per quam bonitas poteſt durare in exiſtere & agere; & ſic de ſapientia, per quam bonitas eſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

est intelligibilis & intellecta substantialiter & accidentaliter, & per voluntatem est amabilis, ut voluntas habeat bonum amare; & sic de virtute, per quam bonitas est virtuosa, sicut virtus per bonitatem est bona; & sic de veritate, per quam bonitas est vera, sicut veritas per bonitatem est bona: hoc idem est de gloria, per quam bonitas est glorioſa, ût &c.; & de differentia, per quam bonitas habet differentia concreta, & est differens per essentiam à magnitudine, duratione &c.: item differentia, quæ est inter sensuale & sensuale, est bona per bonitatem, ût significatum est in angulo de differentia: & per concordantiam bonitas habet in se entia concordabilia, scilicet bonificativum &c.; & sic de contrarietate, per quam bonitas est diffusa in rebus contrariis, sicut contrarietas ignîs & aquæ, & sic de aliis, quæ sunt contraria bona per bonitatem; sed bonitas non habet in se contrarietatem, quia contrarietas non est ens positivum & essentiale seu substantiale, sed privativum & accidentale: per principium est de principio, per quod bonitas est principium omnium bonorum, quæ per ipsam sunt bona vel bonificata, sicut per colorem sunt omnia colorata; & sic de medio, per quod bonitas habet essentiale medium in se ipsa, sicut bonificare existens in medio bonificativi & bonificabilis; & sic de aliis speciebus medii, ût in angulo de medio significatum est; & sic de fine, qui se ponit in bonitate, ut bonitas sit finis omnibus bonificatis simpliciter quoad suum genus; etiam per finem habet essentiales terminos, sicut bonificativum, bonificabile, bonificare; & sic de privatione finîs, sicut privatio vitæ hominis in hoc mundo, & privatio vitiorum, ut in alia vita homo possit habere beatitudinem: per majoritatem bonitas potest esse major substantialiter quàm accidentaliter; & major per unum subjectum, quàm per aliud; & sic de minoritate; quæ majoritas & minoritas sunt bonæ per bonitatem; & sic de æqualitate, per quam bonitas in se habet res æquales, scilicet suum bonificativum, bonificabile, bonificare, quæ per essentiam bonitatis sunt æquales, & in aliis essentiis sunt æqualia accidentia, sicut in magnitudine &c., quæ est æqualiter bona per substantiale bonificativum, bonificabile & bonificare substantialis bonitatis.

3. Ad exemplificandum autem, quomodo Regulæ sunt applicandæ ad bonitatem, facimus Quæstiones de bonitate secundùm Regulas & species earum; & sicut damus doctrinam per bonitatem, sic posset homo applicare Regulas aliis principiis, faciendo quæstiones; & in hac parte multum consistit de doctrina Artis.

TERTIA DISTINCTIO

De Applicatione Regularum, & primò

De Applicatione 1. Regulæ ad Bonitatem.

1. *Quæritur, utrùm* bonitas sit tantúm recolibilis, quantúm intelligibilis & amabilis? Solutio: quoties intellectus intelligit bonitatem, toties voluntas debet ipsam amare, & memoria ipsam recolere, & è converso; & quando quæritur de bonitate, debet homo considerare, de qua bonitate quæritur secundùm Distinctionem anguli de differentia, & hoc, quia B. significat bonitatem & differentiam; & quia hìc quæritur de bonitate, debet homo considerare responsionem, secundùm quòd bonitas est magìs diffusa in uno principio, quàm in alio, & sic affirmatio tenenda est, scilicet in eodem gradu; nam si non teneretur affirmativa, sed negativa, sequeretur, quòd si bonitas in eodem gradu non esset tantúm recolibilis, quantúm intelligibilis & amabilis, intellectus esset impeditus ad intelligendum diversas amabilitates bonitatum, & voluntas ad amandum diversas intelligibilitates earum, quæ parum essent recolibiles; & sic intellectus & voluntas deficerent, quia non haberent dispositum medium sive subjectum, quod est memoria, in quo possent deliberare ad accipiendum liberè objecta, & recuperare æqualiter antiquas species in memoria conservatas; & sic oporteret eas addere de novo acquisito extrà in speciebus recuperatis per memoriam, quæ ipsas non posset tantúm reddere bonas, quantúm intellectus & voluntas per ipsam appeterent recuperare; & sic intellectus & voluntas in ipsa novâ additione haberent magnum tædium, quod esset malum contra magnitudinem bonitatis, durationis &c., & contra bonitatem, durationem &c. trium potentiarum animæ; patet ergò, quòd negativa hujus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quæstionis non est tenenda, ut prædicta inconvenientia non sequantur.

De Applicatione 2. Regulæ.

2. QUid *est* bonitas *in se*? Solutio: Bonitas est ens, per quod omnia alia principia sunt bona (vel sic) Bonitas est illud ens, quod per se ipsum est bonum, & per nihil aliud præter DEUM. Bonitas *quid habet in se*? Solutio: bonitas habet in se essentiale bonificativum, bonificabile & bonificare, ut possit essentialiter esse magna per magnitudinem, & durare per durationem. Bonitas *quid est in magnitudine*? Solutio: est ratio, quòd ipsa magnitudo sit bona, & possit habere bonum magnificativum & magnificabile & magnificare. Bonitas *quid habet in magnitudine*? Solutio: bonitas habet in magnitudine actionem, in quantum magnitudo est bona per ipsam, ût prædictum est, scilicet bonitate dante magnitudini suam similitudinem.

De Applicatione 3. Regulæ.

3. BOnitas *de quo est primitivè*? Solutio: Bonitas est de se ipsa, in quantum est generale principium, & non dependet de alio principio, quod non sit de genere ipsius, tamen excludendo DEUM. Bonitas *de quo est derivativè*? Solutio: bonitas est de suo substantiali bonificativo, bonificabili & bonificare. Bonitas accidentalis *cujus est possessivè*? Solutio: est bonitatis substantialis, sicut caliditas est ignîs, vel sicut instrumentum est agentis; & est principium concreatum cum substantiali bonitate.

De Applicatione 4. Regulæ.

4. BOnitas *quare est formaliter*? Solutio est: quia bonitas formaliter & essentialiter est de suo essentiali bonificativo, bonificabili & bonificare. Bonitas *quare est finaliter*? Solutio: est, ut magnitudo & alia principia sint bona, & etiam ut agens sit bonum, & per ipsam habeat rationem agendi bonum.

De Applicatione 5. Regulæ.

5. BOnitas *simplex quanta est*? Solutio: substantialis bonitas est tanta, quanta est sua simplicitas, essentia & natura, & sic de accidentali bonitate, quæ est naturalis habitus sustentatus in substantiali bonitate; & etiam de bonitate morali, quæ est tanta, quantum bonum homo agit per bonitatem. Bonitas *composita quanta est*? Solutio: bonitas composita est tanta, quanta est in magnitudine, duratione &c., quæ per ipsam sunt bonæ.

De Applicatione 6. Regulæ.

6. BOnitas *propria qualis est*? Solutio: Bonitas *propria* est illa, quæ est accidentalis, & est immediatè de substantiali bonitate, sicut instrumentum de agente, & est *appropriata* magnitudini, durationi &c., in quantum per ipsam sunt bonæ.

De Applicatione 7. Regulæ.

7. BOnitas *quando fuit*? Solutio: tempus bonitatis debet investigari per Regulas C. D. K. sic: bonitas fuit, quando deducta fuit de non esse in esse, aut de potentia in actum, & fuit, quando habuit substantiale bonificativum, bonificabile & bonificare; etiam quando fuit ratio in agente, ut per ipsam ageret bonum; etiam fuit, quando agens habuit actionem contra malum; item fuit bonitas, quando fuit de se ipsa, & quando fuit de bonificativo, bonificabili & bonificare; etiam fuit tunc, quando fuit appropriata magnitudini &c., scilicet quando per ipsam fuit bona; fuit etiam bonitas, quando habuit modum essendi, sicut pars, quæ habet modum essendi, in quantum est pars totius; etiam sicut totum, quod habet modum essendi, existente unâ parte in alia, & omnibus in suo toto, & è converso toto existente in suis partibus; item sicut magnitudo, quæ habet modum, quòd sit bona, quando bonitas induit ipsam de sua accidentali bonitate sibi simili; item fuit bonitas, quando habuit illa instrumenta, cum quibus potuit esse, & habere tale esse, quod habuit, sicut habere magnitudinem, cum qua sit magna, & durationem, cum qua sit durans, & potestatem, cum qua possit esse, & habere instinctum naturalem & appetitum, & sic de aliis, & habere concreta naturalia & substantialia, cum quibus possit esse, sicut totum, quod cum suis partibus potest esse hoc, quod est, & suam similitudinem producere in aliis subjectis.

De Applicatione 8. Regulæ.

8. BOnitas *ubi est*? Solutio hujus quæstionis requirit Regulas C. D. K., ut per ipsas possit declarari, & hoc sic, primò per Regulam C.: bonitas est in se ipsa, in quantum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tum eſt hoc, quod eſt, & eſt in ſuo bonificativo, bonificabili & bonificare; & eſt in magnitudine &c., in quantum magnitudo eſt per ipſam bonificata, & ipſa per magnitudinem magnificata; eſt etiam in magnitudine, in quantum magnitudo habet accidentalem bonitatem; eſt etiam bonitas in ſe ipſa, in quantum eſt de ſe ipſa, & in quantum eſt de ſuo bonificativo, bonificabili & bonificare; eſt etiam in homine, in quantum eſt ſua naturalis pars, quam homo poſſidet, ſicut totum poſſidens ſuam partem; & ſic de bonitate morali, quæ eſt habitus in homine bono: eſt etiam bonitas in bono modo, ſicut pars exiſtens in bono communi conſtituto per magnitudinem, bonitatem &c. tunc, quando agens agit ſecundùm bonitatem, magnitudinem &c.; etiam bonitas eſt in partibus illius modi, cum quibus, & partes ejus ſunt in ipſa, & per conſequens eſt per totam ſubſtantiam, cùm tota ſubſtantia ſit bona per bonitatem; item eſt in actu ſecundo, ſcilicet in bonificare efficientis, quando agit bonum moraliter & naturaliter; etiam eſt bonitas in agente tunc, quando eſt ei inſtrumentum, cum quo agat bonum, & eſt in magnitudine, duratione &c., ut ille actus ſit in magna & durabili bonitate, & agens cum illo actu faciat ſe magnum &c. moraliter, & ut cum ſimilitudinibus exterioribus bonis ſignificet partes interiores bonas cum bonitate.

De Applicatione 9. Regulæ.

9. BOnitas *quomodo eſt*? Solutio: bonitas eſt ſecundùm modum partis, ſicut bonitas, quæ per ſe ipſam eſt pars ſubſtantiæ, & eſt bonitas, ſecundùm quòd pars eſt in parte, ſicut bonitas, quæ eſt in magnitudine, duratione &c., quæ ſunt partes, & ſtant in ipſa bonitate; etiam eſt bonitas, eò quòd ipſa eſt pars cum aliis partibus exiſtens in ſubjecto, & ſecundùm quòd ſubſtantia eſt cum ſuis partibus: item bonitas eſt per illum modum, ſecundùm quem ſubſtantia transmittit ſuam ſimilitudinem extra ſe, ſicut homo, qui habet naturalem bonitatem, & ratione ipſius bonitatis facit aliquod bonum accidentaliter & moraliter, ſicut eleëmoſynam aut orationem, & ſic de aliis: talis ſubſtantia habet naturam bonificandi aliam ſubſtantiam & accidentia ejus.

De Applicatione 10. Regulæ.

10. BOnitas *cum quo eſt*? Solutio: Bonitas eſt cum ſe ipſa, in quantum eſt per ſe ipſam; & cum poteſtate, in quantum per poteſtatem poteſt eſſe; & eſt cum magnitudine, in quantum per ipſam eſt magna; etiam eſt cum fine ſubſtantiæ, & cum fine actûs ſubſtantiæ, ut ſubſtantia ſit bona, & habeat bonum actum ſive ſubſtantialiter, ſive accidentaliter. Dedimus Doctrinam, quomodo Regulæ & ſpecies earum poſſunt applicari ad magnitudinem, durationem &c. ſecundùm applicationem, quam fecimus ad bonitatem, & talis doctrina eſt multùm neceſſaria homini, qui inquirit veritatem.

QUARTA DISTINCTIO

De Tabula.

PRIMA PARS

De Poſitionibus Principiorum.

POſitiones principiorum poſſunt ſic fieri per Cameras Tabulæ.

1. Primò de camera BCD. ſic: bonitas eſt magna & durabilis, magnitudo eſt bona & durabilis, duratio eſt bona & magna.
2. BCTB. In bonitate eſt magna differentia, in magnitudine eſt bona differentia, & differentia eſt bona & magna.
3. BCTC. In bonitate eſt magna concordantia, in magnitudine eſt bona concordantia, & concordantia eſt bona & magna.
4. BCTD. In bonitate eſt magna contrarietas, in magnitudine eſt bona contrarietas, contrarietas eſt bona & magna.

Sicut de poſitione in prædictis quatuor cameris diximus, ſic dicendum eſt de aliis cameris ſequentibus uſque ad cameram TBCD.; applicabimus autem quæſtiones prædictis Poſitionibus, quæ Quæſtiones ac ſolutiones ſunt compoſitæ de Principiis & Regulis, quæ ſignificantur per BCD., ſecundùm quòd de ipſis infrà dicemus.

1. Quæſtio. Utrùm bonitas ſit magna & durabilis? Solutio BCD. In principio debet homo dubitare, ut intellectus ſit liberè diſcurſivus & inveſtigativus; poſtmodum debet conſiderare affirmativam & negativam quæſtionis, & videre, quæ illarum ſit magìs recolibilis, intelligibilis & amabilis, & tenere hoc, quod eſt magìs eligibile; & ſic de poſitione facta de bonitate, magnitudine & duratione patet ſolutio quæſtionis.

Quæ-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. Quæstio. Quid est magna differentia in bonitate? Solutio BCTB. Modus respondendi ad quæstiones est triplex, scilicet per tres differentias, quæ sunt suprascriptæ in triangulo viridi, & talis responsio significata est in angulo de differentia primò sic: inter ignem & aërem est differentia per qualitates, scilicet per calidum & humidum, & illa differentia est magna in bonitate, quia magna bona sequuntur ex ea, & sic de differentia, quæ est inter aërem & aquam, & aquam & terram, & terram & ignem; sed differentia, quæ est inter animam rationalem & corpus hominis, est adhuc major in bonitate, quia de ipsa majus bonum sequitur, quàm de qualitatibus elementorum, quas prædiximus: præterea distinctio, quæ est in suppositis separatis, est major in bonitate, quàm differentia, quæ est inter animam & corpus hominis: est ergò magna differentia in bonitate, & per hoc, quod de ipsa dictum est, etiam significatum est, quomodo una differentia est major in bonitate, quàm alia; quod patet per tertiam speciem de C.; & sicut diximus de Camera BCTB., sic potest intelligi de BCTC.

3. Quæstio. Quid habet magnitudo bonitatis in se per concordantiam? Solutio BCTC. Hæc quæstio quærit per secundam speciem de C. de hoc, per quod bonitas habet magnam concordantiam in se, & dicendum est, quòd magnitudo bonitatis per concordantiam est illa, quæ est de magnificativo, magnificabili & magnificare ipsi magnitudini consubstantialibus & existentibus in substantiali bonitate sensuali & sensuali, sensuali & intellectuali, intellectuali & intellectuali: intrat etiam concordantia in magnitudinem bonitatis cum substantiali concordativo, concordabili & concordare, & hoc per sensuale & sensuale, sensuale & intellectuale, intellectuale & intellectuale; & tota hæc concordantia bonitatis est magna in homine non solùm per substantialia, ût prædicitur, sed etiam per naturalia, accidentalia & per moralia, si sit homo virtuosus; & quantò magìs est virtuosus, tantò major est concordantia moralis in magnitudine bonitatis: hæc doctrina est data ad inquirendum magnitudinem bonitatis per concordantiam, eodem modo etiam potest inquiri magnitudo aliorum principiorum per concordantiam &c.

4. Quæstio. Quid est magna contrarietas bonitatis? Solutio BCTD. Ista quæstio fit per primam speciem de C., & secundùm illam speciem oportet respondere, & etiam secundùm angulum viridem, qui est de contrarietate; respondeamus ergò sic: magna contrarietas bonitatis est illa, per quam fit corruptio in elementato supposito, ut ex ipso generetur nova forma producta de potentia in actum; sed contrarietas, quæ est inter animam & corpus, ut homo per virtutes serviat DEO, est major in bonitate, & suum oppositum est magna contrarietas in malitia: iterum, contrarietas magnæ bonitatis simpliciter est inter intellectuale & intellectuale; sicut quando bonus Angelus resistit malo angelo, sed illa contrarietas, cùm malus angelus facit contra DEUM, est simpliciter contrarietas magnæ malitiæ.

5. Quæstio. Duratio de quo sufficit magnitudini bonitatis? Solutio BCD. Secundùm primam speciem Regulæ D. duratio sufficit magnitudini bonitatis in faciendo durare bonitatem, quòd sit principium de se & per se & genus, sicut in elementato, in quo durat sua propria duratio per generalem durationem: sufficit etiam duratio magnitudini bonitatis, quæ est inter animam & corpus, & hoc, quia facit durare conjunctionem eorum, quæ duratio est bona & magna, & magnitudo bonitatis durat per ipsam durationem, sicut homo, qui durat per suam propriam durationem; sufficit etiam duratio de se ipsa magnitudini bonitatis inter intellectuale & intellectuale, quando intelligere est de intellectivo & intelligibili, & amare de amativo & amabili: etiam sufficit duratio intellectivo de bonitate, quam recipit â substantiali bonitate, per quam est bona, & sic de magnitudine &c.; & propter hoc habent homines libertatem, per quam possunt facere durare bonum magnum &c. intelligere & amare.

6. Quæstio. Bonitas & magnitudo durationis de quo, sive cujus sunt? Solutio BCD. In elementato, in quo ignis est magìs agens quàm alia elementa, bonitas & magnitudo durationis aliorum elementorum sunt de bonitate &c., duratione ignîs sive naturalis agentis generantis magìs elementatum per caliditatem, quàm per alias complexiones; & propter hoc in illo elementato ignis est Dominus, & alia elementa sunt subdita ei; & sic de partibus illorum. In homine

(c) 2006 Ministerio de Cultura

homine bonitas & magnitudo durationis corporis sunt de duratione animæ, & de bonitate & magnitudine ejus, & hoc naturaliter, dum anima & corpus sunt conjuncta; veruntamen in homine peccatore per accidens est oppositum, quando intellectus habet conscientiam de commissis, bonitas & magnitudo durationis voluntatis per accidens sunt de intellectu, & subjiciuntur ei; sed quando voluntas odit peccatum, & diligit confessionem, satisfactionem & virtutes, tunc bonitas & magnitudo durationis intellectûs subjiciuntur voluntati.

Secundæ Positiones.

1. DE camera D E F. Æternitas est potens & intelligibilis, & potestas est durans & intelligibilis, & sapientia est durabilis & possibilis.
2. D E T D. In duratione & potestate est contrarietas, & in duratione & contrarietate est potestas, & potestas & contrarietas est durabilis.
3. D E T E. Per principium duratio & potestas sunt principia, & duratio & principium possunt per potestatem, & potestas & principia durant per durationem.
4. D E T F. Per medium potest esse medium in duratione & potestate, & per durationem medium potest durare in potestate, & per potestatem potest duratio esse in medio.

1. Quæstio. Duratio sapientiæ de quo est possificabilis? Solutio D E F. Duratio sapientiæ est possificabilis de possificabilitate, & hoc, quia possificativum in suo proprio possificabili induit ipsam suâ similitudine, ratione cujus potest durare; & quando illa similitudo illi deficit, duratio sapientiæ exit de possificabilitate, & intrat in impossificabilitatem & privationem: unde cùm hoc ita sit, patet possificabilitas durationis sapientiæ secundùm tertiam speciem Regulæ D., & non secundùm primam, cùm sit possessa à potestate & per potestatem; etiam est de durabilitate, quam habet in intellectivo, intelligibili & intelligere, cùm intellectus vel sapientia sit de ipsis. Præterea possificabilitas possessivè est de substantiali & naturali possificabilitate, quæ est pars naturalis potestatis. Per secundam speciem D. significatur, quòd duratio sapientiæ est de possificabilitate, quam habet duratio per potestatem, & per potestatem est etiam de durabilitate, quam habent intellectivum, intelligibile & intelligere, cùm intellectus sive sapientia sit de ipsis, & per consequens prædicta possificabilitas est de eorum possificabilitate. Præterea dicta possificabilitas est effectivè de possificabilitate, quæ est pars potestatis.

2. Quæstio. Quare potestas & contrarietas sunt durabiles? Solutio D E T D. Inter ignem & aquam potest esse & est contrarietas, & potest durare ratione finîs, scilicet ut sit generatio & corruptio in elementatis, quæ non possunt esse sinè duratione potestatis & contrarietatis; durant etiam per durationem, cùm potestas sit forma per se, & contrarietas etiam, per consequens utraque durat per durationem, quæ se ipsam effundit in eas.

3. Quæstio. Quare duratio & potestas non sunt principia simpliciter per se ipsas sinè principio? Solutio D E T E. Si duratio & potestas essent simpliciter per se principia, multa inconvenientia sequerentur, scilicet quòd durificativum esset per se principiativum, & possificativum etiam esset per se principiativum, & principiabile esset simpliciter communis passio & subjectum durificativo & possificativo; quod est impossibile & contradictio: item si duratio & potestas essent simpliciter per se principia, tunc essent una forma simpliciter, & unum principium, nec duratio se haberet ad unum proprium objectum, quod esset suus finis, & sic de potestate; unde sequeretur, quòd non haberent proprium naturalem finem, in quo possent quiescere: nec per consequens duratio se haberet magìs ad durare, quàm ad possificare (idem est de potestate) & quamdiu durare esset in actu, durabile, possificabile & principiabile essent in naturalibus corruptibilibus; & sic potentia & actus essent idem numero; quod est impossibile secundùm naturalem cursum: item sicut sequerentur plura inconvenientia in principiis substantialibus, si duratio & potestas essent primò & per se principia, sic etiam sequerentur inde multa inconvenientia in principiis accidentalibus; nam actio durationis esset suamet passio, durificativum enim esset de ratione potestatis & possificabilitatis, & similiter esset de potestate & aliis.

4. Quæstio. Utrùm intelligere, quod est medium sapientiæ, sit majus, quando intelligens intelligit, quòd omnis triangulus habet tres angulos, quàm quando intelligit, quòd divina sapientia, potestas, æternitas

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nitas sunt idem numero? Solutio D E T F. Intellectus quandoque habet majus intelligere, quandoque minus, sicut voluntas in uno tempore magìs diligit, quàm in alio; unde quando intelligens intelligit, quòd triangulus habet tres angulos, sensitivum & imaginativum adjuvant ipsum ad intelligendum, cùm triangulus sit sensibilis & imaginabilis; sed quia identitas numeri æternitatis, potestatis & sapientiæ DEI est insensibilis & inimaginabilis, quando intellectus intelligit identitatem, non habet adjutorium per sensitivum, nec per imaginativum, & sic videtur ei, quòd non tantum intelligat per unam potentiam, quantum per tres, & etiam quia eum in principio oportet credere & supponere, antequam sit investigativus, sed postmodum quando attingit inconvenientias, quæ sequerentur, si æternitas & potestas DEI non essent idem numero, tunc intellectus efficitur demonstrativus, & magìs demonstrativus & necessarius, quàm quando intelligit, quòd triangulus habet tres angulos; & hoc est, quia de infinitis sequerentur impossibilia & inconvenientia, quæ essent infinita; nam æternitas non esset infinita in potestate, si non esset idem numero cum ipsa, nec potestas esset infinita in duratione, si non esset durans per se ipsam, & idem de sapientia, imò durarent per accidens; etiam æternitas & sapientia essent potentes per accidens; sed illa impossibilia & inconvenientia, quæ sequerentur de hoc, quòd triangulus non haberet tres angulos, vel quòd haberet plures quàm tres, non essent nisi finita vel de finitis: ergò intellectus magìs intelligit, quando intelligit, quòd æternitas, potestas & sapientia sunt idem numero in D E O, quàm quando intelligit, quòd triangulus habet tres angulos, licèt non videatur ei, quòd tantum intelligat. Et nota, quòd per istum passum posset responderi dicentibus, quòd si Fides probaretur, ipsa evacuaretur, sicque perderet suum meritum, quod est falsum, quia, quando intellectus incepit suprà investigare identitatem divinarum Dignitatum, supposuit possibile, hoc esse verum; & quia suppositio facta de veris est de genere fidei, intellectus per illam suppositionem participat cum fide: item intellectus participat cum fide semper, quando opinio adhuc est debilis in suo actu in supradicta investigatione propter subtractionem suæ imaginativæ, sensitivæ &c., propter quam debilitatem videtur sibi semper, quòd non intelligat tantam veritatem, quando intelligit prædictam identitatem de D E F. DEI, quantam intelligit, quando intelligit, quòd triangulus habet tres angulos; nam hoc, quod videtur ei esse minus, est realiter majus, licèt secundùm rationem non, ût dictum est; & propter hoc intellectus practicus participat cum fide, quando attingit prædictam identitatem, & hoc est, quia fides fuit suus habitus, quando incepit quærere rationes necessarias, ût dictum est; & iste passus est valde bonus ad contemplandum DEUM cum intellectu syllogizante, & significat modum, per quem christiana Fides est probabilis per necessarias Rationes.

Tertiæ Positiones.

1. DE camera F G H. Virtus tantúm est scibilis per sapientiam, quantúm amabilis per voluntatem, & voluntas est tantúm virtuificabilis, quantúm scibilis, & sapientia tantúm debet intelligere in virtute, quantúm in voluntate.
2. F G T F. Ita decet, quòd medium sit amabile in voluntate, sicut scibile in sapientia, & quòd voluntas tantúm debet diligere per sapientiam, quantúm per se ipsam, & sapientia tantúm amare per voluntatem, quantúm intelligere per se ipsam.
3. F G T G. Sinè intelligere non est finis in voluntate, & sinè amare non est finis in sapientia, & sinè fine sapientia & voluntas non quiescunt.
4. F G T H. Sicut sapientia est magìs amabilis cum majoritate, quàm cum minoritate, sic voluntas est magìs scibilis cum majoritate, quàm cum minoritate, cùm majoritas intelligibilitatis & amabilitatis non sit odibilis, minoritas autem earum sit odibilis.

1. Quæstio. Virtus quantúm est amabilis in sapientia? & quantúm est scibilis in voluntate? Solutio F G H. Secundùm substantiam & naturam inter sapientiam & voluntatem hominis non est majoritas, & hoc est, ut virtus substantialis & naturalis eis sufficiat de se ipsa, & ut inter ipsas non sit vitium, quod in eis esset, si substantialiter & naturaliter una earum esset major, quàm alia, quia propter majoritatem sequeretur minoritas, cùm se habeant relativè, & minoritas sit ens circa nihil;

etiam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

etiam esset vitium quoad supremum objectum vel subjectum, quod est DEUS, qui æqualiter est intelligibilis & amabilis: propter hoc virtus tantúm est amabilis in sapientia, quantúm est scibilis in voluntate; veruntamen per accidens accidit in practica, quòd sapientia habet plus de virtute in intelligere, quàm in velle, & è converso, sicut ignis in elementato habet plus de virtute in suo agere, quàm in agere aëris.

2. Quæstio. Quale medium est inter sapientiam & voluntatem? Solutio FGTF. Memoria est medium inter intellectum & voluntatem, & hoc est significatum suprà in Rubrica de Applicatione Regularum ad bonitatem, & etiam convenit, quòd memoria sit medium inter sapientiam & voluntatem, ut possint habere æqualitatem, libertatem & deliberationem ad eligendum objecta æqualiter, cùm DEUS sit æqualiter intelligibilis & amabilis; & hoc est bonum & verum, perfectum & virtuosum, magnum & glorioſum, & sic de similibus: sed si memoria non esset medium mensurationis inter sapientiam & voluntatem, sed esset potentia sive virtus intellectûs, intellectus esset magìs disposítus ad intelligendum prædicta, quàm voluntas ad amandum, & objecta paterentur defectum amabilitatis, & intellectus per intellectivitatem esset exaltatus supra amabilitatem prædictorum objectorum; quod est valde inconveniens, & est contra æqualem conjunctionem intelligendi, recolendi & amandi, & etiam contra medium extremitatum potentiarum, quod non esset continuatum per earum actus; & sic esset dare vacuum in earum continuatione ex parte voluntatis, quod est valde odibile, & per consequens suum plenum valde amabile: unde sequitur, quòd, si prædicta objecta sint magìs recolibilia & intelligibilia, quàm amabilia, voluntas nunquam quiescat in amando, nec anima possit habere perfectam gloriam, cùm voluntas sit una potentia ipsius: ergò &c.

3. Quæstio. Sapientia & voluntas hominis in quali objecto simpliciter quiescunt? Solutio FGTG. Potentiæ animæ non possunt quiescere in objecto, in quo una sit in minoritate vel in contrarietate, sicut elementa, quæ non possunt quiescere in elementato, cùm in ipso non sint æqualiter, uno ipsorum prædominante alteri cum sua qualitate & virtute; objectum autem, in quo sapientia & voluntas naturaliter quiescunt, est essentia, natura & substantia animæ, quæ est totum, & ipsæ sunt partes ejus; veruntamen est unum aliud objectum magìs altum, quod est DEUS, in quo potentiæ animæ æqualiter secundùm earum naturam quiescunt, cùm sint creatæ ad ipsum contemplandum.

4. Quæstio. Intelligere & amare quando erunt æqualia? Solutio FGTH. Anima non potest habere æqualia intelligere & amare nisi in supremo objecto, & sic quando anima erit in patria, habebit æquale intelligere & amare in DEO, qui est æqualiter intelligibilis & amabilis; & subjecta illius æqualitatis erunt bonitas, magnitudo & æternitas, quæ sunt æqualiter intelligibiles & amabiles; sed dum anima est in via, non; sed hoc non est ex parte dignitatum, sed ex parte potentiarum animæ, cùm intellectus naturaliter magìs se habeat ad objectum per veritatem intelligibilem, quàm per bonitatem amabilem, & voluntas è converso; & per consequens intellectus magìs se habeat ad suum proprium objectum per magnitudinem, durationem, potestatem, virtutem &c. veritatis, quàm per magnitudinem &c. bonitatis, & voluntas per oppositum; & sic potentiæ in hac vita non possunt habere æquales actus, sicut elementa in elementatis; & sic in hac vita potentiæ animæ non possunt quiescere.

Quartæ Positiones.

DE Camera de HIK. Virtus est per se, & est, ut veritas & gloria sint virtuosæ; & veritas est per se, & est, ut virtus & gloria sint veræ, & sic de gloria.

HITH. Simpliciter in natura & substantia virtutis & veritatis non est majoritas, cùm majoritas sit una ratio, & virtus & veritas sint multæ & aliæ rationes; etiam virtus & veritas sint minores per accidens, & majores per substantiam, majoritas verò sit major per substantiam, quàm per accidens.

HITI. Virtus & veritas sunt æquales per substantiam, & inæquales per accidens, & veritas plus ponit in vero per substantiam, quàm per accidens; hoc etiam facit veritas in virtuoso; & sic de æqualitate,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tate, quæ plùs se communicat substantialiter, quàm accidentaliter.

HITK. Veritas ponit in vero, quòd virtus sit minor per minoritatem, & major per majoritatem, & hoc etiam facit virtus de veritate in virtuoso; & sic de minoritate, quæ plùs minorificat accidens, quàm substantiam, in virtute & veritate, & hoc naturaliter, sed moraliter per peccatum facit oppositum.

1. Quæstio. Homo quando habebit virtutem sinè vitio, & veritatem sinè falsitate, & gloriam sinè pœna? Solutio HIK. Quando virtus habebit totum suum actum verum virtuosum & glorioſum, & gloria suum actum virtuosum & verum, tunc habebit homo per supremum Objectum virtutem sinè vitio, & veritatem sinè falsitate, & gloriam sinè pœna.

2. Quæstio. Virtus & veritas ubi sunt in majoritate? Solutio HITH. Virtus & veritas in substantia sunt in majoritate, cùm substantia sit major accidente; etiam sunt in majoritate in æqualitate earum, cùm per æqualitatem magìs distent â minoritate, quàm per inæqualitatem: etiam sunt in majoritate, quando sunt in majori bonitate, magnitudine &c.: & etiam quando sunt in majori actu bonitatis, magnitudinis &c.

3. Quæstio. Veritas & virtus ubi sunt æquales? Solutio HITI. Virtus & veritas sunt æquales in essentia & natura, & in suo subjecto, in quo sustentantur, & hoc est, ut tota essentia, natura & substantia sit virtuosa, vera & disparata â vitio & falsitate; & hoc idem est suo modo de veritate; sunt etiam æquales in bonitate, cùm bonitas se eis æqualiter infundat per naturam, & sic de magnitudine &c.: verumtamen non possunt esse æquales in agere, cùm in ipso agere sit minoritas & majoritas.

4. Quæstio. Virtutes & veritates quomodo acquiruntur? Solutio HITK. Moralis virtus & veritas acquiruntur secundùm modum *Tabulæ generalis*, miscendo unum principium cum alio, & sic de mixtione Regularum secundùm modum, quem dedimus in *Tabula*, & in *hac Lectura*; & hoc est, quia quando sapientia assumit bonitatem cum voluntate, virtute & veritate, acquiritur scibilitas bonitatis, & per consequens sua virtus, veritas & amabilitas, cum qua voluntas movet se ad charitatem, bonitate transmittente suam moralem similitudinem sapientiæ & voluntati, adjuvante DEO & aliis supradictis principiis: & sicut diximus de assumptione bonitatis, sic etiam potest intelligi de assumptione magnitudinis, durationis &c.

5. Quæstio. Morales virtutes & veritates cum quo deveniunt in privationem? Solutio HITK. Per contrariun modum prædictæ quæstionis morales virtutes deveniunt in privationem, scilicet per separationem unius principii ab alio, & per destructionem mixtionis eorum; sicut sapientia, quæ non potest attingere cum virtute scibilitatem bonitatis sinè amare, & sinè magno, durabili & virtuoso amare &c.; & hoc idem dicendum de veritate, quæ sinè durante & magno &c. intelligere non potest attingere magnam amabilitatem bonitatis; hoc autem significatum est in lampade, in qua flamma non potest dare magnũ lumen sinè magno lychno & multo oleo.

Explicit prima Pars quartæ Distinctionis hujus Lecturæ, & sicut deduximus positiones & quæstiones per quatuor columnas, sic potest Artista deducere alias positiones & quæstiones ad placitum per omnes columnas Tabulæ.

SECUNDA PARS

De Generalibus Quæstionibus.

ISta Pars est de generalibus Quæstionibus, & secundùm modum & exemplum, quæ tenebimus in solvendo generales Quæstiones in hac Parte, possunt solvi aliæ Quæstiones.

1. Quæstio. Utrùm bonitas sit tam plena magnitudine, sicut sapientia? Solutio BCF. Secundùm naturam magnitudinis affirmativa est tenenda, cùm magnitudo sit ratio, quòd bonitas sit tam plena de ipsa, sicut sapientia, alioquin magnitudo simpliciter non esset ratio, quòd bonitas esset magna, sicut sapientia, quod esset malum bonitati, magnitudini & sapientiæ; quia tota sua magnitudo non esset bona, & magnitudo esset parva in bonitate, & magna in sapientia, & staret inter duo extrema contraria, scilicet inter parvam bonitatem & magnam sapientiam; & sic esset parva cum bonitate, & magna cum sapientia; quod est impossibile, & contra definitiones principiorum. BCTB. Differentia est inter unam bonitatem & aliam, sicut inter bonitatem corporalem, & bo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& bonitatem ſpiritualem; & quia magnitudo magìs magnificat de ſe ipſa ſapientiam ſpiritualem, quàm bonitatem corporalem, ideo bonitas non poteſt eſſe tam plena de magnitudine, ſicut ſapientia; etiam hoc eſt, quia non poteſt intrare tantum de magnitudine in corporalem bonitatem, nec in corporalem inſtinctum, quantum in ſapientiam: unde ſecundùm talem modum negativa eſt tenenda. BC TC. Magnitudo ſapientiæ eſt, quòd ſua concreta eſſentialia & naturalia, ſcilicet ſuum intellectivum, intelligibile & intelligere ſint magna ſubſtantialiter, alioquin non eſſet plena de magnitudine; & ut inter intellectuale & intellectuale ſit magna concordantia, requirit magnitudo concordantiæ cum bonitate & ſcibilitate, quòd bonitas ſit tantum plena de magnitudine quantum ſapientia; & ſi non ita eſſet, ſequeretur malum contra bonum, & parvum contra magnum, & contrarium deſtrueret concordantiam, ratione cujus ſpirituale ſubjectum eſſet formaliter corruptibile per malitiam & parvitatem & contrarietatem. BCTF. Magnitudo eſt naturaliter tota plena de ſuo medio, quod eſt magnificare, cùm ſuum magnificare intrinſecũ & ſibi conſubſtantiale ſit de toto magnificativo & magnificabili, quæ ſunt de eſſentia magnitudinis; unde, ſi magnitudo infunderet plus de ſe ipſa in ſapientiam, quàm in bonitatem, ſuum magnificare eſſet bonum cum parvificare, exiſtens partim in potentia, & partim in actu, quod eſſet vacuitas magnitudinis & bonitatis; quæ vacuitas eſt naturaliter impoſſibilis: ergò bonitas habet ſuum conſubſtantiale bonificativum, bonificabile & bonificare tam plenum de magnitudine, ſicut ſapientia.

2. Quæſtio. Quid eſt magnitudo æternitatis & ſapientiæ? Solutio CDF. Secundùm primam ſpeciem Regulæ C. magnitudo æternitatis & ſapientiæ eſt ens ſimpliciter magnum per ſe ipſum: ſecundùm ſecundam ſpeciem hujus Regulæ prædicta magnitudo eſt ens habens in ſe conſubſtantialem, æternalem, ſcientem magnificativum, magnificabilem & magnificare: ſecundùm tertiam ſpeciem de C. magnitudo eſt ens, quod eſt in ſumma durabilitate & intelligibilitate: ſecundùm quartam ſpeciem de C. magnitudo eſt ens, quod in æternitate & in ſumma ſapientia habet infinitum & æternum ſcientificum magnificare: iterum magnitudo eſt illud ens, quod eſt de ſe ipſo, & eſt de ſuo conſubſtantiali magnificativo, magnificabili & magnificare, & eſt ens gubernans omnes alias magnitudines, quæ ſub ſua ratione & ſub ſuo genere ſunt productæ: etiam magnitudo æternitatis & ſapientiæ eſt ens extenſum ſinè quantitate & ſimpliciter ſinè compoſitione. CDTC. Magnitudo eſt ſumma duratio, ſumma concordantia de ſummo magnificativo, magnificabili & magnificare: item magnitudo eſt ens, quod cum æterna & infinita concordantia diſtat ab omni genere contrarietatis, ſicut ignis, & multò meliùs, qui cum ſuo proprio calore diſtat à natura frigiditatis, & bonitas, quæ cum ſuo bonificare diſtat â malificare. CDTF. Item prædicta magnitudo eſt illud ens, quod habet in ſe, & de ſe, & per ſe infinitum & æternum medium, quod eſt magnificare ſinè parvificare, tempore & quantitate.

3. Quæſtio. De quo ſatisfacit æqualitas æternitati & voluntati? Solutio DGTI. In DEO quoad eſſentiam, naturam & ſubſtantiam æternitas & voluntas ſunt idem numero; & quia in divina voluntate convenit eſſe æqualitatem, ut in ipſa & per ipſam ſua conſubſtantialia concreta, ſcilicet amativum, amabile & amare, ſint æqualia, & ſic de æqualitate æternitatis in ſuis conſubſtantialibus æternificativo, æternificabili & æternificare, propter hoc æqualitas ſatisfacit de ſe ipſa æternitati & voluntati, quæ ſatisfactio eſt de ſupradictis æqualibus concretis.

4. Quæſtio. Quare poteſtas eſt in differentia, & differentia in voluntate? Solutio CGTH. Secundùm primam ſpeciem Regulæ C. reſpondebimus ad quæſtionem per unam rationem, & ſecundùm ſecundam ſpeciem per aliam. Dicimus igitur, quòd ſicut ſubſtantia non poteſt eſſe ſinè differentia formæ & materiæ, ſic poteſtas ſinè differentia non poteſt habere eſſe, cùm ſinè differentia poteſtas non poſſet eſſe de conſubſtantiali poſſificativo, poſſificabili & poſſificare, quæ ſinè ipſis non poteſt habere eſſe; hoc idem eſt de voluntate, quæ non poteſt eſſe ſinè differentia: unde cùm hoc ita ſit, convenit de neceſſitate, quòd differentia ſit in poteſtate & in voluntate, ut poteſtas & voluntas poſſint eſſe per ſe ipſas formaliter: item ratione finîs

(c) 2006 Ministerio de Cultura

convenit, poteſtatem eſſe in differentia, & differentiam in voluntate; & hoc ſic patet, quia poteſtas ſinè differentia non poteſt agere, cùm poſſe ſinè differentia non poſſit eſſe, nec ulla res poſſit eſſe de poteſtate ſinè differentia: eſt ergò neceſſarium, quòd poteſtas ſit in differentia, ut non ſit fruſtra, nec ſinè fine: iterum convenit, quòd differentia ſit in voluntate, ut voluntas non ſit fruſtra nec otioſa, cùm ſinè differentia non poſſet habere velle, nec volitivum, nec volibile, imò ſinè ipſis voluntas eſſet confuſa, & eſſet eſſentia ſinè proprio objecto, conſtituta de ſubſtantiali amativo, amabili & amare; eſt ergò differentia in voluntate ratione finîs de neceſſitate, ût probatum eſt.

5. Quæſtio. Quantam veritatem ſcit ſapientia in voluntate? Solutio F G I. Sapientia ſcit in voluntate tantam veritatem, quanta eſt voluntas in volitivo, volibili & velle, ita quòd unum ſit volens, aliud volitum, aliud velle, & hoc, ut ſint ſubjecta & objecta veritatis & ſapientiæ; alioquin ſi voluntas vel volens eſſet volitum, & è converſo, veritas non poſſet eſſe in ipſis, quia nullum ipſorum eſſet in ſuo proprio numero, nec ſapientia poſſet ipſos attingere. F G T F. Sapientia ſcit tantam veritatem in voluntate, quanta eſt veritas in ponendo medium voluntatis, quod eſt amare in vero, veritate ſe communicante per illud medium & per ſpecies ejus, ut in illo medio ſit magna, & ut ſit magnum objectum ſapientiæ: ſapientia attingit etiam multas veritates in voluntate, quas enarrare eſſet nimìs prolixum.

6. Quæſtio. Qualis contrarietas eſt contra virtutem voluntatis? Solutio G H T D. Secundùm ſecundam ſpeciem Regulæ G. oportet reſpondere ad quæſtionem ſic: in angulo de contrarietate eſt ſignificatum, quòd naturalis contrarietas exiſtens in rebus ſenſualibus eſt ens contra voluntatem ſecundùm proprium & appropriatum; ſecundùm proprium, ſicut caliditas, quæ contrariatur voluntati, quando nimìs calefacit corpus hominis; contrarietas appropriata eſt, quando anima eſt vitioſa, ut corpus habeat delectationem: eſt etiam alia contrarietas appropriata, quæ eſt inter intellectuale & intellectuale, ſicut inter duos diſputantes, qui ſe odiunt, uno volente devincere alium.

7. Quæſtio. Veritas quando eſt major, quàm virtus? Solutio H I T H. Subſtantialis veritas eſt major, quàm accidentalis virtus, & ſic ſubſtantialis veritas eſt priùs in natura, quàm accidentalis virtus, & per conſequens ratione majoritatis ſubſtantialis veritas eſt priùs ad finem, quàm accidentalis virtus, cùm habeat plus de bonitate, magnitudine &c. Iterum una ſubſtantia eſt magìs vera, quàm alia, ſicut ſubſtantia hominis, quæ habet magìs in ſe de veritatibus quàm planta; & ſic veritas ſubſtantiæ hominis eſt priùs in bonitate & nobilitate, quàm virtus ſubſtantiæ plantæ. Item eſt plus de veritate in intelligere, quàm de virtute in videre, vegetare, calefacere; etiam veritas eſt priùs in charitate ratione finîs, quàm virtus in temperantia & humilitate, & ſic de aliis habitibus.

8. Quæſtio. Differentia veritatis & gloriæ ubi eſt? Solutio I K T B. Inter ſenſuale & ſenſuale &c. eſt differentia, & hoc eſt verum per veritatem; etiam unum ſenſuale appetit aliud, & unum ſenſuale appetit intellectuale, & è converſo, & ſic de uno intellectuali, quod appetit aliud intellectuale, & hoc per appetitum, qui eſt ſimilitudo gloriæ; & ſic differentia in prædictis eſt per unum modum ratione veritatis, & per alium ratione appetitûs, & ipſa in ſe eſt indiviſa, ſed per accidens dividitur; & ſic ſubjectum veritatis & appetitûs declarat ſe per prædictas ſpecies.

9. Quæſtio. Quomodo eſt differentia in æqualitate gloriæ? Solutio K T B I. In gloria, quæ eſt ſubſtantia, differentia eſt in æqualitate gloriæ, ſi in gloria eſt glorificans, qui glorificet glorificatum; & hoc in tantum, quantus ipſe eſt, & cum tam magno glorificare, quantus ipſe glorificans eſt, & quòd omnes ſint de eſſentia gloriæ, & ipſi conſubſtantiales, tunc differentia eſt æqualiter in gloria, exiſtentibus omnibus tribus per differentiam diſtinctis. Modus gloriæ non poteſt eſſe ſinè differentia & æqualitate, quia in naturalibus oportet modum eſſe cum quatuor ſpeciebus, ſecundùm quòd dictum eſt in nona Regula; & ſic quando modus eſt ſubjectum gloriæ de parte in partem, exiſtente unâ parte in alia, & omnibus partibus in toto, & toto in ſuis partibus, tunc differentia eſt æqualiter diffuſa in illo modo, qui eſt ſubjectum gloriæ, quia differentia diſtinguit partes, & ſubjectum partium eſt glorioſum, & ſic gloria eſt æqualiter in differentia.

Quæſtio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

10. Quæstio. Cum quo principium de se principiat principiatum in gloria? Solutio KTBE. In gloria est unum principium, quod est de essentia gloriæ, & principiat aliud principium de se ipso, ut sit totum glorioſum in principiando, & ut ſuum principiatum ſit totum glorioſum; & principium principians principiat in gloria principiatum cum ſua bonitate, ut ſit bonum, cum ſua magnitudine, ut ſit magnum, & ſic de aliis: principiat etiam cum differentia, ut poſſit ipſum à ſe diſtinguere; quia ſi non principiaret cum differentia, non poſſet ipſum à ſe diſtinguere, ſicut non poſſet ipſum principiare bonum, ſi non principiaret ipſum cum bonitate, & ſic de magnitudine &c.; ſed quia ipſum principiat de principio, appropriat ei, quòd ſit principium; & quia principiat ipſum cum bonitate, appropriat ei, quòd ſit bonum, & ſic de aliis; & quia principiat ipſum in gloria, non poteſt eſſe pœna in illo principio.

TERTIA PARS

De Specialibus Quæſtionibus.

1. QUæſtio. Utrùm DEUS habeat tam magnum bonificare, quàm intelligere? Solutio BCF. De natura magnitudinis DEI eſt magnificare, & de natura ſuæ bonitatis eſt bonificare, & de natura ſuæ ſapientiæ eſt ſcire; & ideo ratione magnitudinis eſt tam magnum bonificare in DEO, quàm intelligere, & hoc eſt bonum, magnum & ſcibile, & oppoſitum eſt malum, parvum & ignorabile. BCTB. In creatis eſt differentia inter ſenſuale & ſenſuale, intellectuale & intellectuale, intellectuale & ſenſuale, & DEUS tantúm bonificat quodlibet illorum in creando illa, quantúm ipſa intelligit, & hoc, ut magnitudo æqualiter ſit magna in bonificare & ſcire; & talis æqualitas eſt bona & ſcibilis: veruntamen diſtinguendum eſt in homine peccatore, qui magìs eſt ſcibilis, quàm bonificabilis exiſtens in peccato. BCTC. Ubicunque parvitas participat cum magnitudine, deficit bonitas illi magnitudini, in quantum eſt parva in bonitate, & magnitudo deficit bonitati, in quantum ipſam non magnificat tantùm, quòd bonitas bonificet magnitudinem, ut non participet cum ſuo contrario, ſcilicet cum parvitate bonitatis & magnitudinis; & talis defectus eſſet in DEO, ſi in eſſentia & natura ſua bonificare & ſcire non eſſent concordantia in magnitudine. BCTF. Si in DEO bonificare non eſſet tam magnum, quàm intelligere, ſequeretur de neceſſitate, quòd parvitas & magnitudo eſſent in medio bonitatis & ſapientiæ, quòd non eſt ſcibile, nec recolibile, nec amabile, ergò in DEO eſt tam magnum bonificare, quàm intelligere: unde ſequitur, quòd de neceſſitate & naturaliter in divina bonitate eſt tam magnus bonificativus & bonificabilis; quàm in ſua ſapientia intellectivus & intelligibilis, alioquin in DEO bonificare & intelligere non poſſent eſſe æqualia in magnitudine.

2. Quæſtio. Quid habet DEUS in ſe ipſo? Solutio CFH. DEUS habet in ſe ipſo eſſentialem, naturalem & conſubſtantialem magnitudinem, ſapientiam & virtutem; & ideo ſicut DEUS per eſſentiam eſt magnus, ſciens & virtuoſus, ſic per naturam magnitudinis ſe habet ad magnificare, & per naturam intellectûs ad ſcire, & per naturam virtutis ad naturale virtuificare; alioquin divina natura non ſe haberet ad naturalem finem, & intrinſecè eſſet otioſa, & careret fine; quod eſt impoſſibile: ergò DEUS habet in ſe magnificare, ſcire & virtuificare. CFTC. DEUS habet in ſe magnificare, cum quo infinitè diſtat à parvitate, & habet in ſe ſcire, cum quo infinitè diſtat ab ignorantia, & ſic de concordare, cum quo infinitè diſtat à contrarietate & à contrariari, & hoc habet in ſua intrinſeca productione; alioquin ſinè magnificare DEUS non poſſet diſtare â parvitate, quia non haberet cum quo, & ſic de ſcire & concordare. CFTH. DEUS habet in ſe magnificare & intelligere, ſed non habet majorificare, cùm majorificare non poſſit eſſe ſinè minorificare, quia relativè ſe habent; & quia DEUS non habet in ſe minorificare neque majorificare, de neceſſitate convenit, quòd habeat coæquare in ſua intrinſeca productione, cum quo coæquare diſtat ab inæqualitate, & per conſequens DEUS habet ita magnum magnificare, ſicut intelligere, ut in ipſo non ſit majoritas, & ut magnitudo non ſit major quoad naturam ſciendi, quàm quoad naturam magnificandi.

3. Quæſtio. De quo DEUS ſatisfacit ſibi ipſi? Solutio DGTC. DEUS ſatisfacit ſibi ipſi, hoc eſt, quia DEUS eſt æternitas, volun-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

voluntas & concordantia in producendo intrinsecè, satisfacit æternitati de æternare, & voluntati de amare, & concordantiæ de concordare; & talem sufficientiam DEUS non potest habere de alio, nisi de se ipso, cùm talem sufficientiam conveniat esse infinitam de infinito. D G T G. Convenit, quòd divinæ Rationes habeant proprios actus, & non appropriatos, ut quælibet ratio quiescat in suo proprio fine, sicut bonitas in suo bonificare, & magnitudo in suo magnificare, & sic de aliis; & ut finis sit unus, vult voluntas, quòd quilibet actus sufficiat alteri de se ipso, & hoc cum tam magna magnitudine, quòd ad invicem convertantur, ita quòd remaneant idem per essentiam & naturam; alioquin quælibet ratio quiesceret in se ipsa finè alia; quod est impossibile.

4. Quæstio. Salamandra quare vivit in igne? Solutio E G H. Ignis habet potestatem, appetitum & virtutem, & Salamandra est sic genita in flamma ignîs, sicut piscis in aqua, & talpa in terra, & Cameleon in aëre: unde sicut aqua habet potestatem & virtutem, per quam piscis potest vivere per ipsam, sic per consequens ignis habet potestatem & virtutem, per quam salamandra vivat in ipso, postquam in ipso est genita, & ita vivit in igne respirando flammam, sicut pisces respirant aquam, & homo aërem, & talpa odorem terræ; & sic appetit salamandra respirare flammam, sicut pisces aquam &c. E G T E. In igne significativum est unum principiũ, & significabile aliud, & significare aliud, & significativũ plùs potest in sua essentia & natura, quàm in alio, & ideo plus appetit agere in se, quàm extra se, & agit in aliis elementis, ut possit agere in se; & sic convertit ignibile remotum cum suo ignibili proprinquo in flammam, sive in carbonem, & cum illa conversione agit in se: unde cùm ignis genuerit salamandram in flamma, respirat salamandra in flamma, ut vivat, & non potest comburi, quia de natura flammæ est, & naturaliter ipsam appetit, sicut lapis suum centrum. E G T G. Omne ens naturaliter magìs potest quiescere per proprium, quàm per appropriatum, sicut ignis, qui magìs quiescit in calefaciendo, quàm in desiccando; & hoc est, quia caliditas est sua propria qualitas, & siccitas est qualitas ei appropriata; & sic appetit plus agere de proprio, quàm de appropriato: â simili salamandra genita & nata in flamma appetit eam, quia flamma est suus locus proprius, sicut terra est locus proprius talpæ; ideo ratione proprietatis loci, quem salamandra appetit, potest vivere in flamma.

5. Quæstio. Cùm divina voluntas non velit, nisi unum mundum esse creatum, quare divina potestas potest creare alium mundum vel plures? Solutio E G T H. Rationes DEI sunt in altiori & majori gradu agendi, quàm humanus intellectus possit considerare, quia potestas & voluntas in DEO non habent majorem gradum, nec minorem, hoc est dictum, quòd una non est major aliâ, cùm sint idem numero, unde sequitur, quòd ad objectum extrinsecum sive intrinsecum æqualiter se habeant; sed quia humanus intellectus illum altiorem modum non potest comprehendere, considerat, quòd potestas sit major in possificando, quàm voluntas in volendo, cùm potestas possit creare plures mundos, & voluntas non vult nisi unum: & sic hoc, quod humanus intellectus considerat de majoritate, non est realiter in DEO, imò voluntas tantúm vult, quantúm potestas potest, & potestas tantúm potest, quantúm voluntas vult, & non potest, nisi quantum ipsa voluntas vult, & è converso; & si potestas potest creare plures mundos, hoc vult voluntas, & è converso; hoc autem est intelligibile per punctum transcendentem, de quo puncto transcendenti in *Arte Inventiva* doctrina data est.

6. Quæstio. Quot sunt Potentiæ animæ? Solutio F G I. Potentiæ in anima sunt multæ, sed principaliter sunt tres, quæ sunt memoria, intellectus & voluntas, cum quibus DEUS per animam potest attingi veraciter, cùm sit recolibilis, intelligibilis & amabilis; sed anima non potest ipsum bonificare, magnificare & verificare; & quia DEUS est dignus, ut recolatur, intelligatur & ametur cum magno, bono, durabili recolere, intelligere & amare, concreavit in anima potentiam bonificativam, ut cum ipsa bonificet suum recolere, intelligere & amare, & sic de magnitudine &c. Item convenit, quòd potentiæ animæ sint tres, & non plures, neque pauciores; quia si pauciores essent, aut DEUS esset contra suam recolibilitatem, aut contra suam intelligibilitatem, aut contra suam amabilitatem; quod est impossibile; & si essent plures quàm tres, essent superfluè creatæ, cùm

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cùm DEUS non possit attingi per animam, nisi per memorare, intelligere & amare. F G T F. Convenit, quòd in qualibet potentia animæ sint tria consubstantialia concreta, sicut in memoria memorativum, memorabile & memorare, & in intellectu intellectivum, intelligibile & intelligere, & sic de voluntate suo modo, & hoc, ut quælibet potentia in se possit habere consubstantiale medium, & consubstantialem actionem & passionem, per quas possit habere intrinsecam operationem, & per intrinsecam habere extrinsecam in rebus, quæ non sunt de sua essentia. F G T G. In anima non posset esse finis, nec ipsa posset attingere suum finem sinè bonificare, magnificare &c.: sunt ergò in anima bonificativum magnificativum &c., ut cum ipsis attingat suum finem, & ipsum attingit per memorare, intelligere & amare, ita, quòd memorare est per memoriam, & est bonum per bonitatem, & magnum per magnitudinem &c., & sic de intelligere & amare intellectûs & voluntatis; unde sequitur, quòd conveniat in bonitate esse tria consubstantialia concreta, sicut bonificativum, bonificabile & bonificare, & sic de magnitudine &c., sinè quibus sapientia, voluntas & memoria non possent attingere suum finem per bonitatem, magnitudinem &c. F G T I. Convenit, quòd in anima intellectus & voluntas sint æquales, ut habeant æqualia intelligere & amare, & ut æqualiter sint bona magna &c., & hoc, quia DEUS est æqualiter intelligibilis & amabilis: & si potentiæ sint æquales, convenit, quòd sint in pluralitate, & differentes per proprium numerum; & si non essent æquales propriè per seipsas, nec essent æquales in bonitate, esset malum contra bonum, & parvum contra magnum &c.; & sic prima causa non creâsset ipsas cum bono magno &c., sed cum parvo, & non intelligeret nec amaret suum intellectum & amatum æqualiter, sed inæqualiter, nec cum magno bono &c.: quod est impossibile; ergo sunt in anima duæ potentiæ, scilicet intellectus & voluntas; & quia oportet ipsas esse in æqualitate, ût dictum est, oportet, quòd in anima sit memoria, in qua possint esse æquales, sicut in potestate, magnitudine &c., quia sinè memoria non possunt esse æquales in bonitate, magnitudine &c., cùm memoria retineat & conservet communiter species acquisitas per intellectum & voluntatem.

7. QUÆSTIO. Quam virtutem habet sol in ascendendo & descendo? Solutio G H T G. Sicut proprium est igni calefacere, sic proprium est soli moveri, & quia suus motus est circularis, quoad ipsum non est proprium ascendere, nec descendere, sed ratione terræ & climatis est illi appropriatum descendere & ascendere, sicut de manè usque ad meridiem ascendit, & à meridie usque ad noctem descendit; & sic per accidens & effectivè habet unam augmentativam virtutem in inferioribus per ascensum, & aliam inclinativam ad corruptionem per descensum; & hoc est significatum per appetitum ignîs, qui quiescit ascendendo, & per appetitum aquæ, quæ quiescit descendendo. G H T H. Sol habet majorem virtutem per proprium, quàm per appropriatum, sicut ignis habet majorem virtutem calefaciendo, quàm desiccando, ût dictum est, & sic magìs influit in inferiora per suam propriam virtutem, quàm per appropriatam (excipio tamen supremam virtutem, quæ est prima causa) sed loquor naturaliter, quantum ad naturale agens, sicut homo habet majorem virtutem & appetitum in sua specie, quàm sol.

8. QUÆSTIO. Vegetatum quando est conversum in sensatum? Solutio H I K. Vegetativa & sensitiva sunt substantiales potentiæ, & quælibet est major per suum proprium esse, quàm per esse alterius, sicut substantia est major per proprium esse, quàm per esse alterius: & sic conversio, de qua quæritur, non est, quòd vegetativa dimittat suum esse, & quòd transmutetur in extraneum esse, sed transmutat se in quietem sensitivæ, de qua est induta, ita quòd majorem quietem habet in sensitiva, quàm in se ipsa, sicut secunda causa magìs quiescit in prima causa, quàm in se ipsa, & hoc, quia secunda non est tam vera, nec tam virtuosa, nec tam gloriosa, quàm prima: unde cùm vegetativa sit ita, quando venit in conjunctionem cum sensitiva, tunc mutat suam propriam quietem in appropriatam, non quidem formaliter, sed ratione finîs, cùm vegetativa sit, ut sensitiva ex ipsa possit vivere, sicut flamma in lampade, quæ vivit de oleo. H I T H. Virtus & veritas sunt majores in sensitiva, quàm in vegetativa; unde sicut major virtus attrahit ad se minorem, sic sensitiva attrahit ad se vegetativam; & sic patet, quòd, quando fit illa attractio, vegetativa se convertat in finem & perfectionem sensitivæ. H I T I. Virtus & veritas substantialiter sunt æquales in planta, scilicet quòd tota virtus ejus est vera, & tota veritas ejus est virtuosa, & sic in vegeta-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

getativa; & quia vegetativa est propter sensitivam, veritas ponit in vero, quando planta comeditur & digeritur, quòd vegetativa se transmutet in novum finem, & hoc convenit, quia sua virtus & veritas hoc requirunt. H I T K. Vegetativa est magìs circa non esse, quàm sit sensitiva, & hoc, quia virtus & veritas sunt nobiliores in sensitiva, quàm in vegetativa; & sic quando ex duabus naturis fit unum tertium compositum, minor virtus & veritas vegetativæ mutant se in alium finem, sub quo magìs distent à non esse per illum finem, quàm per proprium, ita quòd virtus vegetativæ recurrat ad virtutem sensitivæ, & sic de veritate.

9. QUÆSTIO. Peccatum Angeli in qua parte incepit? Solutio I K T E. DEUS posuit in vero, quando creavit Angelum, quòd Angelus, qui peccavit, ipsum memoraret, intelligeret & amaret, & sic creavit ipsum ad habendam gloriam, sed ipse incepit peccare statim, quando fuit creatus, in suo memorare, intelligere & amare, & hoc, quia deviavit à fine, ad quem fuit creatus, & sic incepit suum peccatum in falso memorare, intelligere & amare, ita quòd suum memorativum in suo proprio memorabili deduxerit falsum memorabile contra verum, & hoc in principiando simpliciter per se ipsum. I K T I. Quando Angelus, qui vocatur dæmon, fuit creatus, DEUS posuit in eo æquale memorare, intelligere & amare intrinsecè & naturaliter, ut acquireret veram gloriam æqualiter per accidentale morale memorare, intelligere & amare, & ipse dæmon pervertit se æqualiter in falsum memorare &c.; & sic, quando peccavit, fuit in suo subjecto inceptum peccatum in suo memorare &c, & hoc æqualiter. I K T K. In quantum Angelus fuit deductus per creationem de non esse in esse, incepit suum peccatum in sua natura, quam naturam habet de nihilo, ex quo fuit creatus, & sic incepit suum peccatum in suo nihilo, inclinando se ad nihil, quod est contra esse, sicut falsitas, quæ est contra veritatem, & pœna contra gloriam, cùm falsitas non mereatur esse, nec pœna, cùm sit contra esse in corrumpendo, sicut falsitas est contra esse in falsificando.

10. QUÆSTIO. Differentia ignîs & aquæ quomodo est in concordantia? Solutio K T B C. Secundùm primam speciem nonæ Regulæ differentia ignîs & aquæ est in concordantia, ita quòd una pars ignîs est contra aliam aquæ, & è converso, sicut duo homines, qui se invicem volunt interficere. Secundùm secundam speciem sunt ignis & aqua in concordantia, igne concordante cum aëre, & aqua similiter, uno elemento existente in alio: etiam per tertiam speciem concordant in elementato, in quo ignis & aqua quiescunt in generando ipsum: item concordant, igne calefaciente aquam, & aquâ frigefaciente ignem, ut elementatum sit temperatum.

11. QUÆSTIO. Cum quo movet DEUS firmamentum? Solutio. K T B F. Per primam speciem decimæ Regulæ bonum cum sua bonitate se movet ad agendum bonum, & magnum cum sua magnitudine se movet ad agendum magnum, & sic de aliis; sic DEUS cum sua intelligentia intelligit inferiora appetibilia, quæ sunt inter sensualia & sensualia &c., & cum sua voluntate vult, quòd quiescant inferiora, & cum sua potestate complet hoc, quod intelligit, & in habendo hoc, quod appetunt de firmamento, & sic firmamentum movetur cum divinis rationibus. Secundùm secundam speciem decimæ Regulæ etiam movetur firmamentum, & per tertiam speciem cum omnibus Dignitatibus DEI, quæ sunt ipse DEUS movens per ipsas firmamentum: etiam movet DEUS firmamentum imperando, sive actu per similitudines, sive assimilando rationes, sicut Dominus & multò meliùs, qui dicit suo servo, quòd vadat ad aliquem locum, & vadit in recipiendo similitudinem voluntatis sui Domini in sua voluntate; & sic per talem modum sive medium principaliter movet cœlum sive firmamentum, firmamento recipiente similitudines sive impressiones divinarum rationum in suis partibus ab eisdem divinis Rationibus.

Finivit Raymundus hanc Lecturam, & est brevis, ut sit inspectorabilis; ratione cujus inspectorabilitatis Artista sciens Artem habeat in promptu sinè libro solutionem suæ Quæstionis; & in ista Lectura explicitè & implicitè consistit Lectura Tabulæ generalis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

BEATI RAYMUNDI LULLI DOCTORIS ILLUMINATI LECTURA SUPER Artem Inventivam ET Tabulam Generalem.

DEUS glorioſe, multùm Excellens, cum tua Virtute, Gratia, Adjutorio & Benedictione incipit *hæc Ars*, quæ eſt *ad faciendum & ad ſolvendum Quæſtiones, & ad inquirendum & inveniendum Naturalia Secreta & Proprietates rerum.*

DE PROLOGO.

1. HÆc Ars abbreviatè ſequitur Modum & Doctrinam *Artis Inventivæ;* & propter hoc Nos facimus iſtam Scientiam ſuper *primam Partem Artis Inventivæ*, quæ eſt *de Figuris*, & breviori modo, quo poterimus, dabimus Modum, quomodo homo legat & explanet Figuras audientibus *Artem Inventivam;* unde hic Tractatus poteſt eſſe *Lectura dictæ primæ Partis, & etiam aliarum Partium*, ſequendo Modum, quem nos tenebimus.

2. Cùm igitur ſint plures homines, qui deſiderant habere Scientiam, ideo nos compilamus hanc Artem, ut ipſi meliùs poſſint habere cognitionem hujus, quod deſiderant ſcire, ut poſſint cognoſcere & amare noſtrum Dominum DEUM, & pervenire ad Cœleſtem Gloriam. Tamen convenit, quòd Nos in hac Scientia utamur aliquibus Latinis Verbis, ſinè quibus non poſſemus eam commodè tractare in Vulgari; etiam convenit, quòd Nos ponamus in illa Naturales & Theologales Rationes propter exempla, quæ Nos convenit dare ad demonſtrandum hanc Scientiam: & etiam, *ut illi, qui eam voluerint ſcire, in ipſa addiſcant Philoſophiam & Theologiam; etiam poterunt habere cognitionem aliarum Scientiarum*, ſecundùm quòd ipſa Ars univerſaliter ſe extendit ad omnes Quæſtiones. Deſideramus etiam, quòd hæc Ars ponatur in Latino, ut illi, qui ſciunt Latinum, inde poſſint habere utilitatem, & acquirere cognitionem *Artis Inventivæ.*

3. *Subjectum hujus Artis maximè conſiſtit*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſiſtit ad demonſtrandum Veritatem Sanctæ Catholicæ Fidei cum neceſſariis Rationibus illis, qui ignorant ipſam Fidem, & ad confirmandum illos, qui eam ſciunt & credunt, & ad removendum dubia illorum, qui de ipſa dubitant, & etiam ad confundendum Errores Infidelium, qui ipſam negligunt, & ſatagunt illam deſtruere, quantum poſſunt.

4. Intentio autem, propter quam facimus hanc Artem, eſt, ut demus Exemplum & Modum, quomodo *Ars Inventiva* & *Tabula Generalis* ſint applicabiles Sanctæ Catholicæ Fidei, *ut illi, qui eam intelligunt, ſciant vincere & deſtruere Errores, qui ſunt in Mundo*, propter quos tot homines ignoranter vadunt in perpetuum Ignem, de quorum pœnâ convenit illos habere conſcientiam & triſtitiam, qui ſunt in Via Veritatis, ideo, quia illos non informant cum illo Lumine, cum quo ipſi ſunt illuminati, quia ipſi Infideles ſunt homines, ſicut & nos, & ſunt de noſtra natura, & DEUS ignoratur ab illis, & ipſi non impenditur debitum ſervitium, ſicut decet.

5. Sunt multi Modi, ſecundùm quos hæc Scientia eſt valde utilis, quos narrare per ſingula eſſet valde prolixum; nam ipſi Modi ſignificantur & apparent in illa (ſicut Ars & Modus Diſputationis) qui in ipſa Scientia relucent ſecundùm *decem Modos Quæſtionum* & earum Species, quas intendimus proponere; nam per illas poteſt homo vincere & confundere illos, qui eas ignorant, videlicet applicando illas ad propoſitum per *Conveniens* & *Inconveniens*, per modum *Concordantiæ* vel *Contrarietatis*, *Poſſibilitatis* vel *Impoſſibilitatis*. „Nos autem „ſubmittimus hanc Scientiam Correctioni „Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſi fortè er„ravimus in aliqua parte ipſius vel aliqui„bus, in quibus tamen credimus, nos non „errâſſe ſcienter.„

De Diviſione hujus Artis.

HÆc Ars dividitur in *tres Diſtinctiones*. *Prima* eſt de Regulis. *Secunda* de Figuris. *Tertia* de Quæſtionibus.

INCIPIT
DISTINCTIO I.
QUÆ EST
De Regulis.

1. PRæſens Diſtinctio dividitur in *decem Regulas*, quas applicamus decem generalibus Quæſtionibus; ſub quarum generalitate continentur omnes quæſtiones, quæ factæ ſunt, fiunt vel poſſunt fieri. Quamlibet Quæſtionem in hac Arte appellamus Regulam, ita, quòd *primam Quæſtionem* appellamus *primam Regulam*, & *ſecundam Quæſtionem* appellamus *ſecundam Regulam*, & ſic de aliis per ordinem.

Prima Regula eſt de *Poſſibilitate.*
Secunda de *Quidditate.*
Tertia de *Materialitate.*
Quarta de *Formalitate.*
Quinta de *Quantitate.*
Sexta de *Qualitate.*
Septima de *Temporalitate.*
Octava de *Localitate.*
Nona de *Modalitate.*
Decima de *Inſtrumentalitate.*

2. Has decem Regulas proponimus miſcere cum Principiis iſtius Artis, ut cum ipſis declarentur Principia in inquiſitione rerum; &, ut aptiùs poſſimus facere iſtam mixtionem, ſignificamus quamlibet Regulam per propriam literam, ſecundùm quòd Principia hujus Artis per easdem proprias Literas proponimus ſignificare.

Primam Regulam vocamus B., ſecundam C., tertiam D., quartam E., quintam F., ſextam G., ſeptimam H., octavam I., nonam & decimam K.

3. Cæterum, cùm nos per Gratiam DEI tractaverimus de *Arte Inventiva*, quæ pertinet ad Intellectũ, & de *Arte Amativa*, quæ pertinet ad Voluntatem, & *Ars Memorativa* ſit valde neceſſaria in mundo, ut Memoria reddat Intellectui & Voluntati artificialiter hoc, quod in illa artificioſè deponunt, ideo valde fortiter deſideramus, quòd noſter Dominus DEUS per ſuam magnam Bonitatem det Gratiam alicui valenti homini, *ut velit*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

velit & possit componere Artem Memorativam, cùm nobis propter senium deficiat tempus, & corporeæ vires nos deserant propter fragilitatem naturæ, & etiam, cùm simus nimiùm occupati ad divulgandam & docendam Saracenis *in Arabico Artem Inventivam*, cum qua possent destrui eorum falsæ opiniones, & demonstrari Veritas Sanctæ Catholicæ Fidei; nos tamen breviori modo, quo possumus, volumus significare Modum, quem consideramus ad componendum *Artem Memorativam*, videlicet, quòd in ea sint *Figuræ* & *Ordinatio*, quæ continentur in *Arte Inventiva* & *Amativa*, & quòd in illa applicentur istæ *decem Regulæ*, quas in hac Arte intendimus tractare; & in illa Arte tractabuntur, sicut in ista, applicando illas ad memorandum, sicut in ista Arte illas applicamus per ordinem ad intelligendum. Consulimus etiam, quòd, sicut applicamus *Definitiones, Conditiones* & *Quæstiones* in Arte Inventiva ad intelligendum, & in Arte Amativa ad amandum, ita applicentur Definitiones, Conditiones & Quæstiones in Arte Memorativa ad memorandum, sequendo naturam, quam Memoria habet ad memorandum, quæ significata est in *Arte Demonstrativa* & in suo *Commento*, sequendo processum Figuræ ipsius S.

PRIMA REGULA
B.
De Possibilitate.

1. HÆc Regula est *de Possibilitate*, quæ se habet ad tria, videlicet ad *Affirmationem, Dubitationem, Negationem*, hoc est, quòd quærens Veritatem in principio supponat, quòd utraque pars contradictionis sit possibilis; nam per talem Suppositionem sic oritur Dubitatio rerum, quòd Intellectus ignoret, an ipsæ res existant secundùm Affirmationem, an secundùm Negationem: & quia incipit dubitare, & scire Veritatem rerum est amabile, & scibilitas illius Veritatis est apta esse intellecta, Intellectus secundùm suam naturam & motum, quem habet ad quæsitum terminum sub ratione Voluntatis, quamprimùm incipit dubitare, incipit philosophari & inquirere Veritatem rerum; sed, si, priusquàm attingat Veritatem quæsitarum rerum, supponat, quòd sit verum vel falsum, sub ratione Affirmationis vel Negationis contra Possibilitatem, quam diximus, se ipsum captivat, & remanet obstinatus non habens terminos, cum quibus possit attingere Veritatem sub necessariis rationibus naturalibus nec artificialibus: & ideo præcipit Author hujus Scientiæ, quòd sit cavendum, ne homo tractet hanc Artem & disputationem cum sic obstinato & pertinaci Intellectu, sed vult, quòd experiaris priùs secundùm processum hujus Artis, an ipsum possis removere à tali obstinatione & obscuritate, interpositis illi aliis (quibus delectetur) objectis rerum necessariarum, & postea cum revoces ad prima objecta.

2. „Intentio, quare in hac Arte ponitur „ista Regula, est, ut investigemus Veritatem „illius, quod quæritur sub ratione *Utrùm*, „ût, cùm quæritur: *Utrùm sint Angeli?* & „ita de aliis similibus istis, supponendo pri„ùs, quòd sint vel non sint, ut tandem ve„niamus ad necessarias Demonstrationes: „& factâ hâc Suppositione convenit tangere „Principia hujus Artis cum tribus potentiis „Animæ, videlicet per Memoriam memo„rando, per Intellectum intelligendo, & „per Voluntatem amando, in quorum con„tactione, si prædictæ potentiæ fortiùs at„tingunt naturas principiorum affirmando, „quàm negando, convenit, quòd in con„clusione sumatur affirmativa; si verò non, „sumatur negativa; & *hæc Regula est gene„ralis & universalis ad omnes Scientias.*

SECUNDA REGULA
C.
De Quidditate.

1. HÆc Regula est de *Quidditate*, regulans Intellectum ad quærendum & investigandum Definitiones rerum, & habet *quatuor Species*, secundùm quòd ipsæ res se possunt habere in quadruplici differentia.

Prima est, ût, cùm quæritur: *Quid est res in se?* quid est DEUS? quid est homo? quid est Bonitas?

Secunda est, ût, cùm quæritur: *Quid habet res in se?* ût res, quæ est essentialiter in DEO vel in Bonitate, & sic de reliquis.

Tertia est, ût, cùm quæritur: *Quid est una res in alia?* ût, quid est Bonitas in Magnitudine?

Quarta est, ût, cùm quæritur: *Quid habet una res in alia?* ût, cùm quæritur: quid habet homo in arca? Rex in regno? Bonitas in Magnitudine? & sic de aliis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. Hæc Regula ponitur in hac Arte, ut homo habeat regulatum Intellectum per ipſam ad inveſtigandum id, quod res ſunt, ſecundùm quatuor prædictas Species ſeu Modos, diſcurrente Intellectu ſecundùm prædictos quatuor Modos per explicita & implicita Principia hujus Artis, ita, quòd de his & de hac Regula fiat concordantia. Etiam ponitur, ut Intellectus ſit regulatus ad movendum Memoriam ad memorandum, & Voluntatem ad amandum Definitiones Principiorum, & ad applicandum illa ad Definitiones, & ad faciendum Quæſtiones ex illis.

TERTIA REGULA
D.
De Materialitate.

1. HÆc Regula agit de *Materialitate*, quia docet inveſtigare materias rerum; & hoc *triplici Modo.*

Primus Modus eſt, ſicut in DEO, qui eſt de ſe ipſo liberè, & non de aliquo alio; & Bonitas, quæ eſt de ſe ipſa, in quantum eſt de ſuo eſſentiali bonificativo, bonificabili & bonificare; & ſic de Magnitudine & aliis principiis ſubſtantiæ.

Secundus Modus eſt, ſicut totum, quod eſt de ſuis partibus, ſicut ſubſtantia de ſua propria forma & materia, & ejus forma de communi forma multiplicata ex formis partium, & ejus materia de communi materia conſtituta ex materiis partium, ût cultellus, qui eſt de ferro; idem è converſo dicitur de parte, quæ eſt de ſuo toto.

Tertius Modus eſt, ſicut una res, quæ eſt alterius: veluti Mundus, qui eſt DEI, qui ipſum creavit, & miles Regis, equus equitis, accidens ſubſtantiæ, ſpecies ſeu ſimilitudines per Intellectum apprehenſæ realium objectorum, ſecundæ intentiones primarum, & martellus, qui eſt clavi, Bonitas Magnitudinis generalis Bonitatis, & remotum objectum propinqui objecti, ût viſibilitas coloris viſibilitatis exiſtentis intra eſſentiam visûs; & ſic de viſibilitate & intelligibilitate lapidis, quæ ſunt intelligibilitatis Intellectûs; & ſimiliter malum, quod eſt privationis boni, & color, qui eſt ignîs, & alia his ſimilia.

2. Per hanc Regulam docetur Artiſta cognoſcere naturas, per quas aliæ res ex aliis & ex ſe ipſis conſtant, & terminos quæſtionis, & eligere terminos quæſtionis, quibus debet uti in reſpondendo, & cameras inferiùs contentas in Tabula, quæ magìs conveniunt talibus terminis; ût, ſi hoc modo fiat quæſtio: *Utrùm ſit bonum, quòd DEUS ſit?* tunc, quia Bonitas explicitè ponitur in quæſtione, ipſa eſt eligenda ad concludendum, & ſimiliter termini, qui magìs concordant cum Bonitate, ût Magnitudo, Æternitas, videlicet, utrùm ſit magnum bonum & durabile, quòd DEUS ſit; & ſic de aliis.

QUARTA REGULA.
E.
De Formalitate.

1. HÆc Regula eſt de *Formalitate*, per quam inveſtigantur per Intellectum formæ & fines rerum, ût, cùm quæſtio ſic fit: *Quare ſunt res?* id eſt, *per quid* ſunt? & *propter quid* agunt id, quod agunt? cui aptè reſpondetur *duobus Modis.*

Primò, quòd quædam res ſint per ſe ipſas, ſicut DEUS, qui eſt per ſe, & non per aliud, quia Bonitas, Magnitudo, Æternitas & aliæ Dignitates convertuntur in ipſo, & ſunt unum idem numero, cùm aliter DEUS non eſſet id, quod eſt: item DEUS eſt, quia intelligit & amat ſe ipſum & ſuam Bonitatem, Magnitudinem & alias ſuas Dignitates tantum, quanta eſt ſua Eſſentia & ſua Unitas. Etiam ſubſtantia hominis & aliarum rerum creatarum eſt per ſe ipſam, in quantum eſt id, quod eſt, unde exiſtit per ſe; & ſic de ſubſtantiali bonitate, quæ exiſtens per ſe ipſam eſt id, quod eſt, & ſic de aliis his ſimilibus.

Secundò modo reſpondetur, quòd quædam res ſint propter alias, ût homo, qui eſt, ut memoret, intelligat & amet DEUM, quem ideo cognoſcit & amat, ut ſequatur finis, ad quem eſt creatus; & Bonitas, quæ eſt, ut Magnitudo ſit bona, & Magnitudo è converſo, ut Bonitas ſit magna, & ſic de aliis, quæ intentionaliter convertuntur; ſimiliter malum eſt, ut ſequatur bonum: & magnum malum, ut ſit magnum bonum, non tamen è converſo; & culter eſt, ut ſcindat; dentes, ut manducent; oculi, ut videant; & viſibilitates rerum propter intelligibilitatem earum; imaginatio propter conſervandas ſpecies, quas Intellectus attrahit à ſenſualibus rebus; & ſecundæ intentiones, ut ſint primæ; & ſic de aliis.

2 Per hanc Regulam habet homo cognitionem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tionem regulandi responsionem sub forma quæstionis inquirendo formas & fines, qui in terminis quæstionis implicantur, tamen factâ mixtione unius Principii cum altero, & servatâ concordantiâ in tali mixtione formarum & finium, quas formas & fines in eo significavimus, quod de ipsis in hac Regula à nobis dictum est, & inferiùs dicetur in Definitionibus & Explicationibus Principiorum: ût, cùm quæritur: quare DEUS permittit malum, cùm ipse sit magnum bonum? cujus quæstionis responsio consistit in eo, videlicet, ut cognoscatur magnum bonum; & sic de aliis similibus istis.

QUINTA REGULA.
F.
De Quantitate.

1. HÆc Regula quærit de *Quantitate*, regulans Intellectum ad mensurandum terminos quæstionis in conclusione; & hoc dupliciter, secundùm quòd quantitas dividitur in *simplicem* & *compositam*.

Simplex Quantitas est Quantitas Simplicium Principiorum, ût Quantitas Bonitatis, quæ est Simplex Principium, habens Simplicem Quantitatem sub ratione suæ simplicis substantialitatis, essentiæ & naturæ.

Composita Quantitas est Quantitas Principiorum invicem mixtorum, ût Quantitas Bonitatis, quæ multiplicatur in similitudines aliorum Principiorum substantiæ, quibus induitur, remanente Bonitate magnâ durabili possibili &c.; unde illa multiplicatio constans ex pluribus Quantitatibus convertitur in compositionem multarum Simplicium Quantitatum multiplicantium unam Compositam Quantitatem communem omnibus aliis Simplicibus Quantitatibus & toti substantiæ sub ratione Bonitatis, aliis Quantitatibus existentibus in omnibus aliis; & sic de Quantitate Magnitudinis & aliorum Principiorum intelligendum est; idem de Simplici & Composita Quantitate, quod sequitur de simplici & Composita Quantitate Bonitatis. Hæc Simplex & Composita Quantitas intra substantiam existens est invisibilis, apparens tamen in figura in extremitatibus substantiæ, cum quibus participat aër, qui non est de essentia substantiæ, ût fit in substantia Petri aut Martini & aliorum similium.

2. Hæc Regula continetur in hac Arte, ut per ipsam mensurentur Quantitates Principiorum affirmando vel negando in responsione quæstionis, ût, si quæratur: *Utrùm DEUS sit?* investigandum est ex supposito, quòd sit, an plus Bonitatis, Magnitudinis &c. sit in Memoria memorante, Intellectu intelligente & Voluntate amante, quàm, si negetur, quòd DEUS sit: *& factâ tali investigatione & suppositione ista Ars requirit, quòd debeat concludi sub forma majoris Quantitatis multiplicatæ ex similitudinibus Principiorum in potentiis Animæ, exceptâ similitudine Contrarietatis & Minoritatis, quæ concordant cum privatione.*

SEXTA REGULA.
G.
De Qualitate.

1. HÆc Regula agit de *Qualitate*, ut Intellectus per ipsam dirigatur ad investigandas veritates rerum secundùm suas *proprias & appropriatas* Qualitates.

Propriæ Qualitates sunt, ût caliditas, quæ est propria Qualitas ignîs, humiditas aëris, frigiditas aquæ, & siccitas terræ; unde, quia in quolibet elemento est sua propria Qualitas, sunt ipsa elementa substantialiter, essentialiter & naturaliter inter se distincta; idem sequitur de propriis partibus eorum, scilicet de bonitate ignîs, quæ non est bonitas aëris, nec bonitas aëris bonitas aquæ, & sic de aliis.

Appropriatæ Qualitates sunt, ut, cùm aliæ substantiæ appropriant aliis suas proprias Qualitates, ût ignis aëri suam caliditatem, ut aër sit calidus appropriatè, & aër aquæ suam humiditatem, ut ipsa sit humida, & aqua suam frigiditatem terræ, ut sit frigida, & terra suam siccitatem igni, ut ignis sit siccus appropriatè; igitur aliæ partes transeunt in alias substantialiter & accidentaliter, ut fiat compositio substantiarum & accidentium, & substantia sit composita & multiplicata ex omnibus illis partibus substantialiter & accidentaliter, quolibet elementorum remanente simplici in ipsa substantia sub ratione suæ propriæ Qualitatis, & composito sub ratione appropriatarum Qualitatum; igitur substantia remanet simplex sub ratione individuationis & unitatis numeri, ût substantia Martini, quæ est una tantùm; quæ simplicitas unitatis sustentatur in simplicitate simplicium partium, sicut & sua

(c) 2006 Ministerio de Cultura

compoſitio in compoſitione compoſitarum partium per appropriatas Qualitates; ignis autem appropriat ſuam caliditatem aëri ſuſtentato in ſe ipſo, & hoc idem facit de ſua bonitate, magnitudine, duratione &c.; & ideo intrat in ipſum ſubſtantialiter & accidentaliter; caliditas autem appropriata aëri per ignem ſecundùm comparationem ignîs & aëris eſt activa & paſſiva Qualitas: activa, in quantum ignis eſt calefactivus: paſſiva, in quantum aër eſt calefactibilis, nam calefactibilitas aëris exiſtit ſub ratione ignificabilitatis; & caliditas per aërem communicata aquæ eſt activa Qualitas ſecundùm comparationem aëris, & paſſiva ſecundùm comparationem aquæ, quod fit ratione magnæ concordantiæ, quæ eſt inter ignem & aërem, & ratione magnæ contrarietatis, quæ eſt inter ignem & aquam, igne appropriante ſuum proprium calorem aëri, ut aër habeat proprietatem calefaciendi aquam, & ipſa habeat duas paſſiones ſub activo calore, ſed ignis non permittit, quòd caliditas aquæ ſit activa Qualitas in calefaciendo ea, quæ calefiunt in calida aqua; & hinc eſt, quòd aqua non calefaciat terram, cùm ſit contra ignem, & ignis contra aquam, & ſua caliditas ſit paſſiva Qualitas ipſi appropriata, ut aqua ſit medium, per quod terra calefit & humefit; & quod diximus de igne & aqua, ſequitur de aëre & terra & de omnibus partibus ſubſtantiæ.

2. Per hanc Regulam dirigitur & regulatur Intellectus ad inquirendum Qualitates naturalium rerum ſecundùm ea, quæ diximus de Qualitate in ſubſtantiis & partibus earum, mixtis invicem Principiis & Regulis aliis cum aliis; in qua mixtione quælibet partium oſtenditur qualis, habituata de propria & appropriata Qualitate, ſecundùm quem habitum debet fieri judicium in facienda reſponſione quæſitarum rerum.

SEPTIMA REGULA H.

De Temporalitate.

1. HÆc Regula eſt de *Temporalitate*, quam ſignificamus per Regulas C. D. K., & conſideratur *quatuor Modis*, ſecundùm quos poteſt fieri inveſtigatio de Tempore: *primò*, ût, cùm quæritur, quid eſt Tempus? *ſecundò*, de quo eſt? *tertiò*, quomodo eſt? *quartò*, cum quo eſt?

Cùm igitur hi quatuor Modi ſignificentur per ſupradictas tres Regulas, *primus* Modus eſt de *Definitione* ipſius: igitur Tempus eſt una ſimplex pars ſubſtantiæ Mundi, cum quo ſubſtantia exiſtit cum omnibus ſuis partibus motis in Tempore, ſinè quo creaturæ non poſſent moveri, eo motu ſuſtentato in rebus, quæ moventur de loco ad locum; & illa figura Temporis apparet in motu ſub forma generationis & corruptionis, & per ipſam Intellectus attingit formam & Quidditatem ipſius.

Secundus Modus ſignificatur in *Mixtione* Principiorum in hoc, quod tempus eſt de ſe ipſo in alio, ſcilicet in Principio, in quo eſt creatum & principiatum, ſicut Principium eſt creatum & temporificatum in Tempore; igitur Tempus eſt de Principio, & Principium de Tempore, ût Bonitas de Magnitudine, & Magnitudo de Bonitate; & ſic de aliis Principiis.

Tertius Modus eſt de *Situatione*, hoc eſt, quomodo Tempus ſituatur in Principiis, & Principia in Tempore; igitur Tempus ſic exiſtit in Bonitate, ſicut Bonitas in Magnitudine, hoc eſt, quòd, ſicut Magnitudo eſt bona ſub ratione Bonitatis, ita Tempus ſtat in Bonitate ſub ratione Bonitatis, & è converſo Bonitas in Tempore ſub ratione Temporis; & ideo Bonitas eſt in ſucceſſione motûs noctium, dierum, horarum & momentorum, illo motu ſuſtentato in præſenti tempore, cujus figura apparet in præteritis & futuris rebus.

Quartus Modus eſt de *Habituatione*, per quam ſignificantur res, cum quibus Tempus exiſtit id, quod eſt, & cum quibus exiſtit in partibus ſubſtantiæ, & in motu extra ſubſtantiam: ſicut Tempus, quod cum ſuis eſſentialibus partibus, ſcilicet temporificativo, temporificabili & temporificare exiſtit in Bonitate, in quantum eſt bonum; & in Magnitudine, in quantum eſt magnum; & ſic de aliis.

2. Hæc Regula eſt directiva Intellectûs ad faciendum judicium de rebus conſideratis ſub ratione Temporis; ût ſi quæritur: *quare DEUS non priùs creavit mundum?* cujus reſponſionem jubet hæc Ars fieri ſecundùm Conditiones Principiorum & Regularum hujus Scientiæ, ſcilicet, quòd Artiſta intelligat & memoret ea, quæ faciunt ad ſolutionem quæſtionis, antequam reſpondeat, ſecundùm quòd de hac Scientia erit habituatus; nam aliter id non poterit efficere, quia, ſi faceret reſponſionem, antequam uteretur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

teretur habitu ipsius Scientiæ, non posset se juvare cum habitu hujus Scientiæ, nec sequi finem Principiorum, & ita hæc Ars vult, quòd aliquis *priùs debeat habere Theoricam hujus Scientiæ, quàm Practicam*, ût in Regula D. significatum est, ex qua Regula elicitur solutio ad quæstionem, videlicet, quòd, priusquàm eratMundus, nil aliud fuerit, quàm DEUS; nam illud adverbium *priùs* positum in quæstione non est aliquid reale, sed similitudo, quam Intellectus attrahit de rebus sub ratione temporis, quarum rerum aliæ sunt priùs, quàm aliæ; nam, si illud *priùs* esset aliquid reale, tempus existeret, antequam crearetur Mundus, & tale tempus esset æternum, & non haberet subjectum, in quo sustentaretur, scilicet partes substantiæ Mundi, quæ suntBonitas, Magnitudo &c.; & perderetur Definitio Principii & aliarum partium substantiæ.

OCTAVA REGULA
I.
De Localitate.

1. HÆc Regula pertractatur *quatuor Modis*, & posset tractari pluribus; sed nos tradimus Artem, quantum possumus, abbreviatè; igitur prædictos quatuor modos significamus per has tres literas, quæ sunt C. D. K., ad ostendendum quatuor Regulas, per quas habebimus notitiam de Loco & de quæsitis sub ratione *Localitatis*.

Primus Modus est per Regulam C., quæ significat Quidditatem Loci, videlicet, quòd Locus sit una pars substantiæ Mundi, in quo locantur omnes partes substantiæ, diffusus & extensus per omnes illas partes; qui Locus per suam naturam & virtutem potest in se ipso esse id, quod est, & in aliis partibus substantiæ, dans illis suam similitudinem, ut essentialiter possit esse in illis, & ipsæ è contra similiter in illo, & ut quævis partium possit esse in alia, & substantia Mundi in se ipsa & in suis partibus, & partes è contra in illa & in se ipsis.

Secundus Modus per Regulam D. est ad significandum, de quo est Locus, videlicet, quòd Locus sit de se ipso, & quòd quædam Loca sint de aliis; ût Locus, qui est simpliciter de se ipso, & non de alio; & quia est creatus & principiatus, est de Principio, ut Principium habeat Locum, in quo possit sustentari; eodem modo de Bonitate, quæ est Locus Magnitudinis, ut Magnitudo possit habere Locum, in quo sit bona, & sic de reliquis Principiis substantiæ, in quibus alia Loca sunt de aliis, ût color & visibilitas, quæ sunt Loca videndi, & imaginatio imaginandi; hæc Loca autem, quorum alia sunt de aliis, sunt particularia existentia sub universali Loco & in ipso invisibilia, cùm universalis Locus non possit videri; apparent tamen in eo, cùm Loca intelligibilitatis & intelligendi sint sub imaginatione, in qua sunt imaginabilia; nam universalis Locus mittit suam & suarum partium similitudinem extra substantiam, quæ similitudo est sensibilis figuraliter, sicut vinum, quod est in Loco, existens in vase, in quo est, & calor piperis in loco saporis & substantiæ piperis.

Tertius Modus Localitatis secundùm nonamRegulam est ad significandum, quomodo aliæ res sint in aliis, indicans modos ipsarum rerum: sicut bonificativum, quod habet modum essendi in bonificabili, ut bonificare sit in bonificativo & bonificabili; &Bonitas, quæ habet modum essendi in Magnitudine, ut sit magna in sémet ipsa sub ratione magnorum bonificativi, bonificabilis & bonificare.

Quartus Modus per Regulam K. est de Habituatione, ad significandum res, cum quibus Locus est id, quod est, videlicet, quòd Locus sit cum partibus sibi coëssentialibus, scilicet locativo, locabibili & locare, & est cum Bonitate, ut Bonitas sit Locus Magnitudinis, ut Magnitudo sit bona, & è converso; similiter intelligendum est de vino, ut possit contineri in ampulla, & ampulla ipsum contineat, ut non sit Locus vacuitatis, & sic de aliis similibus istis, cum quibus Locus est id, quod est in se ipso & in suis partibus, & ipsæ in illo cum se ipsis & cum illo ipso.

2. Hæc Regula tractata, secundùm quòd diximus, reddit Intellectum regulatum, habituatum & promptum ad respondendum & faciendum judicium de rebus sub ratione Loci; & ideo vult Author hujus Artis, quòd in faciendo judicio rerum quæsitarum tractetur, ût dictum est de Loco in Locis hujus Scientiæ, quæ sunt Figuræ, Definitiones, Regulæ, Tabula & Quæstiones, ût, cùm quæritur: *Ubi erat DEUS, antequam Mundus erat?* quòd recurratur ad suprædicta Loca, & secundùm eadem fiat ibi responsio, sicut ad Regulam C., in qua significatur, quòd DEUS sit in se ipso, & adDefinitionem Principii mixtam cum hac Regula, & ad Definitio-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

finitionem Magnitudinis, quæ clarè manifeſtant, quòd DEUS non erat in Loco, antequam Mundus erat, ſed in ſe ipſo tantùm.

NONA REGULA.

K.

De Modalitate.

1. HÆc Regula ordinat Intellectum ad intelligendum Modos entium, & dividitur in *duas Partes;* quarum

Prima habet *quatuor Species: prima Species* docet, quomodo partes ſubſtantiæ exiſtant: ſicut Bonitas, quæ eſt una pars, & Magnitudo alia, & quælibet earum habet modum eſſendi pars ratione Differentiæ inter Bonitatem & Magnitudinem exiſtentis in diſtinctis bonificativo, bonificabili & bonificare, quæ ſunt eſſentiales partes ipſius Bonitatis; & ſic de Magnitudine & reliquis Principiis.

Secunda Species docet, quomodo aliæ partes ſint in aliis, ût Bonitas, quæ eſt in Magnitudine & Duratione, in quantum eſt magna & durabilis, & è converſo.

Tertia Species docet, quomodo ſubſtantia ſit in ſuis partibus, & è converſo partes in ſubſtantia, ût Bonitas, quæ eſt in Magnitudine, Duratione & reliquis partibus ſubſtantiæ (& illæ è converſo in illa) habens modum multiplicandi ſe ipſam in aliis partibus, & aliæ partes habent modum multiplicandi ſe ipſas in Bonitate, ex qua multiplicatione conſtituitur ſubſtantia, quæ habet modum exiſtendi in ſuis partibus, ſicut ſuæ partes in illa.

Quarta Species docet, quomodo ſubſtantiæ debeant multiplicare ſuam ſimilitudinem & ſimilitudines ſuarum partium ad extrà: ſicut ſubſtantia hominis, qui habet modum agendi bona opera ſecundùm Bonitatem, & magna ſecundùm Magnitudinem; & ſecundùm quòd de potentia elementali, vegetali, ſenſuali, imaginali & rationali compoſitus eſt, habet modum intelligendi intelligibilia, imaginandi imaginabilia, ſentiendi ſenſibilia, vegetandi vegetabilia in ſe ipſo, & generandi alterum hominem; & denique ratione elementalis potentiæ habet modum ſentiendi calorem, frigiditatem, famem & ſitim, & generandi alterum hominem; & ſecundùm modos interiùs exiſtentes habet modum artificialiter utendi his, quæ ſunt extrà, ſecundùm modum intra ſubſtantiam: ût voluntas, quæ deſiderat, quòd homo ſit virtuoſus in modo communicandi, vendendi & emendi & in cæteris ſimilibus.

Secunda Pars iterum dividitur in *quinque Partes*, per quas monſtratur modus, qui debet ſervari in hac Scientia ad inquirendum Veritates rerum.

Prima Pars continetur in duabus Figuris, in quibus debemus eligere terminos ad reſpondendum; ût, cùm quæritur: *Utrùm Bonitas DEI ſit magna?* præcipit Ars, quòd Bonitas & Magnitudo eligantur in facienda reſponſione, cùm quæſtio ſit de ipſis; præterea, quòd termini inquirantur, qui implicitè continentur in quæſtione: velut, ſi quæritur: *Utrùm Bonitas DEI ſit magna in Duratione, Poteſtate, Concordantia vel in Unitate, Juſtitia, & in aliis ſimilibus?* item, quòd judicium fiat ſecundùm Definitiones & Regulas ſignificatas per Literas, quæ in prædictis duabus figuris continentur.

Secunda Pars, quòd recurratur ad tertiam Figuram, & in illa eligantur termini, qui magìs concordant cum reſponſione; ſicut in camera B. C., quæ ſecundùm propoſitam quæſtionem ſignificat, quòd inquiſitio fiat: utrùm Bonitas DEI ſit magna ſecundùm Differentiam & Concordantiam, & ſecundùm primam Regulam & primam Quæſtionem, ſecundam Regulam & ſecundam Quæſtionem, & ſic de aliis cameris.

Tertia Pars, quòd fiat recurſus ad quartam Figuram, & in illa capiatur modus ſignificationum Literarum: ût, ſi quæratur: *Utrùm Bonitas DEI ſit magna?* quia in hac Quæſtione implicatur Æternitas, videlicet, utrùm Bonitas DEI ſit magna in Duratione? præcipit Ars, quòd eligatur camera B. C. D., & ſumantur ſignificata Literarum, ſicut habetur modus ad inveſtigandum, utrùm Bonitas DEI ſit magna in Æternitate, Differentia, Concordantia ſinè Contrarietate? &, utrùm ſit magna ſecundùm primam, ſecundam & tertiam Regulam & Quæſtionem?

Quarta Pars transmittit ad Tabulam, in qua eligantur Cameræ, quæ conveniunt cum reſponſione: ût, ſi quæratur: *Utrùm Unitas DEI ſit magna?* & quia in illa quæſtione implicantur Bonitas & Æternitas, debet fieri reſponſio, ſecundùm quòd ſignificat Camera B.C.D. & B.C.T.B., & B.C.T.C., & ſic per ordinem usque ad cameram T.B.C.D., & ſic de aliis ſimilibus.

Quinta Pars, quòd obſervetur modus, qui

(c) 2006 Ministerio de Cultura

qui tenetur in *tertiâ Distinctione;* ût, si quæratur: *Utrùm Unitas DEI sit magna?* quòd responsio fiat secundùm generalem modum habitum in *decem magnis Quæstionibus*, ubi quæritur: *Utrùm in DEO sit Productio?* &, *utrùm DEUS sit Incarnatus?* &, *utrùm Mundus de novo sit creatus?* &c., & quòd ex eo textu eliciatur debita responsio, unâ generali Quæstione applicatâ alteri, & unâ generali Regulâ applicatâ alteri per affirmationem vel negationem, ità, quòd non fiat conclusio contra ordinem & processum prædictæ tertiæ Distinctionis.

DECIMA REGULA.
K.
De Instrumentalitate.

1. HÆc Regula demonstrat Instrumenta, quæ sunt in naturalibus & artificialibus rebus, & habet *duas Partes;* quarum *prima* sumitur in *quatuor Modis*, sicut in superiori Regula.

Primò, sicut Bonitas, quæ est cum sua propria & essentiali proprietate, scilicet cum proprio bonificativo, bonificabili & bonificare.

Secundò, ût Bonitas, quæ existit cum proprietatibus sibi appropriatis, scilicet cum Magnitudine, Duratione, Potestate &c., sinè quibus non posset esse, nec existere in substantia, cùm non haberet, in quo sustentaretur.

Tertiò, ût substantia, quæ existit cum suis partibus sibi substantialibus & accidentalibus, cum quibus est id, quod est, & ratione illarum agit in se ipsa.

Quartò, ût substantia agens extra se in aliis rebus secundùm suas intrinsecas similitudines, sicut homo agens cum suis intrinsecis rationibus bonas magnas & durabiles extrinsecas rationes, ut in extrinsecis similitudinibus appareant assimilata, quæ sunt intra substantiam; & hinc fit, quòd homo cum sua Voluntate moveat suos pedes, & cum pedibus se ipsum progrediens de uno loco in alium, & cum sua manu movet calamum, cum calamo atramentum, cum atramento literas, cum literis Memoriam ad memorandum, Intellectum ad intelligendum, Voluntatem ad amandum, Imaginativam ad imaginandum, sensus ad sentiendum, Vegetativam ad vegetandum, & Elementativam ad elementandum; item movet se ipsum cum motu equi, super quo sedet, & cum motu navîs, in qua vehitur, & cum virtutibus ad Gloriam, & cum vitiis ad infernalem pœnam; & sic de aliis.

Secunda Pars dividitur in *quinque Partes*, cum quibus cognoscitur modus hujus Scientiæ.

Prima est de cognitione, quæ habetur in Figuris, acceptis significatis earum & factâ mutuâ mixtione unius Principii cum altero.

Secunda est de cognitione, quæ habetur de rebus quæsitis cum Definitionibus Principiorum & eorum Explicationibus, affirmando id, quod convenit Definitionibus, & negando id, quod illis disconvenit, & est contrarium illis.

Tertia est de mixtione Regularum ad invicem, & Principiorum cum ipsis, per quam habetur cognitio illius, quod quæritur, quâlibet Regulâ conservante id, quod de ea dictum est.

Quarta consistit in Tabula, cum qua & supradicto ordine cognoscitur res quæsita; etiam hæc Scientia consistit in significatis Camerarum quæstionum.

Quinta est de Practica decem magnarum Quæstionum applicatarum ad Divinam Productionem & Incarnationem, & ad Creationem Mundi &c., cum quibus cognoscuntur res, quas desideramus scire.

Hæ Regulæ sunt multùm utiles & necessariæ ad sciendum, nam significationes sunt magnæ, quas complectitur quælibet per se & in mixtione alterius cum altera; nam cum illis habemus modum inveniendi Veritates rerum & Bonitatem & Magnitudinem & alia Principia ipsarum rerum, sicut cum Regula B. C. D. E. F. G. H. I. K., & in mixtione ipsarum & cujuslibet per se apparet plus bonitatis in substantia substantialiter, quàm accidentaliter, ut substantia contineat majora & nobiliora ædificia.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

INCIPIT

DISTINCTIO II.

QUÆ EST

De Figuris.

1. SEcunda Diſtinctio dividitur in *quatuor Figuras*. *Prima* eſt compoſita de novem Principiis, quæ ſunt *Bonitas, Magnitudo, Æternitas* ſive *Duratio, Poteſtas, Sapientia, Voluntas, Virtus, Veritas, Gloria.*

Secunda Figura eſt de novem Principiis, quæ ſunt *Differentia, Concordantia, Contrarietas, Principium, Medium, Finis, Majoritas, Æqualitas, Minoritas.*

Tertia eſt compoſita de prima & ſecunda Figura.

Quarta Figura eſt compoſita de tribus mobilibus circulis, & in iſta comprehenduntur omnes aliæ Figuræ; &, quia iſta Ars tractatur per Figuras, convenit, quòd quodlibet ſupradictum principium deſignetur & intelligatur per literas, quæ continentur in Figuris; & ſic volumus, quòd intelligatur per

B. *Bonitas, Differentia, Utrùm.*
C. *Magnitudo, Concordantia, Quid.*
D. *Æternitas* ſive *Duratio, Contrarietas, de Quo.*
E. *Poteſtas, Principium, Quare.*
F. *Sapientia, Medium, Quantum.*
G. *Voluntas, Finis, Quale.*
H. *Virtus, Majoritas, Quando.*
I. *Veritas, Æqualitas, Ubi.*
K. *Gloria, Minoritas, Quomodo & cum Quo.*

Sic, quòd quælibet iſtarum literarum ſignificet illa, pro quibus eſt poſita, & Definitionem & Explicationem illorum, *ut particulare, quod quæritur, poſſit inveniri in ſuo univerſali affirmando vel negando*, ita, „quòd, ſi particulare concordat cum ſuo u„niverſali, teneatur affirmativa in conclu„ſione quæſtionis; & ſi particulare contra„riatur ſuo univerſali per affirmativam, „quòd teneatur negativa; & hoc idem fiat, „ſi particulare fuerit contrarium ſuo univer„ſali cum negativa, videlicet, quòd tunc te„neatur affirmativa in concluſione: & hæc „eſt generalis Regula in hac Scientia.

2. Dicimus autem *Univerſale* in hac Scientia quodlibet Principium & ejus Definitionem, & etiam quemlibet Modum & Regulam prædictarum Quæſtionum, quia omnia iſta ſunt univerſalia Principia & generalia omnibus Scientiis; ideo iſta Scientia poteſt dici generalis. Etiam Mixtionem Principiorum ad invicem appellamus Univerſale, ſecundùm quòd apparet in Figuris, ſic, quòd quamlibet Cameram Figurarum appellamus Univerſale. Dicimus verò *Particulare* illam Quæſtionem, quam homo proponit, ût, ſi quæratur: utrùm DEUS ſit, vel non? & utrùm Mundus ſit æternus, vel non? & utrùm ſint Angeli? vel quid eſt Angelus? de quo eſt? vel quare eſt? & ſic de aliis ſimilibus iſtis; unde convenit in Cameris conſiderare & inveſtigare omnia particularia quæſita, & de illis facere judicium, ſecundùm quòd Cameræ ſignificant, taliter, quòd ſignificata illarum non deſtruantur. Et quodlibet illorum eſt per ſe notum, & non indiget probatione, quia Definitio cujuslibet Principii mixta cum aliis invicem hoc manifeſtè demonſtrat. Porro cuilibet Principiorum convenit ſua propria Definitio, ut per ſuam Definitionem poſſit cognoſci, quia Definitio & res definita convertuntur.

3. *Definitio* eſt illud, quod oſtendit eſſe rei taliter, quòd hoc, quod de ea dicitur, rei conveniat, & non alteri; ſicut, quando DEUS definitur per Unitatem Bonitatis, Magnitudinis & Æternitatis, quia in nullo alio ente Bonitas, Magnitudo, Æternitas ſunt unum idem numero, niſi in DEO tantùm; ideo poteſt dici, quòd DEUS ſit illud Ens, in quo Bonitas, Magnitudo, Æternitas ſint unum idem numero. Igitur eſt neceſſarium, quòd in iſta Scientia ſint Definitiones Principiorum & Explicationes illorum, quia cum illis illuminatur Intellectus ad inquirendum & inveniendum Veritatem rerum.

4. Cùm autem ſint plura univerſalia Principia, & nos in noſtra Scientia ſolùm ſpecialiter tractemus de *octodecim Principiis*, ideo volumus, quòd alia Principia applicentur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tur istis octodecim, cùm in eis omnia alia principia sint implicata, sicut Justitia, Perfectio, Simplicitas &c., quæ sunt in Bonitate, Magnitudine, Duratione, & sic de aliis, quia Justitia, Perfectio & Simplicitas sunt bonæ, magnæ & durabiles &c.; ideo volumus, quòd, sicut in ista Scientia tractantur specialiter expressa Principia, de quibus est composita, videlicet Bonitas, Magnitudo &c., sic alia principia aliorum entium hìc simili modo pertractentur; ût, si fiat quæstio: utrùm DEUS sit, vel non? vel utrùm sit justus, perfectus & simplex? ita, quòd istiusmodi termini, qui sunt in quæstione, applicentur & reducantur ad Principia istius Artis, & quòd secundùm Veritatem eorum fiat responsio; & sicut dicitur de DEO, ita sequitur de aliis rebus.

5. Etiam vult Magister hujus Artis, quòd accipiantur termini, de quibus quæstio est composita, & quòd illi applicentur *decem Modis* vel *Regulis*, per quas fiunt Quæstiones, ût suprà diximus, & cum illis applicet homo terminos quæstionis ad Principia istius Artis tali modo, quòd Principia & eorum Definitiones & Explicationes conserventur illæsæ.

6. Etiam vult ista Ars, quòd Artista in principio supponat, quòd utraque pars vera vel falsa sit possibilis, ut Intellectus sit liber, & habeat modum inquirendi Veritatem, nam, postquam res quæsita semel est affirmata vel negata, potest Intellectus non ampliùs esse liber, nec habet modum, per quem possit inquirere id, de quo dubitat.

7. Ista Scientia etiam requirit, quòd res inquirantur, secundùm quòd realiter existunt in se, vel secundùm quòd Intellectus eas recipit intentionaliter in se ipso; *reale res*, quæ realiter existunt, sunt id, per quod res existit constituta, sicut camera, quæ est ædificata ex lapidibus, lignis & aliis illi convenientibus, per quas res & earum dispositionem est hoc, quod est; *intentionales res* autem sunt similitudines illarum rerum, de quibus camera est composita, quas humanus Intellectus recipit in se ipso, & de illis informat suum intelligere, quando imaginatur cameram. Unde vult ista Scientia, quòd inquirendo Veritatem fiat Differentia inter reales & intentionales res, & cum earum Concordantia fiat judicium de rebus.

8. Ad inquirendum Veritatem rerum etiam convenit, quòd homo faciat Differentiam inter Intentionem & Intentionem, cùm quædam res sint *per Primam Intentionem*, & aliæ *per Secundam*, sicut camera, quæ est per Secundam Intentionem, & habitare in ea per Primam, & sicut comedere per Secundam, & vivere per Primam, & sic de aliis similibus istis. Unde, cùm Prima Intentio sit melior & nobilior, quàm Secunda, & sit finis & complementum illius, vult ista Ars, quòd semper concludatur magìs secundùm naturam & proprietatem Primæ Intentionis & Majoritatem ipsius, dummodo non sequatur aliquod inconveniens contra naturam & proprietatem Secundæ Intentionis & Principiorum istius Artis.

9. Ista Scientia etiam vult, quòd sua Principia, quæ sunt Universalia, inclinentur & specificentur usque ad specialia entia transponendo quodlibet principium in aliud ad invicem, descendendo de gradu in gradum: sicut Bonitas, quæ est universalis, & applicatur Bonitati Angeli vel hominis, dicendo, quòd Bonitas Angeli sit magna, durabilis, potens, sapiens, volens, virtuosa, vera, gloriosa & differens &c. in ejus Memoria, Intellectu & Voluntate, & consistat in Principio, Medio & Fine illarum rerum, quas Angelus facit bonas, majores, æquales vel minores, & hoc tali modo, quòd Intellectus perveniat ad intelligendum Angelum specificè & opera, quæ ipse facit sub ratione Bonitatis, videlicet sanctum Michaëlem, sanctum Gabrielem & illorum opera. Et ideo „hæc „Regula est valde necessaria in hac Arte, quia „per ipsam potest Intellectus descendere de „universali ad particulare, specificando na„turas & proprietates rerum in dictis Prin„cipiis.

10. Hæc Ars etiam vult, quòd homo sibi caveat à *Contradictione*, quæ est, quando duæ contrariæ res veniunt ad unum terminum tantùm; sicut, quòd DEUS sit & non sit; & quòd homo sit bonus & non bonus, vel sit malus & non malus, & sic de aliis similibus istis; quia Contradictio non potest esse realis res.

11. Similiter vult ista Ars, quòd attendatur ad res, quæ sunt *per necessitatem*, & ad res, quæ sunt *per contingentiam*; *per necessitatem* quidem, sicut est necessarium, quòd DEUS sit bonus, & quòd in ipso Bonitas, Magnitudo, Æternitas, Potestas, Sapientia, Voluntas, Virtus, Veritas & Gloria sint æquales & concordantes & reales Rationes differentes & inconfusæ: vel sicut homo, cui de necessitate convenit, quòd habeat corpus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& animam, & quòd habeat Voluntatem, & igni, quòd habeat calorem, & alia similia istis; *per contingentiam* verò, sicut homo, cui contingit, quòd sit albus vel niger, sanus vel æger, dives vel pauper, & sic de aliis. Hæc Regula est valde necessaria in hac Arte, ut homo magìs concludat secundùm naturam & proprietates, quæ sunt de necessitate, quàm secundùm illas, quæ sunt de contingentia.

12. Hæc Ars etiam requirit, quòd attendatur in inquisitione rerum, quomodo Intellectus ipsas, quæ sub ipso existunt, in se ipso accipiat; sicut Intellectus, qui intelligit, quòd amaritudo, quam æger homo sentit in pomo, non sit de natura illius pomi, sed sit de gustu infirmi, qui illam dulcedinem convertit in amaritudinem per modum corruptionis, sicut gustus sani hominis, qui convertit dulcedinem pomi in saporem, per viam generationis; & ideo Intellectus ascendit supra sentire sensitivæ, & intelligit in altiori gradu Veritatem rerum, quàm sensitiva illam possit significare. Et hoc idem facit Intellectus, dum ad intelligendum Proprietates & Naturam nostri Domini DEI ascendit supra se ipsum, ita, quòd non intelligat secundùm suam naturam, sed secundùm naturam & influentiam sibi provenientem à supremo Objecto, quod est Benedictus DEUS, & hoc per modum possibilitatis vel impossibilitatis, convenientis vel inconvenientis, quæ sequerentur in DEO, si esset, secundùm quòd Intellectus intelligit cum suámet natura: sicut considerare, quòd prædestinatio & liberum arbitrium sit in prædestinatis ad salvationem secundùm Sapientiam DEI, quæ est tota perfecta, & in illis, qui possunt salvari & damnari, secundùm Justitiam DEI, quæ similiter est perfecta, cui maximè convenit, quòd homo habeat liberum arbitrium faciendi bonum vel malum, ut Justitia perfectè possit judicare homines. Unde „hæc Re„gula est valde necessaria in hac Arte, ut In„tellectus ascendat supra naturas, quæ sub eo „existunt, & illas intelligat secundùm suam „naturam, & quòd mortificet suam natu„ram, & ascendat ad intelligendum non se„cundùm suam naturam, sed secundùm na„turam sui Creatoris, qui est valde difficilis „ad intelligendum propter ejus altam No„bilitatem & Excellentiam, quam ha„bet in se ipso & in suis Operibus.

DE I. FIGURA.

ISta Figura dividitur in *duas Partes*: prima Pars est de suî *Ordinatione*; secunda Pars est de *Definitionibus* suorum Principiorum.

PARS I.
De Ordinatione.

1. IN prima Parte continetur, quomodo ipsa Figura sit divisa in *novem Cameras* contentas intra unum Circulum, secundùm quòd in ipsa apparet. *Prima Camera* est de Bonitate, *secunda* de Magnitudine; & sic de aliis per ordinem usque ad Cameram de Gloria, secundùm quòd in ea sensualiter repræsentatur.

2. Quælibet Camerarum significat suam Definitionem & omne id, quod dicitur de ea in hac Scientia, & de illis, quæ ad eam pertinent, ût in Camera Bonitatis, in qua significatur ejus Definitio & Explicatio, & omne id, quod dicitur de ea: sicut bonum & bonificativum & bonificabile, quæ sunt de Bonitate; & hoc idem sequitur de secunda Camera, quæ est de Magnitudine, & sic de aliis.

3. Idcirco quælibet Camerarum est universale ad inquirendum particulare, in quantum continet esse, naturam & proprietatem illius Cameræ: sicut homo, qui est bonus sub ratione Bonitatis, & habet naturam & proprietatem faciendi bonum cum Bonitate.

PARS II.
De Definitionibus.
De Bonitate. B.

DEfinitio. *Bonitas est id, ratione cujus bonum agit bonum, & sic bonum est esse, & malum est non esse.*

1. Explicatio. Illud bonum, quod fit à bono, debet considerari *duobus modis: Primò* illud bonum, quod bona res agit *in semetipsa:* sicut ignis, qui in se ipso calefacit aërem: & Intellectus, qui in se ipso intelligit suum intelligere: & DEUS Pater, qui in se ipso generat DEUM Filium, & sic de aliis similibus istis; unde, cùm omnia ista sint bona, est bonum, quòd sint, & malum esset, si non essent. *Secundò* illud bonum, quod bona res agit *extra semet ipsam*, sicut ignis, qui calefacit aquam in pane: & Intellectus, qui imaginatur sensuales res in imaginatione:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ne: & vir, qui generat hominem in fœmina, & qui artificialiter agit bonum: & DEUS, qui creavit Mundum, & sic de aliis; & ideo omnia ista bona sunt, & esset malum, si non essent, & omnia sunt bona sub ratione Bonitatis, sicut omnia colorata sunt colorata sub ratione coloris; & propter hoc Bonitas concordat cum *esse*, & suum contrarium, hoc est, malum concordat cum *non esse*. Unde, cùm hoc ita sit, Bonitas est Ratio bono, & maximè in illis, quæ faciunt bonum in se ipsis, quia bonum, quod fit intrà, est magìs propinquum Bonitati, quàm illud, quod fit extrà, sicut bonum boni intelligere, quod est magìs propinquum Bonitati Intellectûs, quàm bonum, quod habet Intellectus ad intelligendum sensuales res.

2. Bonitas tamen debet considerari *duobus modis*, videlicet substantialiter & accidentaliter. *Substantialis Bonitas* est illa, quæ est pars bonæ substantiæ, sicut substantia ignîs, quæ est bona substantialiter, ut ejus Bonitas sit illi Ratio, quòd agat bonum substantialiter de Bonitate, cum Bonitate, per Bonitatem & in Bonitate generando bonas substantias, & conservando illas in esse; & hoc idem sequitur in planta, quæ generat aliam plantam substantialiter de sua Bonitate; & hoc idem sequitur in DEO, qui de sua propria Substantiali Bonitate generat DEUM Filium, & spirat Sanctum Spiritum, ut Bonitas eorum sit bona substantialiter sinè aliquo accidente. *Accidentalis Bonitas* est in creatis rebus, sicut substantialis Bonitas substantiæ hominis, sub cujus Ratione partes illius substantiæ sunt bonæ, scilicet Magnitudo, Duratio, Potestas & cæteræ partes, de quibus substantia est composita, quia omnes sunt bonæ sub ratione Bonitatis, sicut Magnitudo, quæ est bona per accidens, quia non est bona per se ipsam, sed est bona ratione Bonitatis, quæ Magnitudini & partibus substantiæ dat suam similitudinem, quæ similitudo est accidens bonum in qualibet parte, quæ sustentatur in radicali & substantiali parte Bonitatis, & in radicalibus & substantialibus partibus illius substantiæ. Et ideo, quando contingit, quòd substantiales partes substantiæ resistunt recipere similitudinem, quam substantialis Bonitas in eas transmittit, tunc devenit illud accidens in privationem sub ratione malitiæ & corruptionis, per quam corruptionem substantia devenit in *non esse*.

3. Diximus de Bonitate, & explicavimus illius Definitionem, & consideravimus eam, secundùm quòd debet considerari in rebus, & secundùm quòd ipsa est major Ratio faciendi bonum quibusdam rebus, quàm aliis, secundùm quòd quædam res sunt magìs bonæ & altiores, quàm aliæ. Unde omnia ista, quæ dicta sunt sub ratione Bonitatis, sunt quoddam *Universale*, in quo convenit inquirere *particulare*, quod quæritur sub ratione Bonitatis, quod particulare invenitur affirmando vel negando, tali modo, quòd talis affirmatio vel negatio non sit contra Definitionem & Explicationem, quas superiùs dedimus de Bonitate.

De Magnitudine. C.

DEfinitio. *Magnitudo est id, ratione cujus Bonitas, Duratio & cætera principia sunt magna, ambiens omnes extremitates essendi earum rerum, quæ sunt magnæ ratione Magnitudinis.* Unde Magnitudo est universale Principium omnibus rebus, quæ sunt magnæ, supra quam nullum ens est magnum.

1. Explicatio. Istam Magnitudinem convenit considerare *duobus Modis*, videlicet *accidentaliter & substantialiter*. *Accidentalis Magnitudo* est illa, quæ facit, quòd Bonitas, Duratio & alia Principia hujus Scientiæ sint magna, sicut Bonitas Firmamenti, quæ est magna in extensitate ratione Magnitudinis, & Bonitas ignîs & Angeli similiter; hoc idem sequitur de Bonitate hominis, plantarum & aliorum entium, quæ omnia sunt magna ratione Magnitudinis; & hoc idem sequitur de eorum durationibus, potestatibus, instinctibus & appetitibus, quæ omnia sunt magna in extensitate Magnitudinis, quæ mensurat illa cum se ipsa, dando eis suam similitudinem. *Substantialis Magnitudo* est illa substantialis pars substantiæ, quæ aliis partibus dat suam similitudinem, & per quam substantia est magna essentialiter & substantialiter, sicut substantia plantæ, hominis, ignîs, firmamenti & Angeli; & ista substantialis Magnitudo est suámet quidditas, & habet plus de essentia & natura, quàm accidentalis Magnitudo, ideo, quia accidentalis Magnitudo est, ut alia sint magna, sed substantialis Magnitudo est, ut ipsa sit hoc, quod est, & ideo Magnitudo est substantialis pars in substantia.

2. Magnitudo est in DEO id, per quod Bonitas, Æternitas, Potestas & aliæ Dignitates in DEO sunt infinitè & immensè magnæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in Unitate Eſſentiæ & Naturæ, & in Operatione, quam DEUS habet in ſe ipſo, ſicut DEUS Pater, qui ſub ratione Magnitudinis eſt infinitè magnus in ſe ipſo & in ſua Bonitate & Æternitate &c., & in generando Filium, & ſpirando Sanctum Spiritum, in quibus facit magnam eorum Bonitatem, Æternitatem, Poteſtatem &c. de ſuámet Magnitudine, quæ Bonitas eſt magna, in quantum eſt de eadem Bonitate Patris, & in ipſa eſt tota, & per ipſam totam eſt æternaliter & infinitè, & cum illa remanet una eadem Bonitas, una Deitas, unus DEUS; & ſic Magnitudo facit Bonitatem tantam, quòd ampliùs non poteſt, ſicut Bonitas, quæ facit, quòd Magnitudo ſit bona, quantum poteſt, & hoc idem, quod diximus de Magnitudine in Bonitate, ſequitur de Magnitudine in Æternitate, Poteſtate & in aliis Dignitatibus; propter quod ſequitur, quòd in DEO non poſſit eſſe otioſitas, nec pars, nec quantitas, nec locus, nec tempus, nec aliquod accidens vel defectus.

3. Secundùm ea, quæ diximus, eſt explicata Definitio Magnitudinis, & eſt ſignificatum ejus eſſe & natura & proprietates ejusdem; & ideo vult iſta Scientia, quòd hoc, quod diximus de Magnitudine, ſit *Univerſale*, in quo inquiratur *particulare* rerum quæſitarum ſub ratione Magnitudinis, taliter, quòd illud particulare concordet, & non contrarietur iis, quæ diximus de Magnitudine, & hoc affirmando vel negando. Et idem intelligatur de aliis Principiis, Definitionibus & Explicationibus.

De Duratione. D.

DEfinitio. *Duratio eſt proprietas, ratione cujus Bonitas, Magnitudo, Poteſtas & cætera principia durant.*

1. Explicatio. Duratio eſt *duplex*, ſubſtantialis & accidentalis. *Subſtantialis Duratio* eſt, ſicut Æternitas DEI, quæ durat infinitè ſinè principio & ſinè fine, & comprehendit ac menſurat omnes durationes & tempora creatarum rerum; per hanc Æternitatem durant Bonitas, Magnitudo, Poteſtas & aliæ Dignitates DEI æternaliter, & per ipſam durant in Bonitate DEI Divinæ Perſonæ, ſic, quòd quælibet Perſona ſit una eadem Bonitas, durantibus illâ Perſonâ, quæ eſt Pater, & aliâ Perſonâ, quæ eſt Filius, & aliâ Perſonâ, quæ eſt Sanctus Spiritus, ita, quòd cum omnibus tribus Perſonis remaneat una Eſſentia, una Natura, una Bonitas, una Deitas, unus DEUS ſinè ulla alteratione & mutatione ipſarum trium Perſonarum; & convenit, quòd iſta Duratio ſit ita bona & magna, quòd Pater de ſua Bonitate & Magnitudine poſſit ſufficere ad producendum & generandum Filium æternaliter & infinitè, ipſo Patre remanente uno æternaliter & infinitè, & hoc idem de Unitate Filii, & de Unitate Sancti Spiritûs. Unde iſta Duratio eſt tota ſubſtantialis ſinè aliquo accidente & eſt maxima, quam Æternitas poteſt dare Bonitati, Magnitudini, Poteſtati &c. in Divinis Perſonis, ſicut Bonitas, quæ in Divinis Perſonis dat Durationi majorem Bonitatem, quam poteſt dare.

2. Etiam ſubſtantialis Duratio in creaturis eſt illa pars, de qua ſubſtantia eſt compoſita & conſtituta cum aliis ſubſtantialibus partibus; & iſta Duratio transmittit ſuam ſimilitudinem in alias partes, ita, quòd eas facit durare, ſicut Bonitas, Magnitudo, Poteſtas Firmamenti durant ratione Durationis, & ſic de Bonitate & Magnitudine Angeli & rationalis Animæ; & quia ſubſtantialis Duratio transmittit ſuam ſimilitudinem cum Concordantia ſinè ulla Contrarietate in alias partes ſubſtantiæ, eſt ſubſtantia incorruptibilis & durabilis, ſicut ſubſtantia Firmamenti & ſupracœleſtium corporum, Angeli, Animæ hominis & ſimplicium elementorum, quia omnes iſtæ ſubſtantiæ durant, & non corrumpuntur, nec deveniunt in privationem, quia partes earum recipiunt ſimilitudines Durationis cum Concordantia ſinè Contrarietate; ſunt tamen earum *Durationes Accidentales*, quia durant ſub ratione ſubſtantialis Durationis, in qua ſuſtentantur ad durandum.

3. Sunt etiam aliæ partes accidentales in Duratione, quæ deveniunt in corruptionem; quæ quidem durant, in quantum recipiunt ſimilitudinem Durationis per modum Concordantiæ, & deveniunt in privationem, quando reſiſtunt recipere illam ſimilitudinem, & ſunt iſtæ partes: ſicut Bonitas hominis, equi, plantæ, metallorum & compoſitorum elementorum, quæ tantum durat, quantum cum ſubſtantiali Duratione concordat in recipiendo ſuam ſimilitudinem; & quando reſiſtit recipere illam ſimilitudinem, devenit in corruptionem.

De Poteſtate. E.

DEfinitio. *Poteſtas eſt id, ratione cujus Bonitas, Magnitudo, Duratio & alia Principia poſſunt exiſtere & agere.*

Expli-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

1. Explicatio. Potestas est universale Principium, sub cujus ratione existunt omnia, quæ sunt de ipso & per ipsum: sicut calefacta entia, quæ omnia existunt sub ratione caloris, in quantum sunt calefacta. Ista Potestas, quæ est universale Principium, debet considerari *duobus Modis*, videlicet per Modum existendi & agendi. *Primus modus existendi* debet *dupliciter* considerari: *primò*, ût, quando Potestas per se potest existere hoc, quod est; & ista est substantialis pars in substantia, quæ transmittit suam similitudinem in alias partes substantiæ, ut ratione illius possint existere & agere; quia, si non esset substantialis pars, partes substantiæ non possent existere nec agere ratione Potestatis, quæ cum illis est conjuncta in substantia, sed possent existere & agere per aliam potestatem, quæ esset distincta ab ea & extra substantiam, & sic omnes partes substantiæ essent passivæ sinè aliqua naturali actione, & substantia non existeret per se ipsam, nec haberet propriam Potestatem agendi in extrinsecis rebus. *Secundò*, ût, quando Potestas est bona ratione Bonitatis, magna ratione Magnitudinis, & durans ratione Durationis, & sic de aliis; & etiam, quia ratione Potestatis Bonitas, Magnitudo & cætera Principia existunt, in quantum possunt esse hoc, quod sunt.

Modus autem *agendi* debet considerari *duobus Modis*. *Primus Modus* debet considerari *tripliciter*, scilicet secundùm formam & materiam & conjunctionem earundem, videlicet possificare existens de essentia & de forma & materia, quæ forma est possificativa, & materia est possificabilis; in isto possificare forma convertit hoc, quod est possibile, ad possificandum Bonitatem, Magnitudinem & alia Principia, quæ sant possificabilia, in quantum possunt esse hoc, quod sunt, & possunt agere; & eorum possibilitas est convertibilis in propriam & essentialem possibilitatem Potestatis; & hoc idem sequitur de possificare, quod Bonitas, Magnitudo &c. habent in agere, quod est convertibile in proprium & essentiale possificare Potestatis. *Secundus Modus* debet considerari *tripliciter*, videlicet secundùm potentiam, habitum & actum: secundùm potentiam, scilicet quando in essentiali & substantiali possificare existunt formæ in potentia sub ratione materiæ Potestatis, & existunt in habitu sub ratione formæ Potestatis, & deveniunt in actum, movente formâ Potestatis suam propriam & essentialem materiam secundùm dispositionem aliorum principiorum & influentiam alterius in alterum, substantiali formâ applicante accidentales formas ad suam propriam materiam, & convertente illas in se ipsam sub ratione Potestatis, & refluente illas ad propositum, videlicet, quòd omnes existant possibiles & possitæ in una substantia, & quòd agant in rebus extra substantiam, quas operationes facit substantia secundùm dispositionem & proportionem operationum, quas habet intra se ipsam.

2. Omnia ista, quæ dicta sunt de Potestate, possunt considerari in omnibus rebus, quæ continentur in *Chaos*, quod vocamus confusionem, quæ est rerum elementatarum existentium sub sphæra Lunæ, & hoc, secundùm quòd Potestas est diffusa in generibus & speciebus & suis individuis; & hoc idem in simplicibus elementis, rationalibus Animabus & Angelis. Et substantiale possificare, quod diximus, est fons & origo omnium possificare ab eo derivatorum, & illud durat de illis, quæ in ipso convertuntur, & dat durare illis, quæ transmittit in alias essentias.

3. Tamen convenit in nostro Domino DEO considerare substantialem Potestatem sinè aliquo accidente; & quia sua Potestas, Bonitas, Magnitudo, Æternitas & cæteræ Dignitates sunt unum idem numero, Bonitas, Magnitudo &c. possunt existere & agere per se ipsas; sed, ne sint otiosæ ratione Potestatis, omnes sunt insimul una possificativa Forma, quæ est Personativa, & ista est Persona Patris, quæ de se ipsa generat Filium, qui est possitus & possibilis, & est actus, ut Forma non sit otiosa in Æternitate nec in Infinitate Bonitatis, Magnitudinis, Potestatis &c.; & Possificare est Sanctus Spiritus, quem Pater & Filius spirant, qui est spiratus, spirabilis & spirare; & omnes tres Personæ sunt una Essentia, quæ est Potestas, & est Bonitas, Magnitudo &c.; & ista Potestas est altior & nobilior, quàm omnis alia potestas, & ratione ipsius possunt existere & agere in tribus Personis Bonitas, Magnitudo &c., sicut Potestas, quæ ibi potest intelligi ratione Sapientiæ, & amari ratione Voluntatis, & esse bona ratione Bonitatis, & magna ratione Magnitudinis, & sic de reliquis. Illud Possificare DEI verò superiùs dictum potest durare, quia Æternitas in illo potest habere suum æternare; & potest esse infinitum, quia Magnitudo habet in eo suum infinire;

(c) 2006 Ministerio de Cultura

finire; & poteſt eſſe bonum, quia Bonitas habet in eo ſuum bonificare; & quia quælibet Dignitas eſt alia, non poteſt deficere, nec eſſe finitum, nec malum, nec ignorans, quia Sapientia habet in eo ſuum intelligere; nec poteſt eſſe odibile, quia Voluntas in eo habet ſuum amare.

De Sapientia. F.

DEfinitio. *Sapientia eſt proprietas, ratione cujus ſapiens intelligit.*

1. Explicatio. In Sapientia ſeu Intellectu naturaliter & eſſentialiter ſunt intellectivum, intelligibile & intelligere de eſſentia Intellectûs,& hæc tria ita diſtincta ſunt unus Intellectus diſtinctus in illis, ita, quòd ſub ratione formæ eſt intellectivus, ſub ratione materiæ intelligibilis, & ſub ratione conjunctionis amborum eſt intelligere; ſed ipſe Intellectus, in quantum eſt unus, eſt indiviſibilis, ut non ſit convertibilis in aliam eſſentiam,nec ejus unitas ſit diminuta nec corruptibilis. Hic Intellectus eſt *ſubſtantialis pars* ſubſtantiæ, & in ſuum proprium intelligere, quod diximus, adducit intelligibilitates partium ſubſtantiæ, videlicet Bonitatem, Magnitudinem &c., quæ ſunt partes rationalis ſubſtantiæ,&ipſas intellectificat& illuminat in ſe ipſo; de quarum & de ſuis ſimilitudinibus & ſimilitudinibus, quæ non ſunt de ejus eſſentia, ſed ſunt extra ſubſtantiam, ſicut ſimilitudo coloris, ſermonis, odoris, dulcedinis,caloris, lapidis vel plantæ &c. ipſe format & generat *accidentale intelligere* multiplicatum & compoſitum de dictis ſpeciebus; & per iſtud accidentale intelligere intelligit ſuum ſubſtantiale intelligere & ſemet ipſum; & in ſubſtantiali intelligere ſuſtentatur accidentale intelligere. Iſtud ſubſtantiale intelligere eſt fons ſeu fundamentum, in quo accidentale intelligere exiſtit in potentia, quod deducitur ad actum, quando ſubſtantialis forma movet ſuam propriam materiam in ſuo proprio intelligere, & convertit in ſuam propriam intelligibilitatem extraneas intelligibilitates, de quibus componit accidentale intelligere. Iſtud ſubſtantiale intelligere autem eſt illud, cum quo Intellectus intelligit, quòd partes ſubſtantiæ ſint ſubſtantiales, & eſt illud intelligere,in quod ſubſtantialisBonitas transmittit ſuam ſimilitudinem, & ſimiliter ſubſtantialis Magnitudo, Duratio &c.; & propter hoc habet Intellectus tam magnam Poteſtatem in intelligere; quæ Poteſtas eſſet parva, ſi non haberet in ſe ſubſtantiale intelligere. Cum iſto ſubſtantiali intelligere intelligit Intellectus in alia Vita noſtrum Dominum DEUM, ut in ſuo intelligere ſit Bonitas, Magnitudo, Duratiò & cætera Principia,quæ non eſſent, ſi intelligeret DEUM cum accidentali intelligere; imò deficerent illi, & illud deficeret eis, in quantum intelligeret illa cum eorum contrario; quod eſſet pœna Intellectui & aliis partibus ſubſtantiæ.

2. In rebus autem, quæ non habent rationalem animam, ſunt aliquæ ſimilitudines Intellectûs, ſicut in irrationali anima,in qua eſt Imaginativa, cum qua imaginatur ſenſibiles res,ut per talem inſtinctum habeat modum vivendi: item & in planta, lapide & in compoſitis & ſimplicibus elementis, & in ſupracœleſtibus corporibus,in quibus naturalis inſtinctus eſt ſimilitudo & figura Intellectûs ſeu Sapientiæ, ut habeant modum generandi ſpecies & individua eorum & illis dandi diſpoſitionem, quæ illis convenit ſecundùm ordinem naturæ.

3. InDEO convenit intelligere unam ſubſtantialem Sapientiam ſinè aliquo accidente, cum qua intelligat ſe ipſum & omnia creata, & DEUS eſt ſuámet Sapientia, & in ipſo Sapientia, Magnitudo, Bonitas &c. ſunt una & eadem Eſſentia & Natura in numero, una Deitas & unus DEUS; & quia prædicta Unitas eſt infinita & æterna, Sapientia non poſſet intelligere Bonitatem, Magnitudinem & alias Dignitates DEI, ſi in ſémet ipſa non haberet Naturam & Proprietatem Intellectivi,Intelligibilîs & Intelligere; & ideo ad conſervandum Unitatem, quam habet cum aliis Dignitatibus, eſt ipſa Sapientia Unus Sapiens, qui intelligit, & iſte Sapiens eſt unus cum omnibus Dignitatibus, & in intelligendo ſe ipſum & omnes ſuas Dignitates generat de toto ſe ipſo unum Intellectum & Intelligibilem, qui bene, æternaliter & infinitè eſt intellectus, & iſte eſt Filius, qui eſt omnes Dignitates, & omnes Dignitates ſunt in eo unum idem numero, quia de omnibus ipſis eſt genitus, & in eisdem remanet & conſiſtit; & Intelligere, quod eſt inter ipſum & Patrem, eſt Sanctus Spiritus perſonaliter, qui eſt ſpiratus de toto Patre & de toto Filio & de omnibus Dignitatibus, & ideo Sanctus Spiritus eſt omnes Dignitates, & in eis remanet & conſiſtit, & ipſæ in illo ſunt unum idem numero; *intelligere* tamen *abſolutè conſideratum* remanet una eadem Eſſen-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Essentia & Natura, in quo Pater, Filius & Sanctus Spiritus sunt una eadem Essentia & Natura, & hoc idem de omnibus Dignitatibus. Et convenit, quòd ista omnia de necessitate sint, ut Sapientia Sapienti sit magna Ratio intelligendi, & ut Sapiens æternaliter & infinitè intelligat, & ut Dignitates remaneant reales & inconfusæ Rationes; nam, sicut convenit, quòd Bonitas per Sapientiam existat scita suppositaliter, ita convenit, quòd Sapientia sit bona suppositaliter ratione Bonitatis; & hoc idem sequitur de Magnitudine, Æternitate & cæteris Dignitatibus.

De Voluntate. G.

DEfinitio. *Voluntas est Proprietas, ratione cujus Bonitas, Magnitudo &c. sunt desiderabiles & amabiles.*

1. Explicatio. In Angelo & in rationali Anima Voluntas est *Substantialis* pars substantiæ, & habet in se & de sua essentia volitivum, volibile & velle substantialiter, quæ sunt de ejus essentia & natura, & cum omnibus tribus remanet una substantialis pars substantiæ; & convenit, quòd hoc ita sit, ut amet DEUM cum substantiali velle, quia DEUS est amabilis cum Majoritate Voluntatis, & cum Majoritate Bonitatis, Magnitudinis &c.; & ideo Voluntas est id, quod desiderat Magnitudinem Bonitatis, Durationis &c. in se ipsa, ut Magnitudo magnificet suum velle, & Bonitas ipsum bonificet, & Duratio duratificet (& sic de aliis) in tantum, quòd suum velle sit substantiale, ut DEUM possit amare substantialiter & sinè Medio in Gloria, & ut Dominus DEUS Voluntatem glorificet cum Justitia substantialiter, & sic de aliis partibus substantiæ. Manifestum est, quòd Voluntas sit substantialis pars substantiæ, ut Magnitudo ipsam possit magnificare in Magnitudine Bonitatis, Durationis &c., & ut Bonitas eam possit bonificare in Bonitate Magnitudinis, Durationis &c., & hoc secundùm illum ordinem, cum quo Voluntas ipsas potest desiderare & amare, & secundùm illum ordinem, cum quo Bonitas & Magnitudo sunt dignæ amari & desiderari. Bonitas in tantum bonificat Voluntatem, & Magnitudo magnificat eam, quòd Voluntas desideret habere suum amare in se ipsa & de sua essentia, quod amare est de suo essentiali amativo & amabili, & sicut ipsum desiderat, ita facit, quòd habeat illud actualiter per ea: & propter hoc Voluntas desiderat, quòd in Bonitate sit essentiale bonificare & essentiale bonificativum & bonificabile, & in Magnitudine essentiale magnificativum, magnificabile & magnificare, & sic de aliis; & ideo, ut Voluntas possit in illis quiescere & perfectè habere suum amare, ipsæ habent in se ipsis hoc, quod Voluntas in eis amat & desiderat.

Prædictum Amare est substantiale sub ratione Voluntatis, & in illo amare sustentatur *accidentale* amare sub ratione amabilitatis Bonitatis, Magnitudinis &c., quod amare est compositum & generatum de earum similitudinibus in specie amabilitatis; & istud amare durat, secundùm quòd substantiale amare illud sustentat, & vivit de specie accidentalis amabilitatis, in qua substantiale amativum imprimit & figurat similitudinem substantialis amabilitatis. Unde, quando accidit, quòd aliqua suarum formarum contrarietur illi impressioni sive figurationi, tunc evenit earum odibilitas per accidens, & supradictæ formæ sunt odibiles, & non desiderabiles; & substantiale amare convertit in se ipso substantialem amabilitatem in odibilitatem, & in accidentalem iram, & ideo Anima devenit in iram & tristitiam, & habet malam voluntatem contra illa, quæ ipsam impediunt ad amandum naturales odibilitates. Quando contingit, quòd Anima est in peccato, tunc ejus substantiale amare est infirmum, in quo pervertit naturales odibilitates, quæ sunt vitia & peccata, in accidentales amabilitates, quæ sunt contra ordinem naturæ & contra naturales amabilitates Bonitatis, Magnitudinis &c., quas naturale amare ratione suæ infirmitatis pervertit in accidentalem odibilitatem; & ideo Anima est in ira & tristitia, & habet malam & vitiosam voluntatem.

2. Secundùm quòd diximus de substantiali & accidentali Voluntate, potest homo considerare naturam & proprietates & improprietates naturalîs & innaturalîs appetitûs, qui est in elementis, plantis & animalibus & in omnibus generabilibus & corruptibilibus; & iste appetitus est aliqua similitudo & figura Voluntatis, quam diximus; qui naturalis appetitus est substantialis pars substantiæ, ut in ipso substantiales partes substantiæ conveniant in conjunctione & compositione ad constituendam substantiam per viam concordantiæ & generationis: & propter hoc sunt partes substantiæ substantialiter appetibiles, & moventur per substantiale appetitivum & naturale agens,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quod eas movet in ſuo ſubſtantiali appetere, & hoc in tantum, quòd de eis facit ſubſtantiam individuatam & poſitam ſub ſpecie & genere; & ideo elementa intrant in mixtionem & compoſitionem, & habituantur, ſituantur & induuntur ſubſtantialiter in ſubſtantialibus formis plantarum, animalium & metallorum, & in illis naturale agens habet ſubſtantialem operationem ſub ratione ſubſtantialis Bonitatis, Magnitudinis &c., quæ ſunt ſubſtantiales partes illarum ſubſtantiarum, quæ ſunt elementatæ, vegetatæ, ſenſatæ & animatæ. Sed quando contingit, quòd naturale agens in ſuo naturali & ſubſtantiali appetitu pervertit appetibiles res in contrariam appetibilitatem, tunc appetitus eſt infirmus, & moritur per viam corruptionis & contrarietatis, & hoc accidentaliter, ut ſubjectetur & materietur in alio naturali & ſubſtantiali appetitu per viam concordantiæ & generationis, propter quod contingit corruptio in elementatis ſubſtantiis.

Eſt etiam quidam alius naturalis appetitus, ſicut planta, quæ appetit plantificare, & animatum ſentire, & hoc ad multiplicandum ſpecies, ratione cujus appetitûs planta multiplicat folia, flores & fructus, & animalia appetunt generare, & ſentire calorem, frigiditatem, colorem, odorem & ſaporem; etiam habent appetitum ad artificiales res, ſicut apes habent appetitum ad faciendum favum, & avis ad ſuum nidum, & aranea ad ſuam telam, & ſimilia; & omnes iſti appetitus ſunt accidentales, ut animalia per ipſos habeant modum vivendi.

3. Voluntas noſtri Domini DEI debet conſiderari ſubſtantialis & ſinè ullo accidente; & ideo Voluntas DEI eſt id, per quod ſua Bonitas, Magnitudo &c. ſunt ſubſtantialiter deſiderabiles & amabiles, ſicut Sapientia, quæ ipſas ſubſtantialiter intelligit, & ſicut ratione Bonitatis Magnitudinis & Æternitatis ſunt ſubſtantialiter bonæ, & ratione Magnitudinis Bonitatis & Æternitatis ſubſtantialiter magnæ.

Sicut Voluntas DEI amat in ſémet ipſa Amativum, Amabile & Amare, ſic amat in Bonitate Bonificativum, Bonificabile & Bonificare, & in Magnitudine Magnificativum, Magnificabile & Magnificare; & hoc ideo facit Voluntas, quia ſunt ita amabilia, ſicut ipſámet; & quia Voluntas eſt magna in Magnitudine Bonitatis, & bona in Bonitate Magnitudinis, agit, quod deſiderat in ſémet ipſa & in Bonitate, Magnitudine &c.

Divina Voluntas non deſiderat, quantum ad Communitatem Eſſentiæ, quòd Bonitas ſit bonificata, quia Bonitas jam eſt bona perfectè, æternaliter & infinitè, & hoc idem ſequitur de Magnitudine, quæ eſt magna, & de Æternitate, quæ eſt æterna; nec Voluntas deſiderat, quòd Bonitas ſit magnificata nec æternificata, nec quòd Magnitudo & Æternitas ſint bonificatæ, nec quòd Bonitas & Æternitas ſint magnificatæ, nec quòd Bonitas & Magnitudo ſint æternificatæ ſub ratione Communitatis Eſſentiæ & Naturæ, quia ſunt una eadem Eſſentia & Natura numero: ſed propter hoc, quia Divinæ Voluntati convenit amare & deſiderare in ſémet ipſâ Amativum, Amabile & Amare, convenit, quòd deſideret in Bonitate (& ſic in aliis) Bonificativum, Bonificabile & Bonificare, ut Bonitas non ſit otioſa, & ut amet eam cum Magnitudine, Duratione, Poteſtate &c.

Voluntas DEI, quæ amat, quòd in ſémet ipſa ſit Amativum, Amabile & Amare, ipſámet eſt illud idem Amativum, Amabile & Amare, & amat eſſe Amativum, Amabile & Amare, ut non ſit otioſa, & ut poſſit amare Bonitatem, Magnitudinem &c., quæ ſunt amabiles & deſiderabiles.

Divina Voluntas, in quantum eſt Amativum *Eſſe*, eſt Perſonale Paternale *Eſſe*; & in quantum Amabile, eſt Perſonale Filiale *Eſſe*; & in quantum Amare, eſt Perſonale Spirabile *Eſſe*; & hoc idem ſequitur de Bonitate & aliis: & ideo Voluntas eſt id, per quod Bonitas, Magnitudo &c. ſunt deſiderabiles & amabiles in Perſonalibus Proprietatibus, in quibus Bonitas ſit magna ratione Magnitudinis, & Magnitudo bona ratione Bonitatis, & quòd ſint reales inconfuſæ Rationes, quia magnum bonum eſt Bonitati, quòd habeat in ſe ipſa & per totam ſe ipſam & de ſe ipſa æternaliter & infinitè Bonificativum, Bonificabile & Bonificare ſinè Differentia Eſſentiæ & Naturæ, ſicut eſt magnum bonum Voluntati, quòd ſit una eadem Eſſentia & Natura cum ſuo Amativo, Amabili & Amare, & quòd habeat ea in ſémet ipſa de ſe ipſa & per ſe ipſam æternaliter & infinitè, & illorum privatio eſſet illi otioſitas, vacuitas, malitia, parvitas &c.; quod eſt impoſſibile.

✠

De

(c) 2006 Ministerio de Cultura

De Virtute. H.

DEfinitio. *Virtus est origo Unitatis Bonitatis, Magnitudinis, Durationis & aliorum Principiorum in uno bono magno &c.*

1. Explicatio. Hæc Virtus dividitur in *substantialem & accidentalem. Substantialis Virtus* est pars substantiæ, ut substantia sit magìs remota à vitio, parvitate & malitia, & ut Magnitudo magnificet Virtutem in majori Bonitate, & Bonitas bonificet Virtutem in majori Magnitudine contra vitium & malitiam.

De ista substantiali Virtute oritur & derivatur *accidentalis Virtus* ratione Finîs Bonitatis, Magnitudinis &c., ut earum definitiones remaneant id, quod sunt; sicut Bonitas, quæ virtuosè est ratio bono, quòd agat bonum, & Magnitudo, quòd Bonitas & Duratio sint magnæ. Ista Virtus oritur de Unitate Bonitatis, & de Unitate Magnitudinis &c., ut remaneant virtuosæ, & ut substantialis Virtus in illas transmittat suam similitudinem; & ideo dicitur, quòd Virtus sit origo Unitatum Principiorum in una bona magna & durabili substantia aggregata & composita de illis, quæ utitur virtute in quolibet suorum principiorum transmittendo eis similitudinem suæ substantialis Virtutis; & ideo substantia est virtuosa in sémet ipsa & in suis partibus & in suis operationibus, quas habet intra se & extra se: & est vitiosa, quando non virtuosè transmittit suam similitudinem in operationes ad extra, sicut homo, qui naturaliter est virtuosus in omnibus suis naturalibus principiis & in operationibus, quas habet extrà, sicut in Justitia, Prudentia & in aliis moralibus Virtutibus: & est vitiosus, dum est avarus, superbus, luxuriosus, & sic de aliis vitiis & peccatis.

2. Est etiam alius modus accidentalis Virtutis, qui consistit in *verbis*, *herbis* & *pretiosis lapidibus*, cum quâ substantia operatur in rebus exteriùs, ut in illis manifestetur Virtus, quam substantia habet intra se, sicut in lapide, à quo educitur (excutitur) ignis, qui est de essentia lapidis, & in illa productione vel scintilla ignîs, quæ oritur ex lapide, est substantialis Virtus, in qua existit in potentia accidentalis Virtus ad calefaciendam totam aquam alterius substantiæ, quantumcunque aqua sit magna, dummodò igni detur sufficientia lignorum; quæ potentia vel Virtus non posset multiplicari in tantam actualitatem & quantitatem caloris sinè proprio & substantiali subjecto, in quo Virtus sit substantialis pars.

Hoc idem sequitur in *herbis* seu plantis, in quibus substantialis Virtus multiplicat accidentalem Virtutem vegetando. Et hoc idem fit in Sensitiva multiplicante substantiali Virtute accidentales Virtutes per modum coloris, saporis &c. Idem sequitur de substantiali Virtute in Imaginativa, quæ convertit in suam similitudinem accidentales Virtutes sensibilium objectorum: sicut fœmina, quæ imaginatur suum filium & illius dispositionem, dum ipsum non videt: & saporem vini, quod bibit, imaginando illud in colore, dulcedine vel acetositate.

Virtus autem, quæ consistit in *verbis*, apparet per affatum, per cujus virtutem exteriùs verbo manifestatur hoc, quod interiùs mente concipitur: sicut Virtus verborum in Arte Necromantiæ, & sicut Virtus sanctorum verborum, per quæ sanantur ægritudines capitis, oculorum & aliorum locorum; & sicut humilia & mansueta verba, quæ habent Virtutem demulcendi & humiliandi superbos; & etiam sicut verba moventia quinque corporales sensus, per quorum Virtutem sensus inclinantur ad sua propria objecta. Hoc idem sequitur in Virtute Verborum, quæ proferuntur in Sacramentis, sicut in Sacramento Altaris, per quorum Virtutem fit Transmutatio Panîs in Carnem JESU Christi, & Vini in Sanguinem, & sic de aliis similibus istis.

Substantialis Virtus est etiam magìs alta in potentia Intellectûs, qui multiplicat accidentalem Virtutem attrahendo ad se ipsum res ab extrà, quas intelligit in se ipso.

3. Super omnes Virtutes, quas diximus, est in altiori gradu Virtus DEI, quæ est tota substantialis sinè aliquo accidente; & illa Virtus est Origo Unitatis suæ Bonitatis, Magnitudinis & aliarum Dignitatum, quia in DEO Bonitas & Unitas Bonitatis & Bonitas Unitatis sunt unum idem numero, & hoc idem de Magnitudine, Æternitate &c.; unde, sicut Bonitas habet Bonificativum, Bonificabile & Bonificare, sic in suámet Unitate, cum qua non habet Diversitatem Essentiæ & Naturæ, habet Unitivum, Unibile & Unire, ut Unitas non sit otiosa, & ut Bonitas cum illa remaneat una eadem Essentia & Natura. Unitivus autem Unitatis est Unitas Bonitatis, ex qua oritur Virtus Unibilîs, qui est DEUS Filius, & Unitivus est Virtus, qui

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt DEUS Pater, & Virtus, quæ vocatur Origo, eſt Unire, in quo unitur Unus Pater, Unus Filius & Unus Sanctus Spiritus, & ideo non poteſt eſſe, niſi Unus Pater, Unus Filius & Unus Sanctus Spiritus, Una Virtus in Divina Eſſentia & Natura ſecundùm Magnitudinem Bonitatis in æterna & infinita Unitate, & in Unitivo, Unibili & Unire. In quantum Pater generat Filium, eſt Unus Unitivus, & in quantum Filius eſt genitus & generabilis, eſt Unus Unitus & Unibilis; & in quantum Pater & Filius ſpirant Sanctum Spiritum, ſunt in Sancto Spiritu Unus Unitivus, & Sanctus Spiritus eſt Unus Unitus & Unibilis, & omnes tres Perſonæ remanent diſtinctæ una ab alia, & ſunt una eadem Unitas in Eſſentia & Natura, ut Unitas & Perſonæ ſint in Magnitudine Bonitatis, Æternitatis &c. æternaliter & infinitè.

De Veritate. I.

DEfinitio. *Veritas eſt id, quod eſt verum de Bonitate, Magnitudine, Duratione & aliis.*

1. Explicatio. Hoc verum, quod eſt verum de Bonitate, Magnitudine &c., eſt accidentale in creatis rebus, & ſuſtentatur in illis, & influitur de alia ſubſtantiali Veritate, quæ eſt pars ſubſtantiæ, quæ transmittit ſuam ſimilitudinem in alias compartes, in quantum illas facit exiſtere veras in eo, quod ſunt, & etiam exiſtere verum hoc, quod ſubſtantia agit ſub ratione illarum; ſicut bonitas ſubſtantiæ ignîs, quæ verè eſt hoc, quod eſt, & ignis, qui verè calefacit res, quæ calefiunt.

De neceſſitate convenit, quòd hæc ſubſtantialis Veritas ſit ſubſtantialis pars ſubſtantiæ, ut Bonitatem ponat in vero cum Magnitudine ſuî ipſius, & Magnitudinem cum Bonitate ſuî ipſius, & ſic de aliis; unde ſequitur, quòd Veritas completè & abundanter ſatisfaciat principiis ſubſtantiæ, & principia illi, quæ ſatisfactio eſſet impoſſibilis, ſi Veritas non eſſet ſubſtantialis pars ſubſtantiæ, & ſequeretur, quòd Veritas deficeret principiis, & principia illi, propter quem defectum deſtruerentur Definitiones principiorum, & in parvitate Veritatis eſſent propinqua falſitati, & Veritas eſſet propinqua malitiæ, parvitati & privationi &c., & eſſet propinqua falſitati, quæ eſt ſuum contrarium, quæ omnia ſunt impoſſibilia & inconvenientia; igitur Veritas eſt ſubſtantiale principium pars ſubſtantiæ, ſub quo principio exiſtunt omnia, quæ ſunt vera; ſicut ſub amore ſunt omnia, quæ ſunt amata; & iſta Veritas eſt diffuſa in multas particulares veritates, ſicut calor diffuſus in multos homines, quia eſt alius calor, qui eſt in uno homine, & alius, qui eſt in alio.

2. Veritas eſt res, quæ non poteſt ſentiri, ſed in corporalibus rebus eſt imaginabilis; ſicut, quando Intellectus ipſam imaginatur in imaginatione, ſecundùm quòd Veritas eſt ſubjectata & figurata in ſenſualibus rebus, & iſta Veritas eſt accidentalis, cum qua Intellectus aſcendens transit ad attingendum ſubſtantialem Veritatem, in qua attingit & intelligit verificativum, verificabile & verificare, quæ ſunt de eſſentia Veritatis, & cum ipſa remanent una Eſſentia; & verificare vivit de accidentalibus Veritatibus, quæ veniunt ab extrà, & non ſunt de eſſentia ſubſtantialis Veritatis, quas Veritates ſubſtantiale verificativum convertit in ſuum proprium verificabile, ut multiplicet ſuum verificare, & per illam multiplicationem ſubſtantia ſit compoſita de ſubſtantialibus & accidentalibus partibus. In hac ſubſtantiali Veritate, quam diximus, ſpoliat ſe Intellectus imaginatione, ut intelligat verificativum, verificabile & verificare, quæ ſunt de eſſentia corporeæ Veritatis, & intelligit illa in ſémet ipſo ſinè imaginatione, nam, ſicut ſe induit de imaginatione, quando imaginatur caput, brachia & alia membra corporis, ita convenit, quòd ſe ſpoliet imaginatione, quando aſcendit ad intelligendum ſimplices partes ſubſtantiæ.

Eſt alia Veritas, quæ eſt magìs alta, & eſt de ſpiritualibus rebus, quæ per unum modum eſt ſubſtantialis, & per alium accidentalis; & iſtam Veritatem ſignificavimus per Veritatem, quam diximus, de corporalibus rebus.

3. Supra hanc Veritatem eſt alia Veritas, quæ eſt longè altior & nobilior, videlicet noſter Dominus DEUS, & ipſe eſt ſuámet Veritas, & eſt ſubſtantialis ſinè ullo accidente; & de neceſſitate convenit, quòd illa ſit, nam aliter prædictæ Veritates nihil ponerent in vero, quando ſubſtantia eſſet corrupta, ſicut in mortuo homine, in quo aliæ partes ſunt ſeparatæ ab aliis: nec Veritas ſubſtantiæ poſſet ponere in vero nec in tempore aliquid rerum, quæ fuerunt in ſubſtantia, nec illarum, quas homo fecit; ſed quia DEUS eſt æterna & infinita Veritas, facit, quòd omnia exiſtant in vero, quæ fuerunt;

(c) 2006 Ministerio de Cultura

runt; & ideo de necessitate convenit, quòd DEUS sit.

DEUS est Veritas, quæ facit esse in vero suam Bonitatem, Magnitudinem &c., sicut sua Sapientia, quæ in suo intelligere illas facit intellectas, & sua Voluntas, quæ in suo amare illas facit amatas; Veritas tamen non potest Bonitatem & Magnitudinem &c. facere veras absolutè, quia ipsæ sunt ipsámet Veritas, & Veritas est ipsæmet: sed, sicut Sapientia eas intelligit in suo intelligere, ita Veritas facit, quòd ipsæ sint veræ in suo verificare, totâ Veritate existente uno Verificativo, qui est ipsæ Dignitates, & de sémet ipso generat, producit & verificat unum Verificabilem, qui est omnes Dignitates, quas Verificativus facit esse veras in suo Verificare, quod est etiam omnes Dignitates.

In isto Verificare Verificativus est Verificans Verificabilem cum Bonitate, Magnitudine, Æternitate &c.; & ideo est necessarium, quòd quilibet remaneat personaliter distinctus ab alio, ut in eis non sit confusio, & ut Bonitas remaneat Ratio in Bonificare, & Magnitudo in Magnificare, & Æternitas in Æternare; nam, si Bonificativus non esset distinctus à Bonificabili, ita, quòd Bonificativus remaneret id, quod est, & esset Bonificabilis, & Bonificabilis remaneret id, quod est, & esset Bonificativus, esset impossibile, quòd in Verificare essent Verificativus & Verificabilis, sicut esset impossibile, quòd in Intelligere Intellectivus esset id, quod est, & esset Intelligibilis, & Intelligibilis esset id, quod est, & esset Intellectivus, quia de his ambobus sequeretur contradictio, sic, quòd Verificativus esset Verificativus & non Verificativus, in quantum esset Verificabilis; & Verificabilis esset Verificabilis & non Verificabilis, in quantum esset Verificativus; & talis contradictio esset propter defectum Bonitatis, Magnitudinis, Æternitatis &c., quod est impossibile & contra Definitionem Veritatis & aliarum Dignitatum.

De Gloria. K.

DEfinitio. *Gloria est ipsa delectatio, in qua Bonitas, Magnitudo & alia principia quiescunt.*

1. Explicatio. Gloria est universale Principium, ratione cujus entia habent placitum & delectationem secundùm modum existendi & agendi, quia *esse* est multùm delectabile secundùm respectum suî ipsius & ipsius *non esse*, & entia habent magnum placitum, quando alia possunt agere in aliis & in se ipsis secundùm naturas & proprietates principiorum, ex quibus sunt composita & aggregata, sicut in substantia, in qua est naturalis delectatio Bonitatis, Magnitudinis &c., quia magnum bonum est Bonitati suum *esse*, & quòd sit ratio bono, quòd agat bonum: & magnum bonum est Magnitudini suum *esse*, & quòd sit ratio Bonitati, quòd sit magna, & quòd sub ratione Bonitatis Magnitudo sit bona, & sic de aliis principiis; & omnia ista apparent in puero, qui naturaliter habet magnum motum in currendo, ludendo & gaudendo, quia de *non esse* venit in *esse:* & hoc idem significatur in sene homine, qui, dum vergit in privationem, naturaliter tendit ad tristitiam, & difficulter se movet & delectatur, quia principia, de quibus est compositus, recedunt ab eo, & ipse labitur in mortem.

Gloria est *substantiale & accidentale Principium* in substantia; est *substantiale*, quia in ipsa quiescunt principia substantiæ, in qua non possent quiescere, si esset accidentalis tantùm, cùm quies & delectatio meliùs conveniant cum rebus, quæ sunt magnæ in Bonitate & Duratione, quàm cum illis, quæ non sunt magnæ in Bonitate & Duratione. Ab hac substantiali Gloria influitur *accidentalis* Gloria aliis principiis substantiæ, ut recipiant ejus similitudinem, in qua naturaliter delectentur in substantia; sed ista delectatio non est sensibilis per aliquem sensum Potentiæ Sensitivæ sinè delectatione rerum, quæ veniunt ab extrà & sunt subjectatæ partibus, quæ sunt intra substantiam, in quibus delectantur, quia in illis possunt operari, & imprimere suas similitudines, & multiplicare suas species; & propter hoc delectantur homines in videndo pulchra & placita, & in audiendo laudes, odorando odores, gustando sapores, & in tangendo delectabiliter, & etiam delectantur in dando & multiplicando divitias, & in esse fortes, & in aliis rebus similibus istis.

2. Quia in Vegetativa Potentia est plus de *esse* secundùm Magnitudinem Bonitatis, Potestatis & Finîs, quàm in Elementativa, ideo elementa magis delectantur, quando existunt sub forma vegetationis, quàm quando existunt sub forma elementationis; & Vegetativa plùs delectatur, quando est sub forma Sensitivæ Potentiæ, quæ habet plus de *esse* in Bonitate, Magnitudine &c., quàm

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Vegetativa; & Senſitiva delectatur ſub ratione Imaginativæ Potentiæ, quia Intellectus in illa recipit res, quæ ſunt abſentes corporalibus ſenſibus, in quantum illas imaginatur,& per imaginationem movent ſe corporales ſenſus ad habendam delectationem de ſenſibilibus rebus.

Delectatio & Gloria Intellectûs eſt altior, & habet magnam delectationem, quando intelligit ea, quæ diximus; & potentiæ, quas diximus, delectantur, quando poſſunt eſſe conjunctæ cum illo, ut ab illo intelligantur, & Intellectus, ut poſſit intelligere, delectatur in illis intelligendo, & habet quietem,quando cum eis eſt conjunctus in humana ſpecie, per quam conjunctionem poteſt ipſas meliùs intelligere.

Intellectus delectatur intelligendo ſe ipſum, & etiam, quia intelligit, quòd de ſe ipſo & de ſua eſſentia habeat ſubſtantiale intelligere, ſecundùm quòd diximus in Definitione Sapientiæ, & delectatur naturaliter in illo intelligere, generando in ipſo aliud accidentale intelligere compoſitum & conjunctum de ſimilitudinibus principiorum & de moralibus virtutibus, & cum illo accidentali intelligere delectatur & quieſcit in ſuo ſubſtantiali intelligere.

3. Intellectus aſcendit altiùs, & in ſuo ſubſtantiali intelligere informat quoddam accidentale intelligere de ſimilitudinibus DEI, videlicet de infinita & æterna Bonitate, & de Magnitudine, Æternitate &c., conſiderando, quòd Gloria DEI ſit DEUS, & quòd ejus *Eſſe* ſit Perſonale Glorioſum, ut habeat Perſonale Gloriabile, & Perſonale Gloriari, & omnes iſtæ tres Perſonæ ſunt una Gloria; nam,ſi Gloria DEI eſſet glorioſum Glorians, & non haberet proprium & eſſentiale Gloriabile & Gloriari, ſuum gloriari eſſet de alia eſſentia, quæ non eſſet infinita in Magnitudine Bonitatis, Æternitatis &c., & gloriari DEI eſſet compoſitum de diverſis eſſentiis, in quo Intellectus non poſſet quieſcere.

Intellectus deſiderat, quòd in cœleſti Gloria principia corporalis ſubſtantiæ poſſint quieſcere, cum qua eſt conjunctus in præſenti vita, & quòd illa gloriatio ſit ſenſualis, quia corporales ſenſus non poſſunt attingere ſpiritualem Gloriam; & ſic intelligendo delectatur Intellectus in informando aliquod accidentale intelligere compoſitum de ſimilitudinibus ſanctæ Humanitatis noſtri Domini JESU Chriſti, qui eſt verus DEUS & verus Homo, in quo quieſcunt & delectantur corporales ſenſus Sanctorum, qui ſunt in Gloria, ſinè qua Humanitate unita cum Deitate corporales ſenſus non poſſent habere Gloriam in Paradiſo, nec haberent corporales ſenſus, in quo quieſcerent, & deficeret eis Magnitudo Bonitatis, Æternitatis &c.; & quia talis defectus eſt impoſſibilis, fuit neceſſarium, quòd Filius DEI aſſumeret Humanam Naturam, in qua quieſcerent corporales ſenſus in videndo, tangendo & audiendo Dominum JESUM Chriſtum & Cantus & Laudes ipſius; & etiam Intellectus cujuslibet glorioſi hominis intelligens, quòd illud corpus, cum quo eſt conjunctus, ſit de Humana Natura noſtri Domini JESU Chriſti, tribuit ita magnum motum naturæ corporis, cum quo eſt conjunctus, ad habendum Gloriam & quietem ſub ratione ſentiendi,quòd non ſit aliquis in hac vita, qui ipſam poſſet conſiderare vel comprehendere; nam, ſi Imaginativa Potentia in tantum movet corporales ſenſus ad ſentiendum placita ſeu delectabilia in imaginando ea ipſa,quantò magìs ſinè omni comparatione humanus Intellectus movebit corpus ad ſentiendum placita in Gloria, intelligendo, quòd illud glorificatum corpus ſit de natura ſacri Corporis noſtri glorioſi Domini DEI JESU Chriſti, in quo quiescunt omnes partes ſubſtantiæ.

Angeli Gloriæ quieſcunt in Gloria DEI cum omnibus ſuis principiis intelligendo & amando Gloriam DEI, & hoc in tanta quiete & Gloria,quanta eſt eſſentia cujuslibet ſuorum principiorum, & hoc multò magìs & altiùs ſecundùm influentiam, quam DEUS influit in quemlibet Angelorum, manifeſtando & tribuendo cuilibet ſuam Gloriam; nam, quantus eſt Intellectus Angelorum per modum eſſendi, tantundem ſe convertit in modum agendi, ſcilicet intelligendi, ita, quòd illi nihil remaneat in potentia, imò eſt tantus in actu ſub ratione intelligendi,quantus eſt ſub ratione exiſtendi, ut ſuum agere compleat totum ſuum exiſtere in gloriando & in quiete ſuî ipſius & aliorum principiorum ſubſtantiæ. Quis igitur poſſet æſtimare iſtam tam magnam Gloriam? & quis poſſet conſiderare ejus contrarium, quod eſt in dæmonibus,in quo nullum principium quieſcit?

Humanus Intellectus voluit contemplari Gloriam noſtri Domini DEI ſecundùm Definitionem Gloriæ & Definitiones Principiorum, & aſcendit ſuperiùs, quantum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tum potuit, & considerabit, quòd conveniat, quòd in Gloria DEI quiescant sua bonitas, Magnitudo, Æternitas & aliæ suæ Dignitates perfectè & abundanter secundùm earum definitiones; nam aliter non possent quiescere in aliquo, quod esset contrarium suis definitionibus; & ideo convenit, quòd Bonitas quiescat in Gloria (& sic de aliis principiis) ita, quòd habeat totam suam Perfectionem & complementum, & omne id, quod illi convenit & est de sua Conditione & Natura: igitur convenit, quòd Bonitas quiescat in Gloria, ita, quòd sit Ratio bono, quòd agat bonum, & quòd illud bonum, quod facit, sit bonum *esse*, & esset malum, illud bonum *non esse*; tamen convenit, quòd Bonitas sit ita Ratio bono, quòd agat bonum, sicut est Ratio Magnitudini, quòd sit bona infinitè in Immensitate, & Æternitati, quòd sit bona in Duratione; & hoc idem sequitur de Magnitudine, Æternitate &c., hoc est, quòd Magnitudo sit infinitè Ratio bono, quòd agat magnum bonum infinitè & immensè sinè principio & fine ratione infinitæ & immensæ Magnitudinis Bonitatis, Æternitatis &c.: & quòd Duratio faciat durare infinitè sinè principio & sinè fine Bonificantem, Bonificabilem & Bonificare, qui Bonificabilis sit Bonificatus æternaliter bene & infinitè.

Dum Intellectus sic considerabat & contemplabatur Gloriam DEI, intellexit, quòd illa Gloriatio, quam considerabat, non posset esse, nisi Gloria esset Glorioſus Glorians & Gloriabilis in suo Gloriari bene, æternaliter & infinitè per viam Generationis & Spirationis sinè ulla otiositate Gloriæ Bonitatis, Magnitudinis, Æternitatis &c., quia sinè tali modo una Dignitas non posset sufficere alteri; & ideo est necessarium, quòd in DEO sint Personales Proprietates, ut DEUS Pater generet DEUM Filium, & de DEO Patre & de DEO Filio procedat Sanctus Spiritus. Quis igitur posset enarrare Gloriam, quam DEUS Pater habet in generando DEUM Filium bene, æternaliter & infinitè? & hoc idem est de Gloria, quam DEUS Pater & DEUS Filius habent in spirando Sanctum Spiritum, & quam Filius habet in esse generatus à Patre, & quam Sanctus Spiritus habet in Processione à Patre & Filio, omnibus tribus Personis existentibus distinctis gloriosè, bene, æternaliter & infinitè, & existentibus omnibus tribus Personis Unus DEUS, Una Gloria, Una Deitas, Una Essentia, Una Natura, Una Bonitas, Una Magnitudo &c.

DE II. FIGURA.

HÆc Figura dividitur in *duas Partes*. *Prima* est de ejus Ordinatione. *Secunda* est de Definitionibus suorum Principiorum; & primò de prima Parte.

PARS I.

De Ordinatione.

ISta Figura est circularis, & continet in se novem Cameras & tres Triangulos, in quos cadit, quidquid est; & ideo ista Figura est generalis ad omnia. Primus *Triangulus* est *viridis*, secundus est *rubeus*, tertius est *croceus*; & est sciendum, quòd ista Figura significetur per T.

De Viridi Triangulo.

VIridis Triangulus est compositus de *Differentia*, *Concordantia* & *Contrarietate*.

1. Supra *Angulum* de *Differentia* scriptum est, *sensuale & sensuale*, *sensuale & intellectuale*, *intellectuale & intellectuale*, ad significandum, quòd conveniat, quòd sit Differentia inter sensuale & sensuale, sensuale & intellectuale, intellectuale & intellectuale. *Differentia*, quæ est *inter sensuale & sensuale*; sicut inter ignem & aërem, in quibus est Differentia, vel inter hominem & lapidem, & sic de aliis. Sensuale autem dicimus omne illud, quod potest sentire & sentiri secundùm sex corporales Sensus, sicut in Gustu, in quo animal sentit dulcedinem, & in Visu colorem, & sic de aliis. *Differentia*, quæ est *inter sensuale & intellectuale*, sicut inter corpus & Animam, inter videre & intelligere, & inter bonitatem corporis & bonitatem Animæ, & sic de aliis. Apellamus autem intellectuale id, quod non potest sentiri, videlicet rationalem Animam, Angelum, DEUM, Voluntatem & velle, Intellectum & intelligere, Bonitatem & Magnitudinem Voluntatis, & sic de aliis. *Differentia*, quæ est *inter intellectuale & intellectuale*, sicut inter Animam & Animam, inter Animam & Angelum, Angelum & Angelum, Angelum & DEUM, Voluntatem & Intellectum, amantem & amatum, & inter Bonitatem, Magnitudinem, Durationem Voluntatis, & sic de aliis.

Ista

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Iſta Differentia, ſecundùm ea, quæ de ipſa diximus, eſt Univerſale Principium omnibus, quæ differunt ſecundùm eorum eſſentiam, proprietatem & naturam; & ideo Differentia eſt univerſale, in quo inquiritur ejus particulare, videlicet illud, quod quæritur ſub ratione Differentiæ, quod invenitur affirmando vel negando, conſervando tamen hoc, quod de Differentia dictum eſt.

2. Supra *Angulum Concordantiæ* eſt ſcriptum: *ſenſuale & ſenſuale, ſenſuale & intellectuale, intellectuale & intellectuale*, ad ſignificandum, quòd Concordantia ſe extendat per hos terminos, ſinè quibus Concordantia non poſſet eſſe. *Concordantia*, quæ eſt *inter ſenſuale & ſenſuale*, eſt, ſicut inter ignem & aërem, qui concordant in calore, & ſicut forma & materia ignîs, in quibus Concordantia eſt compoſita de actione & paſſione; & ſic de aliis ſenſualibus rebus. *Concordantia*, quæ eſt *inter ſenſuale & intellectuale*, eſt, ſicut inter corpus & Animam, quæ concordant in eſſe unius hominis, & etiam inter videre & intelligere eſt Concordantia, ut res videantur & intelligantur, & ut oculi videant, & Intellectus intelligat. *Concordantia*, quæ eſt *inter intellectuale & intellectuale*, eſt, ſicut inter Intelligentem, Intelligibilem & Intelligere, qui concordant in eſſe diſtincti inter ſe, & in eſſentialiter eſſe Unus DEUS, Una Sapientia, cum qua Concordantia DEUS eſt remotus ab omni Contrarietate & otioſitate Eſſentiæ & Naturæ, & ſic de aliis. Concordantia igitur eſt Univerſale Principium ad omnia, ſecundùm hæc, quæ de ea diximus.

3. Super *Angulum Contrarietatis* eſt ſcriptum: *ſenſuale & ſenſuale, ſenſuale & intellectuale, intellectuale & intellectuale. Contrarietas*, quæ eſt *inter ſenſuale & ſenſuale*, eſt, ſicut inter ignem & aquam, quæ contrariantur per caliditatem & frigiditatem, & inter aërem & terram per humiditatem & ſiccitatem; quæ Contrarietas eſt, ut fiat generatio & corruptio elementatarum rerum. *Contrarietas*, quæ eſt *inter ſenſuale & intellectuale*, eſt, ſicut inter corpus & Animam, quæ contrariantur in morte & in ſeparatione, & ſicut Voluntas, quæ contrariatur ſenſuali appetitui, amando virtutes, & odiendo vitia. *Contrarietas*, quæ eſt *inter intellectuale & intellectuale*, ſicut inter Intellectum & Voluntatem, quando ipſa odit veritates, quas Intellectus intelligit, & ſicut Contrarietas boni Angeli & mali, & charitatis & avaritiæ, & ſic de aliis. Contrarietas igitur eſt Univerſale Principium ad omnia, quæ quæruntur ſub ratione ipſius.

De Rubeo Triangulo.

RUbeus Triangulus eſt compoſitus de *Principiò, Medio* & *Fine*.

1. Supra *Angulum* de *Principio* eſt ſcriptum *Tempus, Quantitas & Cauſa*.

Tempus eſt Principium omnibus, quæ in eo principiantur, & in eo ſunt principiata, & quæ in eo principiabuntur; hoc Tempus eſt inſenſibile Principium, & eſt accidens; & ſua figura apparet in rebus, quæ ſunt in præterito, præſenti & futuro tempore.

Quantitas eſt accidens, & eſt univerſale Principium omnibus, quæ exiſtunt ſub ratione ipſius, ſicut corpus hominis, quod habet quantitatem, & ejus oculi, qui habent quantitatem in videndo, & intellectus intelligendo; & ſic de aliis.

In iſto angulo ſignificantur *univerſalia Principia*, quæ vocantur *decem Prædicamenta*; ſicut *Relatio*, quæ eſt Principium omnibus, quæ ſunt ſub illa, ſicut intelligens, intelligibile & intelligere, & ſic de aliis; nam, ſi eſt intelligens, convenit, quòd ſit intelligibile & intelligere, & è converſo, nam, ſi eſt intelligere, convenit, quòd ſit intelligens & intelligibile.

Qualitas eſt univerſale Principium omnibus, quæ ſub ejus genere exiſtunt, & per ipſam ſpecificantur & determinantur, ſicut calor ignîs & calor aëris, & equus Petri, & ſic de aliis ſimilibus iſtis.

Actio & *Paſſio* ſunt univerſalia Principia omnibus, quæ ſunt ſub ratione ipſarum, ſicut actio formæ & paſſio materiæ, actio domini & paſſio ſubditi, & ſicut Intellectus, qui habet actionem in intelligere, & res intellecta, quæ in illo intelligere habet paſſionem, & ſicut ignis, qui habet actionem, quando calefacit aquam, & aqua habet paſſionem in illa calefactione, & ſic de aliis ſimilibus iſtis.

Habitus eſt univerſale Principium omnibus particularibus habitibus, qui ſub eo exiſtunt; ſicut aër, qui eſt habituatus de calore, & intellectus de intelligere, & homo charitativus de Charitate, & juſtus de Juſtitia, & Bonitas de Magnitudine, quando eſt magna, & indutus de indumento, & ſic de aliis.

Situs eſt univerſale Principium omnibus ſuis particularibus ſitibus, ſicut in igne, in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in quo sunt assituata Bonitas, Magnitudo &c., videlicet, quòd Bonitas ignîs ponat in Magnitudine & in Duratione suam similitudinem, & Magnitudo & Duratio ponant in ipsa suas similitudines, sic, quòd unum accidens situetur in alio, quorum subjecta sunt substantiales partes substantiæ, in quibus substantia situatur, & quòd partes substantiæ aliæ situentur in aliis in tantum, quòd substantia sit situata & plena suis substantialibus & accidentalibus partibus. Iste Situs, qui est intra substantiam, figuratur & imaginatur extra substantiam, sicut in homine, qui habet suum situm rectum, quando stat, obliquum verò, quando incurvatur, & transversum, dum jacet, & sic de aliis.

Locus est universale Principium omnibus suis particularibus, sicut apparet in substantia ignîs, in qua sub ratione Loci Bonitas ignîs potest esse in ejus Magnitudine, & Magnitudo in ejus Bonitate, & forma & materia possunt existere alia in alia, & hoc idem sequitur de igne, qui potest esse in aëre, & aër in ipso, & quantitas ignîs in quantitate aëris, & quantitas aëris in quantitate ignîs; unde sequitur, quòd de diversis intensis quantitatibus formetur & componatur una extensa quantitas, quæ se extendit per totam substantiam; & hoc idem sequitur de Loco, qui est secundùm supradictos habitus, sicut Justitia, quæ est in justo homine, & justus homo in ipsa. Iste locus, qui est intra substantiam, est insensibilis, & apparet figuraliter in rebus, quæ sunt extra substantiam, sicut in homine, qui est locatus in camera, & vinum in amphora, & color substantiæ aquæ, qui est in colore substantiæ vini mixti cum aqua.

Principium est universale sub ratione *Causæ*, & hoc *quatuor modis*, videlicet sub ratione *Efficientis, Formæ, Matèriæ* & *Finalis Causæ*; sicut Finalis Causa, quæ movet artificem, quòd faciat scyphum ad bibendum, & artifex movet Formam scyphi, cum qua movet Materiam argenti vel vitri, de qua facit scyphum, omnia ista quatuor sunt Principium ipsi scypho; hoc idem sequitur in intellectualibus rebus, sicut in Intellectu, quando intelligit & movetur per Finalem Causam, ut res sit intellecta, vel, ut sit intelligere, ita, ut Intellectus moveat Formam intelligendi, & Forma moveat Materiam, quæ est de speciebus & similitudinibus intelligibilium rerum, ut res sint intellectæ. Igitur Causa est universale Principium omnibus suis particularibus, secundùm quòd diximus.

2. Supra *Angulum Medii* scriptum est: *Extremitas, Mensuratio, Conjunctio*, ad significandum, quòd Medium sit universale Principium omnibus, quæ mensurantur secundùm prædictos tres terminos. *Medium Extremitatum* est, sicut domus vel homo, qui est inter formam & materiam: & intelligere, quod est inter intelligens & intelligibile: & linea, quæ est inter duo puncta, & sic de aliis. *Medium Mensurationis* est, sicut punctus existens æqualiter intra circulum: vel intelligere inter intelligens & intelligibile: & opus, quod est inter operans & operabile: & Magnitudo inter Bonitatem & Durationem, & sic de aliis. Tamen convenit, quòd hoc Medium consideretur *duobus modis*, scilicet *secundùm quantitatem* & *secundùm proportionem*: *secundùm quantitatem*, sicut punctus æqualiter existens intra circulum, vel intelligere inter intelligens & intelligibile; *secundùm proportionem*, sicut intelligere, quod proportionaliter est inter intelligens & intelligibile, in quo bonitas est nobilior secundùm id, quod intelligit, quàm secundùm id, quod intelligitur; & hoc idem de creatione & glorificatione, & sic de aliis similibus istis. *Medium conjunctionis* est; sicut conjunctio formæ & materiæ: Principii & finîs: & sicut Bonitas, quæ conjungit Magnitudinem & Durationem: & aër, qui conjungit ignem & aquam in elementato: & clavus, qui conjungit duos postes: & tertius homo, qui pacificat duos iratos homines ad unum finem: & amor, qui conjungit amicum & amatum, & sic de aliis his similibus.

3. *Finis* est universale Principium omnibus, quæ de ipso Fine dicuntur; & supra *Angulum Finîs* scriptum est: *Finalis Causa, Terminatio* & *Privatio*, ad significandum, quòd Finis existat in privatione & in aliis. *Finalis Causa* est perfectio & complementum rei: sicut DEUS, qui est Finis & Complementum omnium: & bibere, quod est finis scyphi: & vivere comestionis: & intelligere intelligentis & intelligibilîs: & substantia, quæ est Finis accidentium, & sic de aliis similibus istis. *Finis Terminationis* est: sicut amor, qui existit in terminis amantis, amabilîs & amare: & Bonitas in terminis bonificantis, bonificabilîs & bonificare: & substantia in substantialibus & accidentalibus terminis: & regnum & imperium in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſuis terminis, & ſic de aliis. *Finis Privationis* eſt: ſicut calor aquæ, qui devenit in privationem, quando aqua frigefit: & Finis intelligendi, dum homo, qui intelligebat, ignorat: & ſic de homine, in quo privatur vita; & de vitioſo homine, in quo privatur virtus, & ſic de aliis ſimilibus.

De Croceo Triangulo.

CRoceus Triangulus eſt compoſitus de *Majoritate, Æqualitate* & *Minoritate*, & eſt Univerſale omnibus, quæ dicuntur de Majoritate, Æqualitate & Minoritate.

1. Supra *Angulum Majoritatis* ſcriptum eſt: *Subſtantia & Subſtantia, Subſtantia & Accidens, Accidens & Accidens*, ad ſignificandum, quòd Majoritas non habeat alios terminos, in quibus poſſit ſuſtentari vel extendi. *Majoritas*, quæ eſt *inter ſubſtantiam & ſubſtantiam*, eſt, ſicut ſubſtantia hominis, quæ eſt major in Virtute, Bonitate, in Differentia, Concordantia & Fine, quàm ſubſtantia lapidis, plantæ vel equi: & ſicut ſubſtantia Animæ, quæ eſt major in Magnitudine Bonitatis, quàm ſubſtantia corporis: & ſubſtantia formæ, quàm materiæ: & ſubſtantia Angeli, quæ eſt major in Magnitudine virtutis, quàm ſubſtantia Firmamenti: & Subſtantia DEI, quæ eſt major, quàm omnes aliæ ſubſtantiæ: & Finis Humanitatis noſtri Domini JESU Chriſti, qui eſt major, quàm omnes alii creati fines; & ſic de aliis Majoritatibus ſimilibus iſtis. *Majoritas*, quæ eſt *inter ſubſtantiam & accidens*, eſt, ſicut ſubſtantia ignîs, quæ eſt major, quàm ſuus calor, & ſubſtantiales partes, quàm accidentales: & ſicut ſubſtantiale intelligere, quod diximus in Definitione Sapientiæ, quod eſt majus, quàm accidentale intelligere: & Subſtantia DEI, quæ eſt major, quàm omnia accidentia: & amare hominis, qui amat DEUM, quod eſt majus & nobilius accidens, quàm corpus hominis, & ſic de aliis ſimilibus iſtis. *Majoritas*, quæ eſt *inter accidens & accidens*, eſt, ſicut intelligere, quod eſt majus accidens, quàm videre: & videre, quàm color; & relatio, quàm qualitas, & ſic de aliis.

2. *Supra Angulum Æqualitatis* eſt ſcriptum: *inter ſubſtantiam & ſubſtantiam, inter ſubſtantiam & accidens, accidens & accidens*, ad ſignificandum, quòd Æqualitas non habeat alios terminos, in quibus extendatur nec ſuſtentetur. *Æqualitas*, quæ eſt *inter ſubſtantiam & ſubſtantiam*, eſt, ſicut in elementato corpore, in quo ſuæ ſubſtantiales partes æqualiter extenduntur, & ſicut in eſſentia Animæ, in qua ſunt æqualiter ſubſtantiales potentiæ Memoria, Intellectus & Voluntas, & ſicut in Eſſentia DEI, in qua tres Divinæ Perſonæ ſubſtantialiter ſunt æquales in ſubſtantiali Bonitate, Magnitudine &c. *Æqualitas*, quæ eſt *inter ſubſtantiam & accidens*, eſt, ſicut ſubſtantia ignîs & ſua quantitas, quæ æqualiter ſunt extenſæ in elementato: & ſicut Voluntas, quæ eſt æqualis cum amare, & Intellectus cum intelligere, & ſic de aliis ſimilibus iſtis. *Æqualitas*, quæ eſt *inter accidens & accidens*, eſt, ſicut inter colorem & quantitatem, & ſicut imaginari & ſentire, velle & intelligere, & ſic de aliis.

3. *Supra angulum Minoritatis* eſt ſcriptum: *inter ſubſtantiam & ſubſtantiam, ſubſtantiam & accidens, accidens & accidens*, ad ſignificandum, quòd Minoritas non poſſit extendi ultra hos terminos, & quòd ipſa extendatur in his terminis, ſecundùm quòd in Angulo de Majoritate ſignificatum eſt.

Diximus de Ordinatione ſecundæ Figuræ & de ejus Diſpoſitione, nunc dicemus de Definitionibus Principiorum ejusdem.

PARS II.
De Definitionibus.

De Differentia. B.

DEfinitio. *Differentia eſt id, per quod Bonitas, Magnitudo &c. ſunt Rationes reales & inconfuſæ, & per quam bonificans & bonificabile ſunt inconfuſa & diſtincta unum ab alio.*

1. Explicatio. *Differentia* eſt ſubſtantiale principium *inter ſenſuale & ſenſuale*, ſicut in ſubſtantia arboris, in quâ Differentia eſt ſubſtantialis pars ſubſtantiæ, per quam Bonitas, Magnitudo, Duratio & alia principia arboris ſunt inconfuſa, & diſtinguuntur inter ſe; & ideo Bonitas eſt magna per accidens, & magnitudo ſimiliter bona, quia Differentia, quæ eſt conjuncta & mixta cum partibus ſubſtantiæ, diſtinguit illas, ita, quòd una non eſt alia, ſinè qua Differentia partes ſubſtantiæ eſſent confuſæ, & una pars eſſet alia: unde ſequeretur, quòd in ſubſtantia arboris non eſſet accidens, nec corruptio, nec pluralitas formæ & materiæ, quod eſt impoſſibile: per quam impoſſibilitatem ſequitur, quòd Differentia ſit ſubſtantialis pars in ſub-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſubſtantia, quæ transmittit ſuam ſimilitudinem in alias partes, ut ſint inconfuſæ & diſtinctæ inter ſe; &, ſi Differentia non eſſet ſubſtantialis pars ſubſtantiæ, non poſſet aliis partibus eſſe Ratio, quòd eſſent diſtinctæ & inconfuſæ, & Magnitudo non daret ei ſuam ſimilitudinem cum Magnitudine Bonitatis, Durationis &c.; quod eſt impoſſibile, ut Definitiones principiorum remaneant illæſæ, & ut Differentia det ſuam ſimilitudinem aliis principiis cum Magnitudine Bonitatis &c. *Differentia*, quæ eſt *inter ſenſuale & intellectuale*, eſt ſubſtantialis pars hominis, ut Bonitas, Magnitudo &c. ſint reales & inconfuſæ Rationes; iſta ſubſtantialis Differentia eſt compoſita de ſenſuali & intellectuali Differentia, & eſt mixta & extenſa per omnes partes, quibus dat ſuam ſimilitudinem, ut ſint diſtinctæ & inconfuſæ, ſicut Bonitas intellectualis Animæ, quæ per eſſentiam diſtinguitur à Bonitate corporis, ita, quòd una eſſentia non eſt alia; & iſta Diſtinctio non poſſet eſſe eſſentialis nec ſubſtantialis, ſi in Anima & in corpore non eſſet ſubſtantialis Differentia, imò partes Animæ & partes corporis eſſent diverſæ per accidens, & omnes inſimul eſſent una ſubſtantia, in qua omnes partes eſſentialiter eſſent eædem, ita, quòd quælibet earum eſſet de eſſentia alterius, & quælibet pars eſſet tota eſſentia, quod eſt impoſſibile. *Differentia*, quæ eſt *inter intellectuale & intellectuale*, eſt, ſicut in potentiis rationalis Animæ, in quâ Differentia eſt ſubſtantialis pars, ut potentiæ ſint reales & inconfuſæ Rationes, & una diſtincta ab alia, & ut Bonitas in Anima, quæ eſt una per eſſentiam, ſit diſtincta & diffuſa in potentiis, ita, quòd ſit alia ſub ratione Memoriæ, alia ſub ratione Intellectûs, & alia ſub ratione Voluntatis: & hoc idem de Magnitudine &c.; & etiam ut Bonitas, Magnitudo &c. ſint diſtinctæ & inconfuſæ ſub ratione Differentiæ, ſicut Differentia eſt bona ſub ratione Bonitatis, & magna ſub ratione Magnitudinis. Eſt igitur Differentia ſubſtantialis pars inter intellectuale & intellectuale, quibus dat ſuam ſimilitudinem; & eſt una per eſſentiam, & accidentaliter diffuſa in multas Differentias, ita, quòd ſit alia in Memoria, alia in Intellectu, alia in Voluntate, & alia in Bonitate, & alia in Magnitudine &c.; & hoc idem ſequitur in actibus memorandi, intelligendi & amandi, in quibus eſt diffuſa diverſimodè; eſt etiam Differentia diffuſa & diſtincta ſub ratione Bonitatis &c., in qua eſt diverſimodè ſub ratione bonificativi, bonificabilîs & bonificare, ut ſint invicem diſtincta & inconfuſa; & omnes iſtæ branchæ & rami ſunt ſubſtantiales partes ſubſtantialis Differentiæ, quæ eſt una in ſémet ipſa, & indiſtincta per eſſentiam; & aliæ partes ſubſtantiæ, quæ recipiunt ejus ſimilitudinem, habent accidentales Differentias, per quas ſunt inconfuſæ, & cum quibus ſubſtantialis Differentia facit, quòd ſint ſubſtantialiter diſtinctæ una ab alia, ita, quòd eſſentia unius non ſit alterius.

2. Iſta ſubſtantialis Differentia habet in ſe ſubſtantialia differentiativum, differentiabile & differentiare, in quæ diſtinguitur & diffunditur, & cum ipſis remanet una eadem eſſentia & natura; ſicut in eſſentia arboris exemplificatur, in qua branchæ, folia, flores & fructus remanent una eadem eſſentia cum eſſentia arboris, in quâ Differentia eſt diffuſa per omnes partes arboris imprimens ſuam ſimilitudinem in omnes partes illius; nam eſt alia eſſentia branchæ, alia folii, & ſic de aliis ſubſtantialibus eſſentiis, & omnes ſubſtantiales eſſentiæ ſunt una diſtincta eſſentia arboris, diſtincta & extenſa per omnes prædictas partes. Hæc ſubſtantialis Differentia eſt diffuſa & diſtincta per formam & materiam & conjunctionem, quæ ſunt illi eſſentiales partes, & eſt flumen & fons, unde naſcuntur & derivantur omnes Differentiæ, quæ exiſtunt in rebus, cum quibus ſubſtantialis Differentia eſt mixta & conjuncta, quia quælibet ipſarum accipit ejus ſimilitudinem & impreſſionem ratione compoſitionis & conjunctionis omnium inſimul, ut ſubſtantia ſit compoſita ex inconfuſis ſubſtantialibus & accidentalibus partibus, & ut omnes partes ſint eſſentia ſubſtantiæ extenſa, diffuſa & diſtincta inter ſubſtantiales & accidentales partes; ſicut apparet in Chaos, in quo eſt una univerſalis ſubſtantialis Differentia, per quam Prima Materia & Univerſalis Forma ſunt diſtinctæ, ex qua univerſali Differentia naſcuntur & derivantur particulares Differentiæ diffuſæ & extenſæ per individua ſpecierum & generum.

Eſt etiam Differentia *inter intellectuale & intellectuale*, ſicut inter Angelum & DEUM, ut Angelus & DEUS habeant diverſas eſſentias, ita, quòd eſſentia unius non ſit eſſentia alterius, & ut eſſentiæ remaneant inconfuſæ; & convenit, quòd hæc Differentia, quam diximus, ſit ſubſtantialis, ut Angelus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& DEUS ſint inter ſe eſſentialiter diſtincti, & ut una eſſentia non ſit conjuncta alteri, ſed ut ſint diverſæ eſſentiæ & ſubſtantiæ;hæc Differentia autem non poſſet eſſe inter DEUM & Angelum, ſi in DEO non eſſet eſſentialis, ſubſtantialis & propria Diſtinctio, & hoc idem in Angelo,quia non haberent cum quo,nec per quod,nec in quo,nec de quo eſſent diſtincti unus ab alio. Et hoc idem ſequitur in ſenſualibus rebus; ſicut inter ſubſtantiam hominis& ſubſtantiam lapidis,qui per ſubſtantias & eſſentias diſtinguuntur & ſeparantur; & ſic de aliis ſimilibus iſtis.

3. In DEO eſt *ſubſtantialis Diſtinctio*, ſecundùm quòd probavimus, ratione cujus Bonitas, Magnitudo, Æternitas &c. DEI ſunt reales & inconfuſæ Rationes, per quam Bonificans, Bonificabilis & Bonificare &c. ſunt Perſonales diſtinctæ & inconfuſæ Proprietates; Diſtinctio tamen eſt in DEO Totalitas ſuæ totius Eſſentiæ & Subſtantiæ Bonitatis,Magnitudinis &c., & hoc in tantum, quòd cum omnibus ſit una Eſſentia, una Subſtantia & una Natura in numero, ut Diſtinctio non ſit pars Subſtantiæ, ſed ſit ipſa tota Subſtantia; nam, ſi eſſet pars Subſtantiæ, Subſtantia non eſſet infinita in Bonitate, Magnitudine,Æternitate &c.,& Bonitas, Magnitudo, Æternitas & aliæ Dignitates eſſent diſtinctæ in numero, ita, quòd una non eſſet alia : unde ſequeretur, quòd Bonitas eſſet magna accidentaliter ſub ratione Magnitudinis, & Magnitudo bona ſub ratione Bonitatis, quod eſt impoſſibile. Sed quia de neceſſitate convenit, quòd Diſtinctio in DEO ſit Ratio, per quam Bonitas, Magnitudo &c. ſint in DEO reales & inconfuſæ Rationes, & Bonificans, Bonificabilis & Bonificare ſint diſtincti, convenit, quòd Diſtinctio in ſe habeat Diſtinctionativum, Diſtinctionabilem & Diſtinctionare, in quibus Bonitas, Magnitudo &c. ſint reales & inconfuſæ Rationes, unâ exiſtente alterâ in numero, ſicut in Diſtinctionativo omnes Dignitates ſunt una eadem Eſſentia, & quælibet eſt alia; ſed quia Diſtinctionativus, qui eſt Perſonalis Paternalis Proprietas, producit & generat de toto ſe ipſo in ſe ipſo & per totum ſe ipſum Diſtinctionatum Diſtinctionabilem, qui eſt Perſonalis Filialis Proprietas, in quo & per quem totum & cum quo ſunt omnes Dignitates una & eadem Eſſentia, unâ exiſtente alia in numero, & hoc idem in Diſtinctionare, quod eſt Perſonalis Spirabilis Proprietas, & remanet una Eſſentia cum Patre & Filio & cum omnibus Dignitatibus, ideo Dignitates in Perſonis ſunt reales & inconfuſæ Rationes, ſicut Bonitas, quæ in Patre eſt Bonificans, in Filio Bonificabilis, & in Sancto Spiritu Bonificare, ſicut Sapientia, quæ in Patre eſt Intelligens, in Filio Intelligibilis, & in Sancto Spiritu Intelligere, & hoc idem de Magnitudine &c.; & tota iſta Realitas & Inconfuſio eſt ratione Diſtinctionis Divinarum Perſonarum, ſinè qua reales Rationes non poſſent eſſe inconfuſæ, nec in ipſis poſſent eſſe Concordantia & Æqualitas, quia ſinè Diſtinctione eſſent impoſſibiles.

De Concordantia. C.

DEfinitio. *Concordantia eſt id,per quod Bonitas, Magnitudo &c. in uno & in pluribus concordant.*

1. Explicatio. Bonitas,Magnitudo & alia principia ſubſtantiæ concordant in *ſenſualibus rebus*, ſicut Bonitas, Magnitudo, Duratio &c. ſimplicium elementorum,quæ habent Concordantiam in elementata ſubſtantia, ut ſit una ſubſtantia habens in ſe plures ſimplices partes, de quibus ſit compoſita, remanente quâlibet parte hoc, quod eſt, cum ſuis proprietatibus & naturis, ſicut ſimplex ignis, qui in planta eſſentialiter & actualiter remanet habens proprietatem calefaciendi, & naturam illuminandi; & convenit, quòd hæc Concordantia ſit magna in Magnitudine Bonitatis, Durationis, Poteſtatis &c., ut ſimplex ignis non perdat ſuam actualitatem, proprietates & naturas, & ut illæ proprietates & naturæ habeant propriu ſubjectum, in quo ſuſtententur & moveantur ſub ratione ſimplicis elementi, & etiam, ut ſimplicia elementa habeant appetitum intrandi compoſitionem in elementatis rebus; & convenit, quòd hæc Concordantia ſit ſubſtantialis pars ſubſtantiæ, ut ſubſtantiales partes elementorum intrent ſubſtantialem Concordantiam, in qua & de qua ſuſtententur & oriantur accidentales Concordantiæ ſubſtantiæ, videlicet calor, humiditas, quantitas &c., & etiam, ut Concordantia remaneat ſubſtantialiter poſt corruptionem elementatæ ſubſtantiæ,quæ ſubſtantialis Concordantia ſuſtentatur in partibus ſimplicium elementorum, quæ per viam generationis ſubjiciuntur alteri elementatæ ſubſtantiæ generatæ de corrupta ſubſtantia, ſicut ſubſtantia panîs, de qua generatur caro per viam generationis.

Inter

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. *Inter sensuale & intellectuale* est Concordantia, sicut in potentiis substantiæ hominis, quæ sunt Elementativa, Vegetativa, Sensitiva, Imaginativa & Rationativa; & convenit, quòd hæc Concordantia sit substantialis, ut in ipsa prædictæ potentiæ remaneant substantiales partes, de quibus substantia sit composita; nam, si Concordantia esset accidentalis, substantiales partes substantiæ non possent recipi, cùm Magnitudo Bonitatis, Durationis &c. sit major substantialiter, quàm accidentaliter. Etiam convenit, quòd Concordantia sit substantialis pars, ut sit de substantialibus partibus, videlicet concordativo, concordabili & concordare, quæ sunt de essentia Concordantiæ, & hoc in tantum, quòd concordativum concordet in bonificativo Elementativæ Potentiæ, & in bonificativo Vegetativæ Potentiæ, & sic de aliis potentiis, ut sit unum universale concordativum, & hoc idem de bonificabili & bonificare potentiarũ, quæ se habeant ad unum universale concordabile, & ad unum universale concordare; & hoc non posset esse, nisi Concordantia esset substantialis pars substantiæ; nam, si esset accidentalis tantùm, & non substantialis, non posset concordare contrarias partes substantiæ, quæ sunt calor & frigiditas, humiditas & siccitas, ponderositas & levitas &c., nec possent invicem concordare potentiæ in substantia hominis, remanente quâlibet hoc, quod est, formaliter, materialiter & actualiter indutæ, habituatæ invicem alia de alia & situatæ invicem alia in alia, & non haberent appetitum essendi in substantia, quia perderent in illa suam Magnitudinem Bonitatis, Durationis &c., & in illis destrueretur Definitio Potestatis, quia non possent esse hoc, quod sunt, nec operari secundùm suas proprietates & naturas in substantia, & substantia hominis esset composita de simplicibus accidentalibus partibus separatis à substantialibus partibus, in quibus non sustentarentur; & omnia ista sunt impossibilia & inconvenientia secundùm ordinem naturæ. Igitur Concordantia, quam diximus, est substantialis pars substantiæ, quæ est graduata & ordinata, secundùm quòd una potentia est in altiori gradu, quàm alia, in Magnitudine Bonitatis, Durationis &c., sicut Vegetativa, quæ est in altiori gradu, quàm Elementativa: & Sensitiva, quàm Vegetativa, & sic per ordinem usque ad Rationativam; hæ quatuor potentiæ tamen, quæ existunt sub Rationativa, sunt de essentia & natura corporis, quas naturale agens transmittit in fœminam per viam generationis, quæ per materiam fœminæ multiplicantur per viam nutrimenti in extensa quantitate; & hoc convenit necessariò sic esse, ut in naturali agente sit major Magnitudo Bonitatis, Durationis &c. in paternitate, & in matre in maternitate, & in filio in filiatione, & etiam, ut omnes homines meliùs possint concordare in natura humanitatis cum Humana Natura nostri Domini JESU Christi, & ut Divina Natura nostri Domini JESU Christi meliùs concordet & participet cum natura & essentia hominum & omnium creatarum rerum secundùm ordinem naturæ.

Rationativa Potentia autem est creata & infusa humano corpori, cum quo habet Concordantiam, ut de ipsa & de corpore sit compositus homo; quæ Rationativa movet alias potentias ad humanum esse, non auferendo ab eis aliquam suarum proprietatum & naturarum, ut cum illis possit concordare in Magnitudine Bonitatis, Durationis &c., & movere illas ad finem hominis; sicut Dominus, qui movet Voluntatem subditi ad aliquem desideratum finem per viam Concordantiæ: & quando contingit, quòd potentiæ sint rebelles & contrariæ ipsi Rationativæ, tunc devenit substantia in corruptionem & privationem per viam Contrarietatis.

3. Concordantia, quæ est *inter intellectuale & intellectuale*, est, sicut in rationali Anima, in qua Bonitas, Magnitudo, Duratio &c., quæ sunt partes substantiæ, concordant, ut sit una Anima composita de ipsis, in qua existant plura, scilicet Memoria, Intellectus & Voluntas, memorare, intelligere & velle; concordant inquam, omnia principia substantiæ, tamen exceptâ Contrarietate, quam non dicimus, quòd sit principium intellectualis substantiæ, quia substantia esset corruptibilis, si Contrarietas esset substantiale principium in potentiis Animæ. Igitur Concordantia est substantiale principium, quod transmittit suam similitudinem in alia principia substantiæ, sicut in Bonitatem, quæ concordat cum Magnitudine, ut sit in Memoria & in memorare, in Intellectu & intelligere, & in Voluntate & velle, ut potentiæ & earum operationes sint sub ratione magnæ Bonitatis; convenit etiam, quòd hæc Concordantia sit substantialis, ut potentiæ substantialiter sint de es-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſentia Animæ,& in ſubſtantiali Concordantia habeant ſubſtantiale concordativum, concordabile & concordare, & ut in univerſali concordativo concordent ad eſſe unum bonificativum, magnificativum, durativum & ſic de aliis formis principiorum,quæ ſunt ſubſtantiales, quæ formæ requirunt ſubſtantialem Concordantiam in componendo de ſe ipſis unum ſubſtantiale concordativum, quod moveat omnes ſubſtantiales materias Animæ ad eſſe unum ſubſtantiale concordabile, & ad unum ſubſtantiale concordare; & convenit, quòd omnia iſta de neceſſitate ſint, ſi Concordantia eſt ſubſtantialis, quod non poſſet eſſe, ſi eſſet accidentalis. Igitur eſt ſubſtantialis Concordantia in Anima, ut ſit in Magnitudine Bonitatis, Durationis &c, & remota à Contrarietate, & ut omnibus partibus ſubſtantiæ det ſuam ſimilitudinem, & ut extrà reluceat & figuretur ſua ſimilitudo in Concordantia moralium virtutum contra vitia.

Eſt etiam Concordantia *inter intellectuale & intellectuale*, ſicut inter Animam & DEUM, qui habent Concordantiam in Fine,propter quem DEUS creavit Animam, qui Finis eſt in memorando, intelligendo & amando DEUM ſuper omnia; & iſte Finis eſt ſubſtantialis pars Animæ, ut Bonitas, Magnitudo &c. in ipſo meliùs poſſint concordare in memorando, intelligendo & amando DEUM, & ut DEUS ibi meliùs poſſit influere ſuam ſimilitudinem,& habere Concordantiam cum Anima, & ut Anima poſſit ſubſtantialiter gloriari in Gloria DEI, & attingere Finem, ad quem eſt creata.

In DEO eſt Concordantia *inter intellectuale & intellectuale*, quam convenit eſſe ſubſtantialem ſinè aliquo accidente, ut in ipſa Bonitas, Magnitudo, Æternitas & aliæ Dignitates DEI poſſint ſubſtantialiter concordare, & ut quælibet in ſe habeat proprium Concordativum, Concordabile & Concordare, & ut ſint una eadem Eſſentia & Natura cum Concordantia; & de neceſſitate convenit, quòd hæc Concordantia ſit, ut Dignitates, quæ ſunt unum idem numero, habeant,in quo una poſſit concordare in alia, & quælibet in ſe ipſa & de ſe ipſa, ſicut Bonitas DEI Patris, quæ cum ſuámet Magnitudine concordat in DEO Filio & in DEO Sancto Spiritu, Magnitudine DEI Filii exiſtente genitâ de Bonitate DEI Patris, & Bonitate DEI Filii exiſtente genitâ de Magnitudine DEI Patris; & de Bonitate & Magnitudine DEI Patris & DEI Filii exiſtente ſpiratâ Bonitate & Magnitudine DEI Sancti Spiritûs; & ideo omnes Dignitates DEI in uno & in pluribus concordant, ſecundùm quòd diximus; quæ Concordantia eſt Principium & Finis omnibus creatis Concordantiis.

De Contrarietate. D.

DEfinitio. *Contrarietas eſt quorundam mutua reſiſtentia propter diverſos fines.*

1. Explicatio. Contrarietas eſt univerſale Principium, in quo ſignificantur omnes Contrarietates principiorum: ſicut Malitia, quæ ſignificat Bonitatem per modum Contrarietatis in diverſis contrariis finibus; & hoc idem facit Parvitas contra Magnitudinem; & Privatio contra Durationem, & ſic de aliis contrariis hujus Artis.

Contrarietas eſt *accidentale* principium, non ſubſtantiale; nam, ſi eſſet ſubſtantiale principium, conveniret,quòd Concordantia & Contrarietas ſibi mutuò darent ſuas ſimilitudines: unde ſequeretur,quòd ambæ concordarent & contrariarentur contra ſuos fines, ita, quòd Concordantia daret ſuam ſimilitudinem Contrarietati contra concordare & contrariari, & hoc idem faceret Contrarietas, ita, quòd Concordantia daret ſuam propriam ſimilitudinem contra ſuum finem, & reciperet ſimilitudinem Contrarietatis contra ipſiúsmet finem: unde ſequeretur, quòd Concordantia & Contrarietas ſibi invicem concordarent & contrariarentur, & utraque eſſet ſibi concordans & contrarians; & hoc idem ſequeretur in aliis principiis, ſicut in Bonitate, quæ daret ſuam ſimilitudinem Malitiæ, & Magnitudo Parvitati, & ſic de aliis; & hoc eſt impoſſibile.

Contrarietas ergo eſt accidentale principium accidentaliter compoſitum de accidentibus,ut generatio & corruptio ſit in ſubſtantiis, & ut virtutes poſſint reſiſtere vitiis, unde ſequatur meritum illis, qui habent virtutes contra vitia.

Contrarietas, quæ eſt *inter ſenſuale & ſenſuale*, eſt, ſicut in ſubſtantia, in qua contrariantur caliditas & frigiditas, humiditas & ſiccitas, levitas & ponderoſitas, ſubtilitas & groſſities materiæ, ſanitas & infirmitas, dulcedo & amaritudo, & ſic de aliis; & hoc idem ſequitur in Contrarietate Senſitivæ, ſicut inter viſum & cæcitatem, auditum & ſurditatem, & ſic de aliis; & ſicut in Vegetativa

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tiva Potentia, in qua contrariantur Appetitiva & Digestiva, quando Digestiva est in parvitate, & Appetitiva in Magnitudine, digestione existente in minori quantitate, & appetitu in majori. Est etiam Contrarietas inter Sensitivam & Imaginativam, Imaginativâ imaginante voluptates & placita Sensitivæ, & movente & inclinante ipsam ad illa, in quo motu Sensitiva recipit tantum de Vegetativa, quòd destruat operationes Imaginativæ, sicut per nimium comedere, bibere, tangere & per alias inordinatas operationes Sensitivæ; & hoc idem facit Imaginativa contra Sensitivam, sicut per nimium imaginari destruuntur operationes sensuum & Vegetativæ, de qua vivit Sensitiva; & sic de aliis Contrarietatibus, quæ sunt intra substantiam, quæ transmittunt suas similitudines extra substantiam: sicut in homine habente corruptum & malè olentem anhelitum, qui corrumpit aërem spirando; & sicut in igne, qui comburendo corrumpit ligna, & in homine, qui comedendo corrumpit pomum, vel qui occidit alium hominem vulnerando, & sic de aliis similibus.

2. Contrarietas *inter sensuale & intellectuale* est, sicut inter corpus & Animam hominis, quæ sunt erga diversos Fines, quia finis Sensitivæ consistit in Magnitudine Bonitatis, Durationis &c. in sentiendo delectabilia secundùm Concordantiam rerum, quæ sunt sensibiles & sensitivæ, quæ concordant in sentire: & Finis Animæ consistit in Magnitudine Bonitatis, Durationis &c. in memorando, intelligendo & amando intelligibilia, non autem sensibilia, sicut memorando, intelligendo & amando Virtutes & Dignitates DEI & Operationes, quas DEUS habet in se ipso & in creaturis; unde, quando contingit, quòd Sensitiva sit major in Magnitudine Potestatis Durationis &c. in habendo seu attingendo sensibiles res, ut possit habere placitum, & Intellectiva sit in Minoritate Magnitudinis Potestatis &c. memorandi, intelligendi & amandi intelligibiles non sensibiles res, tunc illi evenit memorare, intelligere & amare sensibiles res, & oblivisci, ignorare & odire intelligibiles res; & hoc idem sequitur è converso, quando Anima est in Majoritate Bonitatis, Magnitudinis, Durationis &c., & corpus in Minoritate, quia tunc convenit, quòd corpus habeat laborem in sensibilibus rebus, ut Anima possit habere delectationem in memorando, intelligendo & amando intelligibiles res.

De hac Contrarietate, quæ est inter sensuale & intellectuale, oritur & derivatur Contrarietas, quæ est *in actibus* potentiarum Animæ, videlicet in memorare, intelligere & amare, sicut in divite avaro homine, qui non potest saturari divitiis, qui memorat, intelligit & amat illas cum Magnitudine malitiæ, Durationis &c. sustentatarum in memorare, intelligere & amare contra Magnitudinem Bonitatis, Durationis &c. memorandi, intelligendi & amandi; & ideo avarus homo non saturatur in multiplicando divitias, quia suum memorare, intelligere & amare non quiescunt in fine intelligibilium non sensibilium rerum, in quo fine quiescunt memorare, intelligere & amare liberalis & justi hominis, & hoc cum Magnitudine Bonitatis, Durationis &c., unde oritur & derivatur bonum, magnum, durabile, justum & liberale memorare, intelligere & amare, in quibus Anima quiescit & delectatur, quia in illis attingit finem, ad quem est creata.

De hac prædicta Contrarietate, quæ est in substantia hominis, oritur & derivatur Contrarietas, quæ est extra substantiam, quæ est in hominibus, quibusdam existentibus virtuosis, quibusdam verò vitiosis, quia justi se habent ad finem virtutum, & vitiosi ad finem vitiorum, & propter hoc unus est contrarius alteri; unde sequitur, quòd Bonitas & Malitia sint contrariæ, & Magnitudo & Parvitas, & sic de aliis: & etiam Fides & Incredulitas, Spes & Desperatio, Charitas & Crudelitas, Justitia & Injuria, Prudentia & Ignorantia, Fortitudo & Pusilanimitas, Temperantia & Gula, Castitas & Luxuria, Liberalitas & Avaritia, Humilitas & Superbia, Benevolentia & Acedia, Continentia & Invidia, Abstinentia & Ira, & sic de aliis contrariis.

Ex hac Contrarietate multoties contingit, quòd virtuosi homines fiant vitiosi, unus per alium, & è contra vitiosi fiant virtuosi, secundùm quòd in principiis substantiæ multiplicantur in Magnitudine vel parvitate, in Bonitate vel in malitia, & sic de aliis, quæ multiplicatio transmittit suam similitudinem extra substantiam, ut Contrarietas, quæ est intrà, vivat de Contrarietate, quæ est extrà: sicut aër, qui est in substantia hominis, qui vivit de aëre proveniente ab extrà respirando; & propter hoc contingit, quòd, quando Contrarietas ab extrà multiplicatur in loquendo, tangendo, ridendo, mentiendo,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

do, & ſic de aliis ſimilibus, tunc multiplicetur Contrarietas intra ſubſtantiam, quæ multiplicat Contrarietatem extrà, quæ confundit omnia principia ſubſtantiæ contra eorum Concordantiam; & ideo Contrarietas eſt id, quod facit malum attingere cum Parvitate Bonitatis, Durationis &c.

3. Contrarietas, quæ eſt *inter intellectuale & intellectuale*, eſt per accidens; nam, ſi eſſet naturalis, eſſet corruptibilis, ſicut elementata ſubſtantia, quæ propter Contrarietatem elementorum eſt corruptibilis; iſta intellectualis Contrarietas eſt in potentiis Animæ, ſicut Intellectus, qui intelligit veritatem alicujus rei, & Voluntas odit illam, quam Intellectus intelligit, inducens hominem ad dicendum mendacia, qui Intellectus reſiſtit Voluntati cum Veritate & Conſcientia & cum Parvitate Bonitatis, Durationis &c., & Voluntas reſiſtit Intellectui cum Falſitate & Magnitudine Malitiæ, Durationis &c.; & de iſta Contrarietate naſcuntur & derivantur vitia & peccata.

Eſt etiam alia Contrarietas inter intellectuale & intellectuale, ſicut in Dæmonibus, in quibus Memoria, Intellectus & Voluntas inter ſe mutuò contrariantur memorando, intelligendo & odiendo; nam Intellectus habet pœnam in hoc, quod Memoria memorat & Voluntas odit, Memoriâ memorante, quòd Intellectus perdidit Finem, ad quem eſt creatus, & Intellectu intelligente, quòd Voluntas odiat intelligere, in quo ipſe intelligit, quòd Voluntas amiſerit Finem, ad quem eſt creata, qui Finis eſt in Privatione Magnitudinis Bonitatis, Durationis &c.; & hæc Privatio Finîs eſt tanta, quòd Intellectus non poteſt intelligere majorem, nec Voluntas odire, nec Memoria recolere, & hoc ideo, quia, quantum Intellectus habet per creationem de Magnitudine Bonitatis, durationis &c., tantum pervertit in Magnitudinem Malitiæ intelligendo & in Duratione ſui intelligere, unde contingit, quòd ipſe totaliter ſit contrarius ſibi ipſi & toti ſuo intelligere, & etiam Memoriæ & Voluntati & ejus odire; unde quis poteſt æſtimare Contrarietatem, quam Intellectus habet in ſe ipſo & cum Memoria & cum Voluntate? Et hoc idem facit Memoria in ſuo memorare contra Intellectum & Voluntatem & ſe ipſam, & Voluntas contra Intellectum & Memoriam in ſuo odire; unde quis poteſt cogitare ſpiritualem ignem & pœnam, quæ oritur & derivatur ab illa Contrarietate? & etiam Contrarietatem, quæ eſt inter DEUM & Dæmonem? quia Dæmon deſiderat habere Gloriam DEI cum Magnitudine Malitiæ, Injuriæ &c. contra Finem Magnitudinis Bonitatis, Juſtitiæ &c., & DEUS reſiſtit Dæmoni cum Juſtitia dando illi pœnam cum Magnitudine Bonitatis, Durationis &c.

In DEO non eſt Contrarietas nec ſubſtantialiter nec accidentaliter, quia Concordantia, quæ eſt in eo, eſt ſubſtantialis & infinita in Magnitudine Bonitatis, Æternitatis &c.; & ideo, ſicut in DEO non poteſt eſſe Malitia, Parvitas, Tempus &c., cùm DEUS ſit Bonitas, Magnitudo, Æternitas, ſic in ipſo non poteſt eſſe Contrarietas, quia ipſe eſt Concordantia infinita in Bonitate Magnitudinis, Æternitatis &c.; unde, ſicut DEUS cum ſua Bonitate reſiſtit Malitiæ, & cum ſua Magnitudine Parvitati, ſic reſiſtit Contrarietati cum ſua Concordantia; & ſicut DEUS cum ſua Bonitate reſiſtit Parvitati, & cum ſua Magnitudine Malitiæ, ſic cum ſua Bonitate & Magnitudine reſiſtit Contrarietati; & ideo eſt impoſſibile, quòd in DEO ſit Contrarietas, quæ in DEO eſſet, ſi in ipſo eſſet otioſitas Bonitatis, Magnitudinis, Æternitatis &c., ſicut Bonitas, quæ eſſet otioſa, ſi non haberet in ſe Bonificativum, Bonificabile & Bonificare æternaliter & infinitè, & hoc idem de ſua Sapientia, ſi non haberet in ſe Intellectivum, Intelligibile & Intelligere, & hoc idem ſequeretur de ſua Simplicitate, ſi non haberet Simplificativum Simplificabile & Simplificare, cum quibus reſiſteret compoſitioni, ſicut reſiſtit Contrarietati cum Concordativo, Concordabili & Concordare; & ſic de aliis Perfectionibus DEI.

De Principio. E.

DEfinitio. *Principium eſt id, quod ſe habet ad omnia alia ſub Ratione alicujus Prioritatis.*

1. Explicatio. Principium eſt ſubſtantialis pars ſubſtantiæ dans ſuam ſimilitudinem aliis partibus ſubſtantiæ, in quantum eas facit exiſtere Principia ſubſtantiæ, ſicut Bonitatem, Magnitudinem, Durationem &c., de quibus ſubſtantia eſt compoſita; ſub Ratione quorum Principiorũ operatur ſubſtantia & eſt efficiens & informat ea, quæ ſunt bonificabilia ſub Ratione Bonitatis, & magnificabilia ſub Ratione Magnitudinis &c. Bonificabilitas autem Bonitatis eſt materiale

(c) 2006 Ministerio de Cultura

le Principium, cui principiabilitas dat suam similitudinem, & bonificativitas est formale Principium, cui principiativitas dat suam similitudinem; & hoc idem facit principiare, quod dat suam similitudinem ipsi bonificare, quod est Principium constitutum & derivatum de bonificativo & bonificabili; unde, sicut Bonitas dat suam similitudinem Principio, in quantum facit, quòd ipsum sit bonum, & Magnitudo similiter, in quantum facit, quòd ipsum sit magnum, sic Principium dat eis suam similitudinem, in quantum facit, quòd illa sint substantialia Principia substantiæ; & sicut Bonitas venit ad Principium imprimendo ei suam similitudinem sub ratione bonificativi, bonificabilîs & bonificare, existentibus ipsis tribus de essentia Bonitatis, sic Principium venit ad Bonitatem imprimendo illi suam similitudinem, ut Bonitas habeat in se essentialia & substantialia bonificativum, bonificabile & bonificare, quæ sint substantialia principiativum, principiabile & principiare; & ista similitudo, quam Bonitas recipit à Principio, est accidentalis, nata & principiata à substantiali Principio, & sustentatur in substantiali Bonitate, sicut in igne, in quo caliditas est accidentale Principium, & in quantum ignis est calefactivus & calefactibilis & habet in se calefacere, est calefactivus substantialiter ratione substantialis formæ, & calefactibilis ratione substantialis materiæ, & in calefacere evenit substantialis ignis calefactus, compositus & principiatus substantialiter; & hoc idem sequitur in rebus extra substantiam, sicut in efficiente, qui substantialiter fabricat cameram, qui agens est substantiale Principium, & camera est substantiabile Principium, & sic de aliis similibus istis. Igitur Principium est substantialis pars, sinè quo prædicta non possent esse, à quo Principio nascuntur & derivantur accidentalia Principia, videlicet suæ similitudines diffusæ in quantitatem, relationem &c. in ipso sustentatæ, & etiam attributæ & communicatæ Bonitati, Magnitudini &c. in tempore, quantitate, qualitate, relatione & aliis accidentibus.

Istud universale Principium, quod diximus, est diffusum & extensum per totam substantiam Chaos, quod Chaos est universale Principium omnibus rebus, quas in se continet, & implet omne, quod continetur sub sphæra Lunæ, & est compositum de Universali Forma & de Prima Materia, quæ sunt universalia Principia omnibus existentibus sub genere & specie.

Hoc universale Principium habet in se quatuor Principia, quæ sunt quatuor simplicia elementa, quæ sunt potentiæ ipsius, & quodlibet habet in se substantiale principiativum principiabile & principiare; &, quando intrant compositionem sub ratione alicujus speciei, sequitur ex eis tertia multiplicatio, quæ est compositum elementum, habituatum, situatum & vestitum de essentiis & naturis simplicium elementorum; ista composita elementa sunt illa, quæ sentimus, sicut ignis, qui comburit ligna: & aër, quem sentimus per modum motûs, frigiditatis & caloris, & sicut aqua & terra, quas sentimus videndo & tangendo.

Hæ quatuor massæ (in quibus quodlibet simplex elementum magìs demonstrat suam similitudinem, quia ibi est plus de sua essentia, sicut simplex ignis in composito igne, & simplex aër in composito aëre moto, & sic de aliis) sunt universalia Principia individuis specierum; in quibus quatuor massis simplicia elementa existunt mortificata & remissa, ut possint esse Principia individuis specierum, & ut ab eis possint accipere vitam; quæ mortificatio & remissio fit ratione mixtionis (quam simplicia elementa habent in se ipsis aliud cum alio) cum propriis qualitatibus contrariis aliâ alteri, sicut ignis, qui mortificat aquam cum calore & levitate, & aqua ignem cum frigiditate & ponderositate, & sic de aliis.

In istis quatuor universalibus Principiis, quæ diximus, compositis de simplicibus elementis, est diffusum & extensum quoddam aliud universale Principium, in quo etiam ipsa mortificantur & remittuntur; quod Principium est Vegetativa Potentia, quæ in sua essentia & de sua essentia habet principiativum vegetativum, principiabile vegetabile, & principiare vegetare. Ad hanc universalem potentiam veniunt aliæ supradictæ potentiæ passivè & materialiter sub ratione materiæ, quas vegetativum convertit in suum proprium vegetabile, Vegetativâ movente formas, quæ veniunt ad vegetandum, in suis propriis materiis, sicut planta, quæ vegetando per viam generationis convertit in se pluviam & aërem, cum quo participat; & sic de terra & de igne. Istud universale Principium est insensibile, quia est intra substantiam, sed ejus figura est visibilis extra substantiam, quæ figura sustentatur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tatur in plantis ſub ratione coloris, habitûs, ſitûs, quantitatis, qualitatis &c.

Eſt etiam aliud univerſale Principium, videlicet Senſitiva Potentia ſuſtentata & extenſa in ſupradictis Principiis, habens in ſe eſſentiale principiativum, quod eſt ſenſitivum, & principiabile, quod eſt ſenſibile, & principiare, quod eſt ſentire; ſub iſta Senſitiva exiſtit Vegetativa, à qua ſumit vitam in ſuo ſentire, cum qua & cum aliis prædictis Principiis multiplicat ſenſibile animal exiſtens ſub ſpeciebus vivendo, comedendo, bibendo & tangendo & convertendo res, quæ veniunt ab extrà, in ſuam ſpeciem per viam nutrimenti.

Eſt etiam aliud univerſale Principium extenſum & diffuſum per totam Senſitivam, videlicet Imaginativa habens in ſe eſſentiale imaginativum principiativum, imaginabile principiabile, & imaginari principiare; & in iſta potentia reſtaurantur & remanent ſenſibiles res imaginabiles abſentes à corporalibus ſenſibus, ut Imaginativa moveat potentias Senſitivæ ad ſentiendum, ſicut in homine, qui imaginatur aliquod ſenſuale placitum, vel aſinus, qui imaginatur fontem, quando ſitit, in quo bibit alio tempore.

2. Eſt quoddam aliud univerſale Principium, quod eſt *intellectuale*, & eſt alia ſubſtantia, quæ non eſt corporalis, nec de eſſentia nec natura ſuprà dictarum potentiarum exiſtentium una corporalis ſubſtantia in irrationalibus animalibus; & iſta ſub ſpecie hominis conjuncta cum ſupradictis potentiis multiplicat hominem, ſecundùm quòd diximus in definitionibus primi Trianguli.

Rationalis Anima eſt univerſale Principium habens in ſe rationativum principiativum, rationabile principiabile, rationare principiare, & hoc ſub ratione memorandi, intelligendi & volendi; & memorare exiſtit ſub ratione memorativi & memorabilîs, quod memorativum eſt principiativum, & memorabile principiabile; & hoc idem de Intellectu & Voluntate, & omnes tres potentiæ ſunt tria eſſentialia Principia ſubſtantiæ, & quælibet potentia habet in ſe tria eſſentialia Principia, quæ diximus; & quia Anima eſt incorruptibilis & eſt principiata & completa ſecundùm viam creationis, non poteſt principiare ſe ipſam in alia ſubſtantia per viam generationis, ſed principiat in ſe ipſa memorare, intelligere & velle, quæ ſunt accidentalia Principia habituata & veſtita & ſituata de ſimilitudinibus & ſpeciebus, quæ ſunt memorabiles, intelligibiles & volibiles illuminatæ & aſſimilatæ in proprio memorabili, intelligibili & volibili, quæ ſunt de eſſentia Animæ materialiter, & hoc faciunt memorativum, intellectivum & volitivũ in proprio memorare, intelligere & velle, ubi naſcuntur & relucent accidentalia memorare, intelligere & velle, in quibus Anima intelligit ſe ipſam & ſuas proprietates & naturas & alia, quæ veniunt extra ſubſtantiam, ſicut homo, qui in ſpeculo attingit ſuam propriam ſimilitudinem & ſimilitudines aliarum viſibilium rerum; iſta memorare, intelligere & velle, quæ ſunt accidentia, exiſtunt generabilia & corruptibilia in quantitate, qualitate & aliis accidentalibus ſimilitudinibus.

Iſtæ ſimilitudines, quæ ſunt intra ſubſtantiam, & quæ veniunt ab extrà, ſunt Principium operationibus, quæ ſunt extrà, figuratis & ſuſtentatis in virtutibus & vitiis, de quibus memorativum induit, aſſituat & habituat ſuum memorare, & intellectivum ſuum intelligere, & volitivũ ſuum amare vel odire; unde informatio virtutum principiatur de creatis ſimilitudinibus in Magnitudine Bonitatis, Durationis &c., & informatio vitiorum principiatur de diſſimilitudinibus creatarum rerum, ſicut de Malitia & Parvitate, quæ ſunt diſſimilitudines Bonitatis, Magnitudinis &c.

3. Eſt etiam aliud magìs generale Principium, quod eſt DEUS, qui eſt Principium omnibus creatis rebus per viam creationis & ſuſtentationis &c.: DEUS eſt principiativus creativus, & creaturæ ſunt principiabiles creabiles, & creare eſt principiare, exiſtente creare de eſſentia creaturæ ſub ratione materiæ, & creativo de eſſentia Creatoris.

Creaturæ ſunt creabiles in Bonitate, Magnitudine & Duratione DEI, in quibus ſunt principiabiles, & ratione earum creabiles; nam, ſi creaturæ eſſent principiabiles ratione ſuî ipſarum, & in ſe ipſis, non eſſent creabiles, ſed transportatæ & factæ de una eſſentia in aliam; ſicut in Vegetativa, quæ transmutat panem in eſſentiam carnis, & ſicut homo, qui facit cameram de multis rebus: igitur creaturæ ſunt creabiles & principiabiles ſecundùm Finem DEI & in ejus Dignitatibus, ſicut in Voluntate DEI, quæ vult, quòd Mundus, qui non erat, ſit, quem ſua Sapientia ſciebat, antequam erat: igitur Sapientia & Voluntas DEI creaverunt Mundum in tempore, ut haberet Principium, & in quantitate, ut eſſet in loco, & creavit in ipſo Bonitatem, ut eſſet bonus, & Magnitudinem, ut

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ut esset magnus, & sic de aliis, quia quælibet Dignitatum DEI ibi posuit suam similitudinem, & transmisit eam substantialiter, ut Mundus esset substantia, cui DEUS concreavit accidentia, videlicet tempus, quantitatem, locum &c., sinè quibus non posset esse.

DEUS principiavit Mundum cum Magnitudine Bonitatis, Durationis &c., & ideo principiavit ipsum ad unum majorem & nobiliorem Finem, ad quem illum potuit principiare, ut creatæ res in illo majori Fine quiescerent cum Majoritate Bonitatis, Magnitudinis, Durationis &c.; igitur Sapientia DEI (antequam creaverat Mundum) intellexit illum majorem Finem, ad quem Potestas ipsum potuit principiare secundùm Magnitudinem Bonitatis &c., & Sapientia intellexit hanc Majoritatem Finîs tantam, quantam potuit intelligere cum Magnitudine Bonitatis & suî ipsius & reliquarum, & Voluntas DEI dilexit illum Finem tantum, quantum potuit amare in Magnitudine suî ipsius & Bonitatis &c., & hoc idem fecit Bonitas in Magnitudine suî ipsius & aliarum bonificando illum Finem tantum, quantum potuit, & Potestas etiam possificando tantum, quantum potuit, & sic de aliis Dignitatibus DEI; & quia omnes Divinæ Dignitates in illo Fine æqualiter posuerunt suas similitudines, & Finis fuit æqualiter creatura sub ratione Dignitatum DEI, convenit, quòd ille Finis & creatura esset major & altior, qui potuit esse: nam, si non esset, fuisset major in Sapientia DEI, & minor in cæteris Dignitatibus, & sequeretur, quòd Dignitates non essent æquales in creatione, imò fuisset creatus in Parvitate Bonitatis &c., quod est impossibile & contra definitiones Dignitatum DEI; igitur Mundus est creatus & principiatus ad majorem Finem, qui potuit esse; sed iste major Finis non esset possibilis sinè conjunctione creatæ naturæ sustentatæ & unitæ in increata Natura existentibus his ambabus distinctis Naturis una Persona, quæ est Filius DEI Patris, induta de Humana Natura per modum Incarnationis, in qua Humana Natura fuerunt exaltatæ omnes creaturæ, & illa Humana Natura JESU Christi fuit in tam alto gradu, quòd non potuerit esse major, quia Divina Bonitas cum aliis Dignitatibus assumpsit similitudinem illius creatæ Bonitatis in Unitatem Personæ, in qua DEUS Filius fuit factus & natus DEUS Homo de nostra Domina Sancta MARIA gloriosa Virgine; & in illo Fine quieverunt omnes Dignitates DEI per modum creationis, sinè quo Fine non potuissent quiescere in creando, quia semper potuissent multiplicare creaturam in Bonitate, Magnitudine &c., sed ipsis creantibus Creaturam, & illam assumentibus in Unitatem Personæ non potest creatura in altiorem gradum ascendere. Ista Creatura unita Deitati est universale Principium omnibus creatis Principiis, & omnia sunt sub eo proportionaliter & ordinatè secundùm Magnitudinem Bonitatis &c.; istud universale Principium fuit principiabile secundùm proportionem, quæ convenit Principiativo, qui est DEUS, ut in illo ipse DEUS participet cum omnibus creaturis existentibus de natura illius principiabilis Principii compositi ex Elementativa, Vegetativa, Sensitiva, Imaginativa & Rationativa; & propter hoc DEUS, quia est Homo Christus, participat cum omnibus hominibus existentibus de sua Elementativa, Vegetativa, Sensitiva & Imaginativa per viam generationis, & similibus illi in Rationativa per viam creationis; & hoc idem de Angelis.

Est Præterea quoddam aliud universale Principium longè altius & nobilius, quod est DEUS, qui in se ipso habet Principiativum, Principiabilem & Principiare, qui sunt de suámet Essentia, sicut habet in se ipso Intellectivum, Intelligibilem & Intelligere, Amativum, Amabilem & Amare, Bonificativum, Bonificabilem & Bonificare, & sic de aliis; & quia in DEO omnes suæ Dignitates sunt unum idem numero, DEUS, in quantum est æterna & infinita Essentia, non est principiabilis, quia illud, quod est Actus universaliter, non potest esse principiabile absolutè; sed, quia DEUS habet in se proprium Principiativum, proprium Principiabilem & proprium Principiare suppositaliter & personaliter, multiplicat Principiabilem & Principiare suppositaliter per viam Generationis & Spirationis; & hoc de necessitate convenit esse, existente quâlibet Dignitate convertibiliter alia secundùm Naturam & Proprietatem, ut Operatio Dignitatum sit æqualis earum Entitati & Existentiæ, quâlibet existente in Principiativo, Principiabili & Principiare, sicut in Intellectivo, Intelligibili & Intelligere, Bonificativo, Bonificabili & Bonificare, & sic de aliis; & ideo, cùm Dignitates sint unum idem alia in alia, necessariò convenit, quòd sit multiplicatio Personarum distinctè & numeraliter per omnes Dignitates in Unitate Principiativi,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tivi, Principiabilîs & Principiare; & ſi non ita eſſet, ſequeretur de neceſſitate, quòd Operationes Dignitatum eſſent in Minoritate, & earum exiſtentia in Majoritate, quod eſt impoſſibile. Igitur in Divina Eſſentia, quæ eſt omnes Dignitates, eſt Principium, quod eſt Eſſentia, in qua eſt Principiativus, qui eſt Pater principians de ſe ipſo DEUM Filium Principiabilem, & Principiare eſt DEUS Sanctus Spiritus ſpirabilis & ſpiratus de DEO Patre & de DEO Filio, & hoc æternaliter & infinitè cum Magnitudine Bonitatis, Æternitatis &c., ut in Eſſentia inceſſanter exiſtant Principiativus, Principiabilis & Principiare, & Deificativus, Deificabilis & Deificare, in quibus Dignitates non ſint otioſæ, ſed in illis ſint ita magnæ per agere & principiare, ſicut per exiſtere; & omnia iſta eſſent impoſſibilia, ſi DEUS non haberet in ſe ita proprium & eſſentialem Principiabilem & Principiare, ſicut ipſe eſt Principium; & in iſto proprio Principiabili fuit Humana Natura JESU Chriſti deificabilis, & ſubſtantia Mundi principiabilis ſecundùm diſpoſitionem ad iſtam principiabilem & creabilem Deificationem.

De Medio. F.

DEfinitio. *Medium eſt ſubjectum, per quod Finis influit Principio, & per quod Principium refluit Fini, ſic, quòd Medium ſapiat naturàm utriusque, & eſt imago illorum.*

1. Explicatio. Medium eſt ſubſtantialis pars ſubſtantiæ, ut partes ſubſtantiæ ſubſtantialiter & mediatè ſint aliæ in aliis, ſicut in eſſentia ignîs, in qua forma & materia ignîs ſunt ſubſtantiales partes ſubſtantiæ ignîs, quæ exiſtunt alia in alia, & earum conjunctio eſt Medium, in quo conjunguntur; quod Medium eſt ſubjectum Fini, per quod forma movet materiam ad paſſionem, & materiâ motâ ad paſſionem materia refluit Fini ſuam ſimilitudinem, ut ſit Medium conſtitutum de actione & paſſione; & iſtud eſt ſubſtantiale Medium, quod inquirimus, menſuratum de ambabus partibus æqualiter extenſis per omnes extremitates partium, videlicet Bonitatis, Magnitudinis & aliarum ſimplicium partium, de quibus materia & forma componuntur; & iſtud Medium, quod diximus, eſt de natura Principii & Finîs, quæ in illo formaliter & materialiter apparent. Igitur Medium eſt ſubſtantialis pars ſubſtantiæ ſimplicis ignîs, ſinè quo Medio prædicta non poſſent eſſe; hoc idem ſequitur de aliis ſimplicibus Mediis elementorum, videlicet aëris, aquæ & terræ; unde, quando omnia quatuor Media veniunt in compoſitionem, tunc ex ipſis componitur quoddam compoſitum Medium, quod eſt ſubjectum, in quo Finis influit Principio, & Principium refluit Fini, ut ſit ſubſtantia individuata poſita ſub genere & ſpecie per viam generationis.

Eſt etiam Medium ſecundùm artificiale opus, ſicut artifex, qui facit ſcyphum, in quo materia, de qua fit, eſt ſubjectum, in quo Finis influit artifici ſuam ſimilitudinem, videlicet bibere, & artifex refluit Fini ſuam ſimilitudinem, quam ipſi transmittit, in quantum facit ſcyphum; & iſta materia poſita ſub forma ſcyphi eſt imago, in qua relucet & apparet Finis & actor ſcyphi.

2. Quod diximus de Medio corporalium rerum, poteſt intelligi de Medio ſpiritualium rerum, ſicut in Intellectu, in quo intelligere eſt ſubſtantialis pars ſubſtantiæ, quod intelligere eſt ſubjectum intellectivo & intelligibili, quæ ſunt de ſua eſſentia; intelligibile autem eſt Finis, quod intellectivo influit ſuam ſimilitudinem, ut ſit intellectum, & intellectivum refluit ei ſuam ſimilitudinem, in quantum ipſum intelligit; & iſtud Medium eſt conjunctum de natura amborum, & eſt æqualiter menſuratum inter ipſa & extenſum per omnes extremitates eſſentiæ Intellectûs. In iſto Medio apparent & relucent intellectivum & intelligibile cum adjutorio alterius accidentalis Medii conjuncti de ſimilitudinibus aliarum partium ſubſtantiæ & de ſpeciebus, quæ veniunt Intellectui ab extrà, quæ ſunt intelligibiles, quamvìs non ſint de eſſentia Intellectûs; & illa accidentalis intelligibilitas eſt inſtrumentum, cum quo Intellectus intelligit ſuum proprium & eſſentiale intelligibile, in quo intelligit ſe ipſum, ſicut ignis, qui cum ſuo proprio calore calefacit ſuum proprium calefactibile.

Eſt quoddam aliud Medium non exiſtens de eſſentia Intellectûs, & eſt accidens, ſicut Juſtitia: & ſic de aliis virtutibus: quæ eſt ſubjectum, in quo Finis influit Principio, & Principium refluit Fini, videlicet juſtificabilitas, quæ influit juſtificativo, ut ſit juſtificata, & juſtificativum reddit illi ſuam ſimilitudinem, in quantum illam juſtificat; & juſtificare eſt Medium, in quo apparent & relucent juſtificativum & juſtificabile, quæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quæ in illo conjunguntur, & ipsum est conjunctio amborum; & ideo mensurantur omnes mensuræ Justitiæ æqualiter proportionaliter, & extenduntur per omnes extremitates Justitiæ, videlicet Bonitatem, Magnitudinem & alia Principia, de quorum similitudinibus Justitia est aggregata, induta, habituata & sustentata in subjecto, quod diximus, induto de Justitia; ista Justitia est Medium, per quod justi homines justificantur in Gloria DEI.

3. Est adhuc aliud Medium longè sublimius, quod est substantiale sinè aliquo accidente, sicut Amare in DEO, quia in DEO est Amativus & Amabilis, & DEUS est tantum Amabilis, quantum Amativus, & è converso, ut Amare sit æqualiter in Medio amborum æternaliter & infinitè cum Magnitudine Bonitatis &c.; & sic, in quantum DEUS est Amativus, influit suæ Amabilitati se ipsum, ut sit Amans & Amatus, & in quantum DEUS est Amabilis, influit Amato, ut sit Amabilis & Amatus; & Amatus est DEUS spiratus, in quo apparent & relucent Amans & Amabilis, qui Amatus est spiratus ab ambobus, & cum ipsis remanet una essentia & Natura, unus DEUS, una Deitas: & Distinctio omnium trium remanet in Amante, Amabili, Amato & Amare, & in Spirante, Spirabili & Spirare æternaliter & infinitè, & omnia ista tria sunt necessaria, ut in DEO existat subjectum, in quo possit amare se ipsum, & etiam possit esse Amans & Amabilis & sinè otiositate amandi, & quòd sit ita magnus & ita nobilis per Amare, sicut per Amantem, Amabilem & per Amorem; & hoc idem sequitur in Bonitate, Magnitudine & aliis Dignitatibus DEI.

De Fine. G.

DEfinitio. *Finis est id, in quo Principium quiescit.*

1. Explicatio. Finis est substantialis pars substantiæ, ut partes substantiæ possint quiescere in Fine substantialiter: sicut simplex substantia ignîs composita de suis substantialibus simplicibus Principiis, videlicet de Bonitate, Magnitudine &c.; ista substantia est Finis suorum Principiorum, quæ sunt, ut ipsa sit, quæ Principia quiescunt in ipsa substantia, ipsâ existente hoc, quod est; & Finis substantiæ est uti suis Principiis, scilicet uti bono sub ratione Bonitatis, & magno sub ratione Magnitudinis, & sic de aliis; nam Substantia est, ut utatur suis Principiis, sinè quo usu in eis non esset quietabilis, nec sua Principia possent in ea quiescere; igitur Finis est substantialis pars substantiæ; & hoc idem sequitur de forma & materia substantiæ, quæ sunt Principia substantiæ, quorum Finem convenit esse substantialem, ut ipsa forma & materia possint quiescere in substantia cum Magnitudine Bonitatis, Durationis &c.

Iste est substantialis Finis, quem inquirimus, qui est complementum & perfectio rerum, habens in se essentiale finitivum, finibile & finire, ut in istis tribus terminis Principia possint quiescere recipiendo à Fine ejus similitudines, & Fine recipiente ab illis similitudines illarum, sicut Bonitas, quæ in suo bonificativo, bonificabili & bonificare recipit similitudines Finîs finitivè, finibiliter & finienter, & Finis recipit similitudines Bonitatis bonificativè, bonificabiliter & bonificanter: & ideo Bonitas quiescit in Fine per omnes terminos Finîs cum omnibus suismet terminis perfectè. Sed, quando contingit, quòd Bonitas non perfectè venit ad Finem cum omnibus suis terminis, vel Finis non perfectè dat Bonitati suam similitudinem cum omnibus suis terminis, tunc substantia venit in privationem & corruptionem, in qua nullum Principium habet quietem, sicut in substantia ligni, quam ignis comburit, vel in substantia infirmi hominis, & sic de aliis, quæ corrumpuntur & subsunt Fini privationis.

Substantia etiam est Finis suorum accidentium, scilicet quantitatis, qualitatis, relationis & aliorum accidentalium Principiorum, quæ quiescunt in substantia, & sustentantur in ea, substantiâ utente illis, sicut homo, qui utitur quantitate quantitativè generando quantitatem in suo filio per viam generationis, & dando ei qualitatem, & multiplicando de se & de suo filio relationem, & de se & de suâ uxore actionem & passionem generando filium in tempore & in loco, habituatum de similitudinibus principiorum patris & matris, videlicet Bonitatis, Magnitudinis &c., & de ipsis similitudinibus situatum in humano corpore.

Substantia est Finis suarum potentiarum, quæ sunt sua Principia, videlicet Elementativa, Vegetativa, Sensitiva & Imaginativa, & omnes quatuor insimul sunt, ut substantia sit & quiescat in illis, quando utitur Fine & proprietatibus illarum, sicut leo, qui utitur elementis elementando alium le-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

onem per viam generationis, & etiam vegetando illum, & ſic de aliis; & hoc idem ſequitur comedendo, bibendo, tangendo, calefaciendo &c.

2. Secundùm quòd diximus de Fine corporalium rerum, ſignificamus Finem ſpiritualium rerum, ſicut ſubſtantialem Finem rationalis Animæ, in quo quieſcunt Principia ipſius Animæ, quæ eſt ſpiritualis ſubſtantia, quæ Anima habet in ſe tres potentias, videlicet Memoriam, Intellectum & Voluntatem, quæ ſunt de ejus eſſentia, quieſcentes in Fine ſubſtantiæ, & exiſtentes hoc, quod ſunt, ut ſubſtantia ſit hoc, quod eſt, quæ ſubſtantia quieſcit in Fine ſuarum potentiarum, quando utitur illarum proprietatibus, ſcilicet memorando, intelligendo & amando, ſinè quo uſu potentiæ non poſſent quieſcere in ſubſtantia, nec ſubſtantia in earum proprietatibus.

Bonitas, Magnitudo &c. quieſcunt in rationali ſubſtantia ſub ratione ſubſtantialis Finis exiſtentis in ſubſtantia, qui eſſentialiter habet proprios terminos, ſecundùm quòd de corporali Fine diximus; & in illis terminis quieſcunt Principia Animæ cum ſimilibus terminis, ſicut Voluntas, quæ in Fine amativè, amabiliter & amanter quieſcit, & ſic de aliis; igitur in Fine exiſtunt finitivitas, finibilitas in finiendo.

Hic Finis, quem diximus, eſt intra ſubſtantiam rationalis Animæ, & extrà transmittit ſuam ſimilitudinem, ſicut homo, qui amat extrà amando amabiles res, & in Fine amantis, amabilis & amare quieſcunt amans, amabilis & amare, qui ſunt termini amoris, in quibus Finis amoris extendit ſuam ſimilitudinem; & quando aliquis ipſorum terminorum deficit, tunc finis amoris devenit in privationem; & hoc idem ſequitur de Bonitate, Magnitudine &c., quæ quieſcunt in finire induto & habituato de bonificare, magnificare &c., ſinè quo habitu & indumento non poſſent quieſcere nec durare contra vitia: ſicut in avaro homine, qui in ſuo amare non habet finire indutum & habituatum de Bonitate, Magnitudine &c., & propter hoc non poteſt ſaturari rebus, quas poſſidet, nec quas deſiderat habere.

In artificialibus rebus eſt Finis, in quo agentia quieſcunt, ſicut artifex ædificans cameram, qui in Fine cameræ, videlicet habitare, quieſcit, & in fabricando cameram habet laborem, movendo formam cameræ in materiam, de qua fit camera, & Finis cameræ ſubjectatur in rationali Anima priùs imaginando cameram, & deinde principiando illam in tempore, ut ſequatur habitare in corporalibus & ſenſibilibus rebus, in quibus habitare eſt Finis cameræ, in quo habitare artifex quieſcit, dum eam perfecit.

3. DEUS eſt Finis & Perfectio Mundi & partium ipſius, & iſte Finis ſuſtentatur in Sapientia, Æternitate & in aliis Dignitatibus DEI; in iſto Fine non poſſet Mundus nec ſuæ partes quieſcere, ſi non eſſet hoc, quod eſt, ſicut in Fine, qui eſt habitare, homo non poſſet quieſcere, ſi camera non eſſet; eſt igitur *eſſe* Mundi in tempore, & fuit ſuus Finis, antequam ipſe: iſte Finis eſt memorare, intelligere & amare DEUM, & in illo Fine homo non poteſt quieſcere ſinè labore in hac præſenti vita; igitur convenit, quòd Mundus ſit principiatus, & ſit hoc, quod eſt, ut ſit ſubjectum illi Fini, quare eſt.

In iſto Mundo eſt unicus Finis, qui eſt ſubſtantialis pars Mundi & de ejus eſſentia, qui Finis eſt Humanitas noſtri Domini JESU Chriſti, qui Finis eſt Complementum & Perfectio omnibus creaturis, quia omnia ſunt, ut ipſe ſit, & ipſe eſt Finis, ut cæteræ partes Mundi ſint quietabiles in ſimilitudine ejus, qui eſt Finis illarum in unione, quam habet cum Perſona Filii DEI; in iſto Fine quieſcunt Dignitates DEI, quia non potuerunt creare meliorem Finem ſecundùm Bonitatem Magnitudinis & Durationis &c., & etiam ſecundùm Magnitudinem Bonitatis & Unitatis Filii DEI, & iſte Finis creatus & unitus cum Deitate quieſcit cum Dignitatibus DEI, cum quibus eſt unitus.

Eſt adhuc alius Finis magìs altus & nobilis, qui eſt Finis & Perfectio omnium rerum & ſuî ipſius, videlicet noſter Dominus DEUS, qui eſt ſubſtantialis Finis ſinè aliquo accidente habens in ſe eſſentiale Infiniens, Infinibile & Infinire, in quo Bonificans exiſtens de ſua Eſſentia, eſt Infiniens; & Bonificabile ejusdem Eſſentiæ eſt in Infinibilitate Infinibile, & ejus Bonificare in Infinire eſt Infinitum; & hoc idem ſequitur de Magnitudine, quæ in Infinitate habet Infinitum Magnificativum, Infinitum Magnificabile & Infinitum Magnificare, & hoc idem de aliis Dignitatibus, quæ omnes quieſcunt in Fine, cum quo ſunt una eadem Eſſentia & Natura in numero, & omnes inſimul & quælibet per ſe quieſcunt in Fine perſonaliter, cùm omnes inſimul & quælibet ipſarum per ſe ſint Perſonæ infinitæ in Magnitu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gnitudine Bonitatis &c. & in Magnitudine Unitatis Infinitivi & Unitatis Infinibilîs & Unitatis Infinire in Generativo & Generabili, Spirativo & Spirabili & Spirare, in qua Unitate Trinitatis est Infinitas numeri terminati de Infinitivo, Infinibili & Infinire, ut habeat numerum Personarum infinitarum in Magnitudine Bonitatis, in quibus Dignitates possint quiescere, sicut Infinitas DEI, quæ quiescit in Sapientia ratione Intellectivi, Intelligibilis & Intelligere, in quibus Infinitas est Intellectiva, Intelligibilis & Intelligere æternaliter & infinitè; & hoc idem sequitur de Infinitate in Bonitate, Magnitudine &c., sicut in Bonitate, in qua est Bonificativa, Bonificabilis & Bonificare, sinè qua Bonificativitate, Bonificabilitate & Bonificare Infinitas non posset quiescere in Bonitate, nec Bonitas in Infinitate.

De Majoritate. H.

DEfinitio *Majoritas est Imago Magnitudinis Immensitatis Bonitatis, Æternitatis &c.*

1. Explicatio. Majoritas est substantialis pars substantiæ, ut partes substantiæ substantialiter sint majores in se ipsis, quàm in aliis, & ut substantia sit major, quàm suæ partes: sicut Bonitas, quæ est major, quàm suæ partes, veluti Bonitas, quæ est major per suam essentiam, quàm per similitudinem, quam transmittit Magnitudini, quia per suam essentiam est simpliciter substantialis pars, & Bonitas, quam tribuit Magnitudini, est accidentalis pars; unde, si Majoritas in substantia non esset substantialis pars, Bonitas non posset esse major per essentiam, quàm per accidens, quia non haberet, à quo reciperet substantialem similitudinem, sicut nec Majoritas, quæ non esset bona per essentiam, si Bonitas non esset substantialis pars, quia non haberet, à quo reciperet substantialem Bonitatem; hoc idem sequeretur de substantia & suis partibus, quia substantia non posset recipere substantialem similitudinem, per quam substantialiter esset major, quàm sua pars, si in se ipsa non haberet substantialem Majoritatem, per quam substantialiter potest esse major, quàm sua pars & ejus accidentia. Hoc idem sequitur de accidentibus, quorum unum est majus, quàm alterum, quæ accidentalis Majoritas est influxa à substantiali Majoritate, quæ accidentibus tribuit similitudinem suæ accidentalis Majoritatis, sicut substantialis Majoritas ignîs, quæ fortiùs influit accidentalem Majoritatem quantitatis in suum calorem, quàm in calorem aëris, & in calorem aëris & terræ, quàm in calorem aquæ; & sic de aliis.

Substantia est major, quàm aliqua suarum partium, quia de omnibus suis partibus est composita, per quas habet majorem Potestatem, quàm per suam propriam Potestatem, & majorem Bonitatem, quàm per suam propriam Bonitatem, quia Potestas, quam habet, est multiplicata de sua propria substantiali Potestate extensa per omnes suas partes; & ideo potest movere quamlibet suarum partium sub ratione Potestatis Bonitatis, Magnitudinis &c. Unde sequitur, quòd substantia possit existere per se ipsam, & possit agere de suis partibus, quæ sunt essentiales & substantiales potentiæ substantiæ, sicut homo, qui est substantia, qui operatur sub ratione Bonitatis, quando agit bonum, & movet Voluntatem ad agendum bonum, & Intellectum ad intelligendum, & sic de aliis.

2. Bonitas est major in existendo & agendo, quàm in existendo tantùm: sicut homo, qui melior est, dum agit bonum, quàm dum non agit bonum, & est major in bono, quod agit de sua Bonitate, quàm in bono, quod agit de aliena essentia, sicut homo, qui agit plus de bono, quando generat alium hominem de sua Bonitate, quàm dum scribit magnum librum. Bonitas est etiam major in essentiali bonificativo, bonificabili & bonificare, quàm in uno istorum trium, & est major in proprio bonificabili, quàm in remoto bonificabili, & est major in Magnitudine Durationis, Potestatis &c., quàm in Durratione tantùm; Bonitas est etiam major substantialiter, quàm accidentaliter, & major in forma, quàm in materia, in relatione, quàm in quantitate, & in Charitate, quàm in Castitate, & in Concordantia, quàm in Contrarietate, & sic de aliis, secundùm quòd creata Bonitas habet plus similitudinis cum increata Bonitate.

Bonitas est major in una substantia, quàm in alia, sicut in planta, in qua est major, quàm in igne, & major in una arbore, quàm in alia, secundùm quòd est magìs ratio bono, quòd agat bonum in ista, quàm in illa; & hoc idem sequitur de animalibus, in quibus Bonitas est major, videlicet in homine, quàm in leone, & major in intelligere, quàm in videre: & in audire, quàm in videre,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

videre, & ſic de aliis ſimilibus iſtis, ſecundùm quòd Bonitas eſt magìs diffuſa & extenſa in quibusdam rebus, quàm in aliis.

Eſt etiam una creata Majoritas ſuper omnia iſta, quæ eſt creata Bonitas in Domino JESU Chriſto, quæ eſt major, quàm omnes aliæ creatæ Bonitates; ratio eſt, quia eſt unita cum increata Bonitate, & etiam, quia increata Bonitas ipſam majorificavit tantum in ſe ipſa, quantum potuit, quam majorificationem convenit eſſe, ut creata Majoritas poſſit aſcendere in altiorem gradum Bonitatis, Magnitudinis &c.; ſinè quo gradu Majoritas non eſſet perfectè imago infinitæ Bonitatis, Magnitudinis &c., & Magnitudo increatæ Bonitatis defeciſſet majori creatæ Bonitati.

3. DEUS eſt major, quàm omnia, tamen DEUS non habet in ſe Majoritatem, quia Majoritas non poteſt eſſe ſinè Minoritate, cùm Majoritas & Minoritas exiſtant ſub genere relationis. Bonitas in DEO eſt major, quàm in creatura, quia in DEO Bonitas, Magnitudo, Æternitas & aliæ Dignitates ſunt unum idem numero, in creatura autem Bonitas, Magnitudo &c. ſunt diverſæ eſſentiæ. Bonitas eſt in DEO, & DEUS eſt ipſa Bonitas; ſed homo non eſt Bonitas, nec Bonitas eſt homo, & ſic de aliis. Etiam in DEO Bonitas eſt ipſum Bonum, & Bonum eſt Bonitas; ſed in creatura Bonitas non eſt ipſum bonum, quia bonum eſt plus, quàm Bonitas, ſecundùm quòd diximus in hoc, videlicet, quòd bonum dicat ſubſtantiam, & Bonitas dicat partem illius, ſicut bona arbor & bonus homo, in quo Bonitas eſt pars boni.

Bonitas in DEO eſt Bonificans, Bonificabile & Bonificare, & quælibet iſtarum perſonalium Proprietatum eſt tota Bonitas; ſed in creaturis bonificativum non eſt tota Bonitas, & hoc idem de bonificabili & bonificare, quia bonificativum exiſtit in Bonitate cum propria quantitate, qualitate &c. diverſum à quantitate bonificabilîs & bonificare; ſed in DEO Bonificativum eſt tota Bonitas Bonificans de toto ſe ipſo Bonificabile per viam Generationis, & ſpirabile per viam Spirationis; & quia Generatio & Spiratio ſunt in Bonitate æternaliter & infinitè, Bonitas non poteſt eſſe quantificata; & ideo Bonitas DEI eſt major, quàm creata Bonitas, quod poſſet probari per plures alias rationes, quas narrare eſſet prolixum, ſicut per Creationem, Suſtentationem &c., & etiam per Majoritatem Finîs, cùm DEUS ſit Finis & complementum Mundo & ſuis partibus; & hoc idem ſequitur de Majoritate in Magnitudine, Duratione & aliis principiis ſubſtantiæ, quod ſequitur de Majoritate Bonitatis, quam diximus.

Secundùm diſcurſum, quem fecimus de Majoritate in prædictis rebus de gradu in gradum & de una eſſentia in aliam, eſt Majoritas imago & ſpeculum, in quo relucent & apparent eſſentiæ rerum, quarum una eſt major, quàm alia, ſubſtantialiter & accidentaliter; & iſta imago eſt ſpeculum & univerſale ſenſualiter & intellectualiter: ſenſualiter, videlicet ſenſibus, qui ſenſualiter attingunt, quòd quædam eſſentiæ ſint majores, quàm aliæ, ſicut oculi, qui attingunt majorem ſplendorem in Sole, quàm in Luna: intellectualiter autem, ſicut Intellectui, qui intelligit, quòd Creator ſit major, quàm creatura; iſtud univerſale ſpeculum & imago eſt Majoritas, in qua humano Intellectui appareat Immenſitas Bonitatis, Magnitudinis & aliarum Dignitatum DEI, ut ipſam magìs intelligat, quàm aliquid aliud, & Voluntati, ut ipſam magìs amet, quàm aliquid aliud, & hoc idem de Memoria, & quòd ſub iſta Majoritate homo memoret, intelligat & amet Majoritatem in creatis rebus, ſecundùm quòd quædam ſunt majores, quàm aliæ, & habent cum DEO plus ſimilitudinis.

De Æqualitate. I.

DEfinitio. *Æqualitas eſt ſubjectum, in quo quieſcit Finis Concordantiæ Bonitatis, Magnitudinis &c.*

1. Explicatio. Æqualitas eſt ſubſtantialis pars ſubſtantiæ, ut ſubſtantiales partes ſubſtantialiter poſſint eſſe æquales partes ſubſtantiæ, ſicut forma & materia, de quibus ſubſtantia eſt æqualiter compoſita, quæ ſunt eſſentiales partes exiſtentes ſub ſubſtantiali Æqualitate compoſita de æqualibus ſubſtantialibus partibus, videlicet Bonitate, Magnitudine &c., quæ ſunt ſubſtantiales partes, ſecundùm quòd probatum eſt. Iſta compoſita Æqualitas eſt extenſa per totam ſubſtantiam, & nata ac derivata de ſimplici ſubſtantiali Æqualitate extenſa per omnes partes, ſicut compoſita Bonitas partium ſubſtantiæ nata ex ſimplici ſubſtantiali Bonitate extenſa per omnes partes ſubſtantiæ, ſicut granum frumenti, quod generat multa grana, generat de ſua propria ſubſtantiali Æqualitate Æqualitates ipſorum granorum, quæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quæ substantialiter & æqualiter existunt substantiæ sub specie frumenti.

Bonitas est ratio, per quam bonum agit bonum; & ideo bonificativum, bonificabile & bonificare sunt æqualiter de essentia Bonitatis, quæ Æqualitas est substantialis æqualificans Magnitudinem & Bonitatem in suis æqualibus partibus substantialiter; & hoc idem sequitur in masculo & in fœmina, qui æqualiter & substantialiter generant filium, & in forma ignîs & in sua propria materia, quæ accidentaliter & æqualiter generant calorem aquæ.

Æqualitas est substantialis & accidentalis, sicut, quando Bonitas bonificat Magnitudinem, & Magnitudo magnificat Bonitatem, Bonitas & Magnitudo sunt æquales substantiales partes, & bonificare & magnificare sunt æquales accidentales partes.

Est etiam alius modus Æqualitatis compositus de Majoritate & Minoritate: sicut in calore ignîs, qui est extensus per totam substantiam, substantiâ remanente majore substantialiter, & calore remanente minore accidentaliter. Est præterea Æqualitas secundùm quantitatem & proportionem: secundùm quantitatem, sicut in mensuris & numero; secundùm proportionem, sicut in grano piperis, in quo caliditas, siccitas & humiditas & frigiditas æqualiter proportionantur, cùm una qualitas sit major, quàm altera; & hoc idem sequitur in operibus extra substantiam, sicut Rex, qui habet plus dignitatis, quàm comes, & sic de aliis inferioribus gradibus; & hoc idem sequitur in Matrimonio, in quo est æqualis conceptio; & in vendendo & emendo, & sic de aliis similibus istis.

2. In DEO est Æqualitas per modum existendi & agendi, videlicet, quòd sua Agentia sit tanta in se ipso, quantus ipse existit; nam, si esset minor, accederet ipsi *non esse*, & illi deficeret Operatio Magnitudinis Bonitatis, Æternitatis &c., unde sequeretur Malitia, Parvitas & Privatio, quod est impossibile: igitur Operatio DEI est æqualis illi ipsi; & quia DEUS est Substantia, oportet, quòd Operatio sit substantia, & quòd hæc Substantia æqualiter sit Substantiativum, Substantiabile & Substantiare, & quòd omnia tria æqualiter sint una Substantia, quam oportet esse tantam per Substantiare, quantam per existere Substantia; & quia DEUS est Substantia, est necessarium, quòd in illo sit Trinitas in Deificativo, Deificabili & Deificare, & quòd omnia tria sint unus DEUS æqualiter, & una Deitas; & oportet, quòd hic DEUS in tantum sit DEUS per Deificare, in quantum per existere; & hoc idem probavimus in *Arte Inventiva*.

In DEO Bonitas, Magnitudo & suæ aliæ Dignitates sunt æquales suppositaliter & numeraliter; nam, sicut DEUS ratione Sapientiæ habet in se Intellectivum, Intelligibile & Intelligere, & ratione Amoris Amativum, Amabile & Amare, ita oportet, quòd ratione Bonitatis habeat in se ipso Bonificativum, Bonificabile & Bonificare, & ratione Magnitudinis Magnificativum, Magnificabile & Magnificare, & sic de aliis suis Dignitatibus; & convenit, quòd omnia ista necessariò sint in DEO, ut suæ Dignitates habeant, in quo possint esse æquales, & ut DEUS in tantum sit DEUS per unam Dignitatem, quantum per aliam.

In DEO Bonitas, Magnitudo & aliæ Dignitates æqualiter sunt Bonificativum, Bonificabile & Bonificare, Magnificativum, Magnificabile, Magnificare, Intellectivum, Intelligibile & Intelligere, Amativum, Amabile & Amare, & sic de aliis; unde sequitur, quòd DEUS æqualiter utatur creaturis secundùm Æqualitatem suarum Dignitatum & Proprietatum, ad significandum & demonstrandum Æqualitatem, quam habet in se ipso; nam, sicut DEUS in se ipso non potest plus intelligere & amare, quàm bonificare, magnificare, æternificare, possificare &c., sic non potest in creaturis plus intelligere & amare, quàm bonificare, magnificare &c.

DEUS Pater de sua Bonitate, Æternitate &c. æqualiter generat DEUM Filium, ut Filius æqualiter sit genitus de Bonitate, Magnitudine &c., & ut Patri sit æqualis in essendo Filius, & Pater æqualis Filio in essendo Pater; unde propter hanc rationem Pater non potest esse Filius, nec Filius potest esse Pater, quia omnes Dignitates æqualiter sunt in Patre sub ea ratione, quòd sit Pater, & in Filio, quòd sit Filius. Pater æqualiter spirat Sanctum Spiritum de omnibus suis Dignitatibus; & hoc idem facit Filius, qui æqualiter spirat Sanctum Spiritum de omnibus suis Dignitatibus; & ideo Sanctus Spiritus est æqualis Patri & Filio cum omnibus suis Dignitatibus, & non potest esse Pater nec Filius; nam, si posset esse Pater vel Filius, non esset æqualis Patri & Filio; & hoc idem sequeretur, si posset spirare alterum Sanctum Spiritum,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quia Sanctus Spiritus & Spiratio essent majores, quàm Pater in Paternitate, & Filius in Filiatione. Si Sanctus Spiritus procederet tantùm à Patre, & non à Filio, Pater haberet majorem Æqualitatem cum Filio & cum Sancto Spiritu, quàm esset Æqualitas Filii & Sancti Spiritûs; & hoc idem sequeretur de Filio, qui haberet majorem Æqualitatem cum Patre, quàm cum Sancto Spiritu, & Sanctus Spiritus majorem cum Patre, quàm cum Filio, & hoc est impossibile & contra Æqualitatem bonificandi, magnificandi &c.

3. Est etiam alius modus Æqualitatis, sicut Persona Filii, quæ assumpsit Humanam Carnem; & quia Persona Patris & Filii & Sancti Spiritûs sunt unus DEUS, una Deitas, una Bonitas, una Magnitudo &c., Humanitas JESU Christi est æqualiter unus DEUS in una Deitate, in una Bonitate, Magnitudine, Æternitate &c. DEI, & ista Æqualitas DEI & Creaturæ, quam diximus, est subjectum, in quo Finis Concordantiæ Bonitatis, Magnitudinis & cæterarum increatarum Rationum & Bonitatis, Magnitudinis, Durationis & aliarum creatarum quiescit, quia inter DEUM & Creaturam non potest esse major Æqualitas.

Secundùm quòd diximus de Æqualitate in prædictis rebus, significavimus, per quem modum Æqualitas sit subjectum Finîs Concordantiæ Bonitatis, Magnitudinis &c., & hoc in substantiali & accidentali Fine, & etiam in sensualibus & intellectualibus rebus: in sensualibus, sicut in grano frumenti & in aliis prædictis; in intellectualibus, sicut Æqualitas, quam diximus de DEO; & hoc idem sequitur de Æqualitate, quæ est in potentiis rationalis Animæ, quas convenit esse æquales in memorando, intelligendo & amando, quia DEUS est æqualiter memorabilis, intelligibilis & amabilis; & hoc idem sequitur de Æqualitate Angeli, cui convenit æqualiter memorare, intelligere & amare DEUM substantialiter, ut substantialiter possit gloriari suum memorare, intelligere & amare & omnes suæ substantiales partes; & si hoc non esset ita, sua Gloria non esset in substantiali Majoritate, & Magnitudo deficeret Bonitati, Æternitati &c., propter quem defectum non possent quiescere in Gloria.

De Minoritate. K.

DEfinitio. *Minoritas est ens propè non esse.*

1. Explicatio. Minoritas est universale principium omnibus rebus, quæ ponuntur sub ejus genere. Hæc Minoritas est *substantialis & accidentalis: substantialis*, sicut Minoritas corporis hominis, quæ est minor, quàm Animæ, in Bonitate, Magnitudine & in aliis; & ideo corpus est magìs propè *non esse*, quàm Anima; & hoc idem sequitur de substantiali Minoritate, quæ est in Anima, sicut Intellectus, qui est minor, quàm tota Anima, & sic de aliis similibus istis; & ideo ratione hujus Minoritatis una substantia est minor, quàm alia, sicut substantia equi, quæ est minor in Magnitudine Bonitatis &c., quàm substantia hominis. *Accidentalis Minoritas* est, sicut caliditas, quæ est minor, quàm substantia ignîs, & audire, quàm intelligere, & sic de aliis similibus. Ista Minoritas significatur in Definitione Majoritatis, cùm Majoritas & Minoritas sint de genere relationis.

2. Minoritas est universale & substantiale principium, sinè qua omnia entia essentialiter & substantialiter essent æqualia, & unum esset minus, quàm alterum per accidens, quod est impossibile; igitur Minoritas est necessaria, extensa per omnia Principia istius Scientiæ, & in illis sustentata, quibus Minoritas dat suam similitudinem; & ideo convenit, quòd Minoritas investigetur in illis secundùm eorum Definitiones & mixtiones, quas habent invicem, sicut in definitione Bonitatis, in qua bonum agit bonum cum Minoritate, quando ipsum non agit de essentia Bonitatis; & Minoritas est in Magnitudine, quando Magnitudo non magnificat Bonitatem in tantum, quòd Bonitas habeat in se magna & essentialia Bonificativum, Bonificabile & Bonificare, ut Bonitas sit ratio Bono, quòd agat magnum Bonum, & quòd Bonificans sit unus, & Bonificatus alius, & quòd insimul sint una Bonitas, una Magnitudo, una Æternitas & sic de aliis Proprietatibus, quæ conveniunt DEO sinè Minoritate; & ideo in DEO Bonitas est Ratio, per quam Bonus agit magnum & durabilem Bonum in tantum, quòd æternaliter duret Bonificans, qui est unus, & Bonificatus, qui est alius, & sic Amans, qui in ipso est unus, & Amatus, qui est alius; & si Amatus converteretur in Amantem, & Amans in Amatum, esset in eis alteratio & Minoritas Durationis Amantis & Amati, & Bonitas non esset Ratio Bono, quòd ageret magnum durabilem, possificabilem, scibilem, amabilem, virtuificabilem, verificabilem, glorificabi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cabilem, differentiabilem, concordabilem, principiabilem, mediabilem, infinibilem & æquabilem Bonum, & hoc idem sequeretur de Magnitudine & aliis Dignitatibus DEI, quæ non essent Ratio Magnificanti, quòd esset magnus in Duratione, postquam alteraret suum Nomen & suum specificum *Esse*, & in Nomine & in specifico *Esse* Magnificabilis esset Minoritas Magnificantis & Magnificabilis; & hoc idem sequeretur de Æternitate, quæ non faceret durare propriam Proprietatem Magnificantis & Magnificabilis; nec Potestas posset durare in Magnificante & Magnificabili; nec Sapientia posset scire, quis esset Magnificans & Magnificabilis, & sic de aliis; & ideo, quia in DEO Minoritas est impossibilis, necessariò est DEUS Pater, qui de se ipso generat DEUM Filium, DEO Patre existente bonificante, magnificante, durante in essendo Bonificans & Magnificans absque hoc, quòd convertatur in *Esse* Bonificabilis & Magnificabilis; & hoc idem de Filio & Sancto Spiritu, qui non convertuntur invicem in numerali & personali *Esse*, ut ibi non sit Minoritas nec confusio propriarum Proprietatum & personalium Numerorum, & ut omnes tres Personæ sint determinatæ & distinctæ in Proprietatibus & Numeris in tantum, quòd una Persona non sit alia.

Secundùm quòd invenimus & cognovimus, quòd in DEO non sit Minoritas, sequendo modum Definitionum Principiorum, ita possumus invenire & cognoscere, quòd in DEO non sit Minoritas secundùm modum decem Regularum hujus Scientiæ: sicut, si in DEO, qui intelligit se ipsum, converterentur Intelligens & Intelligibilis in Unitate Numeri & Personæ, sequeretur, quòd in ipso converterentur Bonificans & Bonificabilis, Magnificans & Magnificabilis &c., cùm in DEO Sapientia, Bonitas & Magnitudo sint una eadem Essentia & Natura in numero: & quia est impossibile, quòd in DEO Bonificans & Bonificabilis sint unus & idem numero, est in DEO Intelligens hoc, quod est, & Intelligibilis est alius; quod non posset esse, si DEUS Intelligens se ipsum non generaret Intelligibilem bonificando de se ipso & per se ipsum Bonificabilem sinè quantitate generando DEUM Bonificabilem de sua infinita Bonitate sinè accidentali qualitate, uno existente Generante & alio Genito, quolibet determinato in Æternitate sinè tempore, & uno in altero sinè loco infinitè & immensè, Generante Patre Filium cum omnibus suis Dignitatibus, modo Generationis existente sinè Minoritate in Æqualitate Bonificantis & Bonificabilis, Magnificantis & Magnificabilis &c., & Bonificantis Magnificabilis, & Magnificantis Bonificabilis, & sic de aliis. Et sicut inquisivimus Minoritatem secundùm prædictos *duos modos*, sic potest inquiri in creaturis.

3. Minoritas in creaturis est propè *non esse*, quia creaturæ sunt creatæ de *non esse*, unde, sicut Minoritas est propè *non esse*, sic Majoritas est propè *esse*; & ideo creaturæ existunt æqualiter inter Majoritatem & Minoritatem, sicut libertas hominis, quia homo, ex quo est, habet libertatem ad faciendum bonum, & ad faciendum ea, quæ conveniunt cum *esse*, & quia est creatus de *non esse*, habet libertatem ad faciendum peccatum, quod convenit cum *non esse* contra *esse*; unde, quando homo agit bonum, tunc utitur Majoritate & suo *esse*: & quando facit malum, utitur Minoritate & *non esse*.

Secundùm quòd quædam sunt minora, quàm alia, sunt quædam magìs propè *non esse*, quàm alia: sicut accidens, quod est magis propè *non esse*, quàm substantia, & scribere, quàm ridere, vendere, quàm emere, pulchritudo, quàm Bonitas, camera, quàm habitare, comedere, quàm vivere, & sic de aliis similibus: sicut Minoritas, quæ est magìs propè *non esse* in Contrarietate, quàm in Concordantia, & in Majoritate, quàm in Æqualitate, & in vitio, quàm in virtute, & in mortali peccato, quàm in veniali, & sic de aliis his similibus.

DE III. FIGURA.

TErtia Figura dividitur in *tres Partes*. *Prima* est de Ordinatione Figuræ. *Secunda* est de Significationibus. *Tertia* est de Inventionibus.

PARS I.

De Ordinatione.

1. IN prima Parte significatur, quòd Figura constituatur ex *triginta sex Cameris*. Vocamus autem *Cameram* duas Literas conjunctas & determinatas per lineas, secundùm quòd in ipsa Figura apparet: sicut B. C., quæ est prima Camera, & B. D. secunda. Et ista Figura est composita de prima & secunda Figura; & ideo quælibet Camera

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt univerſale ad inquirendum particulare, quod quæritur de illa Camera; quæ Camera eſt univerſale ad omnia, quæ ſub ratione illius quæruntur; „& particulare invenitur „& cognoſcitur cum Concordantia ſuî ipſi„us & Cameræ, affirmando vel negando, „conſervando ſemper Definitiones & Regu„las ſignificatas per Cameram.

Diſcurſus & Inveſtigatio, quæ debent fieri in hac Figura, exiſtit *quatuor Modis*. *Primus Modus* fit deſcendendo deorſum de Camera B. C. ad Cameram B. D., & hoc per ordinem usque ad Cameram B. K., ſicut, cùm quæritur: utrùm Bonitas & Magnitudo ſint unum & idem numero? *Secundus Modus* fit aſcendendo ſurſum, ût de Camera B. K. usque ad Cameram C. K., & hoc per ordinem usque ad Cameram I. K.; & etiam de Camera B. I. aſcendendo ad Cameram C. I. usque ad Cameram H. I., & ſic per ordinem usque ad Cameram B. C.; ût ſi quæritur: utrùm bonificans & bonificabile convertantur inter ſe in numero? *Tertius Modus* fit aſcendendo & deſcendendo, ſicut, cùm quæritur: utrùm bonificans poſſit agere majus bonum de Bonitate, quàm de aliqua alia re? Solutio hujus quæſtionis primò debet inquiri in Camera B. H., & poſtea aſcendendo ad Cameram C. H., & hoc per ordinem usque ad Cameram H. I., & deſcendendo ad Cameram H. K. *Quartus Modus* fit transverſaliter, videlicet mutando de Camera B. C. ad Cameram C. D., & ſic per ordinem usque ad Cameram I. K. Per iſtos modos poteſt Artiſta ad libitum multiplicare rationes & argumenta ad ſolvendum quæſtiones; & iſta tota Figura poteſt applicari ad quamlibet ſolutionem quæſtionis multiplicando ſolutiones per totam Figuram.

Quælibet Camera habet *ſex* ſignificata: ſicut Camera B. C., quæ ſignificat Bonitatem, Magnitudinem, Differentiam, Concordantiam, primam & ſecundam Regulam, & ſicut Camera B. D., quæ ſignificat Bonitatem, Durationem, Differentiam, Contrarietatem, primam & tertiam Regulam, & ſic per ordinem de aliis.

2. In ſecunda Parte hujus Figuræ, quæ eſt *de Significationibus*, ponimus *tres Paragraphos*. *Primus Paragraphus* eſt de Mixtione & Definitionibus, in quo ſolvuntur duo ſequentes paragraphi. *Secundus Paragraphus* eſt unius Regulæ. *Tertius* eſt alterius Regulæ, & hoc per ordinem usque ad Cameras, in quibus eſt K., quod continet duas Regulas; & ideo convenit, quòd illa Camera habeat *quatuor paragraphos*.

3. In *tertia Parte* hujus Figuræ, quæ eſt *de Inventionibus*, ponimus *centum quinquaginta tres Rubricas* per ordinem, miſcendo unum principium cum altero, in qua mixtione etiam intelliguntur decem Regulæ hujus Artis. Prima Rubrica eſt *de Bonitate & Magnitudine*, ſecunda *de Bonitate & Æternitate*, & ſic per ordinem usque ad Rubricam *de Æqualitate & Minoritate*. Et quælibet Camerarum continet *ſex Rubricas* per ordinem: ſicut Camera B. C., quæ in ſe continet has Rubricas, ſcilicet *de Bonitate Magnitudine, Bonitate Differentia, Bonitate Concordantia, Magnitudine Differentia, Magnitudine Concordantia, Differentia Concordantia*.

Quælibet iſtarum Rubricarum eſt univerſale ad omnia particularia, quæ ſub ratione illius poſſunt dici; & in illis intendimus proponere exempla ad declarandum & inquirendum *Secreta & Naturas* entium, ſequendo ordinem Definitionum Principiorum & decem Regularum.

Hæc tertia Pars eſt materia & ſubjectum ſecundæ Parti; & hoc idem ſequitur de prima & de ſecunda Figura, quæ ſunt materiæ & ſubjecta ſecundæ Parti, videlicet, quòd ſignificata Camerarum habeant materiam & ſubjectum, in quibus ſuſtententur. Et ideo vult Dominus hujus Scientiæ, quòd, ſi aliquis non poteſt elicere ſolutiones ex ſignificationibus Camerarum, quia non bene ſcit Scientiam, recurrat ad materias & ſubjecta, quæ diximus.

PARS II.
De Significationibus.
De Camera. B. C.

1. BOnitas eſt id, ratione cujus bonum agit bonum; & quia Magnitudo eſt ratio, quòd Bonitas ſit magna, eſt Bonitas magna ratio bono, quòd agat magnum bonum; & quia Differentia eſt ratio, quòd Bonitas, Magnitudo & Concordantia ſint reales, diſtinctæ & inconfuſæ rationes, eſt magna per Magnitudinem, & bona per Bonitatem, & concordans cum Bonitate & Magnitudine per Concordantiam: & ideo Differentia eſt ratio, quòd bonum, quod agit bonum, ſit unum, & bonum, quod eſt actum, ſit aliud, &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& quòd quodlibet sit magnum, & habeat Concordantiam cum alio, quæ Concordantia est bona per Bonitatem, & magna per Magnitudinem, & existit differenter in se ipsa & in Bonitate & Magnitudine ratione Differentiæ.

2. Secundùm primam Regulam, quæ est de B., quæritur: utrùm illud bonum, quod bonificans agit ratione Bonitatis, sit magnum? & utrùm sit distinctum à bonificante, quod agit illud? & utrùm cum eo habeat Concordantiam, ita, quòd Bonitas sit ratio ambobus, & similiter Magnitudo, Differentia & Concordantia? vel utrùm bonificans & bonificabile sint unum idem numero in essentia, ita, quòd ibi non sit Differentia, Concordantia nec Magnitudo Bonitatis, nec dualitas essentialîs, realîs & substantialîs numeri.

3. Secundùm secundam Regulam de C. quæritur: utrùm Bonitas sit bonificans & bonificabile? & utrùm Bonitas sit Magnitudo, per quam ipsa est magna? & utrùm Bonitas sit Differentia, per quam habet in se bonificans & bonificabile & bonificare differenter? & utrùm Bonitas sit Concordantia, per quam concordant bonificans, bonificabile & bonificare? Quæritur etiam, utrùm Magnitudo sit illa Differentia, quæ est inter bonificans, bonificabile & bonificare? & per quam Magnitudo habet in se Differentiam inter magnificans, magnificabile & magnificare? Etiam quæritur, utrùm Magnitudo sit Differentia, per quam Bonitas & Concordantia in se ipsis sunt reales & inconfusæ rationes? Et etiam, utrùm Magnitudo sit ea Concordantia, quam habet cum Bonitate & cum Differentia, per quam Bonitas & Differentia inter se concordant?

De Camera. B. D.

1. BOnitas est ratio bono, quòd agat bonum; & quia Duratio facit durare Bonitatem, ut sit ratio bono, quòd agat bonum, durant in Bonitate bonificans, bonificabile & bonificare, secundùm quòd Duratio est Bonitati ratio durandi, & Differentia differentiandi, bonificando de se bonificabile in bonificare, & secundùm quòd Duratio recipit in se de Differentia differentians, differentiabile & differentiare; sed, quando contingit, quòd Contrarietas contradicat Fini Bonitatis Durationis & Differentiæ, tunc Duratio non facit durare Bonitatem in Differentia, nec Differentiam in Bonitate, imò facit durare Differentiam inter Contrarietatem Bonitatis & Malitiæ, & facit durare in se ipsa Contrarietatem, quæ privat Durationem Bonitatis in tantum, quòd Duratio & Contrarietas sunt rationes Malitiæ, quòd malum agat malum, & quòd sit confusio in omnibus tribus principiis, unde sequitur corruptio Bonitatis, Durationis & Differentiæ.

2. Secundùm primam Regulam, quæ est de B., quæritur: utrùm Bonitas sit ratio bono, quòd agat durabile & differentiabile bonum, postquam Duratio facit durare Bonitatem, & Differentia facit, in Bonitate esse distinctionem bonificantis & bonificabilîs? Etiam quæritur, utrùm Duratio faciat durare in Bonitate bonificans, bonificabile & bonificare? & hoc idem in Differentia, utrùm durent differentians, differentiabile & differentiare? Item quæritur: utrùm in Duratione sit durare, in quo durent bonificare & differentiare? Quæritur etiam: utrùm Contrarietas omnibus supradictis possit tantum contrariari, quantum Bonitas, Duratio & Differentia possunt contrariari Contrarietati cum Concordantia?

3. Quæritur secundùm Regulam de D.: utrùm bonificans agat bonum de se ipso vel de alia essentia, quæ non sit essentia Bonitatis, Durationis, Differentiæ nec suî ipsius, sed sit de Contrarietate contra Bonitatem, Durationem & Differentiam? Et utrùm Duratio faciat durare illud bonum in Bonitate & in Differentia de se ipsa contra Malitiam, Confusionem & Privationem? Etiam fit quæstio ratione Differentiæ: utrùm bonificans, quod agit bonum, illud faciat de Differentia, ut sit distinctio inter agens & agibile sub ratione Bonitatis & Durationis? Quæritur etiam: utrùm Inconfusio Bonitatis & Durationis & Contrarietatis sit de Differentia, vel de alio, quod non sit de sua essentia? Et utrùm Contrarietas ponat aliquid de se ipsa in Bonitate, Duratione & Differentia, ut alia principia contrarientur aliis in tantum, quòd Finis Contrarietatis sit Finis Privationis principiorum?

De Camera. B. E.

1. POtestas est id, per quod Bonitas, Differentia & Principium possunt existere & agere; & ideo Bonitas potest esse ratio bono, quòd agat bonum, & bonificans potest bonificare, & bonificabile potest esse bo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nificatum; & bonificans ſub ratione Differentiæ poteſt differentiare ſe ipſum à bonificato, ita, quòd unum ſit bonificans, & aliud ſit bonificatum; & ſub ratione Principii bonificans poteſt eſſe principians, & bonificabile principiabile principiatum, creato bonificabili exiſtente in potentia ante bonificare deductum in actum, alio bonificabili remanente in potentia, ut remaneat bonificans, bonificabile & bonificare, principians, principiabile & principiare, differentians, differentiabile & differentiare, poſſificans, poſſificabile & poſſificare, quia ſinè his omnibus Bonitas non poſſet exiſtere ratio bono, quòd ageret bonum, nec bonificans haberet, de quo illud poſſet agere.

2. Secundùm Regulam de B. quæritur: utrùm Poteſtas, quam Bonitas habet in eſſendo ratio bono, quòd agat bonum, ſit ſua propria & eſſentialis Poteſtas, vel ſit illi accidentaliter appropriata? Et, utrùm bonificans poſſit agere bonum de ſe ipſo, vel de Bonitate, Poteſtate, Differentia & Principio? Et quæritur: utrùm bonificans poſſit agere bonum ſinè Differentia exiſtente inter ipſum & bonum, quod agit? Et, utrùm poſſit principiare bonum de Principio? Et, utrùm Principium poſſit dare ſuam ſimilitudinem Bonitati, Poteſtati & Differentiæ, ita, quòd quodlibet ſit Principium, ſicut Bonitas, quæ Principio dat ſuam ſimilitudinem, ita, quòd faciat, quòd ipſum ſit bonum, & Poteſtas dat ei ſuam ſimilitudinem, ita, quòd poſſit eſſe Principium, & Differentia facit exiſtere rationes reales & non confuſas in principiante, principiabili & principiare?

3. Secundùm Regulam de E. quæritur: quare Bonitas ſit ratio bono, quòd agat bonum? & quare det ſuam ſimilitudinem Poteſtati, Differentiæ & Principio? & quare alia principia dent ſuam ſimilitudinem Bonitati? & quare omnia quatuor miſceantur ad invicem? & quare quodlibet remaneat hoc, quod eſt? & utrùm de his omnibus ſequatur aliqua utilitas his quatuor principiis & compoſito multiplicato de ipſis.

De Camera. B. F.

1. SApientia eſt id, per quod ſapiens intelligit, quòd Bonitas ſit ratio bono, quòd agat bonum, & intelligit, quòd Differentia ſit ratio, quòd in Bonitate exiſtant inter ſe diſtincta bonificans, bonificabile & bonificare; & quòd Sapientia non poſſit eſſe ratio ſapienti, quòd poſſit intelligere, quòd bonum poſſit agere bonum ſinè Differentia bonificantis, bonificabilîs & bonificare; & quòd ſapiens ſub ratione Sapientiæ non poſſit intelligere, quòd in Sapientia poſſit eſſe intelligens, intelligibilis & intelligere ſinè Differentia; etiam ſapiens intelligit, quòd Bonitas influat bonificanti, quòd agat bonum, & bonificans in hoc, quòd agat bonum, refluat Finem, quem Bonitas illi influit; & iſtam influentiam & refluentiam non poteſt ſapiens intelligere ſub ratione Sapientiæ ſinè Differentia exiſtente inter influentiam & refluentiam Medio inter Principium & Finem, in quo Medio conjunguntur & menſurantur bene & diſtinctionaliter omnia principia cum naturali inſtinctu tam in ſenſualibus, quàm intellectualibus rebus.

2. Secundùm Regulam de B. quæritur: utrùm Sapientia poſſit eſſe ratio ſapienti, quòd intelligat, quòd Bonitas poſſit eſſe ratio bono, quòd agat bonum ſinè Differentia exiſtente inter bonificans, bonificabile & bonificare, remanente quolibet iſtorum trium de eſſentia Bonitatis & de eſſentia Differentiæ, exiſtente Bonitate unâ indiſtinctâ & non diverſificatâ in eſſentia; & hoc idem de Differentia remanente unâ non diſtinctâ eſſentialiter, extensâ tamen differenter & bonificanter in bonificante, bonificabili & bonificare, bonificare exiſtente Medio inter bonificans & bonificabile.

3. Secundùm Regulam de F. quæritur: utrùm quantitas ſit diffuſa & extenſa in bonificante, bonificabili & bonificare per totam Bonitatem & Differentiam, quæ eſt in bonificante, bonificabili & bonificare? vel utrùm quantitas illius boni, quod eſt actum, ſit de eſſentiali bonificato, ita, quòd quantitas illius boni ſit una eſſentia, & bonum habituatum & indutum de illa quantitate alia eſſentia, ut Differentia ſit ratio, per quam ſapiens poſſit intelligere Differentiam inter ſubſtantiales & accidentales partes & in ſubſtantia ſubjectum & Medium, in quo conjunguntur, menſurantur & extenduntur accidentales quantitates ſuſtentatæ in ſubſtantialibus partibus ſubſtantiæ, in quibus multiplicatur una extenſa quantitas, ſicut de omnibus ſubſtantialibus partibus multiplicatur una ſubſtantia habituata & induta de illa extenſa quantitate ſuſtentata in ſubſtantia?

De Camera. B. G.

1. VOluntas eſt id, per quod Bonitas, Differentia & Finis ſunt deſiderabiles & amabiles;

(c) 2006 Ministerio de Cultura

biles; igitur Bonitas est amabilis in essendo ratio bono, quòd agat bonum, quia sinè tali ratione non esset desiderabilis in Fine, in quo posset quiescere: unde sequitur, quòd in Bonitate sint desiderabilia bonificans, bonificabile & bonificare; & quia sinè Differentia non possent esse in Bonitate bonificans, bonificabile & bonificare, est Differentia desiderabilis & amabilis, ut Bonitas per alium modum possit existere in bonificante, & per alium in bonificabili, & per alium in bonificare. Hoc idem sequitur de Differentia, quæ in Voluntate est desiderabilis, ut in se habeat amans, amabile & amare. Hoc idem etiam de Fine, in quo Differentia est desiderabilis, ut Finis habeat in se essentiale finitivum, finibile & finire, ita, quòd in illo finitivo bonificans, amans & differentians sint quietabilia, induta & habituata de sua similitudine, & ipsum finitivum sit habituatum de similitudinibus illorum, ipso existente bonificante, amante & differentiante; & hoc idem sequitur in finibili & finire; & omnia ista sunt necessaria, ut principia possint quiescere in Fine.

2. Secundùm Regulam de B. quæritur: utrùm Bonitas sit magìs desiderabilis ratione bonificantis, bonificabilîs & bonificare? & utrùm Differentia sit magìs desiderabilis in bonificante, bonificabili & bonificare, & in finiente, finibili & finire, quàm in amante, amabili & amare? Etiam quæritur, utrùm in Voluntate possit esse amans, amabile & amare sinè Differentia? & utrùm Bonitas possit quiescere in Fine sinè bonificante, bonificabili & bonificare, quæ sint de sua essentia? & utrùm Bonitas sinè tali quiete in Fine sit desiderabilis?

3. Secundùm Regulam de G. quæritur: quale sit illud bonum, quod agit bonum sub ratione Bonitatis? & quale sit bonum, quod actum est? & quale sit bonificare, quod mediat inter ambo? hoc est, utrùm illud bonum, quod actum est, sit qualificatum & determinatum cum differentiabili, amabili, finibili & bonificabili? vel utrùm sit bonum substantiatum per bonificans, bonificabile & bonificare? vel utrùm sit qualificatum accidentaliter per differentiabile, amabile & finibile? & hoc idem quæritur de bonificante & bonificare. Etiam quæritur: utrùm Voluntas sinè Differentia bonificantis, bonificabilîs & bonificare possit amare quale in Bonitate, quale in se ipsa, & quale in Fine? Etiam quæritur: utrùm Bonitas sinè Differentia possit esse quale Principium, & similiter Voluntas? & utrùm sinè Differentia in quali Principio possint quiescere.

De Camera. B. H.

1. VIrtus est origo unionis Bonitatis, Differentiæ & Majoritatis; & ideo Bonitas virtuosè est ratio virtuoso bono, quòd agat virtuosum bonum, & Differentia virtuosè est ratio Bonitati, Virtuti & Majoritati, quòd sint reales & inconfusæ rationes virtuosè & differenter, & etiam, quòd virtuosum bonum distinguat in se ipso virtuosum bonum, quod agit, ita, quòd unum non sit aliud; & Majoritas ponit se ipsam in illa operatione, ut bonificans possit agere majus bonum, quod potest agere de Bonitate, Virtute & Differentia, & ut bonificans, bonificabile & bonificare sint in Majoritate, in qua appareant & reluceant Dignitates DEI bonæ, virtuosæ, inconfusæ & majores, quàm omnes aliæ Dignitates.

2. Secundùm Regulam de B. quæritur: utrùm Bonitas sit ratio bono, quòd agat bonum de se ipso, ut illud bonum sit magìs remotum à malitia? & utrùm sit ratio bono, quòd agat bonum de Virtute, ut sit magìs remotum à vitio? & utrùm Bonitas sit ratio bono, quòd agat bonum de Differentia, ut bonificans & bonificabile sint magìs remota à confusione, & magìs propinqua inconfusioni & determinationi numeri. Item quæritur: utrùm Bonitas sit ratio bonificanti, quòd agat bonum de Majoritate, ut sit magìs remotum à Minoritate?

3. Secundùm Regulam de H. quæritur: utrùm Bonitas sit ratio bono, quòd agat bonum in Æternitate vel in tempore? & utrùm bonificans & bonificabile possint esse in Æternitate vel in tempore virtuosè & differenter, & quòd unum sit majus, quàm aliud? Iterum quæritur: utrùm sit major Differentia inter bonificans & bonificabile in Æternitate, an in tempore, illâ Majoritate Differentiæ existente in Majoritate Bonitatis & Virtutis?

De Camera. B. I.

1. VEritas ponit in vero, quòd Bonitas sit ratio bono in agendo bonum, & etiam, quòd inter bonificans & bonificabile sit Differentia, ut Bonitas habeat, in quo se possit extendere; etiam ponit in vero, quòd Differentia sit ratio Bonitati & Æqualitati, quòd sint reales, invicem distinctæ & inconfusæ ratio-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rationes; & ponit in vero, quòd ſit Æqualitas inter bonificans, bonificabile & bonificare; & quòd Bonitas & Differentia æqualiter ſint æquales rationes bonificanti, ut æqualiter agat bonum bene & differenter; Bonitas tamen bonificanter ponit in ſe ipſa hoc, quod Veritas ponit in vero; & Differentia differenter & Æqualitas æqualiter ponunt in ſe ipſis illa, quæ Veritas ponit verificanter.

2. Secundùm Regulam de B. quæritur: utrùm Veritas poſſit exiſtere inter bonificans & bonificabile ſinè Differentia bonificantis & bonificabilîs? Et utrùm Bonitas verificanter poſſit eſſe ratio bono, quòd agat bonum ſinè Differentia? Iterum quæritur: utrùm Æqualitas poſſit eſſe in Veritate ſinè Differentia? Et utrùm Veritas poſſit aliqua ponere in vero ſinè Differentia? & utrùm ſit magìs remota à falſitate in operando ſeu verificando, quàm in exiſtendo otioſa.

3. Secundùm Regulam de I. quæritur: utrùm illud bonum, quod bonificans agit, agat in ſe ipſo, vel in alio loco, in quo non ſit bonificans? & utrùm in illo loco ſint Veritas, Differentia & Æqualitas in Bonitate? Iterum quæritur: utrùm Bonitas ſit locus, in quo bonum agit bonum? & utrùm Differentia ſit locus, in quo Differentians agit differentiabile? Etiam quæritur: utrùm bonificans poſſit eſſe in differentiante, & differentians in bonificante? Ulteriùs quæritur: utrùm Bonitas verificanter & æqualiter poſſit eſſe in Differentia, & Differentia in Bonitate, exiſtentibus ambabus una eadem Bonitas, Magnitudo &c., vel exiſtentibus inter ſe diſtinctis in numero?

De Camera. B. K.

1. GLoria eſt in Bonitate, ut ſit ratio bono in agendo bonum; & ideo bonificans habet delectationem in agendo bonum, & bonum, quod actum eſt, habet delectationem; ſi verò amittit ſuum eſſe, habet pœnam, & bonificans ſimiliter habet pœnam in deſtructione boni, quod agit; & bonificans non poſſet habere delectationem in bono, quod agit, ſinè Differentia ſuî ipſius & illius boni, quod agit: quia, ſi ibi non eſſet Differentia, in illa operatione eſſet Minoritas & confuſio, per quam Minoritatem & confuſionem bonificans & bonificabile eſſent propè *non eſſe*, & non eſſent hoc, quod ſunt, exiſtente Differentiâ in illis, nec poſſent quieſcere in Gloria.

2. Secundùm Regulam de B. fit quæſtio: utrùm Bonitas & Differentia poſſint quieſcere in Gloria cum Minoritate? & utrùm ſit Minoritas in Gloria, in qua non ſunt glorians, gloriabile & gloriari diſtinctè & de eadem eſſentia Gloriæ, & de eſſentia Bonitatis & Differentiæ? Etiam quæritur: utrùm Bonitas & Differentia ſint in Minoritate, Bonitate habente in ſe ipſa propriùm bonificans, bonificabile & bonificare, & Differentiâ habente in ſe proprium differentians, differentiabile & differentiare, & quòd bonificans, glorians & differentians ſint unum idem numero, & quòd bonificabile, gloriabile & differentiabile ſint etiam unum numero, & hoc idem de bonificare, gloriari & differentiare, & hoc ita, quòd omnes tres numeri ſint tria ſuppoſita, per quæ Bonitas, Gloria & Differentia remaneant reales & inconfuſæ rationes, exiſtentibus ipſis tribus unâ eâdem Eſſentiâ, unâ Bonitate, unâ Gloriâ, unâ Differentiâ, unâ Naturâ.

3. Secundùm Regulam de K. quæritur de modo, ſecundùm quem bonum agit bonum, qui modus conſiſtit in hoc, quòd Bonitas eſt ratio bonificanti, quòd agat bonum, quod agit, in quantum ſe movet ad agendum bonum ſub ratione Bonitatis; & ideo Bonitas eſt modus bono, quòd agat bonum; & quia bonificans delectatur in agendo bonum, Gloria ſeu delectatio eſt modus bonificanti, quòd agat bonum; & quia Differentia eſt ratio, ſinè qua bonificans non poſſet agere bonum, eſt modus bonificanti, quòd agat bonum differenter: & ideo bonificans habet modum in agendo bonum bonificanter, delectabiliter & differenter; ſed, quando accidit, quòd Minoritas intrat illam operationem cum Malitia, Triſtitia & Confuſione, amittit ſuum prædictum modum; ſi tamen intrat bonificanter, delectabiliter, differenter & proportionaliter, ita, quòd in tali introitu ſequatur ordo & modus, tunc bonificans habet modum, quòd de parva Bonitate agat parvum bonum, & habeat parvam delectationem in agendo illud bonum, & quòd inter ipſum & illud bonum ſit parva Differentia.

4. Secundùm Regulam de K. etiam quæritur: cum quo bonificans agat bonum, videlicet, utrùm agat illud cum ratione Bonitatis, quæ eſt illi ratio, quòd agat bonum? & utrùm agat bonum cum ratione Gloriæ, videlicet cum delectatione, quam habet in agendo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

agendo bonum, ut in Gloria possit quiescere & delectari? Iterum quæritur: utrùm agat bonum cum Differentia, existente Differentiâ ratione, per quam potest agere bonum pluribus & diversis modis? Etiam quæritur: utrùm agat bonum cum Minoritate, movendo bonum de potentia in actum, minore bono existente in potentia, & majore bono in actu?

De Camera. C. D.

1. MAgnitudo est id, per quod Duratio, Concordantia & Contrarietas sunt magnæ. Igitur duratio est magna, in quantum habet in se essentiale durans, durabile & durare. Hoc idem sequitur de Concordantia, quæ est magna, in quantum habet in se essentiale concordans, concordabile & concordare; etiam Concordantia est magna, in quantum Magnitudo & Duratio resistunt Contrarietati cum Concordantia. Contrarietas est magna, quando Magnitudo & Duratio tum magna Concordantia non resistunt Contrarietati, & quando Duratio facit durare Contrarietatem contra Magnitudinem Concordantiæ.

2. Secundùm Regulam de C. quæritur: quid sit Magnitudo in se ipsa & in Duratione, Concordantia & Contrarietate? & utrùm Magnitudo sit id, quod habet in se ipsa essentiale & proprium magnificans, magnificabile & magnificare? & utrùm Magnitudo sit id, per quod Duratio, Concordantia & Contrarietas sunt magnæ? Iterum quæritur: quid est Duratio in Magnitudine, Concordantia & Contrarietate? & quid est in se ipsa & in Contrarietate? & quid est in se ipsa, Magnitudine, Duratione & Concordantia?

3. Secundùm Regulam de D. quæritur: de quo Magnitudo faciat magnam Durationem, utrùm illam faciat de se ipsa, an de alio? Et utrùm Duratio faciat durare Magnitudinem de se ipsa, an de alio? Iterum quæritur: utrùm Magnitudo faciat in Duratione de suo proprio magnificabili magnum durabile proprium Durationis? vel utrùm proprium magnificans Magnitudinis faciat de se ipso, vel de Magnitudine, vel de suo proprio magnificabili magnum durabile proprium Durationis? & hoc idem de aliis.

De Camera. C. E.

1. MAgnitudo est id, per quod Potestas, Concordantia & Principium sunt magna; & Potestas est id, per quod Magnitudo, Concordantia & Principium possunt esse hoc, quod sunt, & possunt agere; & Concordantia est id, per quod Magnitudo, Potestas & Principium concordant; & Principium est id, per quod Magnitudo, Potestas & Concordantia sunt principia omnibus illis rebus, quæ existunt sub eorum proprietatibus & naturis; & ideo Potestas potest principiare magna in Magnitudine & de Magnitudine, & potest illa concordare in Concordantia & de Concordantia, & potest illa principiare in Principio & de Principio, & potest illa habere in se ipsa & de se ipsa.

2. Secundùm Regulam de C. quæritur: quid sit Magnitudo in Potestate, Concordantia & Principio, quia est alia in Potestate, alia in Concordantia, alia in Principio, & alia in se ipsa? Etiam quæritur: quid sit hoc, quod existit conjunctum & compositum de ipsis quatuor principiis, quod est magnificatum de Magnitudine, possificatum de Potestate, concordatum de Concordantia, principiatum de Principio, & ideo transit in aliam speciem & in alium numerum, in quo plura concordant ad essendum unum, & multa concordant ad essendum plura?

3. Secundùm Regulam de E. quæritur: quare Magnitudo, Potestas, Concordantia & Principium miscentur invicem? & quare illud, quod est aggregatum de omnibus ipsis quatuor, transeat in tertiam speciem? Iterum quæritur: utrùm illud compositum sit propter hoc, ut moveat alia principia cum illis principiis, ex quibus est compositum? vel an sit propter hoc, ut sua principia moveant illud, ut in eo sustententur & habeant esse?

De Camera. C. F.

1. MAgnitudo est id, per quod Sapientia, Concordantia & Medium sunt magna; & quia Sapientia est id, per quod sapiens intelligit, intelligit sapiens magna entia ratione Magnitudinis, & concordat illa in Concordantia, & mensurat & conjungit illa in suo intelligere cum Medio, quod est subjectum influentiæ & refluentiæ specierum abstractarum ab objectis, quæ intelligit, quod sapiens non posset facere sinè extensa Magnitudine in intelligente, intelligibili & intelligere, & sinè extensa Concordantia in illis tribus, & sinè extenso Medio in Principio & in Fine influxarum & refluxa-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rum ſpecierum, per quas & de quibus vivit intelligere ſapientis, & ſapiens cum illo intelligere intelligit res, quæ influuntur & refluuntur in intelligere indutum de Magnitudine & Concordantia.

2. Secundùm Regulam de C. quæritur: quid ſit intelligere in Sapientia, in qua ſunt Magnitudo, Concordantia & Medium? Etiam quæritur: quid ſapiens intelligat, & quid eſt intelligibilitas intelligibilium rerum, videlicet utrùm earum intelligibilitas ſit res compoſita de ipſarum ſimilitudinibus? vel an illa intelligibilitas ſit eſſentia intellectæ rei?

3. Secundùm Regulam de F. quæritur: utrùm quantitas ſit de eſſentia Magnitudinis, Sapientiæ, Concordantiæ & Medii? & utrùm ſint plures quantitates vel una in Magnitudine, Sapientia, Concordantia & Medio? Iterum quæritur: utrùm ſapiens poſſit intelligere, quòd Magnitudo ſit magna? & utrùm quantitas ſit de eſſentia Magnitudinis, & an poſſit eſſe inter Magnitudinem & Medium ſinè pluribus quantitatibus, & ſinè Differentia Magnitudinis & quantitatis? & utrùm ſpecies, quas ſapiens multiplicat in ſuo intelligere, habeant quantitatem? & utrùm illa quantitas ſuſtentetur in ſubſtantia vel in accidente? vel in Sapientia ſapientis? vel in ſuo intelligere?

De Camera. C. G.

1. MAgnitudo eſt id, per quod Voluntas, Concordantia & Finis ſunt magna; & ideo Voluntas eſt magna in magnificante, magnificabili & magnificare, amante, amabili & amare, concordante, concordabili & concordare; Voluntas ſic exiſtens magna amat magnas res & earum Concordantiam in Fine ſui amare, in quo Fine quieſcit cum Magnitudine & Concordantia amantis, amabilîs & amare.

2. Secundùm Regulam de C. quæritur: quid ſit Magnitudo Voluntatis, Concordantiæ & Finîs? & quid ſit amabilitas Magnitudinis, Concordantiæ & Finîs? & quid ſit Concordantia, per quam amans & amatum concordant in amare? & utrùm Concordantia amantis & amati ſit ita, quòd amans in amare ſit agens, & amatum patiens, & quòd amans quieſcat in eſſe amans, & amabile in eſſe amatum? Et quæritur: quid ſit illa amabilitas, per quam amatum proportionatur ad eſſe amatum? & quid ſit illa amativitas, per quam amans eſt proportionatum ad eſſe amans? & utrùm amare ſit eſſentia amantis & amati, & Magnitudo, Concordantia & Finis amborum?

3. Secundùm Regulam de G. quæritur: qualis Magnitudo ſit illa, quæ in Voluntate eſt amans? & qualis Magnitudo ſit illa, quæ in Voluntate eſt amata? & qualis Magnitudo ſit illa, quæ in Voluntate eſt amare? & hoc idem ſequitur de qualitate Concordantiæ & Finîs quæſita in Voluntate? Iterum quæritur: utrùm ſinè qualitate amantis, amati & amare poſſint exiſtere qualificatæ Magnitudo & Concordantia & Finis in Voluntate? & utrùm amans, amatum & amare poſſint eſſe æqualia in Voluntate, Magnitudine, Concordantia & Fine.

De Camera. C. H.

1. MAgnitudo eſt id, per quod Virtus, Concordantia & Majoritas ſunt magnæ; & ideo Virtus exiſtit in magnis concordantibus rebus, & eſt major cum Magnitudine, quàm cum parvitate, & cum Concordantia, quàm cum Contrarietate; & quando Virtus deficit, perit in Parvitate Magnitudinis & Concordantiæ, & in Minoritate contraria Majoritati; quapropter Majoritas aſcendit, quantum poteſt, in Magnitudine & Concordantia Virtutis, ut in ipſa poſſit exiſtere magìs remota à Minoritate & Vitio.

2. Secundùm Regulam de C. quæritur: quid ſit Virtus in Magnitudine, Concordantia & Majoritate? & quid ſit Magnitudo in Virtute, Concordantia & Majoritate? Etiam quæritur: quid ſit major Magnitudo, major Virtus & major Concordantia? & quid ſit major Concordantia concordantis, concordabilîs & concordare? & ſic de aliis ſimilibus iſtis.

3. Secundùm Regulam de H. quæritur: quid ſit tempus in ſe ipſo & in Magnitudine, Virtute, Concordantia & Majoritate? videlicet utrùm tempus ſit id, ſinè quo magnificans non poteſt movere nec magnificare magnificabile ad eſſendum magnificatum cum Majoritate Virtutis & Concordantiæ majori inter magnificans & magnificatum, quàm inter magnificans & magnificabile? Etiam quæritur: utrùm Virtus in uno tempore poſſit eſſe in concordante, concordabili & concordare? & utrùm figura temporis ſit in Concordantia concordantis, concordabilîs & concordare apparens in Majoritate concordantis & concordati magìs, quàm concordabilîs & concordantis, & quòd ſubjectum illius figuræ ſit forma & eſſentia temporis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

poris ejus, sinè quo Majoritas non potest esse major in concordante & concordato, quàm in concordante & concordabili.

De Camera. C. I.

1. MAgnitudo est id, per quod Veritas, Concordantia & Æqualitas sunt magnæ; & ideo Veritas ponit in vero magna concordantia & æqualia; & Magnitudo facit Veritatem magnam in verificante, verificabili & verificare existentibus in Veritate essentialiter & de ejus essentia & natura, sinè quibus Magnitudo non posset facere magnam Veritatem, nec Veritas posset ponere in vero magnas res, nec Veritas posset esse æqualis cum Concordantia in magnis rebus: igitur Veritas habet in se ipsa verificans, verificabile & verificare, quæ sunt de suámet essentia, ut Magnitudo, Concordantia & Æqualitas in se ipsis & in illis possint verificare Magnitudinem, Concordantiam & Æqualitatem, quæ in essentiali verificabili Veritatis sunt verificabiles. Ista Veritas elongatur à Falsitate in verificando, & à parvitate in verificando Magnitudinem, & à Contrarietate in verificando Concordantiam, & existit in Æqualitate verificantis & verificabilis.

2. Secundùm Regulam de C. quæritur: quid sit Veritas in se ipsa? & quid in Magnitudine, Concordantia & Æqualitate? videlicet, utrùm Veritas sit id, per quod Magnitudo, Concordantia & Æqualitas habent veros habitus, in quantum sunt veræ res, sinè qua Veritate non possent esse veræ res? vel, utrùm Veritas sit id, quod est verum de Magnitudine in Concordantia & Æqualitate? vel, utrùm sit id, quod est verum de pluralitate, sinè qua Concordantia & Æqualitas non possent esse, nec Magnitudo verificanter posset in se ipsa habere magnificans, magnificabile & magnificare?

3. Secundùm Regulam de I. quæritur: quid sit locus secundùm suam propriam essentiam? & quid sit in Magnitudine, Veritate, Concordantia & Æqualitate? videlicet, utrùm locus sit id, sinè quo Veritas non potest verificare extra se ipsam Magnitudinem, Concordantiam & Æqualitatem, nec Magnitudo potest magnificare Veritatem, Concordantiam & Æqualitatem extra magnificare & magnificabile, & etiam concordare non potest esse extra concordans & concordabile; & hoc idem de Æqualitate, quæ non potest esse extra pluralitatem? Igitur locus est illud, sinè quo ea, quæ diximus, non possent esse alia in aliis, nec in se ipsis; forma autem & essentia loci non potest sentiri, cùm nulla simplex res sit sensibilis; sed ejus figura apparet in imaginatione, quam homo habet de rebus, quarum aliæ existunt in aliis.

De Camera. C. K.

1. MAgnitudo est id, per quod Gloria, Concordantia & Minoritas sunt magnæ; & ideo Gloria est magna in Concordantia glorificantis, glorificabilîs & glorificare; & Concordantia est magna in Gloria magnificantis, magnificabilîs & magnificare; & Minoritas est magna in Concordantia minorificantis, minorificabilîs & minorificare, & Magnitudo est magna in Concordantia concordantis, concordabilîs & concordare in Gloria.

2. Secundùm Regulam de C. quæritur: quid sit Minoritas sinè Concordantia minorificantis, minorificabilîs & minorificare? & quid sint Gloria, Magnitudo & Concordantia sinè Minoritate? & quid sint, quando sunt unum & idem numero? & quid, quando sunt differentes essentiæ, ita, quòd una non sit alia?

3. Secundùm Regulam de K. quæritur de modo, secundùm quem Magnitudo, Concordantia & Gloria existentes unum idem numero, Magnitudo est magna in Gloria & in Concordantia sinè Minoritate; & Gloria est glorioſa in Magnitudine & in Concordantia, & Concordantia est concordans Magnitudinem & Gloriam, & hoc sinè Minoritate? Etiam quæritur, secundùm quem modum Magnitudo & Concordantia possint quiescere in Gloria existentes in Minoritate?

4. Etiam quæritur secundùm Regulam de K., cum quo Magnitudo magnificet Gloriam & Concordantiam & Minoritatem? & utrùm Magnitudo illas magnificet cum se ipsa vel cum Bonitate, Duratione, Potestate, Sapientia & cum aliis principiis hujus Scientiæ? Etiam quæritur: cum quo Gloria glorificet Magnitudinem, Concordantiam & Minoritatem? & cum quo Concordantia concordet Gloriam, Magnitudinem & Minoritatem? & cum quo Minoritas minorificet Magnitudinem, Gloriam & Concordantiam, videlicet an illas minorificet cum se ipsa, vel cum Contrarietate?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

De Camera. D. E.

1. DUratio eſt id, per quod Poteſtas, Contrarietas & Principium durant; & ideo Poteſtas durat in eſſendo poſſificans, poſſificabile & poſſificare, ita, quòd Contrarietas ibi non poſſit contrariari; & hoc eſt, quia poſſificans & durans & principians, in quibus eſt nulla Contrarietas, ſunt una forma, quæ de ſémet ipſa generat & producit durabile, poſſificabile & principiabile, & hoc facit durando, poſſificando & principiando; ſed quando contingit, quòd Duratio facit durare Contrarietatem contrariantem, poſſificantem & principiantem, tunc Contrarietas deſtruit Finem Durationis, Poteſtatis & Principii contrariante alio Fine contra alium, ita, quòd Finis omnium trium deveniat in Privationem, per quam ſubſtantia genita per Concordantiam & induta Contrarietate devenit in corruptionem.

2. Secundùm Regulam de D. quæritur: de quo principians principiat principiare in Duratione, Poteſtate, Contrarietate & in Principio? & de quo Duratio facit durare principiare in ſe ipſa in Poteſtate & in Principio ſinè Contrarietate? Etiam quæritur: de quo vivit Contrarietas in durare, poſſificare, contrariari & principiare?

3. Secundùm Regulam de E. quæritur, quare Duratio faciat durare Poteſtatem, Contrarietatem & Principium? & quare Poteſtas det Contrarietati, Durationi & Principio ſuam ſimilitudinem? & quare Contrarietas reſiſtat Fini Durationis, Poteſtatis & Principii? & quare Principium principiet Contrarietatem, in quantum ipſam facit exiſtere Principium contra ſuúmmet Finem & contra Finem Durationis & Poteſtatis?

De Camera. D. F.

1. DUratio eſt id, per quod Sapientia, Contrarietas & Medium durant; & ideo in Sapientia, in qua non eſt Contrarietas, durant intellectivum, intelligibile & intelligere; ſed, quando ibi aſſociatur Contrarietas, tunc corrumpitur in Sapientia intellectivum, intelligibile & intelligere, quia Contrarietas deſtruit Medium, in quo conjunguntur intellectivum & intelligibile, & in ipſis ita ponit ſe Contrarietas in intelligere, quòd Finis intelligibilîs non habeat, per quod transeat ad intellectivum, nec intellectivum habeat, quod ipſum moveat ad intelligendum intelligibiles res.

2. Secundùm Regulam de D. quæritur, de quo duret intelligere in Sapientia? & de quo vivat in intelligere Contrarietas, quæ eſt inter intellectivum & intelligibile? & ſimiliter, de quo ſit influentia, quam Finis transmittit Principio? & de quo duret? & utrùm ſit de eſſentia Finîs & de eſſentia illius Principii, quod Fini refluit ſuam ſimilitudinem? & de quo ſit conjunctio, quæ eſt inter intellectivum & intelligibile, videlicet an ſit de eorum eſſentia, vel de aliena? vel an ſit eſſentia per ſe ipſam?

3. Secundùm Regulam de F. quæritur: utrùm quantitas ſit ita magna in extenſitate, ſicut in Duratione? & utrùm Contrarietas poſſit reſiſtere, quòd Duratio, Sapientia & Medium poſſint eſſe ſinè quantitate? Iterum quæritur, utrùm Duratio, Sapientia, Contrarietas & Medium poſſint in ſubſtantia eſſe æqualia in quantitate, & ſic de aliis, quæ de ipſa poſſunt dici ſecundùm quantitatem? videlicet, ſi quæritur, utrùm intelligere poſſit eſſe æqualiter inter intellectivum & intelligibile, durativum & durabile ſinè quantitate & Contrarietate?

De Camera. D. G.

1. DUratio eſt id, per quod Voluntas, Contrarietas & Finis durant, & etiam eſt id, per quod Voluntas & Finis durant ſinè Contrarietate; & propter hoc Duratio eſt amabilis in Voluntate, quæ eſt illud, per quod Duratio eſt amabilis; & ideo Voluntas deſiderat Durationem in ſuo amare; & quia ſuum amare non poſſet durare ſinè amativo & amabili, Voluntas deſiderat Durationem amativi & amabilîs, & cum tali deſiderare deſiderat Finem amandi, in quo deſiderat durare, ut ſuum amare diutiùs poſſit quieſcere in illo Fine; ſed quando contingit, quòd Contrarietas reſiſtat Fini amandi, deſtruitur Duratio amativi & amabilîs, & tunc Voluntas amat odibiles res contrarias Fini amandi.

2. Secundùm Regulam de D. quæritur, de quo ſint in Voluntate amans, amabile & amare? utrùm ſint de eſſentia Voluntatis, vel de eſſentia Durationis, vel de eſſentia Contrarietatis, vel de eſſentia Finîs? Etiam quæritur, utrùm quies, quam Voluntas habet in Fine, ſit de eſſentia principiorum? & utrùm illa quies poſſit eſſe de contrariis?

3. Secundùm Regulam de G. quæritur, qualis ſit major Duratio, quæ poteſt eſſe in amare amativi, amabilîs & amati, durativi, dura-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

durabilîs & durati ? Etiam quæritur, qualis Contrarietas possit contrariari Fini ipsorum durare & amare, in quibus Duratio, Voluntas, Concordantia & Finis sint una eadem essentia in numero ? Hoc idem quæritur de rebus, in quibus principia sunt diversæ essentiæ; ût, si quæratur, qualis Contrarietas possit destruere majorem Durationem amantis, amabilîs & amare ?

De Camera. D. H.

1. DUratio est id, per quod Virtus durat, & per quod Majoritas Virtutis durat contra Majoritatem Vitii; & ideo Duratio est id, per quod durat Majoritas de sua Virtute; sed quando Contrarietas durat contra Majoritatem Virtutis, tunc illa Duratio est id, per quod Majoritas Vitii durat contra Majoritatem suæ Virtutis.

2. Secundùm Regulam de D. quæritur, de quo sit Majoritas Durationis in Virtute ? & de quo sit major Virtus in Duratione ? & de quo sit major Contrarietas inter Virtutem & Vitium ? Etiam quæritur, de quo sit Virtus ? & de quo sit Vitium ? videlicet, utrùm Vitium sit de privatione Virtutis ? vel utrùm sit de essentia Contrarietatis, quæ de se ipsa induit Virtutes contra Majoritatem & Durationem Virtutis ?

3. Secundùm Regulam de H. quæritur, utrùm Duratio possit esse major in Virtute, quàm Contrarietas ? & utrùm Majoritas possit esse in Duratione, Virtute & in tempore sinè Minoritate ? & utrùm Virtus possit esse in Majoritate cum Concordantia sinè Contrarietate temporis & Vitii ? Iterum quæritur, utrùm Duratio possit esse major in tempore actualiter, quàm potentialiter ? & in *esse*, quàm in Privatione, & sic de aliis similibus ?

De Camera. D. I.

1. DUratio est id, per quod Veritas, Contrarietas & Æqualitas durant, & propter hoc est in Duratione durare, cum quo durant Veritas, Contrarietas & Æqualitas; & in Veritate est verificare, quod ponit in vero durare, contrariari & æqualificare ; & in Contrarietate est contrariari contra durare, verificare & æqualificare; & in Æqualitate est æqualificare contra Inæqualitatem durandi, verificandi & contrariandi.

2. Secundùm Regulam de D. quæritur, de quo sit verificare in Veritate, Duratione, Contrarietate & Æqualitate ? & hoc idem in durare, contrariari & æqualificare ? & utrùm Contrarietas habeat de se ipsa contrariari ? vel utrùm suum contrariari habeat à Duratione, Veritate & Æqualitate in privando Finem omnium trium, ita, quòd eorum Finis non sit de Concordantia ?

3. Secundùm Regulam de I. quæritur, in quo loco sit durare in verificare & in æqualificare contra contrariari ? Etiam quæritur, utrùm Duratio, Veritas & Æqualitas possint in se ipsis collocari, ita, quòd Contrarietas illi collocationi non possit resistere, Duratione existente subjecto ipsi verificare & æqualificare, & Veritate ipsi durare & æqualificare, & Æqualitate ipsi verificare & durare ?

De Camera. D. K.

1. DUratio est id, per quod Gloria, Contrarietas & Minoritas durant; & ideo, ut Gloria possit durare sinè Contrarietate & Minoritate, habet in Duratione durativum, durabile & durare, & in gloria gloriativum, gloriabile & gloriari, & durativum & gloriativum sunt unum & idem in numero, & durabile & gloriabile, & hoc idem sequitur de durare & gloriari; & ideo durat Gloria de Duratione in durare, & Duratio habet de Gloria gloriari in durare, & Contrarietas & Minoritas non possunt istis contrariari.

2. Secundùm Regulam de D. quæritur, de quo sit quies, quam Duratio & Contrarietas habent in mundana Gloria ? & de quo sit pœna, quam Duratio & Contrarietas habent, quando non possunt quiescere in Gloria ? Etiam quæritur, utrùm illa Minoritas & Contrarietas, cum quibus Duratio in Gloria potest quiescere, sint de Contrarietate & Minoritate, cum quibus Duratio in Gloria non potest quiescere & habere delectationem, nec Gloria diu existere in Duratione.

3. Secundùm Regulam de K. quæritur, qualis sit modus, per quem Duratio in Gloria potest quiescere & habere delectationem, & Gloria ratione Durationis potest durare in gloriativo, gloriabili & gloriari, sinè quibus Gloria non posset durare in Duratione, nec Duratio in Gloria habere quietem & delectationem ?

4. Iterum quæritur, secundùm Regulam de K., cum quo Duratio faciat durare in se ipsa gloriari sinè contrariari & minorificare ? & cum quo Gloria in se ipsa faciat quiescere Durationem sinè contrariari & minorificare ? Etiam quæritur, utrùm Contra-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rietas reſiſtat Durationi & Gloriæ cum privatione durandi & gloriandi? & utrùm Minoritas reſiſtat Majoritati Durationis & Gloriæ cum Minorificare ipſa durare & gloriari.

De Camera. E. F.

1. POteſtas eſt id, per quod Sapientia, Principium & Medium poſſunt eſſe hoc, quod ſunt, & poſſunt habere proprias & naturales operationes; & quia Sapientia eſt id, per quod ſapiens intelligit, ratione Poteſtatis poteſt eſſe in illa intellectivum, intelligibile & intelligere; & ratione Principii poteſt intellectivum de ſe ipſo principiare intelligibile, & poteſt eſſe Principium ipſi intelligibili; & ratione Medii principiare poteſt eſſe inter intellectivum & intelligibile, quod principiare ſit unum idem numero cum intelligere, in quo principiare & intelligere ſe poſſint conjungere & menſurare intellectivum & intelligibile ſecundùm eſſentialem & ſubſtantialem conjunctionem & menſuram Poteſtatis, Principii, Sapientiæ & Medii.

2. Secundùm Regulam de E. quæritur, quare principiet in Sapientia intelligere, & in Poteſtate poſſificare, & in Principio principiare? Et quare Medium ſit ſubjectum omnibus tribus recipiens influentias & refluentias illorum conjunctim & menſurativè per omnes ſuas extremitates.

3. Secundùm Regulam de F. quæritur, utrùm Poteſtas poſſit quantificare Sapientiam, Principium & Medium, quæ ſint unum idem numero? & utrùm in illo uno quantitas poſſit principiare, & Sapientia cum quantitate poſſit menſurare ſuum intelligere? Etiam quæritur, utrùm Medium poſſit habere extremitates ſinè quantitate? Iſta eadem quæſtio fit de rebus, in quibus Poteſtas, Sapientia, Principium & Medium ſunt differentes eſſentiæ.

De Camera. E. G.

1. POteſtas eſt id, per quod Voluntas, Principium & Finis poſſunt eſſe hoc, quod ſunt, & per quod ſuppoſitum poteſt operari de ipſis rationibus ſequendo earum naturas & proprietates; & ideo Voluntas deſiderat in ſe ipſa habere Poteſtatem, Principium & Finem, ut ratione Poteſtatis poſſit habere in ſe ipſa amans, amabile & amare, & ratione principii ſuum amans poſſit eſſe principians, & ſuum amabile principiabile, & ſuum amare principiare; & ratione Medii deſiderat Voluntas conjunctionem amabilium rerum in ſuo amare menſuratarum cum Æqualitate amantis & amabilîs per omnes ſuas extremitates, quas habet de amante, amabili & amare.

2. Secundùm Regulam de E. quæritur, quare Poteſtas det Voluntati Poteſtatem amandi? & quare Voluntas in ſuo amare deſideret conjunctionem amantis & amabilîs, poſſificantis & poſſificabilîs, principiantis & principiabilîs? & quare velit, quòd ſuum amare exiſtat æqualiter inter amans & amabile, poſſificans & poſſificabile, principians & principiabile.

3. Secundùm Regulam de G. quæritur: qualis ſit illa Poteſtas, quæ poteſt de ſe ipſa poſſificabile & poſſificare? & quale ſit illud Principium, quod de ſe ipſo principiat principiabile & principiare? & qualis ſit illa Voluntas, quæ de ſe ipſa poteſt principiare amare & amabile, & in qua principiare poteſt amare de amante & amabili? Etiam fit quæſtio, qualis ſit illa Voluntas, in qua amans & amabile poſſint ſe magìs conjungere & æqualificare?

De Camera. E. H.

1. POteſtas eſt id, per quod Virtus, Principium & Majoritas poſſunt exiſtere & agere; & ideo Virtus poteſt oriri de unitate poſſificantis, & de unitate poſſificabilîs, ut poſſificare poſſit eſſe de Virtute & poſſificante & poſſificabili, & de principiante & principiabili, & eſſe unum & idem cum principiare; & omnia iſta convenit ita eſſe, ut Virtus poſſit aſcendere ad illam majorem Majoritatem, ad quam poteſt aſcendere.

2. Secundùm Regulam de E. quæritur, quare Majoritas oſtendat, quòd ſit major Virtus inter poſſificans, poſſificabile & poſſificare, principians, principiabile & principiare, quàm in Poteſtate & Principio tantùm? Etiam quæritur, quare Virtus, quæ oritur de principiante & de principiabili in principiare, ſit major, quàm Virtus, quæ non oritur de his duobus in principiare?

3. Secundùm Regulam de H. quæritur, utrùm Virtus ſinè tempore poſſit oriri de Principio principiante, principiabili & principiare, in quo principiare principians & principiabile ſint Principium, & poſſificans & poſſificabile ſint Poteſtas?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

De Camera. E. I.

1. POteſtas eſt id, per quod Veritas, Principium & Æqualitas poſſunt exiſtere & agere; & ideo Veritas poteſt eſſe hoc, quod eſt, & poteſt ponere in vero res & etiam proprietates & naturas Poteſtatis, Principii & Æqualitatis; & Principium poteſt principiare veras & æquales res; & Æqualitas poteſt illas æqualificare in verificare & principiare.

2. Secundùm Regulam de E. quæritur, quare Poteſtas, Veritas, Principium & Æqualitas convertantur in DEO? & quare non convertantur in creaturis? Iterum quæritur, quare Veritas ponat in Æqualitate poſſificare & principiare? & quare Poteſtas ponat in Æqualitate verificare & principiare? & quare Principium ponat in Æqualitate principians & principiabile?

3. Secundùm Regulam de I. quæritur, utrùm Poteſtas, Veritas, Principium & Æqualitas poſſint eſſe ſinè loco, & in loco, & extra locum, cùm Poteſtas poſſit eſſe in ſe ipſa ſinè loco, in quantum poteſt eſſe aliquid, quod non eſt locus? Etiam quæritur, utrùm Poteſtas ſinè loco poſſit poſſificare in ſe ipſa verificare Veritatis & principiare Principii & æqualificare Æqualitatis, Poteſtate exiſtente poſſificante, verificante, principiante & æqualificante, & Poteſtate exiſtente poſſificabili, verificabili, principiabili & æqualificabili, & Poteſtate exiſtente poſſificare, verificare, principiare & æqualificare?

De Camera. E. K.

1. POteſtas eſt id, per quod Gloria, Principium & Minoritas poſſunt exiſtere & agere; & Gloria eſt id, in quo Poteſtas, Principium & Minoritas poſſunt quieſcere; & Principium eſt id, in quo Poteſtas, Gloria & Minoritas poſſunt principiare; & Minoritas eſt id, in quo Poteſtas, Gloria & Principium poſſunt exiſtere propè *non eſſe*; & ideo remotâ Minoritate ab iſtis principiis poſſunt eſſe ita remota à *non eſſe*, quòd ſit impoſſibile, ea eſſe in *non eſſe*.

2. Secundùm Regulam de E. quæritur, quare Poteſtas poſſit principiare, ex eo, quia eſt? & hoc idem de Gloria, Minoritate & Principio. Iterum quæritur, quare Minoritas ſit ſubjectum Poteſtati, Gloriæ & Principio, quòd ſint propè *non eſſe?* & quare Minoritas ſit ſubjectum multiplicitati Poteſtatis, Gloriæ & Principii, ipſis exiſtentibus tribus partibus ſubſtantiæ alio in alio?

3. Secundùm Regulam de K. quæritur: qualis ſit modus, ſecundùm quem Minoritas eſt ſubjectum Poteſtati, Gloriæ & Principio, quòd ſint propè *non eſſe?* & etiam, qualis ſit modus, per quem Minoritas eſt ſubjectum, quòd entia, quæ ſunt, exiſtant propè *non eſſe?*

4. Iterum quæritur per Regulam de K., cum quo Minoritas ſit ratio Poteſtati, Gloriæ & Principio, quòd ſint propè *non eſſe?* & cum quo Poteſtas exiſtat in Minoritate ſimpliciter per ſe? & cum quo exiſtat in Majoritate ſimpliciter per ſe? & multiplicet ſe ipſam dando ſuam ſimilitudinem Gloriæ & Principio? & cum quo Poteſtas revertatur in Minoritatem recipiens ſimilitudinem Minoritatis, exiſtens otioſa & non recipiens ſimilitudinem Gloriæ & Principii, propter quam otioſitatem exiſtunt in potentia illa entia, quæ ſunt proportionata ad dandum & recipiendum ſimilitudines?

De Camera. F. G.

1. SApientia eſt id, cum quo ſapiens intelligit Voluntatem, Medium & Finem; & Voluntas eſt id, cum quo amans amat & deſiderat Sapientiam, Medium & Finem; & ideo Sapientia habet in ſe ipſa intelligens, intelligibile & intelligere, & Voluntas amans, amabile & amare; unde, ſicut in Sapientia Voluntas objectatur in intelligente, intelligibili & intelligere, ſic in Voluntate Sapientia deſideratur & amatur in amante, amabili & amare; & Medium eſt ſubjectum iſtis, ut in eo conjungantur & menſurentur æqualiter per omnes ſuas extremitates & interioritates, & ut per iſtum modum poſſint quieſcere in Fine.

2. Secundùm Regulam de F. quæritur, utrùm Sapientia poſſit intelligere Voluntatem ſinè quantitate, & Voluntas amare Sapientiam, poſtquam Sapientia extra imaginationem poteſt intelligere Voluntatem, & Voluntas amare Sapientiam, & cum tali amare & intelligere poſſint quieſcere in ſuo intellectuali Fine?

3. Secundùm Regulam de G. quæritur: qualis ſit illa Sapientia, quæ plùs intelligit Voluntatem, & quæ per Voluntatem plùs amatur? & quale ſit illud Medium, in quo Sapientia & Voluntas æqualiter ſe conjungunt in amare & intelligere? & qualis ſit ille Finis, in quo Sapientia & Voluntas magìs poſſunt quieſcere & habere delectationem?

&

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& qualis ſit ille Finis, quem Sapientia plùs poteſt intelligere, & Voluntas amare?

De Camera. F. H.

1. SApientia eſt id, per quod Virtus, Medium & Majoritas ſunt intelligibilia; & Virtus eſt id, per quod Sapientia habet Virtutem intelligendi intelligibiles res, & per quod intelligibiles res habent Virtutem, ut intelligantur; & intelligere eſt Medium, in quo Virtus intellectiva & Virtus intelligibilis ſe conjungunt & menſurant æqualiter; & Majoritas eſt illa figura, in qua apparet major Virtus, quam Sapientia poteſt intelligere, & Voluntas poteſt amare.

2. Secundùm Regulam de F. quæritur: utrùm Virtus poſſit oriri de Sapientia ſinè quantitate? & utrùm Virtus poſſit eſſe intelligibilis ſinè quantitate, Virtute exiſtente æternaliter & infinitè intellectâ & intelligibili? Etiam quæritur, utrùm Majoritas poſſit eſſe in intelligere ſinè quantitate, & in Virtute ſinè Vitio?

3. Secundùm Regulam de H. quæritur, utrùm intellectum & intelligibile poſſint eſſe in uno tempore, in quo intelligere ſit majus, quàm ullum aliud intelligere? & utrùm illud tempus ſit figura Æternitatis, in quo minus intelligere habeat cognitionem de majori intelligere? Quæritur etiam, utrùm Virtus & Vitium uno & eodem tempore poſſint conjungi & æqualiter menſurari?

De Camera. F. I.

1. SApientia eſt lumen, cum quo ſapiens inquirit veras res, in quo lumine Veritas illas repræſentat, & in quo lumine intelligere eſt Medium & ſubjectum conjunctioni rerum illuminatarum & verificatarum æqualiter conjunctarum in intelligere, & hoc in tantum, quòd Sapientia & Veritas exiſtant æqualiter extenſæ in intellectivo & intelligibili & intelligere, verificante, verificabili & verificare.

2. Secundùm Regulam de F. quæritur: utrùm Sapientia poſſit eſſe in ita magna quantitate in Veritate, ſicut in ſe ipſa? Et, utrùm quantitas poſſit magìs extendi in intelligibilitate, quàm in intellectivitate? & hoc idem quæritur de Veritate. Iterum quæritur, utrùm Æqualitas ſinè quantitate verè poſſit eſſe ſubjectum intellectivitati, intelligibilitati & intelligere?

3. Secundùm Regulam de I. quæritur: ubi intellectivum habeat ſuum intelligere? & utrùm remotum intelligibile collocetur in proprio intelligibili? & verificatæ res ſint ſimilitudines collocatæ in remoto intelligibili deductæ ad proprium intelligibile, ſicut ſpecies abſtractæ à ſenſibilibus locis & collocatæ & deductæ ad Imaginationem, in qua Intellectus ipſas recipit & menſurat in abſentia corporalium ſenſuum, & Veritas illas verificat & repræſentat, & hoc collocando ſe invicem aliud in alio, intelligere in verificare, & verificare in intelligere, ut Sapientia & Veritas ſe poſſint collocare mutuò alia in alia, & æqualiter menſurare?

De Camera F. K.

1. SApientia ſapit ſeu ſcit in ſémet ipſa Gloriam, Medium & Minoritatem; ſcit in ſémet ipſa Gloriam, in quantum intelligit in ſe ipſa & de ſuámet eſſentia intellectivum, intelligibile & intelligere, & iſta Sapientia eſt pars ſapientis, qui habet Gloriam in intelligendo, quòd iſta ſint proprietates convenientes Sapientiæ; igitur in ſapiente eſt Sapientia & Gloria, ut Sapientia poſſit quieſcere in Gloria, & ut ſapiens poſſit in intelligere gloriari ſeu delectari; eſt tamen Minoritas in Sapientia, in quantum Sapientia & Gloria ſunt diverſæ eſſentiæ, propter quam diverſitatem poteſt habere Sapientia in ſuo intelligere triſtitiam & ignorantiam de illis, quæ deſiderat habere in ſuo intelligere.

2. Secundùm Regulam de F. quæritur, qualis ſit modus, per quem Sapientia poteſt intelligere in Gloria glorians, gloriabile & gloriari, & ſinè quantitate Sapientiæ & Gloriæ, gloriantis, gloriabilîs & gloriari, & intelligentis, intelligibilîs & intelligere? Etiam quæritur, utrùm Sapientia poſſit intelligere in Gloria Minoritatem ſinè quantitate? Et hoc idem de Medio, utrùm poſſit eſſe inter Gloriam & Sapientiam ſinè quantitate?

3. Secundùm Regulam de K. quæritur, quomodo quantitas oriatur in Gloria extenſa in gloriante, gloriabili & gloriari? &, utrùm illa quantitas ſit de eſſentia Sapientiæ? & utrùm ſit de menſuris, cum quibus Sapientia menſurat in Gloria glorians, gloriabile & gloriari? vel, utrùm illa quantitas ſit de eſſentia Minoritatis, quæ Minoritas non eſt de eſſentia Sapientiæ, cùm Sapientia & Minoritas ſint diverſæ eſſentiæ, ſinè qua Diverſitate Sapientia non poſſet quieſcere in Gloria?

Iterum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

4. Iterum quæritur secundùm Regulam de K., cum quo Sapientia intelligat Gloriam, videlicet, an illam intelligat cum intelligibilitate Gloriæ, vel cum sua intellectivitate & suo intelligere? Etiam quæritur, utrùm Sapientia quiescat in Gloria cum conjunctione ipsorum gloriari & intelligere, & cum æqualibus mensuris intellectivitatis & gloriativitatis, intelligibilitatis & gloriabilitatis?

De Camera. G. H.

1. VOluntas est id, per quod Virtus, Finis & Majoritas sunt desiderabiles & amabiles, & propter hoc Voluntas naturaliter desiderat virtuosas res & Finem illarum & naturaliter habere in se ipsa Majoritatem Virtutis & Finîs in suo amare, amante & amabili; nam, quantò magìs Voluntas est extensa in Majoritate amantis, amabilîs & amare in virtuosis rebus, tantò magìs est extensa in Majoritate Finîs, & magìs quiescit, & magìs est remota à vitiosis & minoribus rebus.

2. Secundùm Regulam de G. quæritur, qualis Voluntas sit major in Virtute & in Fine, utrùm illa, quæ habet in se ipsa amans, amabile & amare essentialia? vel illa, in qua amabile & amare sunt extranea & alterius essentiæ? Iterum quæritur, qualis Virtus sit major in Voluntate & in Fine, utrùm illa, quæ cum Voluntate & cum Fine est unum idem numero? an illa Virtus, quæ non est de eorum essentia? Etiam quæritur, qualis Finis sit major & magìs virtuosus in amante, amabili & amare?

3. Secundùm Regulam de H. quæritur, utrùm Voluntas in uno & eodem tempore possit esse virtuosa & vitiosa? & utrùm amando & odiendo in uno & eodem tempore possit quiescere in Fine? Etiam quæritur, utrùm Voluntas sit major in tempore, quo amat, vel in tempore, quo odit?

De Camera. G. I.

1. VOluntas desiderat veras res, ut Veritas in ea verificet amans, amabile & amare; & desiderat æquales res, ut Æqualitas in ea æqualificet amans, amabile & amare; Voluntas etiam desiderat Finem sui amantis, amabilîs & amare, ut in illo Fine possit quiescere; omnia ista desiderat Voluntas naturaliter. Sed, quando contingit, quòd aliqua contrariantur suo desiderare, tunc odit illa, & non potest quiescere in Fine.

2. Secundùm Regulam de G. quæritur, qualis Voluntas sit illa, in qua Veritas & Finis sunt æquales in amante, amabili & amare? & qualis Veritas sit illa, in qua Voluntas æqualiter amat verificans, verificabile & verificare? & qualis Finis sit ille, in quo Æqualitas existit æqualiter in æqualificante, æqualificabili & æqualificare?

3. Secundùm Regulam de I. quæritur, in quo loco Voluntas plùs possit diligere suum amabile, utrùm in loco sensualium rerum? an in loco intellectualium rerum? hoc idem quæritur de Veritate, Æqualitate & Fine. Etiam quæritur, utrùm Voluntas se extendat extra substantiam, cujus est pars, tendens ad amandum suum amatum in eo loco, in quo suum amatum est? vel utrùm Voluntas amet suum amatum in se ipsa, Imaginatione repræsentante Intellectui, & Intellectu repræsentante Voluntati similitudines sui amati?

De Camera. G. K.

1. VOluntas est id, per quod Gloria est desiderabilis; & Gloria est id, per quod Voluntas habet delectationem; & propter hoc Voluntas desiderat in Gloria Finem amantis, amabilîs & amare, & Finem gloriantis, gloriabilîs & gloriari; & Voluntas habet hoc desiderium, ut possit habere delectationem & quietem in amare amantis & amabilîs, & in gloriari gloriantis & gloriabilîs; & per tale amare & gloriari Voluntas est remota à Minoritate & à *non esse*, cui Minoritati & *non esse* est propinqua, quando non desiderat prædictas res.

2. Secundùm Regulam de G. quæritur, quomodo Voluntas se habeat in amando? & utrùm Voluntas possit habere modum in amando sinè qualitate amantis & amabilîs? Etiam quæritur, qualis Voluntas sit illa, quæ amat sinè Minoritate amandi, & non odit aliquas res secundùm suam naturam, & in qua Finis gloriandi & amandi sunt unum & idem?

3. Secundùm Regulam de K. quæritur, quomodo Voluntas se habeat in odire, quod odire non est de sua essentia, nam, si esset, non posset habere delectationem in Gloria, nec quiescere in Fine? Etiam quæritur, quomodo Voluntas se habeat in amando odibiles res, in quibus non potest habere quietem? & in odiendo amabiles res, in quo odire Voluntas non potest quiescere, nec pervenire ad Finem, ad quem est? & utrùm ille modus existat in Minoritate ipsius amare de-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

viati à Fine quietis, & à Fine amantis & amabilîs?

4. Iterum quæritur ſecundùm Regulam de K., cum quo Voluntas amet ſuum amatum? utrùm illud amet cum Fine ſui amantis, vel cum Fine ſui amati, vel cum Fine ſui amare? Etiam quæritur, cum quo Voluntas habeat delectationem in Gloria, videlicet, utrùm habeat Gloriam in amando Gloriam? vel utrùm habeat delectationem in recipiendo Gloriam à gloriante?

De Camera. H. I.

1. VIrtus oritur de Veritate, & Veritas verificat Virtutem, & hoc in Æqualitate originis & verificationis; & propter hoc ſequitur multiplicatio & Majoritas, quia Virtus eſt major in origine virtuificando & verificando & æqualificando, quàm in exiſtendo tantùm hoc, quod eſt, cùm plus ſit exiſtere & agere, quàm unum iſtorum tantùm; & ideo multiplicatur Virtus in ſubſtantia oriendo à multis partibus; & hoc idem de Virtute, quam ſubſtantia habet in ſuis operationibus, videlicet in moralibus Virtutibus, vel in Virtute, quæ conſiſtit in verbis, lapidibus & herbis, & etiam in cœleſtibus corporibus, quæ habent Virtutem in inferioribus rebus, & etiam in aliis Virtutibus, ſecundùm quòd in Definitione Virtutis dictum eſt.

2. Secundùm Regulam de H. quæritur, in quo tempore Virtus ſit major, utrùm in tempore, in quo eſt in potentia? an in tempore, in quo eſt in actu? Etiam quæritur, quæ ſit major imago temporis, utrùm transitus Virtutis, Veritatis & Æqualitatis, vel præſentia omnium trium, vel quòd Virtus, Veritas & Æqualitas exiſtant in futuro tempore?

3. Secundùm Regulam de I. quæritur, in quo loco DEUS poſſit ponere majorem Virtutem, majorem Veritatem & majorem Æqualitatem? Et utrùm locus ſit major in contentis rebus, quàm in continentibus rebus, vel in rebus, quæ æqualiter ſunt continentes & contentæ? Etiam quæritur, utrùm in loco, in quo Virtus exiſtit actualiter, exiſtat etiam vitium potentialiter? & hoc idem de Veritate & Falſitate, de Æqualitate & Inæqualitate.

De Camera. H. K.

1. VIrtus oritur de Gloria, ut ſit magìs remota à pœna, & ut in Gloria poſſit habere majorem delectationem, & ut Gloria poſſit eſſe magìs remota à Vitio & à Minoritate Virtutis; unde, quando contingit, quòd Minoritas habet in ſe ipſa minorificans, minorificabile & minorificare, & Majoritas eſt otioſa in Virtute & in Gloria, tunc Minoritas transcendit Majoritatem, unde ſequitur pœna in origine Virtutis & Vitii in Gloria, cum quo Vitio Virtus habet pœnam in Gloria, quæ Gloria eſt ſubſtantialis pars ſubſtantiæ, ſecundùm quòd in Definitione Gloriæ dictum eſt.

2. Secundùm Regulam de H. quæritur, quæ ſit major Virtus & Gloria, quæ poſſit eſſe in tempore? & in quo tempore DEUS creaverit majorem Virtutem & Majorem Gloriam? & in quo tempore homo poſſit habere majorem Virtutem, utrùm in tempore delectationis & lætitiæ, vel in tempore triſtitiæ & adverſitatis? & hoc idem de aliis rebus, ſicut in tempore ſanitatis vel ægritudinis, juventutis vel ſenectutis, divitiarum vel paupertatis, diei vel noctis &c.?

3. Secundùm Regulam de K. quæritur, quis ſit ille modus, ſecundùm quem Virtus oritur de Gloria, de Majoritate & Minoritate? & quis ſit ille modus, ſecundùm quem Gloria & Virtus ſunt majores in Majoritate, & minores in Minoritate? Etiam quæritur: in qua Gloria ſit major Virtus, & in qua pœna majus Vitium?

4. Iterum quæritur ſecundùm Regulam de K., cum quo oriatur Virtus de Gloria, Majoritate & Minoritate, videlicet utrùm oriatur cum illarum ſimilitudinibus? & utrùm cum illis ſimilitudinibus habeat quietem in Gloria? & utrùm Majoritas cum illis ſimilitudinibus repræſentet majorem Gloriam, quam Virtus poſſit habere?

De Camera. I. K.

1. VEritas verificat de Gloria veras res ſinè Falſitate, quia cum Falſitate non poſſet illas verificare, nec habere quietem in Gloria; & Æqualitas eſt in Gloria, ut Finis Concordantiæ habeat ſubjectum, in quo poſſit quieſcere, & ut Veritas in illo ſubjecto poſſit verificare æquales res, quæ ſunt de eſſentia Gloriæ ſeparatæ ab eſſentia Majoritatis & ab eſſentia Minoritatis, ſinè qua ſeparatione in Gloria non poſſet eſſe vera ſimplex æqualificatio; iſta æqualificatio eſt in gloriatione & verificatione gloriantis, verificantis, æqualificantis, & gloriabilîs, verificabilîs, æqualificabilîs, & gloriari, verificare & æqualificare.

Secun-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. Secundùm Regulam de I. quæritur, in quo loco sit vera Gloria? utrùm sit in hoc Mundo, an in altero? & utrùm Gloria sit locus, in quo Veritas, Æqualitas & Minoritas possint quiescere & habere delectationem? Etiam quæritur, utrùm Veritati intellectualium rerum Æqualitas sit intellectualis locus, in quo illæ res possint esse æquales & æqualiter habere Gloriam? & hoc idem quæritur de sensualibus rebus.

3. Secundùm Regulam de K. quæritur, quomodo Veritas in Gloria verificet gloriosas res sinè Minoritate, illâ verificatione existente in Æqualitate verificantis, verificabilîs & verificare, gloriantis, gloriabilîs & gloriari, ita, quòd Veritas, Gloria & Æqualitas existant una & eadem essentia numero & reales & inconfusæ rationes?

4. Adhuc quæritur secundùm Regulam de K., cum quo Veritas verificet Gloriam? & cum quo Gloria glorificet Veritatem? & cum quo Veritas & Gloria sint æquales & una eadem essentia, ita, quòd Minoritas non possit resistere earum unitati & Æqualitati?

PARS III.

De Inventionibus.

IN hac Parte datur Doctrina, quomodo Artista sciat combinare & miscere unum Principium cum altero secundùm naturam & proprietates suarum Definitionum; *& in ista Mixtione proponimus dare exempla, ut per illa Artista sciat faciliùs invenire naturas & secreta rerum;* „quia per illa „exempla, quæ nos proponimus dare, potest „Artista de aliis rebus, de quibus fiet quæ„stio & investigatio, etiam exemplificare & „facere Scientiam secundùm illa, de quibus „nos proponimus dare exempla.„ In ista Parte tamen possunt etiam adduci decem Regulæ, & fieri Quæstiones secundùm Modum & Doctrinam, quam dedimus in *secunda Parte.*

Itaque proponimus cum Bonitate miscere Magnitudinem & Durationem, & hoc idem de aliis Principiis; & proponimus cum Magnitudine miscere Durationem, Potestatem &c. & sic per ordinem; & iste ordo potest converti secundùm Doctrinam, quam proponimus dare; sicut Bonitas, quæ potest misceri cum Magnitudine, Durationè &c., & Magnitudo cum Durationè, Potestate &c.

Bonitas, Magnitudo.

1. MAgnitudo est in Bonitate, sicut in Bonitate DEI, in qua est Magnitudo, in quantum Bonitas & Magnitudo sunt unum idem numero; & quia Magnitudo DEI est infinita, ideo est in Bonitate, ut Bonitas sit infinita, & ut infinitè sit Ratio DEO, qui est Bonus, quòd agat magnum Bonum infinitè in infinita Bonitate & Magnitudine, ut illud magnum Bonum sit infinitum in tantum, in quantum Bonitas est Ratio DEO magno Bono, quòd agat magnum infinitum Bonum; unde sequitur de necessitate, quòd in Divina Bonitate & Magnitudine sit unum Bonificans, Magnificans, quod agat ita magnum Bonum, sicut Bonitas est magna Ratio Bono, quòd agat magnum Bonum; istud tam magnum Bonum non posset esse de finita Bonitate & Magnitudine, sed tantùm de infinita Bonitate & Magnitudine, cùm Bonitas sit infinitè Ratio Bono, quòd agat Bonũ.

2. In Bonitate Angeli est Magnitudo, per quam est magna ratio Angelo, qui est bonus, quòd agat magnum bonum, videlicet magnum memorare, intelligere & amare, quæ sunt magna bona in contemplando nostrum Dominum DEUM. In naturali Bonitate maligni Angeli est Magnitudo Malitiæ, quæ Magnitudo est in perversione amandi, odiendo bonas & magnas res, quas memorat & intelligit, quòd sint amabiles; & propter hoc sua Malitia est illi ratio, quòd agat magnum malum.

3. In Bonitate Firmamenti est Magnitudo, ut sua Bonitas sit magna ratio Firmamento, quòd agat magnum bonum secundùm naturam boni & magni motûs, per quem influat huc inferiùs motum rerum, quæ naturaliter habent bonos & magnos motus, qui moventur per superiores motus.

4. In Bonitate JESU Christi benedicti est Magnitudo, ut Divina Bonitas & Magnitudo sint magna ratio boni creatæ Bonitati & Magnitudini, quòd sint magna ratio boni creato magno Bono, quòd agat magnum bonum, quod magnum bonum agit JESUS Christus, in quantum memorat, intelligit & amat Deitatem, & in quantum restauravit humanam naturam, & sic de aliis innumeris bonis, quæ agit, quæ sunt magna.

Secundùm exemplum, quod dedimus de Magnitudine in Bonitate, potest dari exemplum in aliis rebus, quas narrare esset prolixum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Bonitas, Duratio.

1. ÆTernitas eſt in Bonitate DEI, ut æternaliter ſit Ratio Bono, quòd agat Bonum; & ideo DEUS, qui eſt Bonus & Æternus, habet bonam & æternam Rationem, quòd agat æternum Bonum, iſtud æternum Bonum non poſſet agere de alia re, quæ non eſſet bona & æterna; & ideo DEUS bonus æternus eſt Bonificans & Æternificans, & generat & producit de ſe ipſo Bonificabile Æternificabile, ut Bonitas poſſit durare æterna Ratio Bono, quòd agat Bonum.

2. In Bonitate Angeli eſt Duratio, ut Bonitas poſſit durare in exiſtendo ratio Angelo, quòd agat bonum; & ideo Angelus agit durabile bonum memorando, intelligendo & amando DEUM & ejus operationes.

3. Duratio eſt in Bonitate Firmamenti, ut Bonitas ſit durabilis ratio Firmamento, quòd agat bonum, quod Firmamentum agit durabile bonum movendo ſe ipſum & in motu planetarum & elementorum, quæ ab ipſo recipiunt durabilem motum.

4. Duratio eſt in Bonitate JESU Chriſti, ut Divina Bonitas & Duratio ſint Rationes Durationi boni in Humana Natura, in qua eſt bona Duratio durantibus duabus Naturis in una Perſona.

Bonitas, Poteſtas.

1. POteſtas eſt in Bonitate DEI, ut Bonitas poſſit eſſe Ratio Bono, quòd agat Bonum; & ideo DEUS, qui eſt Bonus, habet Poteſtatem, quòd agat Bonum; & ideo oportet, quòd poſſit agere ita magnum Bonum, ſicut Bonitas illi poteſt eſſe Ratio, quòd agat Bonum; & ſi non ageret illud Bonum, quod poteſt agere, poſtquam Bonitas eſt illi Ratio, quòd agat tale Bonum, ageret contra ſuam Bonitatem & ſuam Poteſtatem; quod eſt impoſſibile.

2. Poteſtas eſt in Bonitate Angeli, ut Bonitas poſſit eſſe ratio Angelo, quòd agat bonum; &, ſi Angelus non agit bonum, quod poteſt agere ſub ratione Bonitatis, agit malum contra rationem Bonitatis & Poteſtatis; & iſte Angelus eſt malus, qui agit contra naturas & proprietates ſuorum principiorum.

3. Poteſtas eſt in Bonitate Firmamenti, in quantum poteſt eſſe ratio Firmamento, quod eſt bonum, quòd agat bonum; & quia Firmamentum agit tantum bonum, quantum poteſt, ſequitur naturam ſuæ Bonitatis & Poteſtatis.

4. Poteſtas eſt in Bonitate JESU Chriſti, in quantum ſua Bonitas poteſt eſſe Ratio JESU Chriſto, qui eſt bonus, quòd agat omne illud bonum, quod poteſt agere ſub Ratione Bonitatis; & ideo Divina Bonitas, quæ eſt DEUS Filius, poteſt in ſe ipſa agere Humanam Bonitatem, conjungendo illam ſibi; & in iſta Poteſtate extendit ſe tantum Divina Bonitas, quantum ſe poteſt extendere in poſſificando creatam Bonitatem; &, ſi in hac Poteſtate ſe non extenderet tantum, quantum poteſt, ageret contra Rationem Bonitatis & Poteſtatis, quæ ſe poſſunt extendere in creatura.

Bonitas, Sapientia.

1. SApientia eſt in Bonitate DEI, ut Bonitas cum Sapientia ſit Ratio DEO, qui eſt Bonus & Sapiens, quòd agat Bonum ſapienter; & ideo oportet, quòd DEUS agat tantum Bonum, quantum ſua Sapientia intelligit ſub Ratione Bonitatis; & quia ſua Sapientia, quæ intelligit ſub Ratione Bonitatis, eſt DEUS, quem oportet agere tantum Bonum, quantum ſua Sapientia intelligit ſub Ratione Bonitatis, eſt neceſſarium, quòd intelligendo illud Bonum, quod eſt DEUS, generet & producat Bonificabilem & Intelligibilem DEUM in tantum, in quantum Bonitas cum Sapientia eſt Ratio Bono Sapienti DEO, quòd agat Bonum ſapienter.

2. Sapientia eſt in Bonitate Angeli, ut ſua Bonitas ſit ipſi ratio cum Sapientia, quòd agat bonum ſapienter.

3. Naturalis Inſtinctus eſt in Bonitate Firmamenti, qui eſt figura & ſimilitudo Sapientiæ, ut Bonitas cum illo naturali Inſtinctu ſit ratio Firmamento, quod eſt bonum, quòd agat bonum ſecundùm naturam ſui Inſtinctûs; & ideo Firmamentum habet bonum naturalem curſum, cum quo ordinat & dirigit inferiora ſecundùm genera & ſpecies & illorum individua.

4. Sapientia eſt in Bonitate JESU Chriſti, ut Bonitas cum Sapientia ſit Ratio, quòd DEUS, qui eſt bonus, agat illud bonum in creatura, quod in illa poteſt ſcire ſub Ratione Bonitatis; &, quia ejus Sapientia comprehendit omnia in tantum, in quantum illa poteſt ſcire ſub Ratione Bonitatis, oportet, quòd agat illud bonum, quod poteſt ſcire in creatura ſub Ratione Bonitatis; & ideo facit, quòd illa Humana Natura JESU Chriſti ſit DEUS, in quantum ipſe factus eſt Homo; &, ſi hoc non eſſet ita, Divina Sapien-

tia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tia ratione sui ipsius non comprehenderet in creatis rebus illos terminos, secundùm quos illas potest comprehendere sub Ratione Bonitatis.

Bonitas, Voluntas.

1. VOluntas est in Bonitate DEI, ut Bonitas sit Ratio DEO, qui est Bonus, quòd agat Bonum Amans, & quòd illud Bonum sit Amatum & Amabile in tantum, in quantum Bonitas cum Voluntate est Ratio DEO, quòd agat Bonum Amans; & ideo DEUS agit Bonum amando se ipsum; & oportet, quòd illud Bonum, quod agit, sit DEUS, ut sit in tantum Bonum & Amabile, in quantum Bonitas cum Voluntate est Ratio DEO, quòd agat Bonum.
2. Voluntas est in Bonitate Angeli, ut sit ratio Angelo, qui est bonus, quòd agat bonum amare; &, quando Angelus agit malum amare, tunc est Voluntas in Malitia, quæ cum Voluntate est ratio malo angelo, quòd agat malum amare, cum quo odit bonas & amabiles res, & amat malas & odibiles.
3. Naturalis Appetitus est in Bonitate Firmamenti, ut sit ratio Firmamento, quod est bonum, quòd agat bonum; & ideo Firmamentum habet appetitum ad agendum bonum in his inferioribus rebus, in quibus agit illud bonum, quod ab eo possunt recipere, appetendo recipere ab illo bonum & influentiam.
4. Voluntas est in Bonitate JESU Christi, ut Bonitas cum Voluntate sit Ratio JESU Christo, qui est bonus, quòd agat bonum, Divinâ Naturâ tantum amante Humanam Naturam, & Humanâ Naturâ tantum amante Divinam Naturam, quantum Bonitas cum Voluntate potest esse Ratio bono, quòd sit DEUS & Creatura, qui agat bonum amando.

Bonitas, Virtus.

1. VIrtus est in Bonitate DEI, ut Bonitas cum Virtute sit Ratio Bono, quòd agat virtuosum Bonum; & ideo DEUS agit virtuosum Bonum in tantum, quantum Bonitas est illi Ratio, quòd agat Bonum cum Virtute; &, si DEUS non ageret illud Bonum, existeret vitiosè & otiosè sub Ratione Bonitatis & Virtutis; quod est impossibile.
2. Virtus est in Bonitate virtuosi & boni Angeli, ut agat virtuosum bonum; & illud virtuosum bonum agit bonus Angelus in tantum, in quantum Bonitas est ei ratio, quòd agat virtuosum bonum; & illud virtuosum bonum agit bonus Angelus memorando, intelligendo & amando DEUM; sed malus Angelus facit contrarium.
3. Virtus est in Bonitate Firmamenti, ut Bonitas cum Virtute sit ratio Firmamento, quod est bonum, quòd agat virtuosum bonum in his inferioribus rebus, quæ non possent vivere sinè ejus Virtute.
4. Virtus est in Bonitate JESU Christi, ut Bonitas cum Virtute sit Ratio JESU Christo, quòd agat virtuosum bonum; & oportet, quòd agat illud bonum in tantum virtuosum, in quantum Bonitas est magna in Virtute, ut sit Ratio, quòd agat virtuosum bonum; &, si JESUS Christus non ageret hoc bonum tam virtuosum, Bonitas & Virtus essent otiosæ & vitiosæ Rationes JESU Christo; quod est impossibile.

Bonitas, Veritas.

1. VEritas est in Bonitate; & ideo Bonitas est ratio bono, quòd agat verum bonum: sicut Veritas, quæ est in Bonitate DEI, cum qua Veritate Bonitas est Ratio DEO, qui est Bonus, quòd agat verum Bonum, quod DEUS agit in se ipso, DEO Patre generante DEUM Filium, & Patre & Filio spirantibus Sanctum Spiritum; & ista Veritas est in tantum bona, in quantum Bonitas cum Veritate est Ratio DEO, quòd agat verum Bonum. Etiam Bonitas cum Veritate est Ratio DEO, quòd agat verum bonum in creaturis, quæ sunt bonæ & veræ.
2. Veritas est in Bonitate Angeli, cum qua habet rationem, quòd agat verum bonum, quod bonum agit Angelus in hoc, quòd bene & verè apprehendat illas res, quas intelligit, quas apprehendit Angelus sinè multiplicatione specierum, secus, ac homo, qui sensualiter attingit sensibiles res cum multiplicatione extranearum specierum.
3. Veritas est in Bonitate Hominis DEI, ut in Homine DEO Bonitas cum Veritate sit Ratio JESU Christo, qui est Bonus, quòd agat verum Bonum; & istud verum Bonum agit JESUS Christus in se ipso, in quantum facit, quòd duæ Naturæ, duæ Essentiæ, duæ Bonitates, duæ Veritates sint una Persona, in qua Divina Bonitas & Veritas sunt Ratio DEO, qui est bonus & verus, quòd de creatura agat tantum verum Bonum in se ipso, quantum Bonitas & Veritas illi ad hoc possunt esse Rationes.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

4. Veritas eſt in Bonitate hominis, ut Bonitas cum Veritate ſit ratio homini, quòd verè agat bonum; unde, in quantum Bonitas cum Veritate eſt homini ratio, quòd agat bonum, in tantum obligatur homo, quòd veraciter agat illud bonum; & ideo homo naturaliter bene & veraciter generat alium hominem, & etiam bonum & verum memorare, intelligere & amare rerum, quæ ſunt veræ & bonæ; hoc idem ſequitur de ſentire & imaginari & credere in vera Lege, & in docendo illam eos, qui illam ignorant, & ſic de aliis veris & bonis rebus, quæ homini conveniunt.

Bonitas, Gloria.

1. GLoria eſt in Bonitate DEI; & ideo Divina Bonitas cum Gloria eſt Ratio DEO, qui eſt Bonus & Glorioſus, quòd agat Glorioſum Bonum in tantum, in quantum Bonitas & Gloria ſunt Rationes DEO, quòd agat Glorioſum Bonum; & quia in DEO prædictæ Rationes ſunt DEUS, oportet, quòd DEUS ſub illis Rationibus generet & producat Bonum & Glorioſum DEUM.

2. Gloria eſt in Bonitate Angeli, ut Angelus cum illa Bonitate & Gloria habeat rationem agendi glorioſum bonum; iſtud glorioſum bonum agit Angelus memorando, intelligendo & amando ſuum bonum glorioſum DEUM.

3. Bonitas Hominis DEI cum Gloria eſt Ratio agendi glorioſum bonum; &, quia his Rationibus aſſociatur Magnitudo, Duratio & aliæ Rationes, quas diximus & quas adhuc proponimus dicere: oportet, quòd DEUS faciat ſe ipſum bonum & glorioſum Hominem; nam, ſi homines, qui ſunt boni & contemplativi in Gloria DEI, agunt de ſimilitudinibus DEI in ſuo memorare, intelligere & amare bonum glorioſum DEUM, in quo habent ſpeculationem realis veri boni & glorioſi DEI, à quo recipiunt ſimilitudines, & hoc ideo faciunt, quia Bonitas & Gloria ſunt eis rationes talis ſpeculationis: quantò magìs igitur Bonitas & Gloria ſunt Rationes DEO, quòd faciat, quòd DEUS ſit bonus & glorioſus Homo, & hoc verè & ſinè Medio ſimilitudinis?

4. Gloria eſt naturaliter in Bonitate Hominis, ut homines cum delectatione habeant rationem agendi bonas res; ſed homines peccatores hujus Mundi pervertunt ſub ratione malitiæ illam naturam, & habent delectationem & placitum in agendo malas & vitioſas res; & ideo habent delectationem & placitum in deliciis hujus Mundi, quæ ſunt momentaneæ & nihil valent.

Bonitas, Differentia.

1. IN Bonitate DEI non eſt Differentia, ita, quòd ſint duæ vel plures ſic diſtinctæ Bonitates, quòd una non ſit alia? ſed, quia Bonitas eſt Ratio DEO, quòd agat Bonum, & illud non poſſet agere ſinè Differentia illius, qui agit Bonum, & Boni, quod actum eſt, oportet, quòd in Bonitate DEI ſit intellectualis Differentia, quæ ſit ita magna Ratio ad differentiandum, ſicut Bonitas ad bonificandum; &, quia Bonitas (quæ eſt Ratio DEO ad agendum Bonum) eſt DEUS, eſt neceſſarium, quòd Differentia (quæ eſt Ratio DEO ad differentiandum) ſit quoque DEUS; & ideo DEUS Pater, qui eſt Bonitas & Differentia, generat & producit de ſua Bonitate & Differentia DEUM Filium, & oportet, quòd ille ſit Bonitas & Differentia, cùm ſit genitus de Bonitate & Differentia: & ideo oportet, quòd ſit Bonitas & Differentia inter Patrem & Filium, ita, quòd unus non ſit alius, nec Filius poſſit eſſe Pater, ſicut Pater non poteſt eſſe Filius; & hoc idem ſequitur de Sancto Spiritu.

2. In Bonitate Angeli eſt intellectualis Differentia, per quam habet in Bonitate bonificativam proprietatem & bonificabilem proprietatem, ex quibus oritur bonificare; & ideo Bonitas cum Differentia eſt ratio Angelo, qui eſt bonus, quòd agat bonum de differentibus rebus, ſicut in ſuo intelligere, in quo eſt Bonitas cum Differentia rei intelligentis & intellectæ.

3. Inter Bonitatem DEI & hominis eſt Differentia, quia una Bonitas non eſt alia; & quia Divina Bonitas cum Divina Differentia eſt Ratio DEO, quòd differenter agat bonum, oportet, quòd DEUS faciat Hominem DEUM, aſſumendo Humanam Naturam, ut Ratio Divinæ Differentiæ ſit ita magna in eſſendo Differentia inter DEUM & Creaturam, ſicut eſt Divina Bonitas in eſſendo Ratio DEO, quòd agat bonum Creaturæ; & oportet quòd hæc Creatura, quæ eſt Homo DEUS, ſit una tantùm, ut ſit una Incarnatio, ſicut eſt una Aſſumptio, & ut poſſit eſſe una Perſona Hominis DEI. Iterum eſt Differentia *inter intellectuale & intellectuale*, in quantum ſunt duæ Naturæ, videlicet Divina Natura & Natura Animæ Chriſti. Eſt etiam Differentia *inter intellectuale*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

lectuale & ſenſuale ratione Divinæ Naturæ & Humanæ Naturæ Corporis Chriſti, in quo Corpore eſt Differentia *inter ſenſuale & ſenſuale* in hoc, quia eſt compoſitum de quatuor elementis & de Potentia Vegetativa, Senſitiva & Imaginativa. Unde, cùm hoc ita ſit, Divina Bonitas & ſua Differentia participant cum omnibus creaturis bene & differenter.

4. In Bonitate Hominis eſt Differentia extenſa *inter intellectuale & intellectuale*, ſicut inter intelligere & amare. Eſt etiam extenſa *inter intellectuale & ſenſuale*, ſicut inter corpus & animam. Eſt etiam extenſa *inter ſenſuale & ſenſuale*, ſicut inter potentias corporis differentes ab invicem. Iſta Bonitas ſic extenſa per Differentiam eſt ratio homini, quòd agat bonum differenter, ſecundùm quòd illa Bonitas in illo differenter ſe extendit; & ideo homo eſt occaſionatus, quòd agat intellectuale & ſenſuale bonum.

Bonitas, Concordantia.

1. IN Bonitate DEI eſt intellectualis Concordantia, ut Bonitas cum Concordantia ſit Ratio DEO, qui eſt Bonus, quòd agat Bonum bene & concordanter; iſta Concordantia eſt ita Ratio ad concordandum, ſicut Bonitas ad bonificandum; & ideo oportet, quòd in DEO ſit Concordans, ſicut eſt Bonificans: & quia Ratio Concordantiæ eſt DEUS, convenit, quòd Concordans ſit DEUS, & hoc idem de Concordabili & Concordare; & hoc eſt neceſſarium ita eſſe, ut Bonitas cum Concordantia ſit magna Ratio DEO, quòd agat magnum Concordare de concordabilibus bonis diſtinctis, ſinè quorum Diſtinctione Concordantia non poſſet eſſe in Divina Bonitate.

2. Divina Bonitas cum Concordantia eſt Ratio DEO, quòd agat bonum in creaturis, ut ſit bona Concordantia inter DEUM & Creaturam; &, quia huic Rationi aſſociatur Magnitudo, convenit, quòd Concordantia ſit ita magna, quòd ſit in Unitate Perſonæ, quæ Perſona ſit DEUS & Homo, in qua ſit Concordantia *intellectualis & intellectualis*, ſicut Divinæ Naturæ & Animæ Chriſti; & idem *inter intellectuale & ſenſuale, ſenſuale & ſenſuale*, ſecundùm quòd ſuperiùs diximus in *Capite de Bonitate & Differentia.* Iſta Concordantia eſt ita magna in Ratione Bonitatis, quòd non poteſt eſſe major; & hoc convenit ita eſſe, ut Bonitas ſit Ratio Concordantiæ boni cum Magnitudine, & ut illa Ratio Bonitatis cum Concordantia poſſit participare cum omnibus creaturis.

3. Concordantia eſt in Bonitate Hominis *inter intellectuale & intellectuale, intellectuale & ſenſuale, ſenſuale & ſenſuale*, ut ſit ratio bono homini, qui cum Concordantia eſt remotus à rebus contrariis Bonitati, & cum Bonitate eſt remotus à rebus contrariis bonæ Concordantiæ.

Bonitas, Contrarietas.

1. COntrarietas non eſt in Bonitate DEI, quia ibi non poteſt eſſe, cùm Bonitas & Concordantia in DEO ſint unum idem numero; & ideo Contrarietas non poteſt reſiſtere Bonitati DEI, ut non ſit Ratio Bono, quòd agat Bonum; iſtud Bonum agit DEUS cum Ratione Concordantiæ, ſecundùm quòd ſuprà diximus; &, ſi DEUS illud Bonum non ageret, Contrarietas reſiſteret Bonitati, ita, quòd Bonitas non haberet in ſe ipſa eſſentiale Bonificans, Bonificabile & Bonificare, nec Concordantia eſſentiale Concordans, Concordabile & Concordare, & ita ſequeretur, quòd in Bonitate DEI eſſet Contrarietas.

2. Bonitas DEI eſt Ratio DEO, quòd agat bonum in creaturis, & in iſta Ratione non eſt Contrarietas; quia, ſi eſſet, Bonitas DEI eſſet Ratio DEO, quòd faceret malas creaturas, & non bonas, & quòd non faceret meliorem creaturam, quam poſſet facere. Unde, ſicut Contrarietas non poteſt reſiſtere Rationi Bonitatis in faciendo minora bona, ſic non poteſt reſiſtere in faciendo majora bona, maximè, cùm Bonitas cum Magnitudine ſit Ratio ad agendum bonum. Igitur Filius DEI eſt incarnatus, ut Contrarietas non deſtruat Rationem magni boni.

3. In Bonitate Hominis intellectualis Contrarietas non eſt eſſentialis & ſubſtantialis; quia, ſi eſſet, neceſſariò reſiſteret Bonitati hominis, ita, quòd non haberet libertatem ad faciendum bonum: ſicut Bonitas corporis, in quo eſt ſenſualis Contrarietas, propter quam non poteſt eſſe ratio corpori, quòd ſit immortale & non paſſibile, poſtquam eſt compoſitum de contrariis rebus.

Bonitas, Principium.

1. PRincipium eſt in Bonitate DEI, ut cum Principio ſit Ratio Bono, quòd agat Bonum, principiando Bonum in Principio & de

(c) 2006 Ministerio de Cultura

de Principio, & in Bonitate & de Bonitate; & ideo convenit, quòd Bonitas & Principium DEI ſint unum & idem in numero & in Æternitate; quia, ſi non eſſent, conveniret, quòd Bonitas ſinè Principio eſſet Ratio Bono, quòd non principiaret Bonum in Æternitate nec in Principio nec de Principio, nec in ſe ipſa, nec de ſe ipſa, & Bonitas eſſet accidentaliter Ratio DEO, qui eſt Bonus, quòd principiaret Bonum, quod accidens eſſet materia Malitiæ, & Malitia eſſet forma, & DEUS eſſet efficiens, & principiabile eſſet Finis, qui eſſet creatura: igitur DEUS principiat de ſe ipſo Principiabile, ut Bonitas cum Fine ſit Ratio bono DEO, quòd ſit Principium, in quo ſit de ſe ipſo Principians & Forma Principiabilîs ſinè materia, quantitate, tempore & ſinè alio accidente.

2. Bonitas DEI cum Principio eſt Ratio DEO, qui eſt bonum Principium, quòd principiaverit Mundum in tempore & in quantitate, in forma & in materia, in Fine & in aliis partibus Mundi, ſinè quibus Mundus non poſſet eſſe principiatus; &, ſi non eſſet principiatus, & eſſet æternus, Bonitas DEI cum Principio non eſſet Ratio DEO, qui eſt Principium, quòd eſſet Principium Mundo: cùm igitur ibi non eſſet Principium, non poſſet ibi eſſe Finis nec forma, & Privatio iſtorum eſſet materia, quòd Bonitas eſſet Ratio DEO, quòd æternaliter eſſet efficiens mali, cujus *eſſe* eſſet malum, & ejus privatio eſſet bonum: ergo Mundus eſt principiatus, ut Bonitas ſit Ratio DEO cum Principio, quòd principiet bonum.

3. Bonitas DEI cum Principio eſt Ratio DEO, quòd principiet bonum eſſe, & huic Rationi aſſociatur Magnitudo Finîs, ut Principium ſit magnum in Fine Bonitatis; unde ſequitur, quòd DEUS Pater in ſuo Filio, qui eſt Principium Sancti Spiritûs, principiaverit Mundum eâ intentione, ut ſuus Filius ſit Incarnatus & factus Homo, qui ſit Forma & Finis toti Mundo, & ut ſequatur Prophetia, quæ dicit: *In Principio creavit DEUS cœlum & terram.* In Bonitate hominis eſt Principium, ut homo cum Bonitate principiet & agat bona; unde, ſicut homo principiat cameram ſub ratione Bonitatis ſuî ipſius, in hoc, quòd illam principiat ratione habitationis: ita DEUS Filius principiavit Mundum, ut poſſet participare cum Mundo exiſtens Homo DEUS.

Bonitas, Medium.

1. MEdium eſt in Bonitate, ut in ea ſit bonificare, quod eſt Medium inter bonificans & bonificabile; & ideo Bonitas DEI cum Bonificare eſt Ratio DEO, qui eſt Bonus, quòd agat Bonum; & convenit, quòd DEUS hoc Bonum agat tali modo, quòd Bonificare ſit ſubjectum, in quo Bonificans & Bonificabile æqualiter conjungantur & menſurentur de tota Bonitate eſſentialiter in tantum, in quantum Bonitas eſt Ratio DEO, quòd agat Bonum; hoc DEUS non poſſet facere, ſi in ſe ipſo & de ſe ipſo non generaret & ſpiraret illud Bonum.

2. Quia Bonitas cum Bonificare eſt Ratio DEO, quòd agat Bonum, & Bonificare habet naturam conjungendi & uniendi Bonificans & Bonificabile, ut Medium ſit extenſum in Bonificante & Bonificabili, & ut in ipſo ſit influentia & refluentia, convenit, quòd DEUS aſſumeret Humanam Naturam, quia ſinè tali operatione non poſſet completè ſequi, quòd Bonitas DEI cum Bonificare eſſet Ratio DEO, quòd in ſe ipſo faceret bonum creaturis.

3. „In Bonitate *Primæ Materiæ* bonifica„re eſt Medium inter *Primam Formam*, „quæ eſt bonificans, & *Primam Materi„am*, quæ eſt bonificabile in individuis ſpe„cierum, quorum Finis influit Principiis, & „Principia refluunt illi Fini, quousque illa „individua ſint genita & æqualiter menſu„rata & conjuncta de forma & materia, & „omnia iſta exiſtant ſub ratione Bonitatis & „bonificandi. Sed quando contingit, quòd „individua veniunt in corruptionem ſub ra„tione Malitiæ & malificandi, fit transpor„tatio illorum usque ad Prima Principia, à „quibus pervenerunt & fuerunt, & fit reſtau„ratio rationis Bonitatis & bonificandi.

Bonitas, Finis.

1. FInis eſt in Bonitate, videlicet ille Finis, qui eſt Complementum & Perfectio; & ideo Bonitas DEI cum Fine eſt Ratio DEO, qui eſt Bonus, quòd agat Bonum; ſed, quia Bonitas DEI eſt infinita, & tota eſt Ratio DEO Bono, quòd agat Bonum, oportet, quòd DEUS agat infinitum Bonum, cùm Bonitas illi ſit Ratio ad agendum infinitum Bonum, quod Bonum DEUS non poſſet agere, ſi illud non ageret de ſe ipſo & de tota ſua Bonitate & de toto ſuo infinito Fine; &, ſi DEUS non ageret iſtud Bonum, ſequere-

tur,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tur, quòd sua Bonitas non esset illi Ratio de tota se ipsa cum Fine, quòd ageret Bonum, quod est impossibile.

2. Bonitas DEI cum Fine est Ratio, quòd agat bonum in creaturis, ut de illo bono sequatur Finis; & quia Bonitas cum Infinitate est Ratio DEO, quòd agat in se ipso & de se ipso Infinitum Bonum, sequitur, quòd sit Ratio DEO cum Majoritate finiti boni, quòd agat Bonum in creaturis & de creaturis in se ipso, & hoc in tantum, quòd non possit esse major Finis Boni; & hoc non posset DEUS facere sinè Incarnatione.

3. Finis est in Bonitate hominis, ut cum Fine sit ratio homini, quòd agat bonum; nam, si homo ageret bonum sinè Fine boni, Privatio illius Finîs esset mala; & ideo homines peccatores faciunt plura bona sinè Fine boni, videlicet, quòd non faciant illa ad illum Finem, ad quem deberent facere, sicut homo, qui ducit pulchram uxorem propter delectationem, & dat eleemosynã propter vanam gloriam, & sic de aliis similibus.

Bonitas, Majoritas.

1. MAjoritas est in Bonitate, ut Bonitas cum Majoritate sit ratio bono, quòd agat majus bonum, quod possit agere, ut Bonitas possit esse major ratio bono. In Bonitate DEI tamen non est Majoritas, sed est major, quàm ulla alia Bonitas; & ideo est necessarium, quòd sit major Ratio ad agendum Bonum, quàm ulla alia Bonitas: unde sequitur, quòd DEUS agat in se ipso majus Bonum, quod potest agere; nam, si non ageret, esset contrarius Majoritati Rationis Boni; igitur DEUS agit in se ipso majus Bonum, quod in se potest agere, & oportet, quòd illud Bonum sit essentiale, substantiale & sinè ullo accidente, & una eadem Natura cum Ratione Boni; istud Bonum est DEUS Filius genitus de DEO Patre, de quibus procedit DEUS Sanctus Spiritus; &, quia est necesse, quòd illud Bonum sit in majori Majoritate, in qua potest esse, oportet, quòd sit una Paternitas, una Filiatio, & una Spiratio, ut non destruatur Majoritas Unitatis Paternitatis, & sic de Unitate Filiationis & Spirationis; & ideo in DEO sequitur una Paternitas tantùm, una Filiatio, una Spiratio.

2. Bonitas DEI cum Majoritate est Ratio DEO, quòd agat bonum in creaturis; & propter hoc DEUS habet Rationem, quòd in creaturis agat majus Bonum, quod potest agere in ipsis; istud Bonum non posset facere DEUS, si illud non faceret de creaturis in se ipso, assumendo in nostra Domina & de nostra Domina gloriosa Virgine MARIA Humanam Naturam, ut sit DEUS Homo, & istud est majus Bonum, quod DEUS potest facere de creaturis in se ipso; & non potest esse, nisi solùm unus Homo DEUS, ut sit major Unitas Hominis, quæ possit esse, sicut major Unitas DEI est, quòd sit unus DEUS.

3. Majoritas est in Bonitate hominis, ut cum Majoritate sit ratio homini, quòd agat majus bonum, quod potest; & ideo homo naturaliter generat alium hominem, in cujus generatione agit majus bonum, quod potest agere secundùm cursum naturæ. Etiam Homo est obligatus ad agendum majus bonum in memorando, intelligendo & amando DEUM de totis suis viribus, & hoc idem de aliis rebus, secundùm quòd una res est major, quàm altera.

Bonitas, Æqualitas.

1. ÆQualitas est in Bonitate DEI, ut sua Bonitas cum Æqualitate sit Ratio DEO, quòd agat Bonum æquale sibi ipsi, & æquale Rationi suæ Bonitatis, ut Bonitas possit esse æqualis in Bonificante, Bonificabili & Bonificare; & istud Bonum DEUS non posset agere, nisi in se ipso & de toto se ipso illud ageret: igitur DEUS Pater est generans Filium æqualem sibi ipsi, & DEUS Sanctus Spiritus est procedens æqualiter de DEO Patre & de DEO Filio; & propter hoc non potest esse, nisi unus Filius, unus Sanctus Spiritus, unus Pater, ut Bonum sit æquale in Unitate cujuslibet trium.

2. Bonitas DEI cum Æqualitate est Ratio DEO, quòd agat creatum Bonum; & ideo est Ratio DEO, quòd agat bonum in creatura & de creatura in majori Æqualitate, in qua possit agere; quam majorem Æqualitatem non posset facere sinè Incarnatione multiplicando Æqualitatem memorandi, intelligendi & amandi in Æqualitate Deitatis conjunctæ cum Humanitate, quæ Divina Æqualitas est de Divino Memorare, Intelligere & Amare.

3. In Bonitate hominis est Æqualitas, ut Bonitas cum Æqualitate sit ratio homini, quòd agat bonum de æqualibus rebus: sicut homo, qui æqualiter memorat, intelligit & amat DEUM, & qui est æqualis cum Justitia, dando cuilibet, quod suum est, & qui in Charitate tantum diligit suum proximum, sicut se ipsum, & qui habet Æqualitatem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tatem in vivendo temperatè, & ſic de aliis rebus ſimilibus iſtis.

Bonitas, Minoritas.

1. MInoritas non eſt in Bonitate DEI, quia non poteſt eſſe in infinito Ente; & ideo Bonitas DEI non eſt Ratio DEO, quòd agat in ſe ipſo bonum cum Minoritate: quod bonum DEUS ageret, ſi haberet in ſe ipſo intelligere & amare ſinè bonificare, in quantum eſſet major Ratio in intelligere & amare, & minor in Privatione ipſius bonificare, & ideo oportet, quòd DEUS habeat in ſe ipſo Bonificare, cùm habeat in ſe Intelligere & Amare.

2. Bonitas DEI non eſt Ratio DEO cum Minoritate, quòd agat minores creaturas; & ideo eſt Ratio DEO, quòd agat majores creaturas; ſed, quia majores creaturæ non poſſent eſſe ſinè minoribus, ſequitur ſecundùm ordinem & proportionem ſubſtantiæ Mundi, quòd quædam creaturæ ſint majores, & aliæ minores; &, ut DEUS elongaret creaturas à Minoritate ad Majoritatem remanente diſpoſitione & proportione ſubſtantiæ Mundi, voluit aſſumere Humanam Naturam & majorem Naturam, quam potuit aſſumere, & in majori Unitate Perſonæ, ut in illa Majoritate poſſint Creaturæ magìs elongari à Minoritate, participantes cum illa Natura magìs remota à Minoritate in conjunctione Deitatis & Humanitatis.

3. Minoritas eſt in Bonitate hominis, ut habeat rationem ad agendum parva bona; & quia in Bonitate hominis eſt Majoritas, ſicut ſuprà diximus, ut cum Majoritate habeat rationem ad agendum majora bona, ſequitur, quòd homo habeat libertatem in faciendo majora & minora bona: unde, quando contingit, quòd homo deſinit facere majora bona propter minora, tunc habet culpam, quia eſt contra rationem Majoritatis boni, & quando facit minora bona, ut poſſit facere majora, tunc eſt virtuoſus.

Magnitudo, Duratio.

1. ÆTernitas eſt in Magnitudine DEI, ut ſit æterna, & ut in ipſa poſſint durare Magnificans, Magnificabile & Magnificare, ſinè qua Magnitudo non eſſet magna in Duratione nec in ſe ipſa, nec Duratio eſſet magna in Magnitudine.

2. Duratio eſt in Magnitudine DEI, & eſt in Magnitudine Hominis, durantibus duabus Naturis in una Perſona, quæ Perſona eſt Homo DEUS; iſta Duratio non poſſet eſſe ſinè Incarnatione, cujus privatio eſſet mala & contra Magnitudinem Durationis.

3. Duratio eſt in Magnitudine, ut Magnitudo ſit genus magnis rebus, quæ ſunt ſub illa, & ut Magnitudo poſſit durare per Durationem in exiſtendo ſimpliciter hoc, quod eſt, & ut per ejus Durationem poſſint durare Magnitudines, quæ derivantur ab ea, compoſitæ in individuis ſpecierum; iſta Magnitudo, quæ eſt genus, realiter exiſtit eſſentia particularibus Magnitudinibus, quæ per ipſam durant; & quando deſtruuntur, revertuntur ad illam, & iterum in alio numero redeunt in compoſitionem. Igitur Magnitudo eſt genus, quod durat, ſinè quo particulares Magnitudines non poſſent durare, quia non haberent, ad quod reverterentur, nec in quo ſuſtentarentur, nec iterum poſſent reverti, & Magnitudo Durationis eſſet deſtructa in natura, ita, quòd non eſſet generatio nec corruptio.

Magnitudo, Poteſtas.

1. IN Magnitudine eſt Poteſtas, & ideo Magnitudo ſimpliciter poteſt eſſe hoc, quod eſt, & poteſt eſſe magna in magnificante, magnificabili & magnificare; unde ſequitur, quòd Magnitudo poſſit eſſe ſimplex forma, in quantum magnificans: & ſimplex materia, in quantum magnificabile: & compoſita in magnificare. Cæterùm, ſi Magnificans magnificaret de ſe ipſo & non de alio, Magnificans & Magnificabile poſſent eſſe Simplex Ens in Magnificare, ſicut in Magnitudine DEI, quæ eſt Simplex Forma, de qua DEUS, qui eſt Magnificans & eſt ipſa Magnitudo, generat & producit Filium, qui eſt Simplex Magnificabile, & poteſt remanere Simplex Forma, quia de Simplici Magnificante eſt genitus & productus; eodem modo in Magnificare, qui eſt DEUS Sanctus Spiritus, poteſt Magnitudo remanere Simplex Forma.

2. Magnitudo ratione Poteſtatis poteſt eſſe una in ſe ipſa, & eſſe in multis rebus in ſe ipſa & de ſe ipſa: ſicut in magnificante, magnificabili & magnificare; unde ratione talis unitatis & pluralitatis poteſt magnum magnificare magnificabile de Magnitudine; & iſta eſt major Poteſtas, quæ poteſt eſſe in Magnitudine & de Magnitudine.

3. Magnitudo DEI poteſt plùs magnificare creaturam in ſe ipſa & de ſe ipſa, quàm in ipſa creatura & de ipſa creatura; &, ut Magnitudo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gnitudo Potestatis non esset otiosa, voluit DEUS assumere Humanam Naturam, ut illam magnificaret cum tota Magnitudine suæ Potestatis.

Magnitudo, Sapientia.

1. SApientia est in Magnitudine, ut Magnitudo sit magna in Sapientia, & Sapientia magna in Magnitudine: sicut in Magnitudine DEI, in qua Magnitudine est magnus Sapiens, magnus Sapientiabilis & magnum Sapientiare, & omnes isti tres magni Sapientes sunt Sapientia & Magnitudo; & ideo Magnitudo in DEO non potest habere ignorantiam, & Sapientia non potest esse parva.

2. Magnitudo DEI cum Sapientia intelligit creaturas, & Sapientia DEI intelligit illas cum Magnitudine; & ideo DEUS habet magnum scire in intelligendo creaturas; unde sequitur, quòd DEUS intelligat magnas creaturas, ut sit magna proportio inter Magnitudinem, quæ intelligit, & Magnitudinem intellectam; hæc magna proportio non esset sinè Incarnatione, ita, quòd DEUS intelligat se ipsum Hominem, & Homo intelligat se ipsum DEUM & intelligat totum DEUM, cùm sit totus DEUS, & intelligat omnes creaturas, quas DEUS creavit; & necessariò convenit, quòd hic ordo sit, ut Magnitudo & Sapientia habeant subjectum & radicem, in quibus possint extendere suas branchas & suos ramos, & ut de illa extensitate sequatur magnum scire DEI & Creaturæ.

3. Sapientia est in Magnitudine hominis, in qua Magnitudo extendit suas branchas & suos ramos in magno intellectivo, intelligibili & intelligere; & ideo homo est proportionatus & ordinatus ad intelligendum magnas res, ut Magnitudo suæ Sapientiæ habeat subjectum, in quo se extendat & multiplicet, & ideo habet homo naturaliter appetitum ad sciendum magnas res; quem appetitum sequuntur illi, qui conantur intelligere DEUM, & habere scientias, ut possint attingere & intelligere Veritatem rerum, & manifestare illarum Secreta.

Magnitudo, Voluntas.

1. VOluntas est in Magnitudine, ut possit amare & desiderare magnas res, & ut possit habere magnum amare: sicut in Magnitudine DEI, in qua Voluntas est Magnitudo, & Magnitudo est Voluntas; & ideo Voluntas est ita magna in Amare, sicut in se ipsa: & propter hoc convenit, quòd Amans & Amabile sint æqualiter magna in Amare & in Voluntate & Magnitudine; & hoc idem sequitur in Magnificare, Magnificante & Magnificabili; & ista non possunt esse sinè productione & multiplicatione propriorum Numerorum Personarum.

2. Magnitudo DEI amat cum magna Voluntate creaturas, ut suum amare sit magnum; & ideo convenit, quòd creaturæ sint magnæ, ut cum Magnitudine sint objectabiles magno Amare; cui magno Amare non essent objectabiles, si DEUS non amaret, quòd ipse esset Homo, & Homo esset DEUS, ut per Hominem participet in Natura cum omnibus creaturis; igitur convenit, quòd DEUS sit Homo, & quòd Homo sit DEUS, ut inter DEUM & Hominem possit multiplicari Magnitudo ipsius amare, amantis & amabilîs.

3. Voluntas est in Magnitudine hominis, ut sit magna in amare, propter quam Magnitudinem habet libertatem amandi magnas res & parvas res, sinè qua libertate non esset magna; nam, in quantum magìs amat magnas res, quàm parvas, extendit se in Magnitudine amandi, quia ipsas plùs voluit amare, quàm parvas res; & hunc ordinem Magnitudinis amandi sequuntur illi homines, qui magìs amant DEUM, scientiam & virtutes, quàm res hujus Mundi, quæ sunt parvæ & indignæ, quòd amentur cum Magnitudine amandi.

Magnitudo, Virtus.

1. VIrtus est in Magnitudine, ut sit magna: & Magnitudo est in Virtute, ut sit Virtuosa: sicut in Magnitudine DEI, in qua est infinita Virtus; & quia Magnitudo est Virtus, Magnitudo est infinitè virtuosa; ista Virtus non posset esse in Magnitudine DEI, si Magnitudo esset otiosa, ita, quòd in se ipsa non haberet Operationem essentialium Magnificantis, Magnificabilîs & Magnificare, sinè qua Operatione esset vitiosa contra Virtutem, & esset parva contra se ipsam.

2. Magnitudo DEI cum Virtute facit magnas creaturas: sicut Firmamentum, quod est magnum, & habet magnam Virtutem in suo motu & in influentia, quam dat inferioribus: & hoc idem de elementis, quæ habent magnam Virtutem in elementatis rebus: & de homine, qui habet magnam Virtutem in apprehendendo sensuales res, & in conservando illas in Imaginatione, in qua humanus Intellectus illas apprehendit intelligendo,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

do, & Memoria memorando, & Voluntas amando. De hac ita magna Virtute multiplicatur alia major Virtus in memorando, intelligendo & amando DEUM, Fidem, Spem, Charitatem, Juſtitiam & cæteras Virtutes. In iſtis rebus & multis aliis poſuit DEUS magnam Virtutem, ex quo ſequitur, quòd DEUS poſuerit magnam Virtutem de creatura in ſe ipſo, ut ibi poſſit multiplicare tantam Magnitudinem Virtutis, quòd creata Magnitudo non poſſit eſſe major, & quòd Divina Magnitudo comprehendat totam Magnitudinem creatæ Virtutis, & cum illa participet in natura; quod non poſſet eſſe ſinè Incarnatione.

3. In Magnitudine hominis eſt magna Virtus, ut homo virtuosè poſſit uti magnis rebus: ſicut in Sacramento Matrimonii & Pœnitentiæ, & ſic de aliis, in quibus homo habet magnam Virtutem, in cujus Virtutis Magnitudine transcendit Magnitudinem naturalis Virtutis, illâ Virtute, quæ aſcendit, ſuſtentatâ in tam alto gradu, quòd non poſſit eſſe in majori gradu Virtutis; & iſte gradus eſt neceſſarius, ut Magnitudo Virtutis habeat ſubjectum, in quo ſe poſſit multiplicare & extendere.

Magnitudo, Veritas.

1. VEritas eſt in Magnitudine, ut poſſit verificare magnas res, in quibus poſſit eſſe magna: ſicut Veritas, quæ eſt in Magnitudine DEI, in qua facit exiſtere Verum Magnificans, Magnificabile & Magnificare, & hoc in tanta Magnitudine, quòd unum non ſit aliud; quia, ſi Magnificans, Magnificabile & Magnificare unum eſſet aliud numero, Veritas non haberet, in quo poſſet verificare magnas res; unde ſequeretur, quòd ſuum Verificare non eſſet magnum.

2. Divina Magnitudo cum Veritate verificavit creaturas, ſicut cum ſua Magnitudine magnificavit eas; & ideo creaturæ ſunt veræ & magnæ in generibus & ſpeciebus & individuis, ſinè quibus non poſſent eſſe veræ & magnæ; &, quia in DEO Veritas & Magnitudo ſunt unum idem numero, convenit, quòd in illa Unitate creaturæ ſint veræ & magnæ, ut illa Unitas influat tantam unitatem in ipſas, quòd aliqua illarum ſit conjuncta cum illa Unitate, ut Magnitudo & Veritas habeant Unitatem, in qua ſe extendant & multiplicent; iſta Unitas eſt Perſona noſtri Domini JESU Chriſti, in quo creata Magnitudo ita eſt verificata & magnificata, quòd magìs non poteſt verificari & magnificari.

3. Veritas eſt in Magnitudine hominis, ut homo cum Magnitudine poſſit verificare magnas res: ſicut homo, qui cum magna Veritate generat & verificat hominem conceptum in ſuo intelligere. Supra iſtam Magnitudinem Veritatis eſt alia altior & major Veritas: ſicut in Sacramento Altaris, in quo Presbyter verificat & magnificat Hoſtiam, tranſubſtantiando Panem in Carnem Chriſti, & Vinum in Sanguinem, absque eo, quòd accidentia, quæ remanent, poſſint illi operationi reſiſtere, nec diverſitas loci & quantitatis, nec diverſitas temporis, nec aliqua alia res poſſunt reſiſtere illi Sacramento, quia in illo participant ſuperior Magnitudo & Veritas, quæ ſunt dignitates DEI, cum quibus Presbyter magnificat & verificat Sacramentum, & vincit accidentia; & quia Divina Natura conjuncta Humanæ Naturæ poteſt in uno & eodem tempore eſſe in omnibus locis, & Sacramentum eſt unum, poteſt illud Sacramentum in diverſis locis in uno & eodem tempore eſſe ſuſtentatum in Deitate, quæ comprehendit omnia loca cum ſua Magnitudine, & comprehendit diverſa tempora cum ſua Æternitate, & vincit omnia accidentia cum ſua Subſtantia; & neceſſariò convenit, quòd hoc Sacramentum ſit, ut Magnitudo & Veritas ſuperiores & Magnitudo & Veritas inferiores habeant ſubjectum, in quo poſſint participare.

Magnitudo, Gloria.

1. GLoria eſt in Magnitudine, ut ſit Gloria magnarum rerum: ſicut in Magnitudine DEI, in qua eſt Gloria de Magnificante, Magnificabili & Magnificare, Gloriante, Gloriabili & Gloriari, & de Unitate Magnitudinis & Gloriæ, & Magnificantis & Gloriantis, Magnificabilîs & Gloriabilîs, Magnificare & Gloriari, & de Unitate Eſſentiæ & Naturæ in omnibus tribus; quia magna Gloria eſt DEO in generando DEUM de Magnitudine & Gloria, qui genitus DEUS ſit Magnitudo & Gloria; & neceſſariò convenit, quòd hæc Generatio ſit, ut in DEO ſit magna Gloria.

2. DEUS magnificat homines in illo Fine, ad quem ipſos creavit, qui Finis eſt, quòd habeant Gloriam in ipſo; ſuper hanc magnificationem convenit, quòd ſit alia Magnificatio, quæ ſit in altiori gradu Finîs, videlicet quòd DEUS creaverit Hominem, ut ſit DEUS,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DEUS, qui Homo sit Magnitudo & Gloria DEI, in cujus Magnitudine & Gloria magnificetur & multiplicetur Gloria omnium Sanctorum in Paradiso participantium in Natura cum illo Homine; quæ multiplicatio non posset esse sinè Incarnatione DEI Hominis.

3. Gloria est in Magnitudine hominis, quæ extenditur in Magnitudine, secundùm quòd Magnitudo est magna in gloriante, gloriabili & gloriari; homo etiam habet aliam Gloriam in hoc Mundo, quæ vocatur vana Gloria, & ista Gloria est parva, quia non habet tempus, in quo Magnitudo in illa se possit extendere; & quia non est magna, non potest homo in ipsa quiescere; & quantò plùs vult in ea quiescere, tantò plus pœnæ & laboris habet in hoc Mundo, & tantò magìs multiplicat sibi pœnam in alio.

Magnitudo, Differentia.

1. Differentia Personarum est in Magnitudine DEI, ut Magnitudo sit in magna Differentia, sinè qua non posset esse magna, quia Magnitudo DEI non posset esse magna, nec Magnum posset esse Magnitudo, ita, quòd Magnitudo & Magnum essent unum idem numero, si Magnum non magnificaret aliud Magnum Magnificabile, magnificans illud de Magnitudine, existendo Magnum in Magnificare; hoc non posset esse sinè Differentia Magnificantis, Magnificabilis & Magnificare, imò, si ibi non esset Differentia, conveniret, quòd DEUS esset Magnitudo, vel quòd esset Magnus sinè eo, quòd posset esse cum his duobus simpliciter per se ipsum; & si esset Magnitudo, & non Magnus, DEUS esset in Parvitate; & hoc idem sequeretur, si esset Magnus, & non Magnitudo: igitur DEUS est Magnus & Magnitudo cum intellectuali Differentia Personarum; & talis Magnitudo est ita magna, quòd non possit esse major, cùm Magnitudo & Differentia (quæ sunt unum idem numero) sint unum Magnum Magnificans Differentians, qui est Pater, & sint aliud Magnum Magnificabile & Differentiabile, qui est Filius, & aliud Magnum Magnificare Differentiare, qui est Sanctus Spiritus spiratus ab ipsis duobus.

2. Inter Magnitudinem DEI & Magnitudinem hominis est Differentia; Magnitudo DEI est intellectualis, & Magnitudo hominis intellectualis & sensualis; & DEUS voluit esse Homo, ut Differentia, quæ est inter suam Magnitudinem & Magnitudinem hominis, sit major in Unitate Personæ, quæ sit Homo DEUS, sinè quo Homine DEO Magnitudo & Differentia Hominis non posset multiplicari in Magnitudine & in Differentia DEI; & necessariò convenit, quòd hæc multiplicatio sit, ut ambæ Magnitudines & Differentiæ possint participare in Unitate Personæ; & convenit, quòd ille sit unus Homo, ut sit una Persona, & ut ejus Differentia sit in majori Magnitudine.

3. Differentia est in Magnitudine hominis, ut illa Magnitudo habeat plures ramos, in quibus se possit extendere; quæ Differentia est in potentiis & in formis, quæ sunt in homine, videlicet in Potentia Elementativa, Vegetativa, Sensitiva, Imaginativa, Rationativa; in qualibet istarum est Differentia extensa formaliter & materialiter, sensualiter & intellectualiter: sicut in Elementativa Potentia, in qua sunt diversa elementa, quolibet elemento existente in illa potentia formaliter & materialiter: formaliter, sicut ignis, qui movet calorem ad calefaciendum: materialiter, sicut aqua, quæ est mota, ut calefiat; hoc idem sequitur in Vegetativa Potentia, quæ differenter existit sub vegetativo & vegetabili: & Sensitiva similiter sub sensitivo & sensibili: & Imaginativa, quæ existit sub imaginativo & imaginabili: & idē de Rationativa, quæ differenter existit sub rationativo & rationabili; & omnes istæ Differentiæ multiplicant unam Differentiam, in qua Magnitudo multiplicat suas branchas & suos ramos, ita, quòd de pluribus formis & de pluribus materiis magnis & differentibus multiplicatur una forma & materia hominis conjuncti & compositi ex ipsis duabus.

Magnitudo, Concordantia.

1. Concordantia est in Magnitudine, ut Magnitudo cum Concordantia sit magnum suppositum: sicut Magnitudo DEI, quæ cum Concordantia magnorum Suppositorum est ipsa magna Suppositа, cum quorum Concordantia habet in se ipsa essentialem intellectualem Concordantiam inter Magnificans, Magnificabile & Magnificare, Concordans, Concordabile & Concordare; & cum ista ita magna, ita essentiali, ita propria & ita naturali Concordantia habet Magnitudo DEI Concordantiam cum Bonitate, Æternitate, Potestate &c., & est in Concordantia, quæ non potest esse in Parvitate;

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vitate; & ideo sinè ista Concordantia Magnitudo DEI non posset esse magna.

2. Inter DEUM & Creaturam est magna Concordantia, quia convenit, quòd inter Causam & effectum sit magna Concordantia; &, ut Concordantia sit magìs magna, DEUS voluit esse Homo; &, si DEUS non voluisset esse Homo, sua Voluntas esset contraria Magnitudini Concordantiæ Causæ & effectûs; & hoc est impossibile, ut Magnitudo & Voluntas DEI habeant magnam Concordantiam cum suis operationibus.

3. In Magnitudine hominis est magna Concordantia existens *inter intellectuale & intellectuale:* sicut inter intellectivum, intelligibile & intelligere, amativum, amabile & amare; & ista Concordantia est magna, dum homo intelligit & amat DEUM. Est etiam magna Concordantia in homine *inter intellectuale & sensuale:* sicut Concordantia corporis & Animæ, per quæ homo est homo; & illa Concordantia est tanta, quanta est vita ipsius hominis. Est etiam magna Concordantia in homine *inter sensuale & sensuale:* sicut Potentia Elementativa & Vegetativa, quæ concordant formaliter & materialiter: formaliter in hoc, quòd forma Vegetativæ movet formam Elementativæ, ut Elementativa moveat suam propriam materiam ad elementandum, & Vegetativam ad vegetandum; materialiter in hoc, quòd elementabilis & vegetabilis materia concordant in existendo una composita materia, quâlibet materiarum essentialiter remanente hoc, quod est.

Magnitudo, Contrarietas.

1. CContrarietas non est in Magnitudine DEI, quia ibi non potest esse, cùm sua Magnitudo sit Concordantia; & quia in Magnitudine DEI non est Contrarietas, habet DEUS in sua Magnitudine Concordantiam magnarum rerum, ita, quòd Contrarietas ibi non possit contrariari cum compositione, tempore, loco, quantitate &c.; cui magnæ Concordantiæ contrariaretur, si DEUS in sua Magnitudine non haberet essentialem Concordantiam Magnificantis, Magnificabilîs & Magnificare, Concordantis, Concordabilîs & Concordare, ut in se ipso non habeat compositionem temporis &c., quia nullum istorum ibi potest esse.

2. Si Magnitudo DEI non posset habere ita magnam Concordantiam cum homine, quòd posset esse Homo, & Homo posset esse DEUS, inter Magnitudinem DEI & Magnitudinem hominis posset esse major Contrarietas, quàm Concordantia, quod est impossibile, quantum ad Finem creaturæ; unde ad demonstrandam hanc impossibilitatem DEUS voluit esse Homo.

3. In Magnitudine hominis est Contrarietas *intellectualis*, quæ est magna: sicut Contrarietas, quæ est inter Christianos, Judæos & Saracenos & Schismaticos in hoc, quòd credant in DEUM alii contra alios. Est etiam alia magna Contrarietas *intellectualis*, quæ est inter DEUM & Christianos, qui cum adjutorio DEI possent destruere supradictam Contrarietatem, & non faciunt. In hac Contrarietate, quam diximus, intelligitur Contrarietas *intellectualis & sensualis.* Est etiam alia magna Contrarietas, quæ est *inter sensuale & sensuale:* sicut inter ignem & aquam, quæ habent magnam Contrarietatem per caliditatem & frigiditatem, levitatem & ponderositatem, subtilitatem & grossitiem materiæ, & sic de aliis contrariis rebus subjectis magnæ Contrarietati & corruptioni.

Magnitudo, Principium.

1. PRincipium est in Magnitudine, ut sit magnum, & ut Magnitudo sit Principium; sicut Magnitudo DEI, in qua Principium est magnum Suppositum Principians de se ipso aliud magnum Suppositum Principiatum & Principiabile, ut Principiare sit magnum; sinè tali Principiante, Principiabili & Principiare Magnitudo DEI non posset esse magnum Principium nec magnum Suppositum, nec posset principiare sinè tempore, quantitate & loco Principiatum & Principiabile.

2. Magnitudo DEI est magnum Principium substantiæ Mundi, si Mundus est creatus & principiatus ad hoc, ut una pars Mundi sit Homo DEUS, sinè quo Homine DEO Magnitudo DEI non esset magnum Principium substantiæ Mundi, quia ipsi Principio deficeret una brancha Magnitudinis, in qua Principium Bonitatis, Durationis &c. posset esse majus, quàm totum Principium substantiæ Mundi.

3. Magnitudo & natura Principii est, quòd priùs sit in intentione, & postea in esse: sicut camera, quæ priùs est in intentione artificis, & postea in tempore, dum est facta & principiata; & quia iste modus est Magnitudo & ordo Principii, est Principium substantiæ

Mundi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Mundi in Magnitudine sequendo supradictum ordinem, ita, quòd Mundus priùs sit in intentione & in Sapientia DEI, & postea in esse principiatus in tempore, sinè quo tempore substantia Mundi non posset esse in Magnitudine Principii.

Magnitudo, Medium.

1. MEdium est in Magnitudine, ut in Magnitudine possit esse magnificare existens in Medio magnificantis & magnificabilîs, illâ Magnitudine existente magnificante & magnificabili; sicut in Magnitudine DEI, in qua est Magnificare existens in Medio Magnificantis & Magnificabilîs, quæ sunt Magnitudo DEI, & de quibus est Magnificare; ista Magnitudo non posset esse magna sinè supradicto Medio, imò conveniret, quòd illa esset in Parvitate.
2. Magnitudo DEI magnificavit substantiam Mundi magnificando, quæ non posset esse magna sinè illa magnificatione; igitur magnificatio est Medium inter Magnitudinem DEI & Magnitudinem Mundi; & convenit, quòd illud Medium sit DEUS Homo, ut Magnitudo DEI & Magnitudo Mundi habeant subjectũ & Medium, in quo ambæ Magnitudines possint habere participationem.
3. Terra & mare sunt in Medio Firmamenti, & ideo istud Medium est in Magnitudine: & *esse* existit in Medio essentiæ, & intelligere in Medio Sapientiæ, & compositio in Medio simplicitatis, & conjunctio in Medio formæ & materiæ, & filius in Medio patris & matris, & judex in Medio Justitiæ, & sic de aliis Mediis existentibus in Magnitudine.

Magnitudo, Finis.

1. FInis est in Magnitudine, sinè quo Fine Magnitudo non posset esse magna; quia, si Finis non esset, Magnitudo esset frustra, & omnia, quæ facta essent sub ratione Magnitudinis; igitur Finis est in Magnitudine, ut Magnitudo sit magnus Finis in Magnitudine, quod non posset esse sinè magnificante, magnificabili & magnificare; sicut in Magnitudine DEI non esset Finis, videlicet Infinitas, sinè Infinire, Infiniente & Infinibili.
2. Magnitudo DEI non creavit Mundum sinè Fine; quia, si ipsum creâsset sinè Fine, Mundus non fuisset magnus, & fuisset frustra: igitur Magnitudo DEI creavit magnum Mundum in Fine; fuit autem conveniens, quòd ille Finis Magnitudinis esset DEUS Homo, ut Finis Magnitudinis DEI & Finis Magnitudinis Mundi possent participare & quiescere in illo Homine, sinè quo Homine non potuissent habere participationem nec quietem.
3. Finis est in Magnitudine hominis, qui Finis est magnus in homine, Fine hominis existente magno in memorando, intelligendo & amando DEUM & suas operationes, & memorando, intelligendo & amando se ipsum & suum proximum; & isti sunt termini, in quibus Magnitudo Finîs extendit suas branchas & suos ramos, & in quibus facit folia, flores & fructus multis modis. Unde, quando contingit, quòd homo mutet Finem suæ Magnitudinis in Parvitatem, & facit contra Finem, quem diximus, tunc subtrahit Finem suæ Magnitudini, & sua Magnitudo devenit in Privationem & corruptionem.

Magnitudo, Majoritas.

1. MAjoritas est in Magnitudine, ut aliæ Magnitudines sint majores, quàm aliæ: sicut Magnitudo DEI, quæ est major, quàm ulla alia Magnitudo, & ista Magnitudo est substantialis sinè ullo accidente, & non posset esse major, quàm alia Magnitudo, si in se non haberet substantiale Magnificans, & substantiale Magnificabile & substantiale Magnificare, ita, quòd quodlibet istorum trium sit una Subsstantia, & non trés substantiæ, una Magnitudo, & non plures magnitudines, una Essentia, & non plures essentiæ, & hanc Naturam Magnitudinis nulla creatura potest habere, quia, si illam posset habere, Magnitudo DEI non haberet, cum quo esset major, quàm ulla alia Magnitudo.
2. Magnitudo DEI creavit Mundum cum Majoritate, quia Magnitudo DEI habet majorem Concordantiam cum Majoritate, quàm cum Minoritate; & quia creavit Mundum cum Majoritate, creavit ipsum ad majorem Magnitudinem, ad quam ipsum potuit creare: quæ major Magnitudo est Homo DEUS, in quo multiplicavit substantialem & accidentalem Magnitudinem supra omnem aliam creatam Magnitudinem; quæ multiplicatio non posset esse sinè Homine DEO, ratione cujus DEUS creavit omnes creaturas secundùm ipsum proportionatas substantialiter & accidentaliter.
3. Major Magnitudo, quam DEUS creavit in homine, est memorare, intelligere & amare, & ista Majoritas est major, quàm cæteræ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cæteræ Majoritates hominis, ideo, quia DEUS eſt memorabilis, intelligibilis & amabilis. Sub iſta majori Magnitudine exiſtit aliaMajoritasMagnitudinis,videlicetGloria, quam homo habebit in Paradiſo memorando, intelligendo & amando DEUM. Et ſub iſta MajoritateMagnitudinis eſt aliaMajoritas Magnitudinis in hoc, quòd Magnitudo hominis eſt Finis omnibus aliis corporalibus Magnitudinibus ſubſtantiæ Mundi, quia omnes ſunt creatæ propter hominem.

Magnitudo, Æqualitas.

1. ÆQualitas eſt in Magnitudine, ut Magnitudo in ſe habeat æqualia magnificans, magnificabile & magnificare, ſinè qua Æqualitate ipſorum trium Magnitudo non poſſet eſſe magna; & quia Magnitudo DEI eſt magna, oportet, quòd in ipſo ſit Æqualitas Perſonarum, &, ut illa Æqualitas ſit magna, eſt neceſſarium, quòd quælibet Perſonarum ſit Magnitudo & Æqualitas, & ſit magna & æqualis, & quòd Magnitudo & Æqualitas ſint unum idem numero in illis Perſonis & in ſémet ipſis.

2. Ut Magnitudo DEI attingat creaturas cum Æqualitate amandi & intelligendi, convenit, quòd in tantum attingat illas in magnificando, ſicut intelligendo & amando, ut magnificare ſit æquale ipſi intelligere & amare, ſinè qua Æqualitate intelligere & amare non eſſent magna in attingendo & comprehendendo creaturas; & ideo convenit, quòd DEUS aſſumpſerit Humanam Naturam, ut Magnitudo ſit æqualis in magnificando tantum illam Creaturam, quantum Intellectus & Voluntas ipſam poſſunt attingere, quòd poſſit magnificari.

3. In MagnitudinePrimæFormæ & Primæ Materiæ eſt ſubſtantialis Æqualitas, quæ eſt ita magna, ſicut illæ ſunt magnæ; & in illis eſt accidentalis Æqualitas Actionis & Paſſionis, quæ Æqualitas eſt tanta in extenſitate, quanta eſt Æqualitas ambarum ſubſtantialium partium. Iſta Æqualitas eſt magna generaliter, & eſt reale ens, ita, quòd poſito, quòd nunquam eſſet intentio, adhuc ipſa eſſet hoc, quod eſt, quia ab ipſa oriuntur & derivantur omnes ſpecialesMagnitudines & Æqualitates ſuſtentatæ in elementatis generabilibus & corruptibilibus rebus.

Magnitudo, Minoritas.

1. MInoritas non eſt in Magnitudine DEI, quæ eſſet, ſi Magnitudo non eſſet tanta per agere, quanta per exiſtere, hoc eſt, quòd Magnitudo ſit in tantum hoc, quod eſt, per agere, quod habet in ſe ipſa per Magnificans, Magnificabile & Magnificare, ſicut per hoc, quod eſt; &, ſi hoc non eſſet ita, ſequeretur, quòd Operatio, quam habet in ſe ipſa, eſſet accidentalis & in Minoritate, & illa Operatio non eſſet DEUS, quod eſt impoſſibile; per quam impoſſibilitatem ſequitur de neceſſitate, quòd Operatio, quam DEUS habet in ſe ipſo, ſit ſubſtantialis, & ſit DEUS, & de DEO in DEO remanens unus DEUS tantùm.

2. Magnitudo DEI magnificat creatam Minoritatem, ut illa Minoritas ſit magna, & ut Magnitudo DEI in illa poſſit habere magnum magnificare, quod non poſſet habere, ſi aliquam ſubſtantialem & accidentalem partem ſubſtantiæ Mundi non majorificaret ſuper omnes alias partes ſubſtantiæ Mundi, quæ Majorificatio non poſſet eſſe ſinè Incarnatione Filii DEI.

3. Eſt quædam Minoritas in creaturis, quæ ſubſtantialiter & accidentaliter eſt magna, & iſta eſt generalis Minoritas, ſub qua exiſtunt omnes aliæ ſpeciales Minoritates ſuſtentatæ in ſpeciebus & in individuis illarum. Eſt etiam alia Minoritas, quæ eſt magna, & eſt accidentalis tantùm, & illa eſt mala, & quantò major eſt, tantò plus mali continet: & hæc eſt Minoritas Parvitatis & Vitiorum ſuſtentata in privationeVirtutum.

Æternitas, Poteſtas.

1. IN Æternitate DEI eſt Poteſtas, per quam Æternitas poteſt eſſe hoc, quod eſt, & poteſt in ſe ipſa habere Æternans, Æternabile & Æternare, & poteſt eſſe unum idem cum Poteſtate; unde ſequitur, quòd Poteſtas DEI poſſit habere Poteſtatem in Æternitate, & de Æternitate poſſit operari Poſſificans, Poſſificabile & Poſſificare.

2. Poteſtas eſt in Duratione, quia ſinè Duratione non poſſet eſſe; & Duratio eſt in Poteſtate, quia ſinè Poteſtate non poſſet eſſe hoc, quod eſt, nec poſſet aliquid durare ſub ejus ratione: &, quia Duratio eſt in Poteſtate, & Poteſtas in Duratione, ſequitur natura continentis & contenti in creatis rebus, Poteſtate exiſtente contentâ, in quantum eſt in Duratione, & Duratione contentâ, in quantum eſt in Poteſtate; & iſta natura eſt generalis omnibus rebus, quæ ſunt continentes & contentæ.

Æter-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Æternitas, Sapientia.

1. SApientia est in Æternitate, ut Æternitas sit Intelligibilis & Intellecta, ista Sapientia non posset esse in Æternitate sinè Intelligente & Intelligere; &, si Intelligens non intelligeret totam Æternitatem, Æternitas magìs ignoraretur, quàm intelligeretur, & sic esset magìs ignorabilis, quàm intelligibilis: unde sequeretur, quòd malum esset, quòd Sapientia intelligeret Æternitatem & æternum esse; hoc idem sequeretur de Æternitate, cujus esse esset malum in Sapientia & in se ipsa, quia magìs esset proportionata ignorari, quàm intelligi.

2. Sapientia durat de intellectivo, intelligibili & intelligere; sed in rebus, in quibus Duratio & Sapientia non sunt unum idem, deficit Sapientia in intelligere, & Duratio in intelligi: sicut in homine, in quo Sapientia & Duratio non sunt unum idem, & propter hoc homo habet ignorantiam rerum, quæ durant, quas intelligeret, si Duratio & Sapientia essent in homine & in illis rebus unum idem numero.

Æternitas, Voluntas.

1. VOluntas est in Duratione, quia sinè Duratione non posset durare; &, si Voluntas esset Duratio, non posset deficere: &, si non posset deficere, tunc illa Voluntas esset Æternitas, & Æternitas esset illa Voluntas; illa Voluntas, quæ est Æternitas, est Voluntas DEI, quæ durat in Æternante & Amante, Æternabili & Amabili, Æternare & Amare.

2. Voluntas est in Duratione, ut Duratio sit amabilis; & Duratio est in Voluntate, ut Voluntas sit durabilis; & propter hoc dat se Duratio Voluntati in durante, durabili & durare, & Voluntas dat se Durationi in amante, amabili & amare; & iste modus dandi ad invicem est generalis omnibus specificis modis durandi & amandi: sicut in homine, qui habet Charitatem amans DEUM, se ipsum & suum proximum, quæ Charitas durat in amando similitudines amici & amati.

Æternitas, Virtus.

1. VIrtus est in Duratione oriendo de Duratione, & Duratio est in illa Virtute, quia sinè Duratione non posset oriri de ipsa; &, si Virtus & Duratio sunt unum idem numero, Virtus non potest deficere in durare, nec Duratio in se ipsa habere ullum Vitium; sed quia Duratio & Virtus in homine sunt diversæ essentiæ, origo Durationis potest perverti in Vitium, sicut origo dulcedinis pomi, quæ in gustu infirmi hominis oritur sub forma amaritudinis, quæ origo esset impossibilis, si dulcedo & gustus essent unum idem numero.

2. Ista perversio, quam diximus, est generalis corruptioni Virtutis & generationi Vitii, & sub illa durant Vitia, & corrumpuntur Virtutes, durantibus similitudinibus Vitiorum in origine naturalis Virtutis exeunte de naturali Duratione in contrarios habitus Virtutis: sicut in avaro homine, in quo naturaliter oritur Virtus de Duratione intelligendi ad intelligendum divitias, quæ illi homini sunt amabiles contra Spem, Charitatem, Justitiam & alias Virtutes.

Æternitas, Veritas.

1. VEritas est in Duratione, ut eam verificet in durare, durante & durabili, & per has similitudines, quas Veritas tribuit de se ipsa Durationi, facit Duratio durare Veritatem recipientem illas similitudines in se ipsa à verificante, verificabili & verificare; & ideo Duratio durat in Veritate, & Veritas in Duratione; & ista Duratio & Verificatio est generalis aliis specificis Durationibus & Veritatibus, quæ sunt substantiæ Mundi: & inde potest homo cognoscere, quòd Mundus habeat Principium; quia, si esset æternus, Veritas Mundi æternaliter verificaret Durationem Mundi, & Æternitas faceret durare falsitatem Mundi, recipiendo ab illa suam similitudinem in tantum, quantum à Veritate, unde sequeretur contradictio in tantum, quòd Mundus esset æternus & non æternus, & Veritas esset contra se ipsam, & falsitas similiter & Duratio Mundi.

2. Duratio facit durare Veritatem existendo & agendo: existendo facit eam durare in hoc, quòd facit ipsam durare in hoc, quod est; & agendo facit ipsam durare, quando Veritas attingit veras res, sicut Sensitiva, quæ attingit veras similitudines sensibilium rerum, quas Veritas verificat in Imaginatione, & in Intellectu, qui illas intelligit, & Duratio facit illas durare in imaginari & intelligere.

Æternitas, Gloria.

1. GLoria est in Duratione, ut Duratio in illa possit habere delectationem & quietem,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tem, & ut Gloria poſſit durare; ſicut Gloria DEI, quæ durat in Æternitate, & Æternitas habet delectationem in illa Gloria, quam delectationem duæ Æternitates non poſſent habere, ſicut nec poſſent habere quietem, ſi eſſent duæ Deitates.

2. Delectatio hominis durat in præſenti tempore, & illa Delectatio durat de præteritis & futuris rebus, quarum ſimilitudines congregantur & repræſentantur in præſenti tempore; & propter hoc præteritæ res ſunt memorabiles, & futuræ deſiderabiles, & in præſenti tempore intelligibiles; &, quando iſtæ ſimilitudines evaneſcunt, tunc perditur Delectatio Durationis.

Æternitas, Differentia.

1. DIfferentia eſt in Duratione, ut poſſit durare, & ut in Duratione ſit differentiativum, differentiabile & differentiare, ſinè quibus Differentia non poſſet durare; iſta Differentia eſt in Duratione *intellectualiter:* ſicut in DEO, in quo durat Differentiativum, Differentiabile & Differentiare, ut Æternitas in DEO poſſit habere Operationem, videlicet Æternare, & iſta Operatio eſt æterna, quia Differentia & Æternitas ſunt unum idem numero; & quia Æternabile & Differentiabile ſunt de Æternativo & Differentiativo, Æternare & Differentiare ſunt de Æternativo & Differentiativo, & de Æternabili & Differentiabili.

2. Differentia *intellectualis & ſenſualis* durat in intellectuali & ſenſuali Duratione; ſicut in imaginatione hominis, in qua durant ſimilitudines abſtractæ à ſenſibilibus rebus, quas Intellectus aſſumit, & in ſe ipſo illas intelligit; & iſta Duratio durat in imaginari & intelligere, quæ in memorare & amare differenter exiſtunt compoſita de ſenſualibus & intellectualibus ſimilitudinibus.

3. Differentia *ſenſualis & ſenſualis* durat in Duratione ſenſualîs & ſenſualîs; ſicut Differentia formæ & materiæ, quæ eſt in Sole, quæ durat, quia ibi non eſt Contrarietas; & hoc idem de materia & de forma ſimplicis ignîs; & iſta Duratio eſt univerſalis omnibus ſenſibilibus non corruptibilibus rebus.

Æternitas, Concordantia.

1. COncordantia eſt in Duratione, ut poſſit durare in concordativo, concordabili & concordare: ſicut amare, quod non poſſet durare ſinè amativo, amabili & amare; & iſta Concordantia amativi, amabilîs & amare eſt de *intellectualibus* rebus, quæ durant in intellectuali Duratione: ſicut in DEO, in quo eſt æterna Concordantia Amativi, Amabilîs & Amare.

2. Duratio *intellectualis & ſenſualis* eſt in Concordantia intellectualîs & ſenſualîs: ſicut in Operatione Miraculorum & Prophetiarum & in aliis rebus ſimilibus iſtis; ſicut Voluntas DEI, quæ movet ſenſibiles res ſecundùm Finem ſui velle & poſſe & intellegere: hoc idem eſt de Anima hominis, quæ movet corpus ad Finem ſui memorare, intelligere & amare.

3. Duratio *ſenſualis & ſenſualis* durat in Concordantia ſenſualîs & ſenſualîs: ſicut in homine, in quo durat ſpecies & proprietas, hoc eſt, humanitas & ridere; & iſta Duratio durat in Concordantia ſpeciei & proprietatis, ita, quòd una non poteſt eſſe ſinè alia.

Æternitas, Contrarietas.

1. COntrarietas eſt in Duratione; &, ſi Mundus eſſet æternus, duraret Contrarietas æternaliter *inter intellectuale & intellectuale* contra Finem illarum intellectualitatum, qui Finis eſt Concordantia & Duratio illarum, quem Finem non poſſunt habere æternaliter, & deſiderant ipſum æternaliter; & quia talis Contrarietas concordat cum *Privatione*, & Finis rerum cum *eſſe*, eſt impoſſibile, quòd talis Contrarietas ſit æterna; ſinè qua Contrarietate Mundus non poſſet eſſe æternus.

2. Duratio *inter intellectuale & ſenſuale* eſt in Contrarietate intellectualîs & ſenſualîs: ſicut in motu Animæ & corporis, quia Anima movet corpus ad jejunia, afflictiones, honeſtatem, lacrymas & ploratus, corpus verò movet Animam ad delectationem memorandi, intelligendi & amandi ſenſuales delectationes.

3. Contrarietas eſt in Duratione *ſenſualis & ſenſualis*, per quam res ſunt corruptibiles; & iſta Contrarietas eſt genus omnibus ſpecificis Contrarietatibus ſeminatis in individuis ſpecierum & in compoſitione quatuor ſimplicium elementorum.

Æternitas, Principium.

1. PRincipium eſt in Æternitate, ut ſit æternum, & ut Æternitas æternaliter poſſit æternare, & Principium principiare; ſicut in DEO, in quo æternus DEUS Pater principiat æternum DEUM Filium de ſe ipſo, qui eſt Principium, unde ſequitur Æterna-

re

(c) 2006 Ministerio de Cultura

re & Principiare; quæ consequentia non potest esse sinè Unitate Æternitatis & Principii.

2. Si Mundus esset æternus, esset durabilis in Æternitate sinè natura principiativi, principiabilîs & principiare, & esset in natura æternativi, æternabilîs & æternare separata à natura principiativi, principiabilîs & principiare, in tantum, quòd ista natura non esset de substantia Mundi, nec aliquid in ea substantialiter & accidentaliter sustentatum: unde sequitur contradictio & impossibilitas.

Æternitas, Medium.

1. MEdium est in Duratione, ut Duratio habeat in se ipsa durare existens Medium inter durans & durabile; sicut in Bonitate, in qua bonificare existit Medium inter bonificans & bonificabile, & in Magnitudine, in qua magnificare æqualiter mediat inter magnificans & magnificabile. Ista Duratio bonificandi, magnificandi & æternandi convenit DEO tantùm; &, si Mundus esset æternus, tantum conveniret Mundo Duratio bonificandi & magnificandi, quantum æternandi, & tantum bonificantis bonificabilîs, magnificantis magnificabilîs, quantum æternantis & æternabilîs: unde sequeretur, quòd Mundus esset bonificabilis & magnificabilis æternaliter & infinitè, ita, quòd nec malum, nec parvitas, limitatio, quantitas, nec aliquod aliud accidens essent de substantia Mundi, quod est impossibile.

2. Medium durat, quando existit Medium durantis & durabilîs, sicut punctus in Medio circuli, & judex in Medio actoris & rei, & Virtus in Medio extremitatum, & amor in Medio amantis & amabilîs; ista Duratio Medii non potest durare, quando destruitur Æqualitas mensurationum, ratione quarum durare existit Medium durantis & durabilîs existentium in supradictis rebus.

Æternitas, Finis.

1. FInis est in Æternitate, ut possit esse Æternum Infiniens, Infinibile & Infinire, sicut in DEO, in quo Æternitas & Finis sunt unum idem numero; in qua Unitate Æternitas & Finis sic infinitè sunt sub Ratione Unitatis, sicut sunt in Magnitudine DEI sub Ratione Immensitatis Magnitudinis, & in Bonitate sub Ratione Bonificationis.

2. Si Mundus esset æternus, esset Finis Mundi tantùm in Æternitate Mundi, & non in aliis partibus substantiæ Mundi, quia nulla illarum partium esset infinita sub sua propria ratione, sed Æternitas Mundi tantùm: unde sequeretur, quòd Æternitas solùm quiesceret in Fine sinè aliis partibus substantiæ Mundi, videlicet Bonitate, Magnitudine &c., quod est impossibile.

Æternitas, Majoritas.

1. SI DEUS est, est major Æternitas, quæ potest esse, & in ea Æternitate & de ipsa potest esse Æternans, Æternabile & Æternare, sinè quibus non posset esse in Majoritate; at, si DEUS nihil esset, esset minor Æternitas, quæ possit esse, videlicet Æternitas substantiæ Mundi, qui esset æternus, si DEUS nihil esset; in cujus Mundi Æternitate non possunt esse æternans, æternabile & æternare, quia non esset in Minoritate, si essent in ipsa: igitur necessariò convenit, quòd DEUS sit, & quòd Mundus habeat Principium, ut Minoritas se habeat ad *non esse*, & Majoritas ad *esse*.

2. Majoritas est major de intellectualibus rebus, quàm de sensualibus; & ideo intellectuales res habent majorem Concordantiam cum Duratione, quàm sensuales res: & substantiales, quàm accidentales; at, si Mundus esset æternus, sensuales res haberent majorem Concordantiam cum Duratione, quàm æternæ intellectuales: & accidentales, quàm substantiales; & perderetur Majoritas intellectualium rerum, quod est impossibile; unde sequitur, quòd Mundus non possit esse æternus.

Æternitas, Æqualitas.

1. ÆQualitas est in Æternitate, ut in Æternitate sit Æternare existens æquale Æternanti & Æternabili; &, quia Æternitas est una tantùm, & Æqualitas non potest esse sinè pluralitate, de necessitate convenit, quòd in Æternitate sit Pluralitas sustentata in Unitate Essentiæ & Æqualitate Divinarum Personarum.

2. Si Mundus esset æternus, sequeretur, quòd sua Æternitas esset æqualis Æternitati DEI in Duratione, & aliæ partes substantiæ Mundi non: unde sequeretur, quòd DEUS non comprehenderet in Majoritate omnes partes substantiæ Mundi; & ex illa Æqualitate sequeretur quies in Fine Concordantiæ partium substantiæ Mundi, quod est impossibile & contra Majoritatem DEI & singularis Æqualitatis, quæ est de essentia Æternitatis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Æternitas, Minoritas.

1. MInoritas non eſt in Æternitate, ut Æternitas non ſit remota *abeſſe*, & non ſit *propè non eſſe*; at, ſi Mundus eſſet æternus, ſequeretur contrarium, ita, quòd Æternitas non eſſet hoc, quod eſt, nec ſimiliter Minoritas, ſi Mundus eſſet æternus.

2. Si Mundus eſſet æternus, eſſent æterna genera & ſpecies, & etiam motus individuorum ipſarum ſpecierum, cui motui ſubjectantur generatio & corruptio: unde ſequeretur, quòd genera & ſpecies & motus individuorum ſubſtantiæ Mundi eſſent ideo, ut individua æternaliter devenirent in privationem; & hinc ſequeretur, quòd generatio & individida ſpecierum & eſſentiæ eſſent per ſecundam intentionem, quæ eſt *propè non eſſe*: & corruptio, genera & ſpecies & privatio eſſent per primam intentionem, quæ eſt remota à *non eſſe*; & omnia iſta inconvenientia & multa alia ſequerentur, ſi Mundus eſſet æternus.

Poteſtas, Sapientia.

1. SApientia eſt in Poteſtate, ut poſſit exiſtere & agere, & Poteſtas eſt in Sapientia, ut ſit intellecta; unde, ſicut Sapientia eſt in Poteſtate, ut poſſit eſſe hoc, quod eſt, & poſſit in ſe ipſa habere Operationem Intelligentis & Intelligibilîs & Intelligere, ſic Poteſtas eſt in Sapientia, ut ſit intellecta in eſſendo hoc, quod eſt, & ut in ipſa ſint intellecta Poſſificans, Poſſificabile & Poſſificare; & hoc eſt in DEO, ſi DEUS eſt: & etiam, ſi DEUS eſt, Poteſtas poteſt eſſe Sapientia, & Sapientia Poteſtas, unde ſequitur Infinitas Poſſificantis, Poſſificabilîs & Poſſificare, & Intelligentis, Intelligibilîs & Intelligere; at, ſi DEUS non eſt, ſequitur contrarium, ita, quòd talis Infinitas eſt in privatione, ex quo ſequitur infinita privatio Poteſtatis & Sapientiæ, ſicut ſequitur infinitum *Eſſe* Poteſtatis & Sapientiæ, ſi DEUS eſt; igitur DEUS neceſſariò eſt, ut Infinitas Poteſtatis & Sapientiæ non habeat Concordantiam cum privatione, quam, ſi haberet, Poteſtas eſſet id, per quod Sapientia non poſſet exiſtere & agere, & Sapientia eſſet id, per quod ſapiens ignoraret; quod eſt impoſſibile.

2. Sapientia eſt in Poteſtate, ut poſſit intelligere, & Poteſtas eſt in Sapientia, ut Sapientia poſſit intelligere ſimilitudines Poteſtatis, quas ſimilitudines dat Poteſtas Sapientiæ ideo, ut illas Sapientia poſſit intelligere; & propter hoc poteſt humanus Intellectus multiplicare ſpecies, de quibus poteſt induere & ornare ſuum intelligere: ſicut homo, qui intelligit illam Poteſtatem, quam ignis habet in calefaciendo aquam ſub ſpecie Contrarietatis, & illam Poteſtatem, quam habet in calefaciendo aërem ſub ſpecie Concordantiæ.

Poteſtas, Voluntas.

1. VOluntas eſt in Poteſtate, ut poſſit amare, & Poteſtas eſt in Voluntate, ut ſit amabilis; hoc eſt in DEO, ſi DEUS eſt; & eſt in Angelis & hominibus, quia eſt in DEO; at, ſi DEUS nihil eſt, eſt DEUS in amore hominis amabilis, & Voluntas poteſt magìs amare hoc, quod non eſt, quàm hoc, quod eſt, cùm DEUS ſit magìs amabilis, quàm omne aliud, quod eſt; & hoc Poteſtas non poteſt ſuſtinere, ſi DEUS nihil eſt, nec Voluntas poteſt amare, quia Poteſtas non poteſt id poſſificare in Veritate operandi, & poſſificat Voluntatem magìs ad odiendum, quàm ad amandum, & ſequitur, quòd Poteſtas ſit magìs odibilis, quàm amabilis, & ſimiliter affirmatio; ſed de negatione ſequitur contrarium.

2. Voluntas eſt in Poteſtate; & ideo amat Voluntas plùs Poteſtatem affirmando, quàm negando, & cum poſſibilitate, quàm cum impoſſibilitate; & ideo Poteſtas poteſt magìs poſſificare Voluntatem affirmando & amando, quàm negando & odiendo: unde ſequitur, quòd Voluntas habeat majorem poſſibilitatem in amando, quàm in odiendo, & poſſibilitas & affirmatio conveniant in amare, & impoſſibilitas & negatio in odire.

Poteſtas, Virtus.

1. VIrtus eſt in Poteſtate, ut Poteſtas ſit virtuoſa, & ut Virtus poſſit oriri de Poteſtate in Fide, Spe, Charitate, Juſtitia & in cæteris Virtutibus; & omnia iſta ſunt, ſi DEUS eſt; at, ſi DEUS non eſſet, affirmare, quòd DEUS ſit, eſſet Vitium & multiplicatio Virtutis, & negare, quòd DEUS ſit, ſimiliter, quia de affirmatione ſequeretur Falſitas, & de negatione multiplicarentur Vitia, & Virtutes venirent in privationem; & hoc Poteſtas non poteſt poſſificare in Virtute affirmationis & negationis: unde ſequeretur, quòd Poteſtas eſſet major in impoſſibilitate, quàm in poſſibilitate, & cum negatione, quàm cum affirmatione, & in Vitio, quàm in Virtute:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tute: & Virtus similiter; quam Majoritatem Potestas & Virtus non potest sustinere.

2. Virtus est in Potestate; & quantò magìs est in Potestate, tantò major est; &, si Virtus esset Potestas, non posset esse aliquid majus, cum quo posset esse; est tamen in Potestate, ut Potestas possit de ipsa possificare, & Virtus possit de Potestate virtuificare & oriri; sicut in DEO, in quo Virtus & Potestas sunt unum idem, & in quo Virtus est in Potestate, & Potestas in Virtute, existente Filio, qui est Potestas & Virtus, in Patre, qui est Potestas & Virtus, Patre existente in Filio, & de hac existentia procedit Sanctus Spiritus, qui est etiam Potestas & Virtus, in cujus Potestate & Virtute Pater & Filius se invicem contemplantur.

Potestas, Veritas.

1. VEritas est in Potestate, ut Potestas possit possificare veras res de Veritate, & ut Veritas possit verificare possitas res de Potestate; &, si DEUS est, est major Veritas, quæ possit esse: &, si non est, est major Falsitas, quæ possit esse, ita, quòd Falsitas magìs posset de Potestate falsificare, quàm Veritas verificare, & Potestas plùs posset de Falsitate, quàm de Veritate: unde sequeretur, quòd Potestas posset magìs non esse, quàm esse in Veritate, & magìs esse in Falsitate, quàm in se ipsa; & hoc non possunt sustinere Potestas, Veritas & Falsitas.

2. Spes nascitur de Potestate & de Veritate, & Desperatio nascitur de Impotestate & Falsitate, & ideo extenditur Spes in Possibilitatem & Veritatem, Desperatio verò in Impossibilitatem & Falsitatem; & propter hoc sunt Miracula & Sacramenta, quæ sunt speculum & lumen Spei, quæ Spes est lumen & speculum Remissionis & Resurrectionis; & Christiani habent hoc speculum & lumen majus, quàm alii homines.

Potestas, Gloria.

1. GLoria est in Potestate, ut Potestas possit dare Gloriam, & in ipsa habere delectationem; at, si DEUS nihil esset, major pœna, quam Potestas posset dare hominibus in possificando, esset illis dare Potestatem considerandi & credendi, quòd DEUS non sit; quia, si DEUS nihil esset, esset impossibile, quòd esset alia vita præter istam, in qua sumus, & quòd homo esset aliquid post suam mortem: unde sequeretur, quòd homo haberet majorem Potestatem in sustinendo pœnam, quàm delectationem, & quòd Potestas esset major in pœna, quàm in Gloria; & concordaret magìs cum *non esse*, quàm cum *esse*: & hoc est impossibile; cùm pœna & *non esse* habeant Concordantiam, & delectatio & *esse*.

2. Potestas habet delectationem & quietem in Gloria, quando se potest extendere in gloriativo, gloriabili & gloriari indutis de similitudinibus Potestatis, ita, quòd gloriativum sit indutum de possificativo, & gloriabile de possificabili, & gloriari de possificare, & è converso; quæ conversio fit ideo, ut possificativum sit indutum de gloriativo, & possificabile de gloriabili, & possificare de gloriari; ista operatio est lumen humani Intellectûs, in quo est Potestas possificativi, possificabilîs & possificare, & in quo est delectatio gloriativi, gloriabilîs & gloriari; & hoc potest quilibet homo sentire in se ipso, dũ intelligit hoc, quod desiderat intelligere.

Potestas, Differentia.

1. DIfferentia est in Potestate, ut cum Differentia & in Differentia possit differentiare in se ipsa, & existere inconfusa inter possificativum, possificabile & possificare, & inter existere & agere; & hoc Potestas non posset facere sinè Differentia; sicut in DEO, in quo Potestas non posset existere inconfusa sinè Differentia Possificativi, Possificabilîs & Possificare & existendi & agendi. Ista Differentia in DEO est *intellectualis*, quæ est major, quàm homo possit considerare; at, si DEUS nihil esset, Potestas posset magìs existere inconfusa *inter intellectuale & intellectuale*, quæ realiter nihil sunt, quàm inter intellectuale & intellectuale, quæ realiter sunt; & hoc est impossibile.

2. Differentia est *inter intellectuale & sensuale*, ut Potestas possit existere inconfusa inter intellectuale & sensuale, ita, quòd alia sit intellectualis Potestas, & alia sit sensualis Potestas: sicut in Voluntate hominis, qui habet intellectualem Potestatem in amando sensuales res, quæ habent sensualem Potestatem, ratione cujus possunt amari.

3. Differentia est in Potestate, ut Potestas possit existere inconfusa *inter sensuale & sensuale*: sicut Potestas Solis, qui existens unus in se ipso existit inconfusus in diversis operibus, sicut in causando diem, & in multiplicando igni suum calorem, & in desiccando tegulam, & in liquefaciendo ceram, & sic de aliis similibus istis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Poteſtas, Concordantia.

1. COncordantia eſt in Poteſtate, ut Poteſtas poſſit in ſe ipſa concordare ſuas proprietates: ſicut in Poteſtate DEI, in qua eſt *intellectualis* Concordantia Poſſificativi, Poſſificabilîs & Poſſificare; & ideo in creaturis eſt major Poteſtas in Concordantia, quàm in Contrarietate. At, ſi DEUS nihil eſſet, ſequeretur, quòd Poteſtas eſſet major in Contrarietate, quàm in Concordantia, quia Concordantia contradiceret Infinitati Poteſtatis in Concordantia cum Infinitate Poteſtatis; quod eſt impoſſibile.

2. In Poteſtate eſt *intellectualis & ſenſualis* Concordantia, ut Poteſtas poſſit concordare & poſſificare intellectuales & ſenſuales res in rationabilibus animalibus compoſitis de Anima & corpore & concordantibus in unitate Poteſtatis: ſicut in homine, qui habet unam abſolutam Poteſtatem diffuſam & extenſam in Concordantia intellectualîs & ſenſualîs, per quam Concordantiam habet homo Poteſtatem faciendi ſenſuales res & illas intelligendi, & habet Poteſtatem cum intellectuali Poteſtate movendi ſenſualem Poteſtatem.

3. Concordantia eſt in Poteſtate *inter ſenſuale & ſenſuale*, ut Concordantia poſſit concordare ſenſuales res: ſicut in planta, in qua una Poteſtas diffuſa & extenſa in ipſa concordat ſenſualiter quatuor Poteſtates, per quas planta vivit, videlicet quatuor compoſita elementa mota in ipſa ad vegetandum.

Poteſtas, Contrarietas.

1. COntrarietas non eſt in Poteſtate DEI, cùm in DEO Poteſtas & Concordantia ſint unum idem numero; unde ſequitur in creaturis, quòd Concordantia poſſit eſſe in majori Poteſtate, quàm Contrarietas. At, ſi DEUS nihil eſſet, ſequeretur contrarium, & ſequeretur, quòd Contrarietas contradicat, quòd DEUS ſit, & quòd Concordantia faciat, quòd DEUS ſit in intentione hominum, qui credunt, quòd DEUS ſit realiter & ſubſtantialiter: unde ſequeretur, quòd Poteſtas eſſet inter Concordantiam & Contrarietatem, in qua Concordantia exiſteret cum Minoritate & falsè, & in Contrarietate cum Majoritate & verè; & hoc non poteſt eſſe.

2. Contrarietas eſt in Poteſtate, ut Poteſtas poſſit contrariari *inter intellectuales & ſenſuales res*, intellectuali Poteſtate movente ſenſualem Poteſtatem contra naturam ſenſualîs: ſicut in contemplativo & juſto homine, qui cum Poteſtate contemplationis & Juſtitiæ mortificat ſenſuales Poteſtates; & hoc idem ſequitur de Poteſtate DEI & Presbyteri in Sacramento Altaris, qui reſiſtunt ſenſuali Poteſtati; & hoc idem ſequitur in aliis rebus ſimilibus iſtis.

3. In Poteſtate eſt Contrarietas ſenſualîs & ſenſualîs, ut Poteſtas ſe poſſit extendere in Contrarietatem ſenſualium rerum, ſinè quarum Contrarietate ſe non poſſet extendere: ſicut Sol, qui reſiſtit humiditati & frigiditati, & ideo cauſat æſtatem; & Poteſtas Lunæ, quæ reſiſtit caliditati & ſiccitati, ut ſit hyems; & ſic de aliis ſimilibus iſtis.

Poteſtas, Principium.

1. PRincipium eſt in Poteſtate, ut Poteſtas poſſit principiare, & Principium poſſit poſſificare; ſicut in Poteſtate DEI, quæ de ſe ipſa principiat Poſſificabile, & illa Poteſtas exiſtit Poſſificativum & Principiativum, quod de ſe ipſo principiat Poſſificabile Principiabile, & de ambobus procedit Poſſificare & Principiare; & ideo in creaturis Poteſtas poſſibilitatis eſt Principium Poteſtati impoſſibilitatis. At, ſi DEUS nihil eſſet, eſſet contrarium in ſubſtantia Mundi, videlicet, quòd Poteſtas impoſſibilitatis eſſet Principium Poteſtati poſſibilitatis, ita, quòd poſſibilitas eſſet materiale Principium, & impoſſibilitas formale, & Finis eſſet Principium privationis; & omnia iſta ſunt inconvenientia & impoſſibilia, ut Poteſtas impoſſibilitatis non ſit infinitum Principium.

2. Affirmatio, dubitatio & negatio ſunt tria Principia, in quibus ſe extendit Poteſtas, in quarum extenſione Poteſtas eſt major in affirmatione, quàm in negatione: & in negatione, quàm in dubitatione; & ideo dubitatio eſt materiale Principium, & affirmatio & negatio ſunt formalia Principia, ita, quòd affirmatio ſit Finis negationi.

Poteſtas, Medium.

1. MEdium eſt in Poteſtate, ut Poteſtas in ſe habeat poſſificare medians æqualiter inter poſſificans & poſſificabile; ſicut in DEO, in quo Poſſificare exiſtit Medium Poſſificantis & Poſſificabilîs, ut DEUS habeat ita magnam Poteſtatem in ſe ipſo, ſicut ipſe eſt; at, ſi DEUS nihil eſſet, nullum Medium eſſet ſubjectum ulli Fini Poteſtatis, quòd poſſit tantum influere, quantus ipſe eſt:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

est: unde sequeretur in substantia Mundi, quòd Potestas Principii plùs posset refluere, quàm Potestas Finîs influere; & hoc in tantum, quòd privatio Finîs existeret in omnibus rebus.

2. Possificare est Medium, in quo conjunguntur possificans & possificabile, & possificatum est Finis, qui influit possificabili, & possificabile est Principium, quod refluit Fini possificatum, *influentiâ existente formali Principio, & refluentiâ materiali, & Medio composito ex ambobus:* sicut in generatione plantæ & aliarum rerum similium istis, per quas invenitur & cognoscitur Medium Potestatis, secundùm quòd diximus.

Potestas, Finis.

1. FInis est in Potestate, ut Potestas non sit otiosa nec frustra; &, si DEUS est, Potestas est infinita Potestas; at, si non esset, infinita Potestas esset in privatione: unde sequeretur, quòd Finis Potestatis esset privatio Potestatis, & *esse* Potestatis esset privatio Finîs, unde sequeretur, quòd Potestas non haberet Finem, in quo posset quiescere, quod est impossibile.

2. Finis Potestatis est generatio de se ipso, & in se ipso; & ideo corruptio Potestatis est privatio Finîs; sicut Potestas simplicis ignîs, cujus Finis est ignire, ut possit se extendere in ignitivo, ignibili & ignire; & quia se ipsum non potest multiplicare, in quantum est simplex, & ut possit uti suo Fine, multiplicat se in composito igne in tantum, quòd de se ipso & de aliis elementis illum componit, ex quo sequitur Potestas Finîs in elementatis Substantiis.

Potestas, Majoritas.

1. MAjoritas est in Potestate, ut alia Potestas sit major, quàm alia; sicut Divina Potestas, quæ est major, quàm omnis alia Potestas; & ut Majoritas habeat entitatem, habet entitatem in hoc, quòd Potestas DEI sit infinita; sed, si DEUS nihil esset, Majoritas Potestatis non posset habere majoritatem entitatis, sed potiùs Majoritas Potestatis esset imago, in qua appareret privatio infinitæ Potestatis, ita, quòd Majoritas Potestatis esset in privatione, ad quam tendunt omnes Majoritates Potestatis, quæ sunt in esse, ita, quòd existant magìs propinquæ privationi, quàm Majoritati Potestatis.

2. Majoritas Potestatis est imago, in qua apparet Majoritas infinitæ Potestatis & Majoritas finitæ Potestatis; hæc imago est noster Dominus DEUS JESUS Christus, in quo apparet Majoritas infinitæ & finitæ Potestatis, JESU Christo existente Homine DEO; & hoc idem sequitur in Imagine Sacramenti Altaris, & in aliis miraculosis rebus, in quibus Potestas demonstrat & significat suas Majoritates.

Potestas, Æqualitas.

1. ÆQualitas est in Potestate, ut Potestas possit hoc, quod est, esse per Æqualitatem existentiæ & agentiæ, videlicet per Æqualitatem existendi & agendi; sicut Potestas DEI, quæ ita est hoc, quod est, ratione possificandi, sicut ratione existendi; & ideo partes substantiæ Mundi habent appetitum, quòd possint tantum agere, quantum existere. Sed, si DEUS nihil esset, sequeretur, quòd nullus Finis Concordantiæ haberet subjectum, in quo tantum possit quiescere per agere, quantum per existere; quod est impossibile.

2. Oportet, quòd Potestas mota per Æqualitatem Possificantis, Possificabilîs & Possificare sit tanta per agere, quanta per existere; sed privatâ illâ Æqualitate existit Potestas in Majoritate & Minoritate, in qua non potest habere quietem; sicut in generabilibus & corruptibilibus rebus, in quibus generatio & corruptio participant de Potestate, generabilibus rebus existentibus in Majoritate Potestatis, & corruptibilibus in Minoritate.

Potestas, Minoritas.

1. MInoritas est in Potestate, ut alia Potestas possit esse minor, quàm alia, sinè qua Minoritate accidentia non possent esse minora, quàm substantiæ, & Potestas esset æqualis in omnibus rebus. In Potestate DEI tamen non est Minoritas, cùm sit unum idem numero cum Æqualitate; at, si DEUS nihil esset, esset nulla Potestas sinè Minoritate: unde sequeretur, quòd Potestas possit esse & non esse simul, quod est impossibile.

2. Minoritas existit in Potestate in minorificante, minorificabili & minorificare; & Potestas existit in Minoritate in minorificando se ipsam; unde sequitur impossibilitas & privatio Potestatis: sicut in homine peccatore, qui privat suam Potestatem minorificando & utendo parvis rebus in suo memorare, intelligere & amare.

Sapien-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Sapientia, Voluntas.

1. VOluntas eſt in Sapientia, ut in Sapientia intelligens, intelligibile & intelligere ſint amabilia; & Sapientia eſt in Voluntate, ut in Voluntate amans, amabile & amare ſint intelligibilia; &, ſi intelligens & amans ſunt unum & idem, & etiam intelligibile & amabile, & intelligere & amare, oportet, quòd Sapientia & Voluntas ſint unum idem; iſta Unitas numeri, quam diximus, non poteſt eſſe, niſi in DEO, in quo Voluntas tantum amat Sapientiam, & Sapientia tantum intelligit Voluntatem, quòd convertantur in Unitate numeri; veruntamen, ſi DEUS nihil eſſet, iſta Unitas numeri non eſſet aliquid realiter; cujus privatio eſſet major, quàm omnes aliæ unitates, quæ ſunt; unde illa privatio eſt magìs odibilis, quàm omnes aliæ privationes, & per conſequens magìs ignorabilis: unde de neceſſitate ſequitur, quòd DEUS ſit, cujus *Eſſe* eſt magìs intelligibile & amabile, quàm omne aliud *eſſe*.

2. Voluntas amat Sapientiam, ut Sapientia ſit lumen verarum rerum, & ut Voluntas eligat veras res in ſuo amare, & falſas res in ſuo odire; & ideo Voluntas movet Intellectum, ut inquirat Veritatem rerum; & quia Intellectus habet appetitum, quòd ametur in intellectivo, intelligibili & intelligere, illuminat Voluntatem, quòd poſſit amare veras & intellectas res.

Sapientia, Virtus.

1. VIrtus eſt in Sapientia, ut Sapientia habeat virtuoſum intellectivum, intelligibile & intelligere; & ideo ſapiens ſupponit, quòd DEUS ſit; ex qua ſuppoſitione multiplicat Virtutes in ſuo intelligere, & elongat ſe à Vitiis, &, ſi DEUS eſt, habet meritum de illa ſuppoſitione, quam facit, ex quo illi ſequitur Gloria; & ſi ſupponit, quòd DEUS non ſit, de illa ſuppoſitione multiplicat Vitia, & recedit à Virtutibus, & habet culpam, ex qua ſequitur illi pœna; &, ſi DEUS nihil eſt, & homo facit ſuppoſitionem, quòd DEUS ſit, multiplicat Virtutes, & elongat ſe à Vitiis, & de ſuppoſitione, quam facit, non ſequitur illi culpa nec pœna, imò homo habet delectationem: & ideo ſequitur & demonſtratur, quòd DEUS ſit, cùm *eſſe* & Virtutes, meritum & delectatio habeant Concordantiam, privatio verò concordet cum triſtitia & Vitio.

2. In Sapientia hominis poſſunt quædam Virtutes eſſe majores, quàm aliæ, ſecundùm quòd Virtutes habent plus ſimilitudinis cum Divina Virtute: ſicut Charitas & Juſtitia, quæ ſunt magìs intelligibiles, quia ſunt magìs ſimiles Bonitati & Magnitudini DEI, quàm Caſtitas, Temperantia & cæteræ Virtutes, quæ non ſunt in DEO; & propter hoc ſapiens virtuoſus homo magìs amat intelligere illas Virtutes, per quas habet plus ſimilitudinis cum DEO.

Sapientia, Veritas.

1. VEritas eſt in Sapientia, ut ſapiens intelligat veras res, & ut Veritas illas verificet; ſicut in Sapientia DEI, in qua Veritas in veris rebus eſt intelligibilis & intellecta verificando, ſinè quibus non poſſet eſſe intellecta nec intelligibilis, nec verificare aliquid in Sapientia; iſta Veritas in Sapientia eſt Ens omnibus aliis Veritatibus; & ideo, quantò magìs Sapientia ſe extendit in verificante, verificabili & verificare, tantò magìs intelligit; & tantò magìs Veritas eſt intelligibilis & intellecta, & tantò magìs verificat in intelligere veras res. Sed, ſi DEUS nihil eſſet, ſequeretur contrarium: ſicut patet in homine, qui conſiderat, quòd DEUS ſit quoddam Ens æternum & infinitum in Intelligere & Verificare & in Intelligente & Intelligibili, Verificante & Verificabili: & quantò magìs hoc intelligit, tantò magìs falſitas falſificat hoc, quod intelligit, & tantò magìs Sapientia ignorat; & propter hoc privatio DEI eſt occaſio majoris falſitatis & ignorantiæ, quò magìs ſapiens intelligit; & hoc eſt impoſſibile.

2. Veritas intrat Sapientiam, & Sapientia intrat Veritatem, qui introitus eſt Principium ſcientiæ; ſicut Veritas objectata Intellectui in concretis partibus, videlicet verificante, verificabili & verificare; & Intellectus, qui eſt univerſalis, deſcendit ad illas concretas partes, in quibus extendit ſuum intelligere verificatum de veris rebus, & in illo intelligere intelligit Sapientiam in abſtracto, in qua abſtractione ſpeculatur Intellectus ſuam univerſalitatem in abſtracto, de qua format Sapientiam in ſuo intelligere.

Sapientia, Gloria.

1. GLoria eſt in Sapientia, ut Sapientia habeat delectationem & quietem in intelligere intellectivi & intelligibilîs, & in gloriari gloriativi & gloriabilîs; ſicut in Sapientia DEI & ſua Gloria; & propter hoc homi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

homines in hoc Mundo habent Gloriam intelligendo DEUM & ejus Sapientiam & Gloriam ; sed, si DEUS nihil esset, haberent pœnam intelligendo, quòd DEUS non sit, & haberent Gloriam credendo, quòd DEUS sit; unde, sicut præsentia Solis est occasio diei, quòd sit dies, sic, quòd DEUS sit, est ratio & occasio homini, quòd habeat Gloriam in intelligere : & sicut absentia Solis est occasio noctis, sic, si DEUS non esset, sua privatio esset occasio pœnæ in intelligere.

2. Sapiens habet Gloriam in intelligendo intelligibiles res, quam Gloriam multiplicat in proportione intelligibilium rerum & illius, qui intelligit, & maximè, si intellectivitas & intelligibilitas sunt una natura & essentia, sicut in DEO; & ideo sequitur, quòd in DEO sint Ideæ, quarum Intelligibilitas est ipse DEUS, qui habet Gloriam in intelligendo omnia; & ista Gloria, quam DEUS habet in intelligendo, est hominibus occasio, quòd non habeant vanam Gloriam in intelligere.

Sapientia, Differentia.

1. DIfferentia est in Sapientia, ut sapiens possit intelligere; quia, si non esset *intellectualis* Differentia in intelligente, intelligibili & intelligere, Sapientia non posset esse forma sapienti, quòd posset intelligere; sicut in DEO, qui non posset intelligere sinè Differentia & Distinctione Intellectivi, Intelligibilîs & Intelligere, nam privatâ Differentiâ istarum trium Personarum remaneret Sapientia in confusione, & Intellectivum & Intelligibile in tenebris, ita, quòd ibi non esset Lumen Intelligendi : &, quia DEUS est & intelligit cum Differentia, est causa homini, quòd cum Differentia intelligat; & ideo homines, qui intelligunt DEUM, & in ipso intelligunt Differentiam Intellectivi, Intelligibilîs & Intelligere, multiplicant Sapientiam; at, si DEUS nihil esset, sequeretur, quòd, quantò magìs homo intelligeret DEUM, tantò magìs haberet confusum intelligere; & hoc idem de rebus, quarum aliquæ sunt magìs intelligibiles, quàm aliæ; quæ major confusio intelligendi est impossibilis.

2. Sapientia intelligit Differentiam *inter intellectuale & sensuale :* sicut inter intellectivum & intelligibilitatem lapidis; & quia intellectivum & intelligibilitas lapidis per Differentiam sunt diversæ essentiæ invicem separatæ, & intellectivum non potest habere essentiam lapidis in se ipso, est sensitivum forma sub intellectivo, quod apprehendit sensibilitatem lapidis, quæ sensibilitas est convertibilis in imaginabilitatem, & imaginabilitas in intelligibilitatem; istam intelligibilitatem ideo vocamus sensualem, quia est sumpta de sensualibus similitudinibus.

3. Sapientia intelligit Differentiam *inter sensuale & sensuale*, sicut inter sensibilitatem lapidis & imaginabilitatem illius, cùm Intellectus intelligat lapidem, in quantum habet sensibilitatem in præsentia caloris, frigiditatis & ponderositatis: & in quantum habet imaginabilitatem, imaginatur lapidem in absentia sensibilitatis; & propter hoc Intellectus generat intelligere de diversis rebus.

Sapientia, Concordantia.

1. COncordantia est in Sapientia, ut Sapientia ipsam possit habere in suo intellectivo, intelligibili & intelligere, sinè qua Concordantia intelligere non posset esse de intellectivo & intelligibili, quia privatâ Concordantiâ amborum remanerent in Contrarietate; &, quia DEUS est, & in suo intelligere habet Concordantiam sui Intellectivi & Intelligibilîs, causat in Sapientia hominum Concordantiam intellectivi & intelligibilîs, ut possint intelligere, & quantò magìs intelligunt DEUM, tantò majorem Concordantiam habent in intelligere, intellectivo & intelligibili; at, si DEUS nihil esset, sua privatio esset occasio in contrarium sui esse, si est, ita, quòd, quantò plus homines intelligerent, tantò majorem Contrarietatem haberent in intelligere, & haberent majorem Concordantiam in ignorantia; & hoc est impossibile.

2. Sapientia intelligit Concordantiam *intellectualis & sensualis :* sicut Concordantiam inter intellectivum, elementativum, vegetativum, sensitivum & imaginativum, quia omnes istæ quatuor formæ habent Concordantiam ad existendum sub intellectivo, quod ipsas in homine movet cum Concordantia, intellectivo movente elementativam formam supra elementabilem materiam : & hoc idem de motu vegetativæ formæ motæ per intellectivum ad vegetabilitatem; & sic de aliis formis & materiis existentibus in Concordantia intellectualîs & sensualîs motûs.

3. Sapientia intelligit Concordantiam *inter*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ter ſenſuale & ſenſuale: ſicut ignis & aër, qui concordant in calore: & vinum & aqua in colore, aquâ recipiente cólorem à vino; & iſta Concordantia eſt de activis & paſſivis rebus, in qua Concordantia Intellectus recipit Concordantiam de activis rebus, ſecundùm quòd diximus; & hoc idem eſt de paſſivis.

Sapientia, Contrarietas.

1. COntrarietas eſt in Sapientia, ut ſapiens non habeat, cum quo intelligat, & ut in Sapientia non poſſit habere Concordantiam intellectivi, intelligibilîs & intelligere; &, ſi DEUS eſt, contrariatur Contrarietas homini in intelligendo, ut non intelligat DEUM, & ut amittat Finem ſui intelligere; ſed, ſi DEUS non eſt, non contrariatur Contrarietas homini, qui intelligit DEUM, quem DEUM multiplicat in ſuo intelligere de infinitis ſimilitudinibus: & tali intelligere non contrariatur Contrarietas, ut ſapiens non amittat Finem ſui intelligere; ſed, quia convenit, quòd Magnitudo ipſius intelligere ſit de neceſſitate Finîs ſapientis, qui habet magnum intelligere, de neceſſitate convenit, quòd DEUS ſit, per quod eſſe Magnitudo ipſius intelligere & Finis habent Concordantiam.

2. Sapientia intelligit Contrarietatem inter intellectuale & ſenſuale; ſicut JESUS Chriſtus, qui conſulit in Evangelio, quòd homo perdat ſuam ſenſitivam animam in hoc Mundo, ut ſua intellectiva Anima poſſit magìs intelligere, amare & ſervire: & propter hoc Intellectiva reſiſtit Senſitivæ, dum magìs intelligit conſilium DEI; & ideo homines peccatores nolunt intelligere Conſilia & Mandata DEI, ut non reſiſtant gaudiis & placitis Senſitivæ.

3. Sapiens intelligit Contrarietatem ſenſualium rerum; ſicut inter Gulam & Luxuriam, nam, quantò magìs homo appetit comedere, tantò magìs movet ſe ipſum ad Luxuriam, & è contrario, quò magìs vult luxuriari, eò magìs vult comedere; & propter hoc eſt Contrarietas alterius contra alterum, & quodlibet horum duorum principiorum contrariatur Fini ſui appetitûs; unde per multum comedere & luxuriari homo devenit in privationem & corruptionem.

Sapientia, Principium.

1. PRincipium eſt in Sapientia, ut ſit intellectum, & ut Sapientia ſit Principium in intellectivo, intelligibili & intelligere, quæ ſunt Principia Sapientiæ; ſicut in Sapientia DEI, quæ eſt Principium omnibus aliis Sapientiis, in quo Sapientia habet Intellectivum, Intelligibile & Intelligere, quæ ſunt Principia omnibus aliis Principiis intellectivitatum, intelligibilitatum & intelligere; & propter hoc ſunt plures intelligibilitates, quàm ignorantiæ; at, ſi DEUS nihil eſſet, ſequeretur contrarium, ita, quòd eſſent plures ignorabilitates, quàm intellectivitates: ex quo ſequeretur, quòd, quò magìs Sapientia intelligeret, eò magìs ignoraret, & ſic eſſet plus ignorantiæ, quàm intelligentiæ, &, quia naturæ mutarentur in contrarium, ſequeretur, quòd ignorantia eſſet Principium Sapientiæ, quod eſt impoſſibile.

2. Sapientia eſt finale Principium, quæ movet ſapientem ad intelligere, qui ſapiens eſt efficiens Principium movens formas ſupra materiam, abſtrahendo formas & ſpecies illius materiæ, quæ in ſe habet intelligibilitates rerum; iſtud opus facit efficiens cum Intellectiva Potentia mota in intelligibili, ut habeat intelligere habituatum & veſtitum de illis formis, quas abſtrahit de intelligibilitate, conſervatis in Memoria, ut ſapiens habeat habitum ſcientiæ.

Sapientia, Medium.

1. MEdium eſt in Sapientia, per quod Sapientia habet intelligere, quod exiſtit in Medio intellectivitatis & intelligibilitatis, ut ſapiens habeat in intelligere tantum intellectivitatis, quantum eſt intelligibilitatis, quod non poteſt eſſe, niſi in Sapientia DEI; at, ſi DEUS nihil eſſet, nullum Medium eſſet ſubjectum tantæ influentiæ per intellectivitatem, quanta eſt refluentia intelligibilitatis: unde ſequeretur, quòd ignorantia eſſet de intellectivitate influente intelligere & de intelligibilitate & de intelligere refluente ignorantiam, quia naturæ mutarentur in privatione DEI; quæ mutatio eſt impoſſibilis.

2. Intelligere eſt Medium Sapientiæ, ut intellectivum & intelligibile in ipſo conjungantur & æqualiter menſurentur, & ut intelligere ſit per omnes extremitates intellectivi & intelligibilîs; ſed in rebus, in quibus hoc non poteſt eſſe, ſicut in Sapientia hominis, eſt intelligere in minori quantitate, quàm intellectivum & intelligibile: & propter hoc ſunt plures res, quæ remanent in potentia, ut intelligantur, quæ non ſunt intel-

lectæ,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

lectæ, de qua potentia vivit & durat actus intelligendi & actio intellectivitatis & passio intelligibilitatis.

Sapientia, Finis.

1. FInis est in Sapientia, cum quo Fine movet sapientem ad intelligere, ut illud intelligere non sit in privatione, & sit per omnes terminos Sapientiæ, qui sunt intellectivum & intelligibile, & propter hoc sapiens quiescit in intelligere, & maximè, quando Sapientia & Finis convertuntur & sunt unum idem numero; sicut in DEO, in cujus *Esse* aliæ Sapientiæ habent quietem in Fine ipsius intelligere; at, si DEUS nihil esset, nulla Sapientia haberet Finem, in quo posset quiescere, quia in quolibet Fine intelligeret plus defectûs, quàm perfectionis: & quantò plus sapiens intelligeret, tantò plùs intelligeret privationem sui intelligere, suæ intelligibilitatis, & suæ intellectivitatis, ita, quòd, quò magìs intelligeret Finem, eò magìs haberet pœnam in intelligere; & videmus per experientiam, quòd hoc non possit fieri.

2. Sapientia quiescit in Fine intelligendi, & illa quies est de intellectivo & intelligibili, quæ assequuntur suum Finem in intelligere, intelligibili existente intellecto sub Fine passionis, & intellectivo existente intellecto sub Fine actionis; & ideo habent homines delectationem in intelligere, & quò major est Finis, eò major est delectatio: sicut homines, qui habent majorem delectationem in intelligendo DEUM, quàm se ipsos, & majorem delectationem in intelligendo operationes, quas habent intra se ipsos, quàm in intelligendo operationes, quas habent extra.

Sapientia, Majoritas.

1. MAjoritas est in Sapientia: sicut Sapientia DEI, quæ est major, quàm ulla alia Sapientia; tamen illa Majoritas non est de Sapientia DEI, quia in DEO non est Majoritas nec Minoritas; sed Majoritas est creatura, in qua humanus Intellectus intelligit, quòd Sapientia DEI sit major, quàm ulla alia Sapientia, in qua Majoritate humanus Intellectus majorificat suum intelligere; at, si DEUS nihil esset, sequeretur, quòd Majoritas esset imago majori intellectivitati, intelligibilitati & intelligere, & majori ignorativitati, ignorabilitati & ignorare; quod est impossibile.

2. Sapientia est major in illis rebus, quæ substantialiter sunt intelligibiles, quàm in rebus, quæ accidentaliter sunt intelligibiles; & ideo Sapientia est major ratio sapienti, quòd intelligat substantiales res, ut in illis possit majorificare suum intelligere, quàm in intelligendo accidentales res; & ideo sapiens habet majus placitum in intelligendo substantiam rerum, quàm earum accidentia; nam, quantò majorem entitatem habet substantia, quàm accidens, tantò plus intelligibilitatis habet; & propter hoc dicit sapiens, quòd Angeli in Gloria substantialiter intelligant DEUM, ut habeant majus intelligere: etiam dicit, quòd DEUS sit Homo, ut illa Humanitas sit Imago majoris intelligere.

Sapientia, Æqualitas.

1. ÆQualitas est in Sapientia, ut Sapientia in se habeat Æqualitatem intellectivi, intelligibilîs & intelligere, sinè qua Æqualitate Finis Concordantiæ ipsorum trium non haberet subjectum, in quo posset quiescere; iste Finis Concordantiæ non haberet subjectum, in quo posset quiescere, si DEUS non esset, quia esset nulla Æqualitas intellectivi, intelligibilîs & intelligere; igitur sequeretur contrarium, si DEUS nihil esset, & mutarentur naturæ intellectivitatis, intelligibilitatis & intelligere in inæqualitatem ipsorum trium, in qua Finis Concordantiæ haberet quietem, & è contrario Finis Contrarietatis haberet quietem in Æqualitate intellectivi, intelligibilîs & intelligere; unde sequitur impossibilitas & contradictio.

2. Æqualitas Sapientiæ non potest esse sinè Æqualitate intellectivi, intelligibilîs & intelligere, qui sunt de essentia Sapientiæ; & propter hoc Sapientia est æqualiter proportionata in intellectivitate & intelligibilitate, ut possit habere æquale intelligere in se ipsa; ista Æqualitas est substantialis, quam Æqualitatem Sapientia attingit in accidentali Æqualitate; sicut homo, qui in speculo videt suam faciem, & in imaginatione illam imaginatur, & sic de aliis.

Sapientia, Minoritas.

1. SApientia esset in Minoritate, si DEUS nihil esset; & eò magìs esset Minoritas, quò magìs intelligeret: & quantò plus intelligeret, tantò propinquior esset ipsi *non esse*, & quantò minus intelligeret, tantò propinquior esset ipsi *esse*; nam, in quantum for-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mat in ſe ipſa *Eſſe* DEI qualificatum de ſpecificis æternis & infinitis ſimilitudinibus, intelligit tantum, quòd non poſſit plus intelligere, & ideo, quò majus intelligere habet, eò majorem propinquitatem habet ad *eſſe:* ſed, quia hoc, quod intelligeret, nihil eſſet realiter, eſſet eò propinquior ipſi *non eſſe*, quò plus intelligeret; & ex hoc ſequitur contradictio & transmutatio naturarum ipſius intelligere & Majoritatis & Minoritatis & ipſorum *eſſe* & *non eſſe*, & ſequuntur multa alia inconvenientia & impoſſibilia, ſi DEUS nihil eſſet.

2. Minoritas Sapientiæ eſt intelligere parvas res: ſicut in ſubſtantia lapidis, in qua ſapiens non poteſt tantum intelligere, quantum in ſubſtantia hominis: nec tantum in Philoſophia, quantum in Theologia: nec tantum in Medicina, quantum in Philoſophia: nec tantum in Vitiis, quantum in Virtutibus; & hoc idem ſequitur in mechanicis Artibus, in quibus homo non poteſt tantum intelligere, quantum in ſeptem liberalibus Artibus; hoc idem ſequitur de Chriſtianis, Judæis & Saracenis, qui Chriſtiani plus poſſunt intelligere in DEO & de DEO ſecundùm ſuam Legem, quàm alii ſecundùm ſuam Sectam, conſiderantes DEUM in Unitate Eſſentiæ & in Trinitate Perſonarum; & hoc idem ſequitur de intelligibilitate Miraculorum, Sacramentorum, Mandatorum & aliorum his ſimilium.

Voluntas, Virtus.

1. VIrtus eſt in Voluntate, ut Voluntas habeat amativam Virtutem; nam, ſicut Senſitiva habet viſivam Virtutem, & planta habet vegetativam Virtutem, & ignis calefactivam Virtutem, ſic humana Voluntas (& multò meliùs) habet amativam Virtutem, & per conſequens amabilem Virtutem, unde ſequitur virtuoſum velle, & Voluntas cum amativa Virtute in ſua propria amabili Virtute convertit amabilitates amabilium rerum, ipſis remanentibus hoc, quod ſunt, quarum ſimilitudines exiſtunt cum Virtute amabilitatis & amativitatis habitus & veſtimenta virtuoſi amare, in quo conjunguntur amicus & amatus; & ideo Virtus eſt deſiderabilis.

2. Si DEUS eſt, homo, qui amat DEUM, habet virtuoſum amare; &, ſi DEUS non eſt, ſimiliter; nam amando DEUM multiplicat Virtutem in ſuo amare, attamen multiplicat etiam Vitium, quia amat hoc, quod non eſt, quod, quia non eſt, non eſt amabile; igitur, ſi DEUS nihil eſſet, ſequeretur, quòd à Voluntate, quæ amat DEUM, æqualiter procederet Virtus & Vitium in amare virtuosè & vitiosè induto de ambobus; & hoc eſt impoſſibile: quæ impoſſibilitas demonſtrat, quòd DEUS neceſſariò ſit.

Voluntas, Veritas.

1. VEritas eſt in Voluntate, ut Voluntas habeat amativam Veritatem, ſecundùm quòd diximus de Virtute & Voluntate; & quia Voluntas habet amativam Veritatem, ſequitur de neceſſitate, quòd habeat amabilem Veritatem, ſinè qua amabilitate non poſſet habere amativam Veritatem; & quia Voluntas habet amativam & amabilem Veritatem, habet verum velle de veris rebus, amativâ Veritate in ſua propria vera amabilitate convertente veram amabilitatem rerum, & de illarum veris ſimilitudinibus informat verum amare. Sed, quando contingit, quòd de veris rebus recipiat falſas ſimilitudines, pervertit illas in falſam amabilitatem, & inde falſificat falſum amare; hæc perverſio autem & infirmitas evenit aliquando vel ex parte amativitatis, vel amabilitatis, vel ex parte abſentiæ Veritatis.

2. Si DEUS eſt, ſua Eſſentia & ſuæ Operationes ſunt in majori vera amabilitate, quàm ulla alia amabilitas; quæ major vera amabilitas cauſat in homine majorem veram amativitatem; & ideo illi homines, qui amant DEUM, poſſunt habere majorem Veritatem in amando DEUM, quàm in amando aliquid aliud, & etiam, quàm in amando omnes alias res, quæ ſunt: unde ſequitur, quòd, ſi DEUS nihil eſſet, ſua privatio eſſet cauſa majori falſæ amabilitati, & per conſequens majori veræ odibilitati; & hoc non poteſt eſſe: ex quo probatur, quòd DEUS ſit.

Voluntas, Gloria.

1. GLoria eſt in Voluntate, ut habeat glorioſam amativitatem, glorioſam amabilitatem & glorioſum amare; & ideo habet Voluntas cum omnibus tribus quietem & delectationem in Gloria; & ideo eſt Gloria deſiderabilis in Majoritate amativitatis, amabilitatis & amare; unde, quando contingit, quòd Gloria eſt odibilis, tunc mutantur naturæ amativitatis, amabilitatis & amare in odibilitatem, oditivitatem & odire inducta de pœna, triſtitia & adverſitate.

Si

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. Si DEUS est, Voluntas, quæ amat DEUM, habet majorem Gloriam, & majorem glorioſam amativitatem, & majorem glorioſam amabilitatem, & magìs glorioſum amare in amando DEUM, quàm in amando omnes alias res; &, ſi DEUS nihil eſſet, amativitas, amabilitas & amare eſſent in majori gloriativitate, gloriabilitate & gloriari per hoc, quod nihil eſt, quàm per hoc, quod eſt; & hoc eſt impoſſibile & contra naturam Gloriæ & amoris, & multiplicat odire ſuper amare, & pœnare ſuper gloriari.

Voluntas, Differentia.

1. DIfferentia eſt in Voluntate, ut Voluntas habeat Differentiam amativam & amabilem & amare; nam ſinè tali Differentia Voluntas non poſſet extendi in amativum, amabile & amare, imò eſſet in omnibus tribus confuſa ſinè Differentia, & nullum iſtorum trium eſſet aliquid, in quorum privatione Voluntas non haberet ſubjectum, in quo exiſteret, & nullæ res eſſent in illa amabiles; igitur eſt Differentia in Voluntate: ſicut in Voluntate DEI, in qua eſt Differentia Amativi, Amabilîs & Amare, quæ cauſat inconfuſionem in Voluntate hominum, in qua ponit Differentiam amativi, amabilîs & amare; at, ſi DEUS nihil eſſet, ſequeretur contrarium, videlicet confuſio amativi, amabilîs & amare; oditivi, odibilîs & odire: nam, in quantum DEUS eſt amabilis, in tantum ſua privatio eſſet odibilis, ſi non eſt; & hoc eſſet confuſio amabilitatis & odibilitatis, & per conſequens amativitatis & oditivitatis, amare & odire; quæ confuſio eſt impoſſibilis.

2. In Voluntate hominis eſt *intellectualis & ſenſualis* Differentia; & per intellectualem Differentiam eſt Voluntas amativa, & illa amativitas eſt potentia Voluntatis cum Differentia, & ideo eſt Voluntas electiva in amando diverſas res, & habet differentes amabilitates & differentia amare, ſicut amabilitates ſenſualium rerum, quarum ſimilitudines ſunt indumenta & habitus ſenſuali amare diſtincto ab alio amare induto de ſimilitudinibus intellectualium amabilitatum.

3. In Voluntate eſt Differentia *inter ſenſuale & ſenſuale;* & ideo Voluntas eſt amativa differenter amando ſenſuales res, quæ differenter ſunt amabiles; & ideo Voluntas cum ſenſuali Differentia habet amativam potentiam, quæ movet ſenſitivam, cum qua eſt conjuncta; & quia Voluntas habet amabilem potentiam conjunctam cum ſenſibili potentia, movet cum ſenſibilitate ſuam amabilitatem, unde format amare indutum & habituatum de ſenſualibus ſimilitudinibus diſtinctè & ſinè confuſione illarum.

Voluntas, Concordantia.

1. COncordantia eſt in Voluntate, ut in Voluntate amativum & amabile concordent in amare: ſicut in Voluntate DEI, in qua eſt Concordantia Amativi & Amabilîs in Amare, ſinè qua Concordantia Unitas Amativi & Unitas Amabilîs non poſſent concordare in Unitate ipſius Amare, nec Concordantia poſſet eſſe ſinè Unitate & Pluralitate omnium trium; hæc Divina Voluntas, in qua eſt Concordantia, cauſat Concordantiam in aliis Voluntatibus, dando eis ſuam ſimilitudinem, ſecundùm quòd illam poſſunt recipere, cum Concordantia amantis, amabilîs & amare; ſed, ſi DEUS nihil eſſet, ſequeretur contrarium, videlicet, quòd ejus privatio cauſaret Contrarietatem amantis, amabilîs & amare, & per conſequens Concordantiam odientis, odibilîs & odire; nam, ſi DEUS nihil eſſet, eſſet plus odibilitatis in privatione DEI & in *eſſe* rerum, quàm amativitatis; & hoc eſt impoſſibile.

2. In Voluntate eſt Concordantia *intellectualis & ſenſualis*, & illa Concordantia eſt potentia Voluntati, ut cum ſenſualibus amabilitatibus poſſit amare intellectuales amabilitates: ſicut juſtus & ſapiens homo, qui poſſidet multas divitias, amans cum Magnitudine ſenſualium divitiarum Magnitudinem intellectualium divitiarum, quæ Magnitudo intellectualium divitiarum eſt magnum amare indutum de magna Bonitate, magna Juſtitia, magna Fide & magna Spe.

3. In Voluntate eſt Concordantia *ſenſualis & ſenſualis*, ut ſenſibiles res ſint concordabiles in amare, hoc eſt, earum ſimilitudines, quibus indutum eſt ſenſuale amare, & ideo dicitur ſenſuale amare, quia de ſenſualibus ſimilitudinibus eſt indutum; & illud, quod eſt indutum, eſt intellectuale amare.

Voluntas, Contrarietas.

1. COntrarietas eſt in Voluntate, ut ſit contrariativa in contrariabilibus rebus, ut poſſit concordare amabiles res in Concor-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dantia; iſta Contrarietas eſt bona in Voluntate, & contrarium ipſius Contrarietatis eſt mala Contrarietas in Voluntate; & ideo Voluntas eſt electiva, & habet libertatem induendi ſuum amare vel bonâ vel malâ Contrarietate; ſed, ſi DEUS nihil eſſet, nulla Voluntas haberet libertatem eligendi bonam Contrarietatem contra malam, cùm eſſet plus Contrarietatis, quàm Concordantiæ, ſi DEUS nihil eſſet; quæ Contrarietas impediret DEUM eſſe, & Bonitatem, Magnitudinem &c. eſſe amabiles in unitate numeri, ut poſſit deſtruere Finem illarum: etiam Contrarietas contradiceret, in tantum, quòd ens, in quo Concordantia, Bonitas, Magnitudo, Æternitas & Poteſtas ſunt unum idem numero, eſſet magìs impoſſibile, quàm illud ens, in quo prædicta non ſunt unum idem numero; & hoc eſt impoſſibile & contra naturam amabilitatis, amativitatis & amare, & contra naturam ipſius *eſſe*, & habet Concordantiam cum privatione; & ideo invenit homo, quòd DEUS neceſſariò ſit.

2. In Voluntate eſt Contrarietas *intellectualis & ſenſualis*, ut Voluntas habeat intellectivam Contrarietatem, cum qua contrarietur ſenſitivæ Voluntati, quæ reſiſtit intellectivæ, ut Voluntas habeat delectationem in amando ſenſibiles res, & ut ſenſuales ſenſus poſſint multiplicare ſuas ſenſibilitates & ſenſitivitates & ſentire; & ideo cadunt homines in Vitia & peccata, quia non volunt cum intellectiva Voluntate reſiſtere naturali ſenſuali appetitui.

3. In Voluntate eſt Contrarietas *inter ſenſuale & ſenſuale*: ſicut in divite avaro homine, quia amat multiplicare ſuas divitias, quarum multiplicationem multiplicat in ſuo deſiderare, cum quo contradicit delectationi corporis, ſuſtinendo famem & ſitim, calorem & frigus, timorem & periculum, ut poſſit multiplicare illas divitias; hoc idem ſequitur de hominibus, qui diligunt honorem in hoc Mundo; & ſic de aliis ſimilibus.

Voluntas, Principium.

1. PRincipium eſt in Voluntate, ut Voluntas habeat in ſe ipſa Principium amativum, Principium amabile, & Principium, quod eſt amare, & Voluntas eſt Principium in his tribus ſuſtentatum; & ideo in Voluntate amare eſt majus & magìs naturale Principium, quàm odire; cùm amare ſit in Voluntate eſſentialiter, & odire accidentaliter; quod eſſet è contrario, ſi DEUS nihil eſſet; & hoc idem eſſet, ſi eſſent plures Dii, & non unus tantùm, nam Unitas amandi non poſſet quieſcere in infinitis Finibus exiſtentibus cauſa uni amare, nec amare poſſet ſe extendere in infinitum amabile, cujus infinitas eſſet odibilis & amabilis in tantum, quòd amare & odire eſſent æqualia Principia in amare & odire; quod eſt impoſſibile.

2. Voluntas eſt Principium omnibus amabilibus rebus, nam ſinè Voluntate nulla amabilitas eſſet, & ſi eſſet, eſſet materia ſinè forma, quod eſt impoſſibile; igitur Voluntas eſt Principium omnibus amabilibus rebus, quibus eſt Principium cum amativitate, cui creatæ amativitati amabilitas DEI eſt Principium exiſtens in Fine forma humanæ Voluntati, quam movet ad amandum DEUM; & ideo Voluntas eſt materia tantum mota per amabilitatem DEI, quantum per amativitatem ipſius, cùm in DEO amativitas & amabilitas ſint una eadem Eſſentia & Natura; ſed quia Voluntas hominis habet libertatem in amando, movet cum ſua formali amativitate ſuum amare in ſua materiali amabilitate.

Voluntas, Medium.

1. MEdium eſt in Voluntate, ut in Voluntate amare ſit Medium inter amativum & amabile æqualiter menſuratum in ambobus & extenſum per omnes extremitates Voluntatis; & ideo Voluntas, in quantum eſt amativa, eſt Finis, qui amabili formaliter influit amare, & Voluntas, in quantum eſt amabilis, eſt Finis materialiter, qui amativo refluit amatum, & dum Voluntas ſic eſt in Medio, & Medium in Voluntate, movet hominem ad amandum amabiles res, ſicut quando movet hominem ad amandum, quòd ſit unus DEUS, & non plures; nam, ſi eſſent plures Dii, nullum amare poſſet exiſtere in Medio infiniti Amativi & infiniti Amabilîs, & perderetur Infinitas in Voluntate cujuslibet DEI, quorum pluralitas eſſet tantum odibilis, quantum Unitas unius infiniti DEI amabilis.

2. In Voluntate vivit amare de amabilitatibus, movente amativo amare per illas amabilitates; & amare moritur, quando movetur ad odibilitates, quia amativum convertitur in oditivum, & amabile in odibile, & amare in odire; iſta converſio eſſet naturalis in Voluntate, ſi DEUS nihil eſſet, in tantum, quòd Voluntas eſſentialiter & naturaliter odiret; per quam naturam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ram omnes homines amarent *non esse*, & odirent *esse*.

Voluntas, Finis.

1. FInis est in Voluntate, ut Voluntas habeat Finem amativum & amabilem & amare; in hos tres terminos Finîs extenditur Voluntas, ut possit quiescere in Fine, & habere Gloriam, & quando Voluntas amat aliquid, ex quo non sequatur Finis amandi, tunc Finis sui amare devenit in privationem, & Voluntas est otiosa & contra Finem amandi; & quando Voluntas est in tali otiositate, est in peccato, & amat aliquid contra terminos Finîs, extra quos pervertit odibilitates in amabilitates; & ideo non habet Finem, in quo possit quiescere; & hoc apparet in hominibus hujus Mundi, qui non possunt habere quietem in honoribus, divitiis, parentelis, saporibus, ornamentis & aliis rebus similibus istis.

2. Finis ipsius amare est amare unum DEUM infinitum in Bonitate, Æternitate & in aliis Proprietatibus, quæ DEO conveniunt: & privatio ipsius amare existit in privatione Finîs; ex quo sequitur, quòd odire sit privatio ipsius amare, quando Voluntas odit contra Finem amandi: igitur, quòd Voluntas amet unum DEUM infinitum in malitia in Æternitate, Potestate & in aliis Proprietatibus, quæ conveniunt DEO, est odire contra Finem ipsius amare unum DEUM infinitum in Bonitate, Magnitudine, Æternitate, Potestate & in aliis Proprietatibus, quæ DEO conveniunt; & talis infinitus DEUS convenit cum Fine amandi, & ejus contrarium cum Fine odiendi; & tales duo infiniti Fines invicem contrarii non possunt esse in amare & odire; igitur est impossibile, quòd sint duo Dii, unus bonus, & alter malus.

Voluntas, Majoritas.

1. MAjoritas est in Voluntate, ut sit majorificativa in amativitate, & majorificabilis in amabilitate, & ut possit habere majus amare; quod majus amare non posset habere substantialiter, si DEUS nihil esset, quia omne amare esset majus accidentaliter, quàm substantialiter, & Majoritas esset æqualiter imago odiendi DEUM esse, & amandi DEUM esse; hoc idem sequeretur, si essent plures infiniti Dii, quia perderetur Majoritas amandi, & multiplicaretur Majoritas odiendi; & etiam perderetur Majoritas Unitatis Bonitatis, Magnitudinis, Æternitatis &c., & multiplicaretur Majoritas pluralitatis, & ista Majoritas pluralitatis non posset sufficere Majoritati amativitatis, & Majoritati amabilitatis, & Majoritati ipsius amare, & sic sequeretur, si essent plures Dii, quòd eorum pluralitas sufficeret Majoritati odii extensi & diffusi in oditivitatem, odibilitatem & odire; & hoc est impossibile.

2. Convenit, quòd major Voluntas, quam homo potest habere, sit in majori Bonitate, majori Magnitudine, majori Duratione &c.; & ideo convenit, quòd Voluntas concordet cum *esse*, magìs amando majores res, quàm minores, & substantiales res, quàm accidentales; unde, quando contingit, quòd Majoritas amat contra prædictam Majoritatem, tunc multiplicat Majoritatem odiendi, per quam multiplicationem est in peccato & vitio; sicut mundani homines, qui habent majorem amorem erga vanitates hujus sæculi, quàm erga honorem & servitium DEI.

Voluntas, Æqualitas.

1. ÆQualitas est in Voluntate, ut sit æqualificativa & æqualificabilis in amando Æqualitatem amborum: sicut Voluntas DEI, in qua amare æqualiter existit inter Amativum & Amabile, quæ Æqualitas est subjectum Fini Concordantiæ Bonitatis, Magnitudinis, Æternitatis &c.; hoc subjectum autem non posset esse, si essent plures Dii, quia non esset unus DEUS, in quo Bonitas esset Ratio infinito Bono, quòd ageret infinitum Bonum; & hoc idem de Magnitudine, Æternitate &c.: unde sequeretur, quòd omnes Dii essent finiti in existentia & agentia, & distincti essentialiter & naturaliter: etiam sequeretur, quòd perderetur Æqualitas infiniti Amare æqualiter existentis inter infinitum Amativum & infinitum Amabile, ita, quòd major esset illa Æqualitas, quæ esset in privatione, & quæ convenit cum *esse*, quàm Æqualitas multorum Deorum, qui conveniunt cum privatione.

2. Quantò magìs Voluntas potest æqualificare suum amare de amativo & amabili, tantò major est in amare, quod amare vivit de Æqualitate amativi & amabilîs, cùm Æqualitas sit subjectum Fini Concordantiæ Bonitatis, Magnitudinis, Durationis &c.; sed, quando contingit, quòd amare non existat æqualiter inter amativum & amabile,

tunc

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tunc deficit esse subjectum Concordantiæ Fini Bonitatis, Magnitudinis &c., quæ in illo subjecto non possunt quiescere; nam, si deficit Finis Bonitatis, Magnitudinis, Durationis &c., quæ in illo subjecto non possunt quiescere, Concordantia ibi non potest concordare, quia Contrarietas in illo subjecto habet suum contrariari, ut Voluntas ibi perdat Finem sui amare, & Concordantia Finem sui concordare; & ideo homines hujus Mundi non possunt habere quietem in amando temporales res, quæ non possunt amari cum Æqualitate amativi & amabilis.

Voluntas, Minoritas.

1. MInoritas est in Voluntate, ut habeat minus amare, & ut cum Minoritate possit esse amativa & amabilis, sinè qua Minoritate istæ mundanæ res non essent amabiles, nec Voluntas posset habere minus amare in minùs amando unam rem, quàm aliam: sicut Voluntas hominis affirmantis, quòd sint plures Dii, quæ minùs potest amare, affirmando, quòd sint plures Dii, quàm negando, scilicet affirmans, quòd sit unus DEUS tantùm æternus & infinitus in Magnitudine Bonitatis &c., qui est amabilis cum Majoritate amandi ratione suæ infinitæ Amabilitatis; & ideo homines, qui amant plures Deos, sicut Idololatræ, habent suum amare propè *non esse*; quia illorum amabilitas est amabilis cum Minoritate propter finitatem eorum.

2. Minoritas existens in Voluntate induit illam suâ similitudine, sub qua inclinatur ad amandum parvas res, quæ concordant cum Minoritate: sicut amare vanitates hujus Mundi, quæ sunt in Minoritate, quia veniunt de *non esse*, & revertuntur in privationem: & ideo homines, qui sunt minores in amando, sunt superbi, & volunt esse majores, quàm illi, qui habent majus amare amando Beatitudines alterius vitæ, quæ semper durant & in *Esse* DEI removentur à Minoritate & privatione, quia per illud *Esse* sustentantur, & sunt in prima intentione.

Virtus, Veritas.

1. VEritas est in Virtute, ut Virtus sit verificativa & verificabilis in virtuoso verificare; est verificativa, in quantum de Veritate oritur induta de forma Veritatis, quæ illi dat suam similitudinem formaliter; Virtus est verificabilis, in quantum oritur de Veritate materialiter recipiens similitudinem materiæ Veritatis, ut Virtus essentialiter sit verificabilis in virtuoso verificare; talis Virtus consistit magìs realiter in Veritate in rebus, quàm in earum similitudinibus: sicut visiva Virtus, quæ veriùs accipit objectum per colorem, quàm imaginativa Virtus, nam homo meliùs potest videre faciem alterius hominis, quàm imaginari suam faciem in speculo; hoc idem sequitur de Intellectu, qui magìs intelligit Veritatem realiter, quàm intentionaliter, & sic de aliis similibus istis.

2. Veritas Fidei existit in Virtute Intellectûs, qui intelligit, mortificando suam Virtutem in credendo Veritatem Articulorum, affirmante Intellectu illam Veritatem, quam humana Voluntas amat de illis Articulis: sicut homo, qui amat Veritatem unius DEI in tribus Personis, Creatoris, & Incarnati, & Veritatem aliorum Articulorum, quam Intellectus non intelligit; & quia est obediens Voluntati, quæ amat Veritatem per Gratiam DEI, veraciter est indutus Virtute, quod indumentum est Habitus Fidei, in quo restauratur illa Veritas, quam non potest intelligere: sicut sensibilia objecta in absentia sensitivitatum, quæ in Imaginatione restaurantur; ista restauratio Veritatis in Virtute Fidei est sic per similitudines, sicut est restauratio sensibilium rerum in Virtute Imaginationis.

Virtus, Gloria.

1. GLoria est in Virtute, ut Virtus sit gloriativa & gloriabilis, & ut habeat virtuosum gloriari; & ideo homines habent placitum & delectationem in hoc, quòd sint virtuosi; sicut homo, qui habet Spem in DEO, in qua restaurat hoc, quod amisit, & consequitur per Spem id, quod per se ipsum non potest habere; & ideo habet Spem Veniæ, Præmii & Resurrectionis.

2. Virtus in delectatione potest magìs extendi in gloriativo, gloriabili & gloriari, quàm in Gloria tantùm, in qua non potest habere delectationem sinè gloriativo, gloriabili & gloriari; & propter hoc Virtus est moralis habitus hominibus, qui virtuosè delectantur in delectabilibus rebus, qui habitus est eis via perpetuæ delectationis; sed, quando homines delectantur in similitudinibus delectationis sinè habitu Virtutis, tunc pervertitur illa delectatio in vitiosum habitum, qui est via ad perpetuam tristitiam & dolorem.

Vir-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Virtus, Differentia.

1. DIfferentia est in Virtute, ut Virtus sit differentiativa: sicut Virtus Intellectûs, quæ differentiat res in diversis similitudinibus multiplicatis in suo intelligere, ut intelligat Differentias rerum, quæ differenter sunt intelligibiles; hoc idem facit Voluntas, quæ habet differentiativam Virtutem, ut possit amare diversas res; hoc idem sequitur de Memoria, ut possit conservare diversas species; unde, quando contingit, quòd Voluntas per Gratiam DEI induitur vel est induta habitu Charitatis, tunc sua amativa Virtus movet amabilitates ad intellectivam Virtutem, ut habeat lumen in speciebus, quas intellectivitas attrahit ab intelligibilitatibus virtuosè motis ad amabilitatem; & ideo homines, qui habent Charitatem, ponunt in communitate res, quas possident.

2. In Virtute est Differentia *intellectualis & sensualis*, ut intellectiva Virtus moveat sensitivam Virtutem ad sensibilem Virtutem, quâlibet Virtute remanente inconfusâ & distinctâ unâ ab alterâ; sicut intellectiva Virtus conjuncta cum humano corpore, quæ movet quinque sensitivas Virtutes ad quinque sensibiles Virtutes, ut sensibilitas illarum sit intelligibilis, quæ intelligibilitas non posset esse sinè Differentia intellectualis & sensualis Virtutis.

3. In Virtute est Differentia *inter sensuale & sensuale*; sicut in elementatis substantiis, in quibus est Virtus calefaciendi, vegetandi, Virtus crescendi, & sic de aliis similibus istis; & ideo, quò magìs diversimodè Virtus existit in elementatis rebus, cò magìs potest se extendere in existendo & agendo; & ideo posuit DEUS multas species & Virtutes in plantis & metallis & in animalibus; & quia Differentia illorum est magna, nullum individuum specierum habet æqualem similitudinem cum altero: sicut facies hominum, quarum una non potest esse planè similis alteri, ut Virtus in illis sit in majori Differentia.

Virtus, Concordantia.

1. COncordantia est in Virtute, ut Virtus sit concordativa & concordabilis in virtuoso concordare; sicut in Anima hominis, in qua Memoria, Intellectus & Voluntas virtuosè concordant; nam Intellectus inquirit concordabiles Virtutes, & Voluntas conjungit ipsas, & Memoria conservat ipsas; & de ista operatione oritur habitus Virtutis, qui vivit de Concordantia virtuosarum rerum: sicut habitus Justitiæ, in quo conjunguntur res concordatæ cum Virtute memorandi, intelligendi & amandi æqualiter & proportionaliter.

2. In Virtute est Concordantia *intellectualis & sensualis*, ut Concordantia existat virtuosè inter ambo; sicut Virtus corporis & Animæ, quæ concordant in humano esse, unde tantum durat homo, quantum durat illa Concordantia in Virtute; & ab illa interiori virtuosa Concordantia oritur & derivatur Concordantia, quam homines virtuosè habent in extrinsecis operibus: sicut musicus, qui cum interiori Virtute concordat voces extrà.

3. Est Concordantia *inter sensuale & sensuale* in Virtute: sicut in gustativa Virtute & in vegetativa Virtute; nam Vegetatio in dulcedine gustûs habet Concordantiam & delectationem ad vegetandum, & in visiva Virtute habet Imaginatio Concordantiam ad imaginandum, & in imaginativa Virtute habet Sensitiva Concordantiam ad sentiendum & ut sentiatur.

Virtus, Contrarietas.

1. CContrarietas est in Virtute, ut Virtus sit contrariativa, & Vitium contrariabile, ita, quòd contrariari sit virtuosè indutum in præsentia Virtutis & in absentia Vitii; & ideo sunt homines virtuosi, quando cum Virtute resistunt Vitiis: & sunt vitiosi, quando cum Vitiis resistunt Virtuti, quod resistere faciunt privando Finem Virtutis, in cujus privatione Vitium sustentatur contra Virtutem.

2. *Inter intellectuale & sensuale* est Contrarietas: sicut in animosis hominibus, qui habent fortitudinem, & habent magnam animositatem & fervorem propter Virtutem, quam habent in memorando, intelligendo & amando virtuosas res virtuosè memorabiles, intelligibiles & amabiles; ista Virtus facit corpus sustinere vulnera, verbera, passiones & mortem, quibus resistunt sensitivitas & sensibilitas corporis in sentiendo illas passiones, timores & pericula, & sic de aliis his similibus.

3. *Inter sensuale & sensuale* est Virtus in Contrarietate: sicut in elementatis substantiis, in quibus est Contrarietas caliditatis & frigiditatis, humiditatis & siccitatis, & sic de aliis similibus; quæ Contrarietas est Vir-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tus in corruptione corruptibilium rerum ſubjectata Virtuti generationis, per quam res ſunt generabiles.

Virtus, Principium.

1. PRincipium eſt in Virtute, ut Virtus ſit principiativa: ſicut in planta & ejus ſemine, in quo Vegetativa eſt Principium Elementativæ: & ſic in irrationali animali, in quo Senſitiva eſt Principium Vegetativæ, in quantum ipſam movet ad vegetandum, ſicut Vegetativa movet Elementativam ad elementandum: & hoc idem de Imaginativa, quæ movet Senſitivam ad ſentiendum in abſentia ſenſibilium rerum: & idem ſequitur de Intellectiva conjuncta cum illis, quæ omnes ipſas movet ad Finem formaliter & materialiter, ſicut homo, qui habet prudentiam in movendo omnes potentias, quæ ſunt de natura corporis, ad Finem Intellectivæ.

2. In Virtute eſt accidentale Principium, ut Virtus habeat accidentalia Principia, ſinè quibus non poſſet habere quantitatem, nec eſſe in tempore, & ſic de aliis accidentibus, quæ pertinent ad accidentalem Virtutem, cum qua accidentali Virtute movetur ſubſtantialis Virtus, ut transmittat ſuam ſimilitudinem extra ſubſtantiam in moralesVirtutes, quæ ſunt accidentalia Principia; & ideo homines naturaliter deſiderant longo tempore vivere, ut habeant magnum tempus in multiplicando Virtutes, & ſic de aliis his ſimilibus.

Virtus, Medium.

1. MEdium eſt in Virtute, ut Virtus ſit in Medio extremitatum, extra quas facit exiſtere Vitium; illæ extremitates ſunt forma & materia Virtutis, & operatio eſt in Medio, quod eſt ſubjectum influentiæ & refluentiæ ambarum, in quo ſe conjungunt & menſurant, & per illam totam operationem ſe extendunt: ſicut in homine, qui habet Temperantiam, quæ eſt habitus Virtutis exiſtens in Medio Virtutis, ut magìs elongetur à ſuo contrario, videlicet à Gula, Intemperantia, Garrulitate & Prodigalitate & aliis contrariis, quæ facit temperantia exiſtere extra terminos Virtutis.

2. Medium Virtutis formaliter & materialiter exiſtit in Virtute, ut ſit extenſum in extremitates Virtutis; undè, ſicut circulus non poteſt habere naturalem motum ſinè centro exiſtente in Medio, ſic Virtus non poteſt habere motum formaliter nec materialiter ſinè Medio, in quo ſuus motus ſuſtentetur, & generetur de illo motu Medium; unde, quando contingit, quòd Medium corrumpatur, tunc ceſſat motus, & Æqualitas formalium & materialium menſurarum devenit in privationem, & tunc intrat Vitium in extremitates Virtutis ſuſtentatum in illis, ut motus Virtutis non habeat Medium, in quo poſſit ſuſtentari.

Virtus, Finis.

1. FInis eſt in Virtute, ut ſit virtuoſus, & etiam, ut Virtus non ſit otioſa, ſinè quo Fine eſſet otioſa; ſicut viſiva Virtus, quæ cum Fine viſibilitatis attingit colorem & figuram, ſinè quo Fine non poſſet attingere; hoc idem ſequitur de imaginativa Virtute, quæ cum Fine imaginabilium attingit res imaginatas; & hoc idem ſequitur de Fine ipſius velle, cum quo volitiva Virtus movet hominem de uno loco in alium, & movet illum ad operandum & ad faciendum illa, quæ ad hominem pertinent.

2. Finis rationativæ Virtutis eſt virtuoſum memorare, intelligere & amare; & ideo movet Virtus cum Fine hominem ad ea, quæ ſunt propter Finem virtuoſi memorare, intelligere & amare, & ideo amant homines naturaliter ea, quæ accidentaliter ſunt magìs propter Finem virtuoſi memorare, intelligere & amare; & quia neſciunt uti Fine Virtutis, vel non volunt uti, utuntur illo Fine in contrarium, quod eſt Vitium & privatio Virtutis, & in illis rebus, quibus utuntur, non poſſunt habere complementum nec ſaturationem Voluntatis: ſicut dives avarus homo, qui ſuum amare non poteſt ſaturare divitiis, quia illud amare non eſt generatum ſub Fine Virtutis, & naturaliter deſiderat eſſe virtuoſum, & propter hoc non poteſt ſaturari, quia ſuum amare eſt extra naturam Finîs.

Virtus, Majoritas.

1. MAjoritas eſt in Virtute, ut Virtus ſit majorificativa, quæ Majoritas eſt potentia Virtuti, quòd magìs majorificet unam rem, quàm aliam, ut poſſit habere majora objecta; ſicut viſiva Virtus, quæ majorificat pulchritudinem ornamentorum in viſibilibus rebus: & guſtativa Virtus, quæ majorificat ſapores in guſtabilibus rebus; hoc idem ſequitur in intellectiva Virtute, quæ majorificat ſuum intelligere cum habitu ſcientiæ:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

entiæ : & sic de aliis his similibus. Sed, quando contingit, quòd Virtus non majorificat majorificabiles res, tunc Majorificativa Potentia est induta Vitio, cum quo majorificat minorificabiles res supra majorificabiles res : sicut superbus homo, qui in minori Virtute vult esse major, quàm alii homines, qui sunt in majori Virtute ; & ita pervertit Majoritatem Virtutis in Majoritatem Vitii.

2. Majoritas Virtutis est in Miraculis, in Sacramentis, & in Creatione, Resurrectione, & in Incarnatione Filii DEI, & maximè in Unitate DEI : quia, si essent plures Dii, non posset esse Majoritas in Unitate infinitæ Virtutis ; est etiam Majoritas Virtutis in Trinitate Divinarum Personarum ratione Unitatis Paternitatis, & Unitatis Filiationis, & Unitatis Spirationis, & etiam Unitatis unius Incarnationis.

Virtus, Æqualitas.

1. ÆQualitas est in Virtute, ut sit æqualificativa æqualificans virtuosè res æqualificabiles de se ipsa ; sicut æqualificare in se ipsa memorare, intelligere & amare : & hoc idem æqualificando memorare, intelligere & amare in Bonitate & de Bonitate, in Magnitudine & de Magnitudine, & in Duratione & de Duratione, & sic de aliis : etiam in Matrimonio, ut ista Æqualitas memorandi, intelligendi & amandi sit magìs remota à Luxuria, à qua magìs removetur cum Castitate in Virtute Matrimonii æqualificata in Bonitate & de Bonitate &c.

2. Vitium non potest resistere Æqualitati Virtutis, quia illa Æqualitas est subjectum Fini Concordantiæ Bonitatis, Magnitudinis &c. ; sed, quando contingit, quòd Virtus non mediat æqualiter substantialiter & accidentaliter, tunc in Minoritate Virtutis est Vitium potentialiter, quod Vitium venit in actum propter defectum Virtutis, quæ de Minoritate mutatur in Majoritatem, quæ Majoritas est Vitium : sicut in homine, qui virtuosè habet Iram, scilicet, quando habet tædium propter defectum alicujus, quam Iram multiplicat in Vitium contra Abstinentiam, Patientiam, Humilitatem & Conscientiam ; & ideo homines in principio habent bonam intentionem, quando volunt corrigere alios homines, qui faciunt defectus, & quia illi non recipiunt correctionem, multiplicant Iram in se ipsis.

Virtus, Minoritas.

1. MInoritas est in Virtute, sinè qua nullus homo posset esse in Vitio ; sed Minoritas Virtutis non cogit hominem, quòd sit in Vitio, cùm Virtus & Vitium sint contraria ; sed, quando contingit, quòd homines magìs participent cum Minoritate Virtutis, quàm cum Majoritate Virtutis, tunc pervertunt Majoritatem Virtutis in Minoritatem, & Minoritatem in Majoritatem intentionaliter, quam intentionem induunt Vitio : sicut homo, qui habet Acediam existens otiosus in Virtute, & habet tædium, quando minores res ascendunt in Virtute ; & habet placitum, quando descendunt ; istam naturam tædii habet homo, quia cum natura Acediæ habet Concordantiam, quæ Acedia concordat cum Minoritate sub ratione otiositatis & malæ Voluntatis.

2. In Minoritate Bonitatis, Magnitudinis, Durationis &c. est Minoritas Virtutis, quia de minori Bonitate non potest oriri Majoritas Virtutis ; & propter hoc homines plùs amant Majoritatem Bonitatis, quàm Minoritatem, ut possint habere majorem Virtutem, & in illa Majoritate Virtutis esse magìs remoti à Vitio : sicut homo, qui est magìs remotus ab Invidia in contemplativa vita, quàm in activa, quia in contemplativa vita continetur plus Bonitatis, quàm in activa, cùm contemplativa sit per primam intentionem, & activa sit per secundam ; & quia Virtus est major in prima intentione, quàm in secunda, magìs removetur ab Invidia contemplando DEUM, quàm utendo his mundanis rebus.

Veritas, Gloria.

1. GLoria est in Veritate, ut Veritas cum delectatione verificet veras res ; & propter hoc homines habent delectationem in faciendo & dicendo veras res, & sunt fortiores cum delectatione contra falsitatem & errorem ; sed, quando contingit, quòd homines falsò dicunt aliquid, & committunt falsitatem in hoc, quod agunt, tunc habent pœnam, quæ mortificat intellectuales & sensuales Potestates, quas habent ; & ideo fuit inventum duellum vel prælium inter duos homines, ut ille, qui manutenet Veritatem, habeat delectationem in præliando, ut per illam sit fortis contra falsitatem, & ille, qui manutenet falsitatem habeat pœnam & fragilitatem contra Veritatem, per quam pœ-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nam & fragilitatem vincatur, & ut in illo manifeſtetur Veritas.

2. Veritas eſt via Gloriæ, & ideo verificat cum delectatione illos, qui ſunt in Veritate, qui cum delectatione tendunt in Gloriam; iſta delectatio, quam Veritas dat in Gloria, eſt tam magna, quòd illi, qui ſunt in Veritate, non timeant falſitatem nec aliquem laborem, ut poſſint habere Gloriam, & de DEO enarrare veras res: ſicut Apoſtoli & Martyres, qui habebant ita magnam delectationem in dicendo Veritatem de DEO, quòd non timebant ſuſtinere mortem nec ullos labores, imò deſiderabant mori propter Veritatem.

Veritas, Differentia.

1. DIfferentia eſt in Veritate, ut Veritas ponat in vero Differentiam rerum; ſicut in Veritate DEI, in qua eſt *intellectualis* Differentia ſub ratione Differentiativi, Differentiabilîs & Differentiare, non, quòd in Veritate ſit alia Differentia, niſi Suppoſitorum, ſinè qua Differentia Veritas non poſſet ponere in vero Verificativum, Verificabile & Verificare, nec Veritatem Intellectivi, Intelligibilîs & Intelligere; nam ſinè Differentia eſſet in illis confuſio, & ideo periret Verificare & Intelligere, Verificativum & Intellectivum, & Verificabile & Intelligibile; &, ſi in Sapientia DEI poſſent eſſe Intellectivum, Intelligibile & Intelligere ſinè Differentia, poſſent etiam eſſe in Veritate DEI Verificativum, Verificabile & Verificare ſinè Differentia, ita, quòd Verificativum verificaret ſe ipſum, & Verificabile verificaret ſe ipſum Verificativum, ita, quòd ibi non eſſet Verificare; & hoc idem ſequeretur de Bonitate, Magnitudine & Æternitate DEI; & hoc eſt impoſſibile & contradictio.

2. Differentia *intellectualis & ſenſualis* eſt in Veritate; ſicut inter Intellectivam & Senſitivam Potentiam, in quibus Veritas verificat Differentiam inter intellectualitatem & ſenſualitatem, & hæc Differentia ſuſtentatur in eſſentiis & naturis ambarum, remanente quâlibet hoc, quod eſt, cum ſuis proprietatibus & naturis, qualitatibus & conditionibus, ſinè quibus in illis Veritas non poſſet verificare Differentiam.

3. Veritas verificat Differentiam *inter ſenſuale & ſenſuale;* ſicut inter ſenſitivum, ſenſibile & ſentire, in quibus eſt Differentia, ſinè qua eſſent confuſa, & Veritas non poſſet ipſa ponere in vero; cùm autem Differentia ſic exiſtat in Veritate, differentiat Veritatem & ſenſitivum, ſenſibile & ſentire, quia eſt alia Veritas ſenſitivi, alia Veritas ſenſibilîs, & alia Veritas ipſius ſentire, licèt Veritas ſit una in ſe ipsâ; & hoc idem de Senſitiva.

Veritas, Concordantia.

1. COncordantia eſt in Veritate, ut Veritas cum Concordantia verificet principia ſubſtantiæ, & ut Concordantia cum Veritate concordet illa, ut ſint una ſubſtantia, in qua multa verè habeant Concordantiam; ſicut in rationali Anima, in qua Bonitas, Magnitudo &c. veraciter habent Concordantiam in eſſe una ſubſtantia, quolibet principio remanente hoc, quod eſt, ſinè qua remanentia Concordantia plurium non poſſet remanere in Veritate.

2. Hoc idem ſequitur de Concordantia *intellectualis & ſenſualis,* quæ eſt in Veritate, ut de veris intellectualibus & ſenſualibus rebus poſſit eſſe Concordantia principiorum in unam ſubſtantiam de multis rebus; ſicut ſubſtantia hominis, quæ eſt una, in cujus unitate concordant Intellectiva, Imaginativa, Senſitiva, Vegetativa, Elementativa, ut ſit una ſubſtantia, quâlibet remanente in ipſa hoc, quod eſt, verificatâ de propriis conditionibus & naturis; ſinè qua proprietate non poſſet eſſe Concordantia verarum rerum.

3. Concordantia *ſenſualis & ſenſualis* eſt in Veritate, ſicut in potentiis corporis, quæ habent Concordantiam cum extrinſecis objectis, de quibus vivunt potentiæ corporis; ſicut in ardente cereo, in quo vivit luminificativa potentia de luminificabili cera in lumine, cum qua luminificabilitate illuminat aërem cameræ, ut res, quæ in illa ſunt, ſint ſenſibiles ipſi viſivæ potentiæ, quæ habet Concordantiam cum Imaginativa, ut illæ ſenſibilitates remaneant in veris ſimilitudinibus in Imaginativa, quando cereus eſt extinctus.

Veritas, Contrarietas.

1. COntrarietas eſt in Veritate, ut Veritas ſit contrariativa Falſitati, quæ cum Contrarietate eſt contra Finem Veritatis; iſta Veritas, quæ eſt contrariativa contra Falſitatem, reſiſtit Falſitati, verificando veras res; ſicut Bonitas, quæ reſiſtit Malitiæ bonificando bonas res, & Magnitudo Parvitati magnificando magnas res, & Æternitas Privationi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vationi conservando durabiles res, & sic de aliis; & ideo homines habent Spem in Resurrectionem & in Diem Judicii, quam Spem convenit esse veram, ut Veritas in vero ponat prædictas Contrarietates, & ut Falsitas cum Contrarietate non possit destruere Finem Veritatis.

2. Contrarietas *intellectualium & sensualium* rerum est in Veritate; sicut inter Intellectivam & Imaginationem hominis, qui imaginatur, quòd lapides & aquæ, quæ sunt infra nos in terra, ubi est nox tunc, quando apud nos est dies, moveantur deorsum, sed Intellectus attingit, quòd ille motus esset sursum, & quòd Imaginatio habeat falsas similitudines contra Veritatem propter diversitatem locorum; nam, si homo, qui hoc imaginatur, esset infra nos, imaginaretur, quòd illæ aquæ & illi lapides, qui sunt in hac superficie, ubi nos sumus, moverentur sursum; hoc idem sequeretur de Resurrectione, quia Imaginatio imaginatur cum naturalibus sensualibus similitudinibus contra Resurrectionem, & Intellectus affirmat illam cum intellectualibus similitudinibus sumptis de Veritate DEI & Bonitate, Magnitudine, Æternitate, Potestate &c., cum quibus verificat bonas res contra malas, & magnas contra parvas, & sic de aliis.

3. In Veritate est Contrarietas *inter sensuale & sensuale*, quam Veritas ponit in vero; sicut ignis & aqua, qui contrariantur per caliditatem & frigiditatem, propter quam Contrarietatem quælibet est contra Finem alterius in elementatis substantiis; & quia Veritas ponit in vero illam Contrarietatem, ponit in vero in qualibet substantiarum substantiam ignîs & substantiam aquæ cum omnibus proprietatibus, principiis & conditionibus, quæ illis substantiis conveniunt, sinè quibus Veritas non posset ponere in vero Contrarietatem amborum.

Veritas, Principium.

1. PRincipium est in Veritate, & Veritas est diffusa in Principio Efficienti, Materiali & Formali; & ideo Veritas movet Efficiens ad verificandum veras res sub ratione Finalis Principii, cujus Finis est verificare veras res; & verificans motum ad Finem Veritatis movet cum Forma Veritatis verificabiles res materiabiles ad verificandum: igitur Principium est in Veritate, secundùm quòd diximus, propter quod est universale Principium omnibus verificationibus rerum, quæ sub Veritate sunt verificatæ.

2. Sicut Veritas ponit Principium in vero, sic Principium ponit Veritatem in principiare principiativi & principiabilîs, ut Veritas sit Principium diffusum & extensum in vero principiativo, principiabili & principiare, sinè quibus Veritas non posset esse principiativa nec principiabilis in principiare & verificare, in quo verificare non posset esse verificativa nec verificabilis.

Veritas, Medium.

1. MEdium est in Veritate, ut in Veritate sit verificare existens in Medio verificantis & verificabilîs; istud Medium est subjectum verificanti, quod influit suam similitudinem verificabili, quod refluit suam similitudinem verificanti, & de ambabus similitudinibus generatur verificare, in quo relucent & apparent Veritates rerum, quæ veniunt ab extrà: sicut Veritas vegetandi, sentiendi & imaginandi, quæ apparet in verificare intelligendi sub habitu scientiæ, etiam apparet in verificare amandi sub habitu amoris, & sic de aliis his similibus.

2. Divina Veritas æqualiter existit inter Divinam Sapientiam & Divinum Amorem, & inter Bonitatem DEI & suam Magnitudinem, & inter Magnitudinem DEI & Æternitatem, & sic de aliis; ista Veritas existit in Medio Verificantis & Verificabilîs, quæ sunt Sapientia & Voluntas DEI; & hoc idem de Bonitate, Magnitudine &c.; hoc non posset esse, si Medium non esset in Divina Veritate, cùm in DEO Bonitas, Magnitudo &c. sint unum idem numero.

Veritas, Finis.

1. FInis est in Veritate, ut Veritas sit finitiva, & ut cum Fine verificet veras res, quæ sub ratione Finîs sunt verificabiles: sicut Veritas sensibilium rerum, quæ sunt veræ sub ratione Finîs, videlicet, ut sentiantur sub ratione veræ sensitivitatis & sensibilitatis & veri sentire; & ideo interiores potentiæ attingunt exteriora objecta; & hoc idem sequitur in potentia intellectiva, recolitiva, volitiva & cæteris.

2. Veritas est simplex principium, & Finis similiter, & quando aliud in alio est Principium alteri, sequitur tertium compositum de ambobus, & de illis multiplicatum, quod verificat sub ratione Veritatis verificabile, quod est finibile sub ratione Finîs; istud ter-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tium compoſitum eſt ſuppoſitum aggregatum de omnibus principiis; unde, quando contingit, quòd illud nec ſub ratione Veritatis, nec ſub ratione Finîs recipiat objecta ab extrà, tunc falsè utitur ſuis principiis & contra Finem illorum; & ideo ſunt homines in falſis opinionibus & credulitatibus; ſicut Neſtorini, qui non credunt, quòd noſtra Domina pepererit Filium DEUM, ſed Filium Hominem, & ſic negant in Incarnatione Finem veri DEI & Hominis.

Veritas, Majoritas.

1. MAjoritas eſt in Veritate, ut Veritas poſſit eſſe major ſubſtantialiter, quàm accidentaliter, & major ſecundùm unam ſubſtantiam, quàm ſecundùm aliam, & ſecundùm unum accidens, quàm ſecundùm aliud; ſicut ſimplex Veritas, quæ eſt major ſecundùm ſuam quidditatem, quàm ſecundùm ſimilitudinem, quam dat Bonitati, & major ſecundùm ſubſtantialem ſimilitudinem, quam dat Bonitati, quàm ſecundùm accidentalem ſimilitudinem, quam illi dat, & major ſecundùm ſimilitudinem, quam tribuit intellectuali accidentali Bonitati, quàm ſecundùm ſimilitudinem, quam tribuit ſenſuali accidentali Bonitati; ſicut Veritas, quæ in vero facit exiſtere ſe ipſam ſubſtantialiter, & ſimiliter Bonitatem, & facit Bonitatem exiſtere veram in ſimilitudinibus, quas Intellectus recipit ab intellectuali Bonitate, & in ſimilitudinibus, quas ſenſus recipit à ſenſuali Bonitate.

2. Major Veritas, quæ poteſt eſſe, & quæ ſit de majori neceſſitate, eſt, quòd DEUS ſit, & ſit unus, & non plures, ut ſit infinitus in Bonitate, Magnitudine &c., ſinè qua Infinitate non poſſet eſſe major Veritas; hoc idem ſequitur de majori Veritate, quæ poſſit eſſe de Divina Paternitate, Filiatione & Spiratione diffuſa in Divino Verificativo, Verificabili & Verificare; & major Veritas, quæ poſſit eſſe in creatura, eſt, quòd creatura ſit verificata in eſſendo DEUS, & quòd DEUS ſit illa Creatura, ita, quòd ſit una Perſona, & ſint duæ Naturæ; eſt etiam major Veritas, quæ poſſit eſſe in creatura, dum eſt ſupra creatam naturam: ſicut in operatione Miraculorum, Sacramentorum & Reſurrectionis & Creationis & aliorum ſimilium iſtis.

Veritas, Æqualitas.

1. ÆQualitas eſt in Veritate, ut Veritas ſit in Æqualitate ſubſtantialiter & accidentaliter: ſubſtantialiter, ſicut Veritas intra ſubſtantiam, quæ æqualiter eſt diffuſa in verificativo, verificabili & verificare & in aliis ſubſtantialibus partibus ſubſtantiæ ſubſtantialiter exiſtentibus veris: accidentaliter verò, ſicut ſubſtantialis Veritas, quæ æqualiter verificat accidentia ſubſtantiæ.

2. Quando Æqualitas eſt in Veritate, tunc Æqualitas eſt potentia Veritati, ut Veritas ſit æqualificativa verarum rerum æqualiter poſitarum in Veritate: ſicut Veritas Animæ hominis, quæ æqualiter ponit in vero Memoriam, Intellectum & Voluntatem, ut æqualiter poſſit ponere in vero illorum actus, videlicet memorare, intelligere & amare DEUM & alias res, quæ conveniunt cum vera Æqualitate, ſicut in Senſitiva Potentia, in qua convenit vera Æqualitas ſenſitivi, ſenſibilîs & ſentire.

Veritas, Minoritas.

1. MInoritas eſt in Veritate, & ideo Veritas eſt minorificativa, & eſt propè *non eſſe* ratione Minoritatis, & eſt magìs propè *non eſſe* accidentaliter, quàm ſubſtantialiter, quia accidentia ſuſtentantur in ſubſtantia, & non in ſe ipſis.

2. Veritas minorificat, quando ponit in vero parvas res; ſicut Intellectus, qui ponit in vero ſimilitudines parvarum ſenſibilium rerum ſinè Fine ſentiendi & verificandi: ſicut in hominibus peccatoribus, qui verè ſentiunt placita ſenſibilium rerum, in quo ſentire eſt minorificatio Veritatis, quia in illa non eſt Finis ſentiendi nec verificandi, cùm ille Finis ſit in Vitio; & ideo homines peccatores ſunt propè *non eſſe*, & falsè exiſtunt in Minoritate & contra Finem, propter quem ſunt; & ideo dicitur, quòd peccatum ſit nihil, quia eſt contra *eſſe*, & inclinat res, quæ ſunt, ad *non eſſe*.

Gloria, Differentia.

1. DIfferentia eſt in Gloria *intellectualiter* inter gloriativum, gloriabile & gloriari, ut Gloria ſe magìs poſſit extendere, & Gloria ſit de uno ad alterum; ſicut in Voluntate, in qua eſt Differentia amativi, amabilîs & amare, in qua amare eſt de uno ad alterum; &, quia in Gloria eſt Differentia, poteſt Voluntas in Gloria meliùs quieſcere &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& habere delectationem in gloriante, gloriabili & gloriari, amante, amabili & amare, & Gloria ratione Differentiæ est magis remota à pœna, & Voluntas ab odio.

2. Differentia est inter *intellectualem & sensualem* Gloriam; sicut in Gloria, quam Intellectus habet in intelligendo amabiles res, & quam Voluntas habet in amando intellectas res, & in felicitate & delectatione sensibilium rerum: sicut in delectatione videndi, gustandi &c., ista Differentia conservat delectationem Animæ & corporis conservando quidditatem sensualium & intellectualium rerum, ut Differentia illarum sit subjectum & materia delectationi ipsorum; & ideo Anima informat corpus sub tali conditione, quòd in corpore remaneat Differentia inter formam & formam, videlicet inter formam elementativam, vegetativam, sensitivam & imaginativam, & ut Anima habeat delectationem in memorando, intelligendo & amando illas sinè confusione; & propter hoc Anima habet delectationem in diversificando corporales res, quæ sunt extra corpus: sicut in diversificatione ornamentorum, domorum, epularum & aliarum rerum his similium, ut per illas similitudines possit attingere naturas & proprietates corporis, & in se ipsa habere delectationem.

3. Gloria est in Differentia, quæ est *inter sensuale & sensuale;* videlicet delectatio in videndo, audiendo & loquendo, & in his similibus; & ideo diversificant homines res tantum, quantum possunt, ut in illa diversitate possint invenire majorem delectationem; & ideo omnes Gentes amant multiplicare ornamenta, pecunias & alias res similes istis; nam, quantum se extendit multiplicatio, tantum se extendit delectatio.

Gloria, Concordantia.

1. COncordantia *intellectualis* est in Gloria, ut sit Gloria concordativi, concordabilis & concordare in gloriativo, gloriabili & gloriari, & ut Gloria cum Concordantia elongetur à suo contrario, quod est pœna, & ut Concordantia cum Gloria sit remota à Contrarietate, quæ est suum contrarium; & ideo habent res delectationem cum Concordantia, & habent Concordantiam cum delectatione: sicut Angelus, qui cum Concordantia delectatur in existendo una species, ut nihil aliud, quod non est de sua essentia, sit illi superius, & ut cum sua unitate plura concordent, videlicet Bonitas, Magnitudo &c.

2. Concordantia *intellectualis & sensualis* est in Gloria; sicut Concordantia Animæ & corporis, quæ est in Gloria hominis, ut Anima habeat delectationem cum participatione corporis, & corpus similiter in esse conjunctum cum Anima; hoc idem sequitur de Animabus, quæ sunt in Gloria, quæ desiderant corpus, quod reliquerunt in hoc Mundo, ut habeant Gloriam de intellectuali & sensuali Concordantia; & ideo homines hujus Mundi injuriant illas Animas, quia retardant conversionem Infidelium ad viam Veritatis & bonum statum, ut citiùs esset Resurrectio & Dies Judicii.

3. In Gloria est Concordantia *sensualis & sensualis;* sicut Concordantia hominum, qui concordant ad unum sensualem Finem, in quo habent delectationem cum Concordantia; & hoc idem sequitur de elementis, quæ habent Concordantiam in elementatis rebus: & ideo sunt Reges & Principes, populus & communitates & dignitates, & est generatio rerum, & Matrimonium & alia his similia.

Gloria, Contrarietas.

1. IN Gloria est Contrarietas *intellectualis*, ut homines habeant delectationem in resistendo Virtutibus; sicut in vitiosis hominibus, qui habent delectationem in resistendo Veritati, & habent delectationem, quando faciunt, quòd id, quod est verum, appareat falsum, & quod est falsum, appareat verum, & ideo habent vanam Gloriam, & committunt fallacias, & faciunt falsas conclusiones.

2. In Gloria est Contrarietas inter Animam & corpus *intellectualiter & sensualiter;* sicut homines peccatores, qui plùs diligunt sensuales delectationes, quàm intellectuales, in quo amore habent delectationem & placitum contra Finem intellectualium & sensualium rerum.

3. In Gloria est Contrarietas *inter sensuale & sensuale;* sicut in hominibus, qui habent sensualem delectationem in sentiendo, quando se invicem decipiunt & occidunt; & ideo sunt dissidia, bella & labores in Mundo; & hoc idem sequitur in elementis, quæ delectantur in resistendo alterum alteri in elementatis rebus, in quibus quodlibet habet appetitum habendi dominium & Majoritatem; & ideo est corruptio in rebus.

Gloria,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Gloria, Principium.

1. PRincipium eſt in Gloria, ut Gloria ſit Principium omnibus rebus, quæ ſub ipſa habent delectationem & quietem; & ideo gentes habent placitum in principiando res, & ducendo illas ad Finem; & quò nobilior eſt materia rerum, eò nobilior eſt forma; & propter hoc homo naturaliter habet majus placitum in principiando alterum hominem per viam generationis, quàm in principiando alias res artificialiter; hoc idem ſequitur de Intellectu, qui habet majorem delectationem in principiando intelligere, quàm in principiando videre vel guſtare; & idem ſequitur de Principio amandi & de aliis ſimilibus iſtis.

2. In Gloria DEI eſt Principiativum, Principiabile & Principiare, ut ſit magna in Gloriativo, Gloriabili & Gloriari, ſinè quibus non poſſet eſſe magna in gloriando & principiando, & Principium non poſſet in illa quieſcere; in qua Gloria DEI Gloriativum Principiativum & Generativum eſt Pater, ut de ſe ipſo principiet Gloriabile Principiabile & Generabile, quod eſt Filius, & ut ex ambobus procedat Gloriari Principiare & Spirare, quod eſt Sanctus Spiritus ideo ſpiratus de Generante & Generabili, qui ſunt DEUS Pater & DEUS Filius, ut ſe magìs diligant; & ideo poſſunt mas & fœmina naturaliter plùs ſe diligere in filio, quàm in aliis creatis rebus.

Gloria, Medium.

1. MEdium in Gloria eſt gloriari, ut ſit in Medio gloriativi & gloriabilîs exiſtens ſubjectum conjunctionis amborum, gloriativo influente Gloriam Finîs ipſi gloriabili, & gloriabili refluente ipſi gloriativo Gloriam Principii; & ideo activæ & paſſivæ potentiæ habent placitum & delectationem tam in Medio, quàm in extremitatibus: ſicut in Voluntate hominis, quæ eſt tota plena lætitiâ & delectatione in amativo, amabili & amare: hoc idem ſequitur de ſenſitiva potentia, quæ delectatur in ſenſitivo, ſenſibili & ſentire.

2. In Divina Gloria Humanitas Chriſti eſt Medium gloriandi, ut Beati in Gloria DEI poſſint perfectè gloriari, participante Divinâ Naturâ & Humanâ Naturâ in Unitate ſubjectatæ Perſonæ, quæ eſt de increata & creata Gloria, ut Divina Natura per illud Medium & illam participationem poſſit magìs influere Gloriam Finîs creaturis participantibus in natura cum Humanitate Chriſti refluente Gloriam creatorum principiorum Fini increatæ Gloriæ; & ideo convénit, quòd DEUS eſſet Homo, & quòd ille Homo DEO reflueret humanum genus, quod erat perditum, & quòd ipſe eſſet Medium illius refluentiæ per Paſſionem & Mortem, ut honoraret Divinam Naturam cum ſuo poſſe, quæ ipſum honoravit tantum, quantum potuit, in conjunctione Divinæ & Humanæ Naturæ.

Gloria, Finis.

1. FInis Gloriæ eſt, ut ſit in ſibi ipſi propriis terminis gloriativi, gloriabilîs & gloriari, ſinè quibus terminis totus Finis Gloriæ eſſet in privatione, ita, quòd nullum Principiũ in Gloria poſſet habere quietem nec delectationem; & ideo homines peccatores & mundani, qui habent delectationem in rebus, quæ non ſunt Finis Gloriæ, non poſſunt habere quietem nec delectationem in illis; & quò magìs multiplicant illas delectationes, eò magìs multiplicant labores & paſſiones.

2. Finis Gloriæ eſt memorare, intelligere & amare DEUM, &. illum Finem homo non poteſt habere, ſi non magìs diligit DEUM, quàm omne aliud; & ideo homines, qui magìs diligunt DEUM, quàm ſe ipſos & omne aliud, habent plus delectationis in amore, quàm cæteri homines, & magìs diligunt Finem rerum, quàm alii homines; & propter hoc homines faciunt eleemoſynas, vigilias, peregrinationes & prædicationes, & ſuſtinent labores & mortem ad amandum, cognoſcendum & honorandum DEUM.

Gloria, Majoritas.

1. MAjoritas eſt in Gloria, ut ſit imago majoris Gloriæ, quæ poſſit eſſe, cujus imago non poſſet eſſe ſinè eſſentiali Gloriativo, Gloriabili & Gloriari, quæ ſunt diſtincta in Perſonis, & ſunt una Gloria & una Natura omnium trium in Unitate Bonitatis, Infinitatis & Æternitatis; & convenit, quòd hæc Gloria adeò magna ſit Gloria DEI repræſentata in Majoritate Gloriæ humano Intellectui, qui in illa repræſentatione ſentit Majoritatem delectationis, placiti & quietis.

2. Sub Majoritate Gloriæ, quam diximus, exiſtit quædam alia Majoritas Gloriæ, quæ eſt de DEO & Creatura, Creaturâ exiſtente DEO, quæ non poteſt habere majorem Gloriam,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

riam, nec DEUS potest creaturæ dare majorem, nec imago Gloriæ, quæ sit de DEO & Creatura, potest esse major humano Intellectui & Voluntati. Sub ista Majoritate Gloriæ existunt multæ aliæ Majoritates de gradu in gradum, sicut latiùs potest inveniri & cognosci in Capitulo *de Gloria* & in Capitulo *de Majoritate*, & in *Camera H.K.*

Gloria, Æqualitas.

1. ÆQualitas est in Gloria, ut in Gloria sit Æqualitas gloriativi, gloriabilis & gloriari, sinè qua Æqualitate nullum principium posset habere delectationem nec quietem in Gloria; & convenit, quòd ista Æqualitas sit substantialis, ut possit sufficere quieti substantialium principiorum; & ideo diligunt homines naturaliter plùs Æqualitatem substantialium rerum, quàm accidentalium, quia in illa Æqualitate magìs delectantur: sicut pater & mater, qui æqualiter existunt substantialia principia filio, in quo habent majorem delectationem plùs amando illius substantiam, quàm accidentia.

2. Quia in Gloria DEI est Æqualitas amandi & intelligendi, convenit, quòd in illa sit Æqualitas bonificandi, gloriandi & magnificandi &c., sinè qua Æqualitate in Gloria DEI non posset esse delectatio in Æqualitate amandi & intelligendi; & quia in Gloria DEI est Æqualitas bonificandi & gloriandi, ideo facturæ DEI, quæ sunt creaturæ, habent naturalem appetitum habendi in se ipsis Æqualitatem in delectatione & quiete memorandi, intelligendi & amandi, bonificandi, magnificandi & durandi substantialiter & accidentaliter, sensualiter & intellectualiter, quantitativè & proportionaliter, quæ Æqualitas est subjectum & quies Fini Concordantiæ.

Gloria, Minoritas.

1. MInoritas est in Gloria, ut alia Gloria sit minor, quàm alia; & hanc Minoritatem Gloriæ potest homo invenire & cognoscere in definitione Gloriæ & Minoritatis & Majoritatis, miscendo unum Capitulum cum alio, & recipiendo significationes Cameræ de H.K.

2. Minoritas Gloriæ est in accidentalibus rebus, quæ habent ita parum de entitate, & sunt tam propè ipsi *non esse*, quòd non possint sustentari in se ipsis, & ideo non possunt esse subjecta Magnitudini Gloriæ, cui substantia est subjectata, in qua sustentantur accidentia; & propter hoc homines hujus Mundi, qui habent delectationem in vana Gloria, non quiescunt, quia sunt in Gloria Minoritatis, in qua Minoritate minorificant substantialem delectationem, in qua non potest sustentari Magnitudo accidentalis delectationis.

Differentia, Concordantia.

1. INtellectualis Concordantia est in intellectuali Differentia, ut possit esse hoc, quod est, quia non posset esse sinè Differentia, cùm Concordantia se habeat ad unum & plura, secundùm quòd in sua definitione dictum est; Differentia est in Concordantia, ut sit Concordantia in differentiativo, differentiabili & differentiare; sicut in Divinis Personis, in quibus est concordativa Differentia concordans Bonitatem, Magnitudinem, Æternitatem &c. in existendo una Persona, quæ est Pater, in qua conservat inconfusionem illarum, & facit illas existere reales Rationes, illis existentibus unum idem numero, una Essentia, una Natura; hoc facit Differentia, in quantum Pater sub Ratione Differentiæ est Differentiativus, & Filius Differentiabilis, Patre generante Filium sub Ratione Differentiæ & Concordantiæ, & sub Ratione Bonitatis, Magnitudinis, Æternitatis &c., ita, quòd omnes istæ Rationes sint unus Actus Generativus, Differentiativus, Concordativus, Bonificativus &c., & quòd Filius sit Generabilis sub Ratione unius Generabilitatis, Differentiabilitatis, Concordabilitatis, Bonificabilitatis &c., ita, quòd in ipso omnes Dignitates sint reales Rationes inconfusæ unificanter passivè, sicut sunt in Patre unificanter activè; hoc idem sequitur de Sancto Spiritu secundùm modum Spirationis; & necessariò convenit hanc positionem esse, ut Dignitates sint reales inconfusæ Rationes, & ut habeant Concordantiam in uno & in pluribus, & ut non sint otiosæ nec distinctæ in Essentia & Natura.

2. Inter *intellectuale & sensuale* est Differentia & Concordantia; sicut inter corpus & Animam hominis, in quo est intellectualis & sensualis Differentia, & similiter Concordantia; & ideo Differentia facit, quòd principia, de quibus homo est compositus, sint realiter inconfusa, alio differente ab alio, ita, quòd unum non est aliud: sicut intellectualis Bonitas, quæ non est sensualis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Bonitas; & Concordantia concordat illa in eſſe unus homo, in quo plures partes concordant, quâlibet parte remanente hoc, quod eſt, ut Concordantia habeat ſubjectum, in quo poſſit exiſtere & durare.

3. Differentia eſt in Concordantia in *ſenſualibus* rebus, & Concordantia eſt in Differentia; ſicut in compoſito igne, in quo eſt Differentia in caliditate & ſiccitate, exiſtente igne differenter in caliditate & ſiccitate; & quia Concordantia concordat illam Differentiam in uno & in pluribus, eſt Concordantia inter ignem & terram in tam magna unitate & Differentia, quòd ſiccitatem, quam ignis paſſivè recipit à terra, & quam igni terra influit activè, convertat ignis in activitatem, ut propriè & activè ſit deſiccativus, Differentiâ conſervante reales rationes inter ſe diſtinctas, igne exiſtente ſicco ſub paſſione terræ, & activo, quando utitur ſiccitate, quam recipit à terra.

Differentia, Contrarietas.

1. INtellectualis Contrarietas eſt in *intellectuali* Differentia; ſicut in dæmone, in quo eſt Differentia inter memorare, intelligere & odire, & Contrarietas eſt in illa Differentia, Voluntate odiente Finem memorandi & intelligendi, quia non vellet, quòd Memoria memoraret hoc, quod memorat, nec Intellectus intelligeret hoc, quod intelligit, imò deſiderat, quòd Memoria memoraret hoc, quod non poteſt memorare, & Intellectus intelligeret hoc, quod non poteſt intelligere, & quòd ipſa amaret hoc, quod non poteſt amare; &, quia Differentia conſervat omnes iſtas rationes, & facit eas exiſtere inconfuſas, habet dæmon paſſionem & pœnam in Contrarietate & Differentia memorandi, intelligendi & odiendi.

2. Contrarietas eſt in Differentia inter *intellectuale & ſenſuale;* ſicut inter dæmonem & hominem, qui Animæ hominis repræſentat ſuam perverſam ſimilitudinem, ſecundùm quòd diximus, ut homo recipiat illam ſimilitudinem in perverſitate memorandi, intelligendi & odiendi, cum qua moveat potentias corporis perverſas de Concordantia in Contrarietatem, ut ſit vitioſus & contra Virtutes, in quibus Vitiis ſunt homines peccatores, qui à dæmonibus recipiunt perverſas ſimilitudines.

3. Contrarietas eſt in Differentia in *ſenſualibus* rebus, & Differentia in Contrarietate; ſicut Differentia, quæ eſt inter ignem & aquam, exiſtens in Contrarietate caliditatis & frigiditatis; & ideo eſt ignis cum ſua caliditate contra Finem frigiditatis, & aqua cum ſua frigiditate eſt contra Finem caliditatis, & Differentia conſervat iſtas Contrarietates exiſtens in Contrarietate; unde ſequitur mortificatio elementorum, ut ſint remiſſa & confuſa in elementatis rebus de illis compoſitis, quorum ſimplicitatem conſervat Differentia in ſimplicibus primis principiis, & Contrarietas confundit Differentiam in ſecundis compoſitis principiis exiſtentibus ſub ſpeciebus.

Differentia, Principium.

1. INtellectuale Principium eſt in *intellectuali* Differentia, & è converſo, ut Differentia ſit Principium differentiativum principiativum, differentiabile principiabile, differentiare principiare; ſicut in Divinis Perſonis, in quibus Pater eſt Differentiativus Principiativus Differentians Principians de ſe ipſo Filium, qui eſt Differentiabilis & Principiabilis, & hoc idem de Sancto Spiritu in Differentiare & Principiare; Pater principiat Filium de ſua Bonitate, Magnitudine, Æternitate &c., ut Filius ſit Principiabilis de illis Rationibus, ſinè qua Principiabilitate non poſſet eſſe magnum Principiare in Magnitudine Bonitatis, Æternitatis &c.; & Pater principiat Filium de ſuámet Differentia, quæ eſt unum idem numero cum ſua Bonitate, Magnitudine &c., cum qua Differentia facit ſe ipſum exiſtere realiter Principiativum, & Filium Principiabilem & Principiatum, & facit in illo Principio realiter exiſtere Actus Bonitatis, Magnitudinis, Æternitatis &c. ſinè aliqua confuſione & otioſitate Bonitatis, Magnitudinis, Æternitatis &c.

2. Differentia eſt in Principio inter *intellectuale & ſenſuale,* & Principium in Differentia; ſicut in creatione ſubſtantiæ Mundi, ita, quòd ſit Differentia inter DEUM & creaturam, & Principium ſimiliter ſit DEUS Principiator & Creator diſtinctus à creabili & principiabili, quæ Diſtinctio non poſſet eſſe, ſi DEUS in ſe non haberet eſſentialem & propriam Differentiam, & Mundus non eſſet creabilis & principiabilis cum ſua propria & eſſentiali Differentia & materiali & eſſentiali Principio; hoc idem ſequitur de proprio & eſſentiali Principio, quod convenit, quòd ſit in DEO, ut habeat, cum quo poſſit principiare, ſicut habet Differentiam, cum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cum qua potest differentiare: & Potestatem, cum qua potest creare: & Voluntatem, cum qua potest amare.

3. Principium est in Differentia in *sensualibus* rebus, ut Differentia possit esse Principium differentiativum, differentiabile, differentiare; sicut in igne, qui est Principium caliditatis, cum quo diversificat frigiditatem aquæ à caliditate calefactibilîs, calefactivi & calefacere, quæ sunt Principia caliditatis: hoc idem facit aqua in contraria natura, & aër & terra similiter; & ideo sunt vapores, complexiones, pluviæ, venti, nubes, fulgura, fulmina, tonitrua, nives, grandines & congelationes, Differentiâ conservante omnia istaPrincipia in suis proprietatibus & naturis.

Differentia, Medium.

1. MEdium est in *intellectuali* Differentia, ut sit inter differentiativum & differentiabile; sicut Sanctus Spiritus, qui est inter Differentiam Patris & Differentiam Filii existens Medium, in quo Pater & Filius conjunguntur in Fine Amoris, & Patre influente suam Differentiam Filio in Fine Paternitatis, & Filio recipiente illam influentiam in Fine Filiationis, & Patre influente Filio & Filio Patri Finem Spirationis spirant Sanctum Spiritum, in quo se mensurant cum Æqualitate Paternitatis, Filiationis & Spirationis & cum Æqualitate Bonitatis, Magnitudinis, Æternitatis &c.; & Differentia conservat omnes illas reales Rationes existens cum illis diffusa in Paternitate, Filiatione & Spiratione.

2. Intellectuale & sensuale Medium est in Differentia *intellectualis & sensualis*; sicut Medium conjunctionis, quod existit inter Differentiam Animæ & corporis, quæ in illo Medio conjunguntur: & Differentia facit, quòd quælibet natura sit distincta ab alia: & Medium facit, quòd ambæ naturæ existant alia in alia; & ideo Differentia est diffusa in toto Medio, & totum Medium in illa.

3. Medium est in Differentia in *sensualibus* rebus, & Differentia inMedio; sicut sentire, quod est inter sensitivum & sensibile: & vegetare inter sensitivum & elementabile: & calefacere inter calefactivum & calefactibile; & ideo differentiare est in Medio differentiativi & differentiabilîs in prædictis rebus, in quibus Differentia se ipsam conservat, & conservat illas in se ipsa, ut habeant proprias & specificas proprietates & naturas.

Differentia, Finis.

1. INtellectualis Finis est in intellectuali Differentia, ut Finis Differentiæ sit in differentiativo, differentiabili, differentiare in Bonitate, Magnitudine &c. *intellectualibus*; sicut in DEO, in quo est Finis Differentiæ in Differentiativo, Differentiabili & Differentiare, sicut in Bonitate DEI in Bonificativo, Bonificabili, Bonificare, & in Sapientia DEI in Intellectivo, Intelligibili & Intelligere, & in Voluntate in Amativo, Amabili & Amare; & convenit, quòd hic Finis Differentiæ sit æqualiter magnus in omnibus Dignitatibus DEI, ut ipsas æqualiter elonget à confusione & privatione quietis.

2. Finis Differentiæ est inter *intellectuale & sensuale*; sicut in JESU Christo, in quo Divina Natura est intellectualis Finis omnibus intellectualibus creatis Finibus, & Anima JESU Christi similiter, & Corpus Christi est Finis omnibus sensualitatibus: & ideo Differentia est nobilior Finis in intellectualibus rebus, quàm sensualibus, & propter hoc Finis Differentiæ est in intellectualibus rebus per primam intentionem, & in sensualibus per secundam; unde sequitur, quòd DEUS assumpserit Humanam Naturam principaliter propter Finem Incarnationis, & secundariò propter Finem Recreationis.

3. Finis Differentiæ existit *inter sensuale & sensuale*; sicut in humano corpore, in quo Differentia est diffusa in Fine elementandi & in Fine vegetandi, sentiendi & imaginandi, Differentiâ conservante inconfusionem illorum Finium, & faciente illas formas quiescere in suis propriis Finibus, sicut Elementativam in elementare, & Vegetativam in vegetare, & sic de aliis.

Differentia, Majoritas.

1. MAjoritas est in *intellectuali* Differentia; sicut Differentia Divinarum Personarum, quæ est Infinita, per quam Infinitatem est major, quàm omnis alia Differentia; est etiam major, quàm omnis alia Differentia, quia est in Unitate Paternitatis, & in Unitate Filiationis & in Unitate Spirationis, Differentiâ remanente unâ in omnibus tribus & in Unitate Essentiæ & Naturæ omnium trium, & existente Differentiâ unâ & singulari in Patre, in quantum Pater, & aliâ in Filio, in quantum singularis Filiatio,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& aliâ in Sancto Spiritu, in quantum singularis Spiratio.

2. Convenit, quòd major Differentia, quæ possit esse *inter intellectuale & sensuale*, sit inter DEUM & creaturam, Differentiâ existente aliâ in DEO, & aliâ in creatura, ita, quòd una Differentia non sit alia, & quòd sint duæ Essentiæ & Naturæ, ut sint duæ Differentiæ essentialiter, naturaliter & numeraliter, & ut ambæ sint in una Persona, scilicet in Persona JESU Christi, in qua conservat Differentia inconfusionem duarum Essentiarum & Naturarum, & quòd Unitas Personæ sit de illis duabus Essentiis & Naturis.

3. Major Differentia, quæ possit esse in *sensualibus* rebus, est, quando est in Concordantia sinè Contrarietate illarum: sicut in glorificato corpore, in quo Differentia est diffusa in quatuor elementis, quorum Contrarietas est conversa in Concordantiam; hoc idem sequitur per contrarium in corporibus damnatorum, in quibus Differentia erit diffusa in Contrarietate sinè Concordantia, ita, quòd Concordantia elementorum convertetur tota in Contrarietatem, ut Differentia sit tota in passione & pœna.

Differentia, Æqualitas.

1. INtellectualis Æqualitas est in Differentia; sicut in Dignitatibus DEI, quæ in Divinis Personis æqualiter existunt in Actu generandi & spirandi, ita, quòd in istis duobus Actibus est ita magna Differentia inter Bonificativum, Bonificabile & Bonificare, sicut inter Intellectivum, Intelligibile & Intelligere, ut Magnitudo Differentiæ sit in Æqualitate Bonitatis & Sapientiæ in generando & spirando.

2. Æqualitas Differentiæ est *inter intellectuale & sensuale*; sicut in Corpore Christi, in quo Differentia, quæ est DEUS Filius, æqualiter existit unita cum Differentia corporis diffusa in substantiali & accidentali parte; hoc idem sequitur de intellectuali & sensuali Differentia in hominibus, Differentiâ Animæ æqualiter existente conjunctâ cum substantialibus & accidentalibus partibus corporis, de quibus corpus radicaliter est constitutum & compositum.

3. Æqualitas Differentiæ est in *sensualibus rebus*; sicut Differentia patris & filii, quæ est in Æqualitate paternitatis & filiationis; & hoc idem sequitur de homine & de homine, qui sunt differentes per essentiam, & æqualiter existunt sub una specie; hoc idem sequitur de substantia & substantia, & de accidente & accidente, quæ æqualiter existunt in Differentia sensibilium rerum sub ratione sentiendi.

Differentia, Minoritas.

1. MInoritas est in *intellectuali* Differentia; sicut in Differentia illarum specierum, quas Intellectus recipit à rebus, de quibus induit suum intelligere: & sicut Differentia, quæ existit inter Virtutem & Vitium, quæ secundùm Virtutem existit in realitate, & secundùm Vitium in privatione Virtutis; & ista est minor Differentia, quæ possit esse in intellectualibus rebus.

2. Differentia Minoritatis, quæ est *inter intellectuale & sensuale*, est, sicut Differentia, quæ est inter accidentia Animæ & accidentia corporis separati ab illa, quæ Differentia erat in Majoritate, quando corpus erat conjunctum cum Anima, quia in illa conjunctione erat plus entitatis in unitate hominis subjectatâ illi Differentiæ.

3. Minor Differentia, quæ sit in *sensualibus* rebus, est, sicut inter *ens* & *non ens*, Differentiâ existente *ens* in rebus, quæ sunt, & *non ens* in rebus, quæ non sunt; & ideo ob istam tam magnam Minoritatem Differentiæ sunt omnes corporales res naturaliter possibiles ad essendum in privatione, quia de nihilo sunt creatæ, & inter illarum naturam, quam de se ipsis habent, abstractam ab illa, quam habent per creationem, & inter non ens est nulla Differentia. Hoc idem sequitur de minori Differentia, quæ est inter hominem & plantam, quàm inter hominem & equum, quia inter hominem & equum habet Differentia majus subjectum, in quo se potest extendere, quàm inter hominem & plantam, & potest plura declarare & significare, & hoc est necessarium, quia in equo Differentia est major, quàm in planta, existente Differentiâ inter sensualitatem & vegetabilitatem, & in planta non.

Concordantia, Contrarietas.

1. INtellectualis Contrarietas est in Concordantia, ut Concordantia sit contrariativa; sicut in Memoria memorante & in Intellectu intelligente sub ratione amandi, qui concordant ad contrariandum Memoriæ & Intellectui intelligenti sub ratione odiendi: & è converso, videlicet, quòd Memoria memorans & Intellectus intelligens sub ratione odiendi concordent ad contrariandum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dum Memoriæ memoranti & Intellectui intelligenti sub ratione amandi; & propter hoc sunt in Mundo prælia, dissensiones & labores, quando Memoria memorans & Intellectus intelligens sub ratione amandi se convertunt in rationem odiendi: & hoc est è contrario, quando una pars concordat cum alia in amando.

2. Contrarietas inter *intellectuale & sensuale* est in Concordantia intellectualis & sensualis; sicut inter corpus & Animam hominis peccatoris, in quo est Concordantia contra intellectuales & sensuales Fines; & ideo sunt homines in Vitiis, & unum Vitium concordat cum alio contra Concordantiam Virtutum.

3. Contrarietas est in Concordantia in elementatis rebus; sicut in Concordantia ignis & aëris, qui concordant in caliditate contra Contrarietatem aëris & terræ, qui sunt invicem contrarii per humiditatem & siccitatem: & ideo est Contrarietas subjecta Concordantiæ & generationi in illa caliditate: & hoc est è contrario in Concordantia, quam habent aqua & terra: & sic de aliis; & ideo fit digestio, remissio & mixtio simplicium elementorum in compositis, in quibus una complexio prædominatur alteri.

Concordantia, Principium.

1. INtellectuale Principium est in intellectuali Concordantia; sicut in Concordantia DEI, in qua Concordativum, Concordabile & Concordare est in Principio Principiativi, Principiabilis & Principiare, PrincipiativoConcordativo principiante de se ipso Principiabile Concordabile, Principiare Concordare; & ideo DEUS principiat suum Intelligere, suum Amare, suum Bonificare, Magnificare & Æternare &c. in Concordare & Principiare.

2. Principium est in intellectuali & sensuali Concordantia efficienter, materialiter, formaliter & finaliter, ita, quòd Concordantia sit diffusa in istis quatuor Principiis cum concordativo, concordabili & concordare; sicut in musico, qui in sua intellectivitate principiat Concordantiam notæ, quam transmittit extrà canendo vel pulsando instrumentum, & sic de aliis his similibus.

3. SensualePrincipium est in sensuali Concordantia; sicut in Concordantia ignis & aëris, qui concordant in caliditate, igne existente activum Principium illi caliditati, & materia aëri, quando illum convertit in se ipso in actionem, ut sit calefactivum Principium, caliditate existente accidentalePrincipium, de quo sunt habituati & induti sub habitu Concordantiæ, ut sequatur Finis calefaciendi in principiare & concordare.

Concordantia, Medium.

1. IN intellectuali Concordantia est intellectuale Medium; sicut in DEO, in quo Pater & Filius concordant in uno Medio, quod est Sanctus Spiritus: & Pater & Sanctus Spiritus in uno Filio: & Filius & Sanctus Spiritus in uno Patre; hæc Concordantia non posset esse deMedio existente inMedio Concordantiæ, si Divinæ Personæ essent plures, quàm tres, vel pauciores; hoc idem sequitur de Amare, quod existit in Medio Amantis & Amabilis, & de Bonificare, Magnificare &c., sinè quibus Concordare non posset existere in Medio Concordantis & Concordabilis; & propter hoc in Concordantia DEI non potest esse, nisi una Paternitas, una Filiatio & una Spiratio.

2. Intellectuale & sensuale Medium est in Concordantia; sicut in Concordantia corporis & Animæ, quæ concordant in essendo unus homo, qui est Medium amborum, existente homine æqualiter inter intellectualem & corporalem Concordantiam; & quando deficit illud Medium, tunc deficit Concordantia amborum, & venit in privationem.

3. Sensuale Medium est in sensuali Concordantia; sicut planta, quæ est æquale Medium inter suam formam & suam materiam, in qua planta æqualiter & conjunctè existit vegetare in Concordantia vegetativi & vegetabilis; quod Medium ibi non posset esse, si in planta essent duæ vel plures vegetabilitates vel vegetativitates.

Concordantia, Finis.

1. INtellectualisFinis est in intellectualiConcordantia; sicut in Concordantia DEI, in qua Finis est in Concordativo, Concordabili & Concordare, videlicet infinitus Finis in Concordantia Bonificativi, Bonificabilis & Bonificare, & in Intellectivo, Intelligibili & Intelligere &c., ut Finis habeat æqualem Concordantiam cum omnibus Dignitatibus DEI, sinè qua Concordantia esset infinita privatio.

2. Intellectualis & sensualisFinis est inConcordantia, ut sit conjunctio Animæ & corporis, ex qua sequatur Finis hominis con-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cordatus de ambobus, in quo Fine hominis quieſcunt Anima & corpus, & ideo, quantum poſſunt, reſiſtunt privationi illius hominis. Idcirco homines hujus Mundi nimis diligunt vitam concordando exteriora opera cum operibus intra ſubſtantiam cum Concordantia memorandi & guſtandi, intelligendi & videndi, amandi & tangendi.

3. Finis eſt in ſenſuali Concordantia; ſicut Finis elementandi, qui eſt in Concordantia elementorum: & Finis vegetandi in Concordantia vegetativi & vegetabilîs: & Finis filii in Concordantia patris & matris: & Finis vivendi in Concordantia comedendi & bibendi, & ſic de aliis.

Concordantia, Majoritas.

1. MAjoritas eſt in Concordantia intellectualîs & intellectualîs; ſicut in Concordantia DEI, in quo Bonitas, Magnitudo &c. concordant in generando & ſpirando, & in iſtis duobus Actibus eſt major Concordantia, quæ poſſit eſſe; & ideo convenit, quòd Concordantia ſit de Generatione & Spiratione, ut ſit major in Generativo generante Generabilem de ſe ipſo, & in Sancto Spiritu ſpirato ab ambobus, ita, quòd ſit unus Pater, & non plures, & unus Filius, & unus Sanctus Spiritus, ut poſſit eſſe major Concordantia in Unitate & Singularitate numeri; tamen convenit, quòd in iſta majori Unitate Concordantiæ Bonitas ſit Bonificans, & Magnitudo Magnificans, ſicut Sapientia Intelligens, & Voluntas Amans, ut Concordantia ſit ita magna de Bonitate & Magnitudine, ſicut de Voluntate & Sapientia.

2. Majoritas eſt in Concordantia intellectualîs & ſenſualîs; ſicut in JESU Chriſto Concordantia Deitatis cum Senſualitate Corporis, & Concordantia Animæ ſimiliter, & iſta eſt major Concordantia, quæ poſſit eſſe inter DEUM & Creaturam, & inter Animam & Corpus, dum Homo DEUS concordat cum omnibus tribus Naturis; & neceſſariò convenit, quòd iſte Homo DEUS ſit, ut major Concordantia, quæ poſſit eſſe, ſit inter DEUM & Creaturam.

3. Major Concordantia in ſenſualibus rebus, quæ poſſit eſſe, eſt in Corpore JESU Chriſti, cùm in illo ſit Concordantia ſuarum partium in eſſe unum glorioſum Corpus. Sub iſta Concordantia exiſtit alia Concordantia, quæ eſt Concordantia Corporis JESU Chriſti & noſtræ Dominæ, & quæ erit de glorificatis corporibus Beatorum, & ſic de aliis Concordantiis de gradu in gradum, ſecundùm quòd quædam res ſunt majores, quàm aliæ.

Concordantia, Æqualitas.

1. INtellectualis Æqualitas eſt in Concordantia, ut in Concordantia naturaliter ſit concordare æqualiter inter concordans & concordabile; ſicut in Productione DEI, in qua Pater producit Filium cum Æqualitate Concordantis, Concordabilîs & Concordare: & oportet, quòd in illa Æqualitate ita æqualiter ſit Bonitas in Bonificante, Bonificabili, Bonificare, & Magnitudo in Magnificante, Magnificabili & Magnificare, ſicut Sapientia in Intellectivo, Intelligibili & Intelligere, ut Finis Concordantiæ æqualiter ſit in Dignitatibus DEI.

2. Inter intellectuale & ſenſuale eſt Æqualitas in Concordantia proportionaliter; ſicut in potentiis corporis, quæ æqualiter ſunt proportionatæ intellectualiter in conjunctione Animæ & corporis; & ideo privatâ unâ potentiâ illarum, videlicet elementativâ &c., convenit, quòd homo deveniat in privationem; &, quia Concordantia non poteſt æqualiter defendere omnes partes hominis à Contrarietate, venit homo in corruptionem & mortem, & patitur famem, ſitim, frigus, infirmitatem & mortem.

3. Æqualitas eſt in ſenſuali Concordantia; ſicut inter Regem & ſuum populum, in quibus Concordantia conſervat Finem cujuslibet in Æqualitate formæ & materiæ concordatarum Fini Concordantiæ. Hoc idem ſequitur in glorificatis Corporibus, ut non ſint corruptibilia; & idem ſequitur in ſupracœleſtibus corporibus; & ſic de aliis rebus ſubjectatis Juſtitiæ, Charitati & amori.

Concordantia, Minoritas.

1. INtellectualis Minoritas eſt in Concordantia; ſicut in accidentibus Animæ, in quibus eſt minor Concordantia, quàm in ſubſtantialibus partibus; & ideo dæmon priùs incipit repugnare homini in accidentalibus rebus, quàm in ſubſtantialibus rebus, quia ſunt magìs remotæ à Concordantia.

2. Minoritas eſt in Concordantia inter *intellectuale & ſenſuale;* ſicut inter accidentia Animæ & accidentia corporis, quæ habent Concordantiam: ſicut amare, quod habet Concordantiam cum comedere, & intelligere cum videre, & memorare cum ſentire,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tire, & sic de aliis his similibus, quæ sunt in minori Concordantia, quàm substantiales partes substantiæ; & ideo homines sunt fortiores in moribus & nutrimentis secundùm Concordantiam potentiarum Animæ, quàm potentiarum corporis, cùm accidentia intellectualium rerum sint magìs remota à Contrarietate & à Minoritate, quàm accidentia corporalium rerum.

3. Concordantia inter *sensuale & sensuale* est in Minoritate; sicut inter activas & passivas potentias corporis, quæ habent minorem Concordantiam in accidentibus, quàm in se ipsis: sicut forma & materia ignîs, quæ habent majorem Concordantiam in essentia ignîs, quàm in essentia caliditatis; & ideo irrationalia animalia habent minorem Concordantiam in nutrimento, quod eis datur, quàm in naturis suarum potentiarum; quod tamen è contrario fit in rationalibus animalibus, secundùm quòd suprà significavimus.

Contrarietas, Principium.

1. PRincipium est in Contrarietate inter *intellectuale & intellectuale;* sicut in dæmonibus, in quibus primariè incipit Contrarietas inter memorare, intelligere & amare perversa in memorare, intelligere & odire, dæmonibus odientibus illas res, quas memorant & intelligunt contra Finem memorandi, intelligendi & amandi, ita, quòd in se ipsis pervertant modum amandi in odire informatum irâ & tristitiâ, cum quibus difformant modum memorandi & intelligendi contra Finem Concordantiæ.

2. Principium est in Contrarietate inter *intellectuale & sensuale*, sicut Principium Contrarietatis, quod incepit in Adam & Eva, in quibus fuit Contrarietas Animæ & corporis in hoc, quòd fuerint inobedientes DEO & naturæ memorandi, intelligendi & amandi, & fuerint obedientes delectationibus & placitis corporis contra Finem illorum sustentatum in intellectuali Fine per naturalem Concordantiam; ab illo Principio Contrarietatis descendunt & derivantur illa contraria Principia, quæ sunt in homine, per viam naturæ; & propter hoc homines habent calorem & frigus, infirmitatem & mortem, & sunt in tristitia & dolore in hac præsenti vita; & ab illo Principio etiam recipiunt exemplum & formam homines peccatores, qui sunt contra suum Creatorem in hac vita.

3. Principium est in Contrarietate inter *sensuale & sensuale* in simplicibus rebus substantiæ: sicut inter ignem & aquam, in quibus est Contrarietas per calidum & frigidum, & inter aërem & terram per humidum & siccum; & hoc idem sequitur per grossitiem materiæ & subtilitatem, per ponderositatem & levitatem, & sic de aliis rebus, quarum Contrarietas est Principium corruptionis.

Contrarietas, Medium.

1. MEdium est in Contrarietate inter *intellectuale & intellectuale;* sicut diligere peccatum, & odire Virtutem, quæ sunt in Medio operationum Memoriæ & Intellectûs; ista Contrarietas incipit, quando amare, quod amat Virtutem, non est in Medio amantis & amabilîs; & ideo pervertitur in odire Virtutem, & in amare Vitium; unde, quando Diabolus deviat hominem à Virtute, & eum inducit ad peccandum, facit, quantum potest, quòd virtuosum amare non sit in Medio amantis & amabilîs.

2. Medium est in Contrarietate inter *intellectuale & sensuale;* sicut homo, qui est Medium constitutum de Anima & corpore, ita, quòd Anima sit incorruptibilis, & corpus corruptibile, & Anima naturaliter diligat Finem memorandi, intelligendi & amandi, & corpus Finem videndi, audiendi, odorandi, gustandi & sentiendi, Contrarietate existente contra Finem illorum, ut homo sit in libertate Concordantiæ intellectualium & sensualium Finium.

3. Medium est in Contrarietate in *sensualibus* rebus; sicut aër, qui est in Medio Contrarietatis ignîs & aquæ, & sic de aliis elementatis rebus; & propter hoc natura ejicit Medium Concordantiæ, & ponit loco illius resistentiam, & facit alium circulum & aliam operationem per modum Contrarietatis: sicut homo, qui ponit circinum extra punctum, quod existit in Medio circuli, & facit alium circulum diversum à substantia primi; & ideo sequitur generatio & corruptio, mutante Contrarietate Media circulorum: sicut, si cum frigiditate subtrahas à caliditate calefacere, ita, quòd non existat in Medio calefactivi & calefactibilîs, ut Contrarietas cum Fine frigiditatis possit resistere Fini caliditatis; & ideo Medici inquirant temperatas res, cum quibus possint sanare infirmos.

Contra-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Contrarietas, Finis.

1. INtellectualis Finis est in intellectuali Contrarietate; sicut in Dæmonibus & in Animabus hominum peccatorum, in quibus Finis Concordantiæ est in privatione, quæ privatio est Finis Contrarietatis contra Finem Concordantiæ; in quo Fine Contrarietatis est sic contraria quies & delectatio, sicut in Fine Concordantiæ quies & delectatio sunt contra passionem & tristitiam.

2. Finis est in Contrarietate inter *intellectuale & sensuale*, sicut inter DEUM & hominem peccatorem; nam Finis, propter quem homo est, est amare, memorare & intelligere DEUM, & illi facere reverentiam & honorem intellectualiter & sensualiter; sed homo facit totum contrarium hujus, quia amat DEUM, ut habeat gloriam & honorem in hoc Mundo, & timet DEUM & credit in DEUM, ut non habeat pœnam nec dedecus in hoc Mundo; unde, sicut de privatione visûs sequitur cæcitas, ita privato Fine Concordantiæ inter DEUM & hominem sequitur Finis Contrarietatis; & ista est major Contrarietas, quæ possit esse in homine.

3. Finis est in Contrarietate in elementatis rebus ratione diversorum Finium existentium in contrario; sicut Finis ignîs, qui est calefacere, & Finis aquæ frigefacere, & Finis aëris humefacere, & Finis terræ desiccare; & ideo elementa fiunt sibi invicem contraria, de qua Contrarietate vivit Finis Concordantiæ per viam generationis, & moritur per viam corruptionis.

Contrarietas, Majoritas.

1. MAjoritas est substantialiter & accidentaliter in Contrarietate inter *intellectuale & intellectuale;* sicut inter DEUM & Dæmonem, in quibus est major Contrarietas, quæ possit esse, quia tota Substantia DEI est contra substantiam Dæmonis, & tota substantia Dæmonis cum suis accidentibus est contra Substantiam DEI; ista Contrarietas est tam magna ratione diversorum Finium existentium in contrario; quæ Contrarietas esset major Concordantia, si esset verum hoc, quod affirmant hæretici, qui supponunt, quòd sit unus DEUS bonus, & alter malus.

2. Major Contrarietas, quæ potest esse inter *intellectuale & sensuale*, potest esse inter hominem & DEUM, sicut potest esse major Concordantia inter DEUM & hominem: & ideo dicunt Christiani, quòd DEUS sit Homo, ut in majori Concordantia Deitatis & Humanitatis DEUS & Homo possint esse magìs remoti à majori Contrarietate, à qua non possent esse magìs remoti sinè Incarnatione, imò major Contrarietas esset occasio, quòd inter DEUM & Hominem non esset major Concordantia.

3. Major Contrarietas, quæ possit esse inter *sensuale & sensuale*, erit in corporibus damnatorum, quia quælibet pars illorum erit contra se ipsam & alias: sicut ignis, qui erit contra se ipsum cum caliditate, utendo eâ contra Finem calefaciendi, & sic erit contra aërem calefaciendo ipsum, qui recipit caliditatem ab igne contra Finem calefaciendi, ita, quòd inter ignem & aërem non erit aliqua Concordantia: & hoc idem de aliis elementis; unde quis posset enarrare hanc Contrarietatem, quæ erit sinè ulla Concordantia? & ideo dicunt Christiani, quòd in glorificatis Corporibus erit Concordantia sinè ulla Contrarietate.

Contrarietas, Æqualitas.

1. ÆQualitas est in Contrarietate substantialiter & accidentaliter inter *intellectuale & intellectuale:* substantialiter, sicut in potentiis damnatarum Animarum & Dæmonum; ista Contrarietas Æqualitatis est subjectum privationi Finîs Concordantiæ, sicut privatio Virtutis, in qua subjectatur Finis Vitii; de hac Contrarietate jam fuimus locuti in sua Definitione.

2. Contrarietas Æqualitatis est inter *intellectuale & sensuale* substantialiter & accidentaliter; sicut in irato homine, in quo potentiæ Animæ & corporis æqualiter existunt in Contrarietate, ita, quòd non potest uti Concordantiâ; unde dicit sapiens, quòd iratus homo deberet ligari & sic detineri, quousque Æqualitas posset esse subjectum Fini Concordantiæ.

3. Æqualitas est in Contrarietate in *sensualibus rebus* substantialiter & accidentaliter; sicut in Contrarietate quatuor elementorum in generali, quæ est æqualis in caliditate, in frigiditate, humiditate & siccitate; de ista generali Æqualitate sumunt vitam & nutrimentum specificæ æqualitates sub forma Contrarietatis proportionatæ in elementatis rebus; & ideo dicit Naturalis, quòd in planta, in qua est plus caliditatis, quàm frigiditatis, non posset sustentari frigiditas, si in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in generali esset plus caliditatis, quàm frigiditatis, quia nullum simplex elementum posset se ipsum multiplicare de caliditate, convertendo aliud simplex elementum in suam essentiam.

Contrarietas, Minoritas.

1. MInoritas est in Contrarietate inter *intellectuale & intellectuale;* sicut in potentiis Animæ hominis, qui venialiter peccat, de quo veniali peccato nutritur Contrarietas mortalis peccati, in cujus Contrarietate est in majori propinquitate ipsius *non esse*, quàm in veniali peccato.
2. Minoritas est in Contrarietate inter *intellectuale & sensuale;* sicut inter accidentia Animæ & accidentia corporis, quæ sunt in Contrarietate propter diversos Fines ad invicem oppositos, sicut propter intellectualem Finem, qui est intelligere, memorare & amare magìs intellectuales delectationes, quàm sensuales delectationes; & ideo ista minor Contrarietas est propè *non esse*, & suum contrarium est propè *esse;* quapropter ait Sapiens, quòd libertas sit fortior in Majoritate Concordantiæ, quàm in Minoritate Contrarietatis; tamen admiratus fuit Sapiens, quare sint plures homines in Contrarietate, quàm in Concordantia.
3. Contrarietas est in Minoritate in *sensualibus rebus;* sicut in sanis hominibus vel qui dormiunt, in quibus elementa non contrariantur sibi invicem, sicut in vigilantibus & infirmis hominibus; & hoc idem sequitur in lapide, in quo elementa non sunt ita contraria, sicut in planta: idem sequitur de hominibus, qui non sunt ita contrarii unus alteri in parvis rebus, sicut in magnis rebus, nec in accidentibus, sicut in substantiis.

Principium, Medium.

1. MEdium est in Principio, ut in Principio habeat essentiale & proprium principiare, quod sit in Medio principiantis & principiabilîs de eorum essentia & natura, in quo se possint congregare, conjungere & æqualiter mensurare; istud naturale Principiare est subjectum, in quo Finis Principii influit materiæ Principii formam Principii, ut moveat materiam ad dispositionem principiandi per naturale agens motam ad Finem Principii; & propter hoc sequitur generatio rerum, & Principia ponunt se in Medio, ut possint pervenire ad Finem.
2. Quia naturaliter convenit, quòd Medium sit in Principio, sequitur, quòd in simplicibus Principiis Medium sit Principium; sicut in Bonitate, in qua bonificare est Principium & Medium inter bonificans & bonificabile; & in Magnitudine magnificare inter magnificans & magnificabile; hoc idem sequitur de sentire, imaginari & intelligere, etiam de vegetare & elementare, quæ omnia sunt naturalia Principia existentia intra substantiam in Medio activorum & passivorum Principiorum; & de omnibus insimul sequitur substantia, quæ existit in Medio principiantis & principiabilîs per viam generationis, quousque sequatur Principium disjunctum & separatum ab illis primariis Principiis, remanens tamen cum illis in una specie; sicut filius, qui remanet Principium in Medio patris & matris.

Principium, Finis.

1. FInis est in Principio, ut Principium possit quiescere in Fine; convenit tamen, quòd Finis sit de essentia & natura Principii, ut principianti sit naturale principiare, & principiabili principiari & disponi ad principiandum; istud finale Principium est primum, ut primò existat in intentione naturæ, & principiare postmodum movetur per primum agens & patiens, ut sequatur Finis, in quo possint quiescere & habere perfectionem: & ideo omnia simplicia Principia habent appetitum ad Finem, ad quem se movent componendo & miscendo alterum cum altero, ex quo sequitur multiplicatio compositorum Principiorum existentium sub generibus & speciebus earum rerum, in quibus simplicia Principia se conjungunt ratione Finîs compositorum, in quibus Finis est in altiori gradu, quàm in simplicibus partibus compositorum.
2. Multa principiantur propter Finem, quæ non veniunt ad complementum, quia non ducuntur per terminos Principii secundùm illius naturam; sicut Lex Judæorum, quæ fuit principiata propter Finem Novæ Legis, quæ fuit prior in intentione, quia est nobilior Lex & in altiori gradu per Incarnationem Filii DEI: & quia Judæi ignorant uti secundâ intentione applicando illam primæ intentioni, ipsi contrariantur Fini suorum Principiorum; hoc idem sequitur de hominibus peccatoribus, sicut in avaro homine, qui habet divitias in intentione, cum quibus nescit applicare suam intentionem Fini Principiorum illarum divitiarum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Principium, Majoritas.

1. MAjoritas eſt in Principio, ut unum ſit majus, quàm omnia alia, ſinè quo Principium non poſſet eſſe in Majoritate; & oportet, quòd hoc majus Principium ſit DEUS, & de neceſſitate convenit, quòd ſit unus DEUS, & non plures, ideo, ut ſit unum Principium tantùm, quod ſit majus; & neceſſariò convenit, quòd in iſto DEO Principium ſit in Principiare, Principiabili, Principiante, ut ſit unum majus Principians, & unum majus Principiabile, & unum majus Principiare, & quòd omnia tria ſint unum eſſentiale & naturale Principium; & ideo dicunt Chriſtiani, quòd in DEO ſit Pater & Filius & Sanctus Spiritus, ut Principians & Principiabilis ſint majores per viam Generationis & Spirationis, & ut ſit major Spirabilis ſpiratus à duobus.

2. Convenit, quòd majus Principium, propter quod DEUS poteſt creare creaturam, ſit propter majorem Finem, qui eſt, quòd creaverit creaturam ad cognoſcendum, diligendum, honorandum DEUM & ad ſerviendum illi; & convenit, quòd hoc majus Principium ſit primum in intentione: & convenit, quòd ſub iſto ſit quoddam aliud Principium, ex quo ſequatur Finis: & iſtud ſecundum Principium convenit eſſe in tam alto gradu, quòd per ipſum poſſit ſequi Finis: & propter hoc dicunt Chriſtiani, quòd oportuerit, DEUM incarnari, ut in illa Incarnatione eſſet majus Principium, quod poſſit eſſe de creatura in DEO, ex quo ſequatur majus Principium, quod poſſit eſſe de DEO in Creatura, videlicet prima intentio, propter quam DEUS principiavit creaturam.

Principium, Æqualitas.

1. ÆQualitas eſt in Principio, ut Principium ſit æqualiter diffuſum in principiante, principiabili & principiare, & ut Æqualitas ſit ſubjectum Fini Concordantiæ diffuſum in omnibus tribus; & ideo naturalia agentia Principia æqualificant ſibi ipſis paſſiva Principia, multiplicantia principiare, quantum poſſunt, ut in illa multiplicatione poſſint multiplicare Æqualitatem; & propter hoc dicunt Chriſtiani, quòd conveniat, quòd Divinæ Perſonæ ſint Principia Generationis & Spirationis, ut Principium & Æqualitas in illis Perſonis poſſint eſſe æqualia in principiando & æqualificando.

2. Æqualitas principiantis, principiabilîs & principiare maximè exiſtit ſubſtantialiter & accidentaliter, & ideo prima Principia ſunt ſubſtantialia, & ſecunda Principia ſunt accidentalia; & propter hoc ſubſtantiales partes ſubſtantiæ æqualificant accidentia, quantum poſſunt, ut cum Æqualitate illorum poſſint habere Æqualitatem in ſubſtantia; ſicut ignis & aër, qui ſunt Principia caliditatis amborum, quæ ſe æqualificant in illa caliditate, quantum poſſunt, ut eorum Concordantia ſit æqualis in ſubſtantia.

Principium, Minoritas.

1. MInoritas eſt in Principio, ratione cujus Principium habet naturam & proprietatem minorificandi res, ut in illis quædam Principia ſint minora, quàm alia; ſicut accidentalia Principia, quæ ſunt minora, quàm ſubſtantialia; & ideo convenit, quòd ſuſtententur in ſubſtantia, & quòd moveantur ad ſuum Finem.

2. Minora Principia ſunt de ſimilitudinibus, quia majora ſunt de formis: & minora Principia ſunt numeri ſubſtantiarum, quæ deveniunt in privationem ſinè aliquo regreſſu Reſurrectionis, ſicut ſpecificum eſſe iſtius equi, iſtius plantæ, iſtius cameræ, iſtius martelli, & ſic de aliis his ſimilibus, quæ ſunt ſecundaria Principia neceſſaria primis, quæ ſunt majora: ſicut iſte homo & ille, iſtud meritum & illud, & ſic de aliis ſimilibus; & ideo ait Sapiens, quòd Reſurrectio ſit neceſſaria, ut minora Principia non ſint æqualia in intentione cum primis.

Medium, Finis.

1. FInis eſt in Medio; ſicut intelligere, quod eſt Medium inter intellectivum & intelligibile: hoc idem in amare, quod eſt Medium inter amativum & amabile: & ſentire, quod eſt Medium inter ſenſitivum & ſenſibile, & ſic de aliis his ſimilibus; & ideo entia naturaliter deſiderant operari, ut in ſuis operationibus poſſint habere Finem, in quo poſſint habere quietem & delectationẽ.

2. Finis movet Medium movendo ſe ipſum per omnes extremitates Medii; ſicut Anima, quæ movet ſe ipſam de uno loco in alium movendo corpus; & hoc idem facit, dum movet Imaginativam de uno objecto in aliud; & propter motum, quem Finis agit de Medio & de ſe ipſo, multiplicat res componendo & miſcendo aliam cum alia, ut ſequatur Finis ſubſtantiæ, quæ eſt Medium conſtitutum & compoſitum de ſuis ſimplicibus principiis.

Me-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Medium, Majoritas.

1. MAjus Medium, quod possit esse in Bonitate, est bonificare, & in Amore amare, & in Imaginatione imaginari, & in Sensitiva sentire, & in Vegetativa vegetare, & in Elementativa elementare, & in homine homificare, & in DEO Deificare, & sic de aliis similibus.

2. Majus Medium, quod possit esse inter DEUM & hominem, est Homo DEUS, illo Homine, qui est DEUS, existente subjecto, in quo DEUS influat gratiam & benedictionem aliis hominibus, qui DEO refluant suas Potestates in amando, honorando, cognoscendoDEUM & serviendo illi; & ideoChristiani sunt magis dispositi & proportionati ad cognoscendum, amandum & honorandum DEUM & ad serviendum illi, quàm cæteri homines: &, si hoc non faciunt, sunt in majori culpa & peccato, quàm alii homines.

Medium, Æqualitas.

1. ÆQualitas est in Medio, ut sit in æqualificare; sicut in unitate, in qua est unire æqualiter existens Medium inter unitivum & unibile: sicut in Æqualitate, in qua æqualificare existit in Medio æqualificativi & æqualificabilîs; & quia ista naturaliter sunt intra substantiam, requirunt suas similitudines transmittere in extrinseca opera, ut in illis manifestentur; & propter hoc sunt inventæ mensuræ & Scientia Justitiæ,& Virtus operationum existit in Medio.

2. Bonitas & bonificare æqualiter existunt in Medio bonificantis & bonificabilîs, & è converso; & ideo Bonitas cum omnibus suis terminis est diffusa in Medio & in Æqualitate, & sic existens elongatur à suo contrario, scilicet malitia, ita, quòd Bonitas non potest participare cum malitia; sed quando contingit, quòd Medium corrumpatur & destruatur, tunc sequitur inæqualitas bonificantis & bonificabilîs, quæ inæqualitas est subjecta malitiæ, quæ est privatio Bonitatis existentis otiosæ; & hoc idem, quod diximus de Bonitate, sequitur de aliis Principiis substantiæ.

Medium, Minoritas.

1. MInoritas est in Medio, sicut accidentia, quæ sunt Media substantiarum: scilicet caliditas, quæ est in Medio ignîs & aëris, & calefacere est minus Medium, quàm caliditas, quia remanet in potentia caliditatis, quæ potentia est accidentalis pars Primæ Materiæ diffusæ in igne & in aëre sub ratione caliditatis, & sic de aliis Minoritatibus similibus istis.

2. Est alia natura Minoritatis Medii, quæ est major Minoritas Medii; sicut res, quæ existit inter *esse* & *non esse*, ita, quòd ratione ipsius *esse* est remota à *non esse*: & quia est creata de *non esse*, est propinqua ipsi *non esse*, ita, quòd illa res æqualiter existat in Medio inter remotionem & propinquitatem, & per propinquitatem est in tanta Minoritate, quòd non possit esse minor; quia, si posset esse minor, conveniret, quòd nihil esset.

Finis, Majoritas.

1. MAjoritas est in Fine, & ideo est DEUS major Finis, quàm aliæ quæcunque res, quæ sunt, quæ habent appetitum ad suum Finem, & in illo existunt sustentatæ, & Finis DEI creavit ipsas ad se ipsum, & propter hoc sunt majores, quàm, si eas creavisset ad se ipsas; nam, si DEUS creavisset res ad se ipsas, earum Principia quiescerent in illis ipsis, & non haberent appetitum nec quietem in FineDEI; & ideo peccant illi homines, qui credunt, quòd sint creati ad habendam Gloriam, & non ad dandum Gloriam & honorem DEO, propter quam credulitatem plùs amant se ipsos, quàm DEUM, & faciunt in suo amare de se ipsis majorem Finem, & de DEO minorem, ita, quòd ipsi deveniant in majorem privationem Finîs, quæ possit esse, quæ est perdere DEUM & Finem, propter quem sunt.

2. Finis DEI non posset esse major, quàm aliusFinis, si in se ipso non haberet suam perfectionem, quæ esset de suámet Essentia; sicut in Bonitate Bonificare, sinè quo non posset habere Finem bonificantis & bonificabilîs; & hoc idem de Magnitudine &c.; & ideo dicunt Catholici, quòd, cùm DEUS sit Finis in se ipso sibi ipsi & de se ipso, necessariò conveniat, quòd in ipso sit Productio Personarum, ut suæ Dignitates non sint otiosæ, & habeant suum Finem in se ipsis & de se ipsis sinè necessitate alterius extrinseci Finis.

Finis, Æqualitas.

1. ÆQualitas est in Fine, ut Finis æqualiter in se habeat finire existens æqualiter inter finitivum & finibile, ut sequatur perfectio rerum; & quia Æqualitas existit in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Fine, ita recipit ſuam ſimilitudinem, quòd ſuus Finis exiſtat in æqualificare ducto ad complementum & ad Finem æqualificativi & æqualificabilîs.

2. Finis ignîs eſt ignire, & Finis ſuæ caliditatis eſt calefacere; unde, ſecundùm quòd Æqualitas poteſt eſſe ſubjectum ad æqualificandum, ſequitur Finis in ignire & in calefacere; hoc idem ſequitur in operatione intelligendi & amandi, & maxime in Operatione Deificandi, in qua eſt ſubſtantialis Æqualitas ſinè aliquo accidente Infinitivi, Infinibilîs & Infinire, in qua Operatione omnes Dignitates æqualiter concordant ad unum Finem diffuſum æqualiter in omnibus & de omnibus Dignitatibus, ſicut Finis Bonificandi, Magnificandi &c. in Deificativo, Deificabili & Deificare.

Finis, Minoritas.

1. MInoritas eſt in Fine; ſicut Fines accidentium, qui ſunt minores, quàm Fines ſubſtantiæ, quæ eſt Finis accidentium, quæ in ipſa ſuſtentantur & moventur ad Finem ſubſtantiæ, ita, quòd Finis accidentium eſt ſecundarius, & Finis ſubſtantiæ primarius; unde ſequitur, quòd Finis caliditatis ſit priùs in ſubſtantiare, & poſtmodum in calefacere: ſicut Finis comedendi, qui priùs eſt in vivere, & ſic de aliis his ſimilibus.

2. Eſt alius modus Finîs, qui eſt in Minoritate: ſicut labores & adverſitates, quæ ideo ſunt, ut ſit quies: & malum pœnæ, ut cognoſcatur bonum quietis; eſt etiam quidam alius modus Finîs in Minoritate, qui eſt minor Finis, qui poſſit eſſe, videlicet malum culpæ, quod eſt, ut cognoſcatur bonum meriti, qui Finis culpæ eſt privatio Finîs meriti, ſicut cæcitas eſt privatio visûs, & oblivio memoriæ, & ſic de aliis.

Majoritas, Æqualitas.

1. ÆQualitas eſt in Majoritate, ut una Æqualitas ſit major, quàm omnes aliæ, ſinè qua unitate Æqualitatis non poſſet eſſe Æqualìtas in Majoritate: &, ut ſit in Majoritate, convenit, quòd ſit unum majus Ens, quàm omnia alia, in quo ſit Æqualitas; & convenit, quòd iſtud Ens ſit DEUS, in quo ſit Æqualitas Bonificantis, Bonificabilîs & Bonificare, ut Æqualitas ſit in Bonitate & de Bonitate; hoc idem ſequitur de Magnitudine, & de Æqualitate Bonitatis & Magnitudinis, & etiam de Divinis Perſonis, ſicìicet de Æqualitate unius Patris, unius Filii & unius Sancti Spiritûs; & quia convenit, quòd Æqualitas ſit major ratione Unitatis & Singularitatis, ſequitur de neceſſitate, quòd ſit Unus DEUS, & ipſe ſit una Bonitas, una Magnitudo &c., una Æqualitas unius Patris, unius Filii & unius Sancti Spiritûs.

2. Major Æqualitas, quæ eſt in creaturis, eſt Æqualitas Animæ & corporis in homine, & ſub iſta in irrationalibus animalibus, & ſub iſta in plantis; & iſta Æqualitas dicitur eſſe major, quia eſt de nobilioribus rebus & Finibus; tamen major Æqualitas in extenſitate eſt inter formam & materiam Firmamenti, & inter Primam Formam & Primam Materiam quatuor ſubſtantiarum Mundi, & ſic de aliis; tamen ſupra iſtam majorem Æqualitatem ſecundùm reſpectum extenſitatis eſt alia major Æqualitas, quæ eſt in Angelis ſubjectata in intellectivo, intelligibili & intelligere.

Majoritas, Minoritas.

1. MInoritas eſt in Majoritate, ut ſit aliqua Minoritas major, quàm ulla alia Minoritas, ût eſt originale peccatum & actuale peccatum illius hominis, qui plures homines deduxit in errorem; nam, quantò majus eſt peccatum, tantò magìs ſunt homines deviati à majori Majoritate Finîs, & ſunt inclinati ad majus contrarium Finîs; & ideo dicunt Chriſtiani, quòd Incarnatio fuerit neceſſaria, ut eſſet major Majoritas Virtutis, quæ per actualem Virtutem recrearet & poneret plures homines in via ſalvationis.

2. Eſt etiam alia natura majoris Minoritatis, quæ eſt de privatione; ſicut privatio ſubſtantiæ, quæ eſt in majori Minoritate, quàm privatio accidentis; & hoc eſt ideo, quia ſubſtantia habet plus entitatis in privatione, quàm accidens: ſicut privatio hominis, quàm privatio plantæ; & propter hoc homo habet majorem appetitum eſſendi, quàm planta ſecundùm curſum naturæ; hoc idem ſequitur in accidentibus, quæ ſunt in majori Minoritate, ſecundùm quòd quædam ſunt majora, quàm alia: ſicut odorare, quod eſt in majori Minoritate, quàm guſtare: & guſtare, quàm intelligere, & ſic de aliis ſimilibus, quorum Majoritates & Minoritates poſſunt inveniri in *Capitulis de Majoritate & Minoritate*, & in iſta *Parte*, quæ eſt *de Inventionibus*, ſecundùm quòd de Majoritate & Minoritate tractavimus cum aliis Principiis.

Æqua-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Æqualitas, Minoritas.

1. MInoritas est in Æqualitate, ut sit potentia Æqualitatis in minorificando æquales res, ut una Æqualitas sit minor, quàm alia: sicut Æqualitates accidentium, quæ sunt minores, quàm Æqualitates substantiarum: sicut numerus denariorum & aliarum numerabilium rerum, in quibus est minor Æqualitas numeri, quàm æqualitas rerum, quæ numerantur; & ideo dicit Naturalis, quòd punctus possit dividi secundùm numerum in æquales partes infinitas existentes in tanta Minoritate, quòd nullum reale subjectum eis conveniat.

2. Est alius modus minoris Æqualitatis, quæ existit in speciebus, quas Intellectus multiplicat in imaginatione, quas abstrahit à sensibilibus rebus: sicut Æqualitas saporum, colorum, locorum & temporum, & sic de aliis similibus istis.

DE IV. FIGURA.

ISta Figura dividitur in *duas Partes:* Prima est de ejus *Ordinatione*, secunda de *Applicatione.*

PARS I.
De Ordinatione.

PRimam Partem considerabimus *quatuor Modis.*

1. *Primus Modus* est ordinando tres Circulos ipsius Figuræ, ita, quòd duo sint mobiles, secundùm quòd in ipsa apparet; & in quolibet trium Circulorum sint novem Cameræ & novem Literæ, quæ significant Principia hujus Scientiæ, contentis duobus mobilibus Circulis intra primum Circulum, & tertio intra secundum, ût in Figura sensualiter apparet.

2. *Secundus Modus* est formando Cameras prædictarum Literarum: sicut formando unam Cameram de B. C. D., posito C., quod est in secundo Circulo, sub B., quod est in supremo, & posito D., quod est in tertio Circulo, sub C., quod est in secundo Circulo, & ista est prima Camera. Secunda est de C. D. E., tertia est de D. E. F., & sic per ordinem usque ad Cameram ipsorum K. B. C.; & in istis novem Cameris debet Artista inquirere solutiones quæstionum, secundùm quòd in ipsas cadunt termini quæstionum.

3. *Tertius Modus* est multiplicando Rationes ad unam Veritatem, sicut ponendo E. tertii Circuli sub B. primi & sub C. secundi, postea movendo tertium Circulum, & ponendo F. sub B. C., & sic per ordinem, quousque deveniamus ad Cameram B. C. K.

4. *Quartus Modus* est movendo secundum Circulum, & ponendo D. sub B. supremi Circuli, & ponendo E. tertii sub D., & sic per ordinem usque ad Cameram ipsorum B. D. K. movendo tertium Circulum, & tenendo D. secundi sub B. supremi Circuli: postea movendo secundum Circulum, & ponendo E. sub B. supremi, & F. infimi sub E. secundi; & hoc tot vicibus, quousque perveniatur ad cameram ipsorum B. I. K., existente B. in supremo, & I. in medio; & de isto motu multiplicantur *ducentæ quinquaginta duæ Cameræ.*

5. Quælibet camera habet novem Significata, & in Camera, in qua est K., sunt decem: sicut B., quod significat Bonitatem, Differentiam & Primam Regulam: & C., quod significat Magnitudinem, Concordantiam & Secundam Regulam: & D., quod significat Æternitatem, Contrarietatem & Tertiam Regulam, & sic de aliis; unde, secundùm quòd aliæ Literæ miscentur cum aliis, mutantur Significata Camerarum; attamen quælibet Camerarum est Universale, in quo invenitur Particulare, sequendo modum & processum, quem diximus, recipiendo Significationes Literarum, quæ habentur secundùm Definitiones Principiorum, Regulas & Mixtiones.

PARS II.
De Applicatione.

1. ISta Pars dividitur in *duas Partes:* prima Pars est de *Implicitè*, secunda Pars est de *Explicitè: Implicitè* est, sicut, quando quæritur de rebus, quæ implicantur in Principiis hujus Scientiæ: sicut, si quæritur, utrùm DEUS sit vel non? &, utrùm sit Creatio vel Resurrectio? & ita de aliis his similibus: & applicantur termini Quæstionis Principiis hujus Scientiæ hoc modo: videlicet utrùm sit bonum, quòd DEUS sit? & utrùm sit magnum & æternum? & sic de aliis. *Explicitè* verò, dum Artista applicat terminos Quæstionis Principiis hujus Scientiæ secundùm eorum Definitiones & Processum: ût, si quæritur: utrùm Bonitas sit tam magna, sicut Sapientia? &, utrùm Magnitudo sit tam bona, sicut Voluntas? & sic de aliis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. Proceſſus hujus Partis de Applicatione eſt *duobus Modis*. *Primus* eſt, quòd extrahatur ſolutio quæſtionis ex Cameris & ex co, quod Cameræ ſignificant in hac Quarta Figura. *Secundus* eſt, quòd recurratur ad Proceſſum hujus Artis, videlicet ad Definitiones Principiorum & eorum Explicationes & ad Tertiam Figuram: ſicut, quando quæritur, utrùm DEUS ſit: formatur hæc Camera B. C. D., & B. remittit Artiſtam ad Definitionem Bonitatis & Differentiæ & ad Primam Regulam: & C. ad Definitionem Magnitudinis, Concordantiæ & ad Secundam Regulam: & D. ſimiliter ſecundùm ſuam naturam. Transmittimus etiam B. C. D. ad Tertiam Figuram & ad tres Cameras illius, videlicet ad Cameram B. C., & ad Cameram B. D., & ad Cameram C. D., recipiendo ſignificata illarum, & applicando textum ad propoſitum quæſtionis. Præterea transmittimus B. C. D. ad ſecundam Partem Tertiæ Figuræ, quæ eſt *de Inventionibus*, ipſis B. C. D. comprehendentibus quindecim Rubricas in illa: ſicut *Bonitas Magnitudo*, quæ eſt una Rubrica, & *Bonitas Differentia* alia, & ſic de aliis ſignificatis per B. C. D., applicando textum illarum Rubricarum ad propoſitum quæſtionis affirmando vel negando, conſervando textum, qui de ſe ipſo demonſtrat Veritatem.

3. Sed quia iſta Applicatio per ſecundum Modum eſt facilis, & nos evitamus prolixitatem, quantum poſſumus, ideo dimittimus hunc ſecundum modum Applicationis, & intendimus uti primo Modo. Veruntamen requirit hæc Scientia, quòd illi, qui neſciunt uti primo Modo Applicationis, recurrant ad ſecundum, per quem poterunt habere notitiam & doctrinam de primo.

PARS I.

De Implicitè.

1. IN iſta Parte intendimus tractare *decem Quæſtiones* de DEO, ut demus Doctrinam de Modo, per quem Artiſta Principiis hujus Scientiæ ſciat applicare Quæſtiones; nam cum hac Doctrina poterit habere notitiam applicandi alias Quæſtiones ad propoſitum, ſecundùm Artem & Doctrinam, quam proponimus ſervare.

2. Cuilibet decem Quæſtionum proponimus aſſignare Cameram, & ſolvere illam Quæſtionem per ſignificata illius Cameræ.

Prima Quæſtio per Regulam B. quærit: *Utrùm DEUS ſit, vel non?* cui aſſignamus Cameram B. C. D. in Quarta Figura, quæ vigeſies ſignificat ſolutionem Quæſtionis, mixtis aliis Definitionibus cum aliis, & applicatis illis Definitionibus ad propoſitum, ſecundùm quòd de hoc dabimus exemplum. Tractamus autem hanc Quæſtionem ad removendum dubia illorum, qui credunt, quòd DEUS non ſit, & ad probandum, quòd DEUS ſit de neceſſitate ſecundùm naturas Principiorum illius Cameræ.

Secunda Quæſtio per Regulam C. quærit: *Quid eſt DEUS?* cui aſſignamus Cameram C. D. E.; & hanc quæſtionem facimus, ut demus cognitionem de Eſſentia DEI & de Quidditate Intrinſecæ Operationis, quam DEUS habet in ſe ipſo.

Tertia Quæſtio per Regulam D. quærit: *De quo eſt DEUS?* cui aſſignamus Cameram D. E. F.; tractamus hanc quæſtionem, ut demus notitiam, quomodo DEUS de ſe ipſo ſit DEUS.

Quarta Quæſtio per Regulam E. quærit: *Quare eſt DEUS?* cui aſſignamus Cameram E. F. G.; & iſtam quæſtionem tractamus, ut demus cognitionem, quomodo DEUS ſit per ſe ipſum.

Quinta Quæſtio per Regulam F. quærit *de Quantitate in DEO;* cui aſſignamus Cameram F. G. H.; & hanc quæſtionem tractamus, ut demus cognitionem, quòd nec in DEO nec in ſua Intrinſeca Operatione ſit Quantitas.

Sexta Quæſtio per Regulam G. quærit de *Qualitate in DEO;* cui aſſignamus Cameram G. H. I.; & hanc quæſtionem tractamus, ut demus cognitionem de Divinis Perſonis.

Septima Quæſtio per Regulam H. quærit *de Tempore in DEO;* cui aſſignamus Cameram H. I. K.; & hanc quæſtionem tractamus ad dandum cognitionem, quòd neque in DEO neque in ſua Intrinſeca Operatione ſit Tempus.

Octava Quæſtio per Regulam I. quærit *de Loco in DEO;* cui aſſignamus Cameram I. K. B.; & hanc quæſtionem tractamus ad dandum cognitionem, quòd DEUS ſit in ſe ipſo ſinè Loco.

Nona Quæſtio per Regulam K. quærit *de Modo in DEO;* cui aſſignamus Cameram K. B. C.; & hanc quæſtionem tractamus ad dandum cognitionem de Modo, quem DEUS habet in ſe ipſo.

Decima Quæſtio per Regulam K. quærit, *cum quo DEUS agat hoc, quod agit;*

cui

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cui assignamus Cameram K. E. G.; & hanc quæstionem tractamus, ut demus cognitionem de hoc, cum quo DEUS operatur in se ipso.

Igitur tractatis his decem Quæstionibus, & ductis per decem Regulas & decem supradictas Cameras potest homo habere cognitionem de DEO & de ejus Operationibus, & potest dare cognitionem de Sancta Catholica Fide, & solvere objectiones, quas Infideles contra nos faciunt.

PRIMA QUÆSTIO B.

Utrùm DEUS sit, vel non?

SOLUTIO. *Camera.* B. C. D.

1. SI DEUS est, sequitur, quòd Bonitas & Magnitudo in Æternitate sint infinitæ, ex quo sequitur infinitum magnum & æternum Bonum, Bonitate existente Ratio Bono, quòd agat Bonum: & Magnitudine magnificante Bonitatem, ut sit magna Ratio Bono, quòd agat magnum Bonum: & Æternitate æternanteBonitatem,quòd sit æterna Ratio Bono,quòd agat æternum Bonum, & Magnitudini, quòd agat æternum Magnum, & hoc in tantum, quòd necessariò conveniat, quòd illud Bonum sit infinitum in Extensitate sub Ratione Magnitudinis, & in Duratione sub Ratione Æternitatis; & necessariò convenit, quòd ista sint, si DEUS est, cujus *Esse* est Bonum: &, si non esset, sua privatio esset infinitum & æternum Malum sustentatum in Æternitate, sicut Vitium, quod sustentatur in privatione Virtutis, quod infinitum Malum Æternitas non potest sustinere: igitur necessariò est DEUS.

2. B.C.T.B. Si DEUS est, sunt in illo Bonitas & Magnitudo unum idem numero, & sunt reales Rationes in existendo & agendo; at, si DEUS non esset, Differentia poneret, quòd nulla Bonitas esset Magnitudo, & quòd nulla Magnitudo esset Bonitas: & sic Bonitas esset magna per accidens, & Magnitudo similiter bona; unde sequeretur, quòd esset major privatio Unitatis Bonitatis & Magnitudinis in Differentia,quàm entitas ipsarum; & ista privatio ita magna Bonitatis & Magnitudinis esset infinitum Malum sustentatum in Differentia, quod infinitum Malum Differentia non potest sustinere, nec illi esse Ratio: igitur necessariò est DEUS.

3. B.C.T.C. Si DEUS est, Bonitas & Magnitudo habent Concordantiam in *Esse*, ut una sit alia, ita, quòd illa Concordantia est infinita in Unitate Bonitatis & Magnitudinis; at, si DEUS non esset, sequeretur contrarium sustentatum in Concordantia Bonitatis & Magnitudinis, scilicet, quòd una non esset alia, illo contrario existente infinitum Malum privationis unitatis Bonitatis & Magnitudinis; sed hoc infinitum Malum Concordantia non potest sustinere: igitur necessariò est DEUS.

4. B.C.T.D. Si DEUS est, Contrarietas non potest in DEO contradicere Fini Bonitatis & Magnitudinis; at, si DEUS non esset, Contrarietas contradiceret omnibus rebus, quæ sunt, ita, quòd nulla res posset pervenire ad Finem Bonitatis & Magnitudinis, imò pervenirent ad Finem Parvitatis & Malitiæ, qui Finis est infinita Malitia; sed hoc est impossibile: igitur est necessarium, quòd DEUS sit,ut Contrarietas non possit contradicere Fini Bonitatis & Magnitudinis.

5. B.D.T.B. Si DEUS est, Bonitas & Æternitas sunt in ipso unum idem numero, ita, quòd Æternitas est suámet Bonitas, & è converso; sed, si DEUS non esset, Differentia poneret, quòd Bonitas non esset Æternitas,nec Æternitas esset suámet Bonitas: igitur Æternitas esset infinita substantialiter secundùm suámmet Essentiam,& suaBonitas esset infinitum accidens, quod non haberet proprium substantiale subjectum, cujus privatio esset infinitum Malum Bonitatis & Æternitatis; sed hoc est impossibile: ergo est DEUS.

6. B.D.T.C. Si DEUS est, Bonitas & Æternitas concordant in illius *Esse* in existendo unum idem numero; at, si DEUS non esset, Bonitas & Æternitas in nulla re essent æquales in Concordantia, quia Æternitas esset infinita in Duratione, & tota Bonitas terminaretur in malo; nam, si DEUS non esset, esset plus mali, quàm boni, & Æternitas plùs faceret durare malum, quàm bonum, quia haberet majorem Concordantiam cum malo, quàm cum bono, & Bonitas cum privatione, quàm cum *esse*; sed hoc est impossibile: igitur DEUS necessariò est, ut ex ejus privatione non sequantur hæc inconvenientia.

7. B.D.T.D. Si DEUS est, tantum Boni est in Æternitate, quantus ipse est, & è converso, & Contrarietas non potest huic contradicere;sed,si DEUS non esset,Bonitas non posset tantum ponere in Æternitate, quantum in illa poneret Contrarietas, quia Contra-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

trarietas contradiceret, ne Bonitas & Æternitas ſint unum idem numero, & ne Bonitas ſit æterna ſubſtantialiter, & Æternitas bona ſubſtantialiter: etiam Contrarietas poneret in privatione bonum, quod actum eſt ſub ratione Bonitatis, quam privationem Æternitas faceret durare: unde ſequeretur malum ex illo bono, quod malum eſſet Finis Æternitatis & Contrarietatis, & ſequeretur, quòd *eſſe* eſſet malum, & *non eſſe* eſſet bonum; ſed hoc eſt impoſſibile: igitur eſt DEUS.

8. B. T. B. C. Si DEUS eſt, omnes res, quæ ſunt, ſequuntur naturam boni naturaliter in Differentia & in Concordantia; at, ſi DEUS non eſſet, omnia bona, quæ ſunt, perverterentur in contrariam naturam Differentiæ & Concordantiæ, ita, quòd omnia eſſent in majori confuſione, quàm in inconfuſione: & in majori Contrarietate, quàm in Concordantia; ex quo ſequeretur plus mali, quàm boni: & plus inconfuſionis in malo, quàm Differentiæ in Bono; ſed hoc eſt impoſſibile: igitur neceſſariò eſt DEUS.

9. B. T. B. D. Si DEUS non eſſet, eſſet Differentia major in Contrarietate boni & mali, quàm in Concordantia boni, & iſtam Contrarietatem non poſſet ſuſtinere ſubjectum Differentiæ, quia Contrarietas contrariaretur illi cum Malitia, quæ attingeret ſuum Finem contra Finem Bonitatis & Differentiæ; ſed, quia iſte Finis eſt impoſſibilis, eſt DEUS neceſſariò, ut in Bonitate ſit plus Differentiæ ſinè Contrarietate, quàm inter Bonitatem & Malitiam; iſta major Differentia in Bonitate eſt de Infinito Bonificante, Bonificabili & Bonificare, quorum Fini Contrarietas non poteſt contrariari.

10. B. T. C. D. Si DEUS eſt, ſequitur Finis omnium rerum, quæ ſunt bonæ, cui Contrarietas non poteſt contrariari, nec deviare illum Finem à bono; & ratio hujus eſt, quia in DEO Bonitas & Concordantia ſunt unum idem numero; at, ſi DEUS non eſſet, in omni bono eſſet plus Contrarietatis, quàm Concordantiæ, ex quo ſequeretur plus mali, quàm boni, quia Finis Contrarietatis attingeret Finem mali in bono, & totus Finis Concordantiæ exiſteret in privatione boni; & quia omnia iſta ſunt impoſſibilia & contra naturas Principiorum, neceſſariò ſequitur, quòd DEUS ſit, cujus *Eſſe* manifeſtatur in naturis Principiorum.

11. C. D. T. B. Si DEUS eſt, ponit Differentia in ſua Magnitudine & in Æternitate inconfuſionem Infinitatis ſub Ratione Magnitudinis & Infinitatis extenſam in Durationе ſub Ratione Æternitatis; at, ſi DEUS non eſſet, poneret Differentia in omni Magnitudine terminationem, ultra quem terminum Magnitudo ſe non extenderet: ſicut Magnitudo ſubſtantiæ Mundi, quæ ſe non extendit ultra Firmamentum, in qua ſubſtantia Mundi Differentia declararet infinitam Durationem ſub Ratione Æternitatis, ita, quòd Magnitudo ſubſtantiæ Mundi eſſet ſubſtantialiter finita, & ſua Duratio eſſet accidentaliter infinita in Æternitate: unde ſequeretur, quòd Magnitudo eſſet major accidentaliter, quàm ſubſtantialiter, & in alio, quàm in ſe ipſa; ſed hoc eſt impoſſibile: per quam impoſſibilitatem demonſtratur, quòd DEUS ſit.

12. C. D. T. C. Si DEUS non eſſet, Magnitudo & Æternitas haberent Concordantiam ponendi magnas res in privatione: ſicut homines, merita & virtutes illorum, quæ omnia poſt eorum mortem non eſſent nec forent, nec homines haberent meritum pro bono, quod fecerunt, quia in perpetuũ non forent, quia non eſſet, qui eos poſſet reducere in numero: etiam ſequeretur, ſi DEUS nihil eſſet, quòd Magnitudo & Æternitas haberent Concordantiam in parvis rebus æternaliter ſuſtentatis ſinè merito Virtutis, ſcilicet in generibus & ſpeciebus, quæ ſunt per ſecundas intentiones, ut primæ venirent in æternam privationem, quæ ſunt individua ſpecierum; & omnia iſta contrariantur naturis Principiorum & eorum Definitionibus.

13. C. D. T. D. Si DEUS non eſſet, inter Magnitudinem & Æternitatem eſſet Contrarietas contra Concordantiam Æternitatis, quæ in ſe ipſa non haberet Concordantiam eſſentialium æternantis, æternabilis & æternare, & ideo non poſſet conſequi ſuum Finem in ſe ipſa, nec in alio; nam, ſi DEUS nihil eſſet, Magnitudo & Concordantia Æternitatis eſſent accidentia, in quibus Finis infinitæ Cauſæ non poſſet quieſcere nec habere perfectionem: igitur omnis Finis eſſet æternaliter & infinitè in privatione, ſi DEUS nihil eſſet; & hoc eſt impoſſibile.

14. C. T. B. C. Si DEUS non eſſet, Magnitudo & Differentia in nulla re poſſent concordare ad eſſendum unum idem numero; unde ſequeretur, quòd in nulla Magnitudine eſſet proprium & eſſentiale magnificativum, magnificabile & magnificare diſtincta unum ab altero & concordantia ad eſſen-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

essendum una eadem Magnitudo, Differentia & Concordantia: unde sequeretur,quòd in omnibus rebus, quæ sunt, esset major Parvitas, quàm Magnitudo: & Confusio,quàm Differentia: & Contrarietas,quàm Concordantia; quia in privatione DEI mutarentur omnes naturæ principiorum in contrarium, quæ mutatio est impossibilis, ût de hoc habemus experientiam.

15. C. T. B. D. Si DEUS non esset, sequeretur Magnitudo confusionis Finium in omnibus rebus, quæ sunt, & Contrarietas contradiceret Magnitudini & Differentiæ, ita quòd Magnitudo in magnificando approximaret magnificabile privationi,& Differentia in differentiando approximaret differentiabile privationi, ex quo sequeretur Parvitas Finîs in Magnitudine & in Differentia,& Confusio Finîs in Differentia & Magnitudine, & sic privatio Finis esset de natura Magnitudinis & Differentiæ; quod est impossibile,ut principia non habeant naturas contrarias sibi ipsis.

16. C. T. C. D. Si DEUS non esset, Magnitudo esset major in Concordantia & in Contrarietate, quàm in se ipsa, quia Magnitudo non posset in se ipsa aliquid concordare sinè contrariari magnificantis, magnificabilîs & magnificare, quæ haberent Concordantiam cum Fine Privationis, ad quam devenirent ideo,ut non essent; & ideo Magnitudo non posset in se ipsa attingere ullum Finem simpliciter, quem attingeret in aliis essentiis contra se ipsam, videlicet in Contrarietate Finîs privati de se ipsa & de Concordantia; quod est impossibile.

17. D. T. B. C. Si DEUS non esset, Differentia non poneret simpliciter in Æternitate Concordantiam Æternativi, Æternabilîs & Æternare; sicut in Æternitate Mundi,quæ non esset æternabilis, sed Differentia poneret in Æternitate Concordantiam æternativi & privabilîs; sicut generatio, quæ ideo esset æterna, ut privatio rerum esset æterna: & sic esset Æternitas in Differentia & in Concordantia,ut esset in Differentia & Contrarietate rerum.

18. D. T. B. D. Si DEUS non esset, Differentia & Contrarietas facerent, quòd Æternitas esset distincta ab omnibus aliis principiis, ita, quòd Differentia poneret in Æternitate, quòd Bonitas non esset de ejus essentia; & hoc idem de Magnitudine, Potestate, Concordantia & Fine; & ideo Differentia & Contrarietas ponerent in Æternitate,quòd Æternitas per se ipsam non posset agere bonum, magnum &c.: igitur Differentia & Contrarietas ponerent in Æternitate, quòd esset otiosa, & quòd per se ipsam nihil posset agere, & quòd esset infinita passiva potentia existens sub activis finitis potentiis; & hoc est impossibile & contra naturam infinitarum & finitarum rerum.

19. D. T. C. D. Si DEUS non esset, Æternitas esset magìs diffusa in Contrarietate, quàm in Concordantia,quia Contrarietas illi plus auferret,quàm Concordantia illi posset dare; & propter hoc Æternitas plus faceret durare Contrarietatem, quàm Concordantiam: Contrarietas auferret Æternitati, in quantum contradiceret, ne Æternitas esset substantialiter Bonitas, Magnitudo &c.; & Concordantia daret Æternitati, quòd esset bona & magna accidentaliter: &, quia Contrarietas in Æternitate poneret majorem privationem Bonitatis & Magnitudinis, quàm Concordantia *esse* ipsarum, ideo tolleret Contrarietas Æternitati suum Finem, & similiter Concordantiæ & Bonitati, Magnitudini &c.; & hoc est impossibile.

20. T. B. C. D. Si DEUS non esset, Differentia, Concordantia & Contrarietas perderent suas definitiones, & perverterent se in contrarias definitiones, ita, quòd Differentia esset id, per quod Bonitas, Magnitudo, Æternitas &c. non essent reales Rationes, & essent confusæ: & Concordantia esset id, per quod Bonitas, Magnitudo &c. non concordarent in uno & in pluribus: igitur Concordantia esset suum contrarium, scilicet Contrarietas, & Contrarietas esset Concordantia, & Differentia esset confusio omnium rerum; sed hoc est impossibile: per quam impossibilitatem significatur & demonstratur, quòd DEUS necessariò sit.

SECUNDA QUÆSTIO. C.

Quid est DEUS?

SOLUTIO. *Camera.* C. D. E.

1. ISTam Quæstionem proponimus solvere per *viginti Rationes* significatas per Cameram; & istum processum proponimus servare in aliis Quæstionibus applicatis ad illud,quod Cameræ significant; sicut per primam rationem istius Quæstionis,quæ est de Magnitudine, Æternitate & Potestate; per secundam, quæ est de Magnitudine, Æternitate

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nitate & Concordantia: & ſic per ordinem usque ad vigeſimum paragraphum, qui eſt de Concordantia, Contrarietate & Principio.

1. C. D. E. DEUS eſt illa Magnitudo, in qua Æternitas & Poteſtas ſunt extenſivè infinitæ ſubRatione Magnitudinis; & propter hoc Divina Poteſtas, quæ eſt infinitè magna in Extenſitate, & eſt infinitè magna in Æternitate, poteſt exiſtere infinitè extenſivè & æternaliter hoc, quod eſt, & poteſt agere infinitas res de Magnitudine, Æternitate & de ſe ipſa: ſicut DEUS Pater, qui eſt Magnitudo in Æternitate Poteſtatis, generat de ſe ipſo DEUM Filium in Magnitudine, Æternitate & Poteſtate; & hoc idem de Sancto Spiritu ſpirato de ambobus.

2. C. D. T. C. DEUS eſt illa Concordantia, in qua Magnitudo & Æternitas concordant, quòd una ſit alia, & quòd Magnitudo ſit infinita in Duratione ratione Æternitatis, & quòd Æternitas ſit infinita in extenſitate ratione Magnitudinis; & de iſta ita magna & æterna Concordantia ſequitur Intrinſeca Operatio in DEO, in quo Magnitudo & Æternitas infinitè concordant in Unitate Deitatis & Eſſentiæ, & in Pluralitate Divinarum Perſonarum, ſinè quibus non poſſet eſſe Concordantia in Magnitudine & in Æternitate, cùm Concordantia non poſſit eſſe ſinè multis rebus.

3. C. D. T. D. DEUS eſt illa Magnitudo & Æternitas, in quibus eſt nulla Contrarietas, quia Magnitudo eſt ita magna in æterna Duratione, & Æternitas eſt ita magna in infinita Extenſione, quòd Contrarietas ibi nullo modo poteſt habere locum nec entitatem; & ideo habet in ſe DEUS ſub ratione Magnitudinis & Æternitatis Productionem in Generatione & Spiratione extenſivè & æternaliter, ita, quòd Contrarietas ibi non poteſt ponere quantitatem, nec tempus, nec locum, nec aliquod accidens.

4. C. D. T. E. DEUS eſt illud Principium, quod principiat Principiabile Principiatum de Magnitudine infinita in extenſitate & de Æternitate infinita in Duratione; ſicut DEUS Pater & DEUS Filius, qui ſunt unum Principium Principians Sanctum Spiritum Principiabilem & Principiatum de Magnitudine, Æternitate & de Principio infinito in extenſitate & in Duratione; & ideo ante Sanctum Spiritum non poteſt exiſtere aliud Principium extraneæ eſſentiæ & naturæ.

5. C. E. T. C. DEUS eſt illa Concordantia, in qua Magnitudo & Poteſtas infinitè concordant in Unitate Numeri, cùm Magnitudo ſit Poteſtas, & Poteſtas ſit Magnitudo; &, quia Magnitudo non poteſt eſſe parva, cùm Poteſtas hoc non permittat, nec Poteſtas poteſt eſſe parva, cùm Magnitudo id non permittat, oportet, quòd Poteſtas poſſit de Magnitudine, & Magnitudo de Poteſtate in infinita Concordantia diffuſa in Concordans, Concordabile & Concordare, in quibus Magnitudo & Poteſtas poſſint concordare in Magnificante Poſſificante, Magnificabili Poſſificabili, Concordante Concordabili Magnificare, Concordare & Poſſificare.

6. C. E. T. D. DEUS eſt illa Poteſtas, quæ poteſt eſſe ita magna per agere, ſicut per exiſtere, ita, quòd Contrarietas ibi non poſſit contrariari; nam, ſi poſſet, Magnitudo non eſſet Ratio Poteſtati, quòd eſſet magna per agere, & relinqueret operationem Poteſtatis in ſuo contrario, videlicet in Parvitate, ita, quòd operatio Poteſtatis eſſet infinitè in potentia & finitè in actu, & Magnitudo faceret ita magnam Contrarietatem in operari, ſicut ipſa eſt: & hoc eſt impoſſibile; ſed, quia Divina Poteſtas eſt ita magna per agere, ſicut per exiſtere, oportet, quòd illa Operatio, quam habet in ſe ipſa, ſit DEUS, & quòd ſit DEUS de DEO.

7. C. E. T. E. DEUS eſt illud Principium, quod non exiſtit ante Magnitudinem & Poteſtatem: & DEUS eſt illa Magnitudo & illa Poteſtas, quæ non ſunt ante Principium; & ideo oportet, quòd in Magnitudine & in Poteſtate DEI ſit Principiare, & in Magnitudine Magnificare, & in Poteſtate Poſſificare, & hoc in extenſa infinita Magnitudine, & in extenſa infinita Poteſtate, & in extenſo infinito Principio, ſinè qua infinita Extenſitate neceſſariò ſequeretur, quòd Principium ſimpliciter per ſuam Rationem eſſet ante Magnitudinem & Poteſtatem DEI, quantum ad Principiare, & quòd Magnitudo & Poteſtas eſſent ante Principium in Ratione magnificandi & poſſificandi.

8. C. T. C. D. DEUS eſt illa Magnitudo, quæ eſt magìs remota à Parvitate, quàm omnis alia Magnitudo: & DEUS eſt illa Concordantia, quæ eſt magìs remota à Contrarietate, quàm omnis alia Concordantia; & ideo eſt neceſſarium, quòd in Magnitudine DEI ſit Magnificare, & per conſequens Magnificans & Magnificabile, ſinè quibus non

(c) 2006 Ministerio de Cultura

non posset esse remota à parvitate, nam existeret in illa Otiositas, quæ non potest esse sinè Parvitate; hoc idem sequitur de Concordantia,in qua convenit esseConcordans, Concordabile & Concordare, sinè quibus non posset esse remota à contrariari.

9. C. T. C. E. DEUS est illa Magnitudo, quæ est Concordantia &Principium,& ideo principiat in magnificare cum Concordantia,& concordat in magnificare cum Principio; & ideo in suo magnificare non potest esse contrariari, nec privatio principiandi, nec limitatio magnificandi, concordandi & principiandi.

10. C. T. D. E. DEUS est illa Magnitudo, quæ est infinitum Principium sinè Contrarietate Principiantis, Principiabilîs & Principiare, quæ Contrarietas ibi non potest esse, quia Principium est infinitum in extensa Magnitudine infinita in Magnificante, Magnificabili & Magnificare.

11. D. E. T. C. DEUS est illa Æternitas,in qua Potestas potest concordare Æternans, Æternabile & Æternare, & in qua Æternans potest Æternare Æternabile de Æternitate.

12. D. E. T. D. DEUS est illa Potestas, quæ est Æternitas, & quia nulla Contrarietas potest esse in Æternitate, Contrarietas non potest contra illam Potestatem, quæ est Æternitas, nec contra illam Æternitatem, quæ est Potestas; & ideo potest DEUS in Æternitate cum Potestate de Æternitate, & in Potestate cum Æternitate, ita, quòd Contrarietas ibi non potest contrariari.

13. D. E. T. E. DEUS est illa Potestas,quæ principiat de Æternitate & in Æternitate Æternabile, quod est Æternata Æternitas; & ideo in illo Principio non potest existere tempus nec Differentia Essentiæ inter Æternans & Æternabile, Principians & Principiabile, Possificans & Possificabile.

14. D. T. C. D. DEUS est illa Concordantia, quæ est Æternitas, & propter hoc DEUS est remotus à Contrarietate in Æternitate, quæ est Concordantia, quæ Æternitas non posset existere remota à Contrarietate, si Contrarietas contrariaretur,ne in Æternitate esset Concordantia Æternantis, Æternabilîs & Æternare.

15. D. T. C. E. DEUS est illa Æternitas, in quâ Concordantia est Principium æternaliter diffusum in Concordans, Concordabile & Concordare; & ideo non potest in illa Concordantia Contrarietas esse æternum Principium, nec Potest contrariari illi, postquam Concordantia est æternum Principium.

16. D. T. D. E. DEUS est illud Principium, per quod Æternitas est magìs remota à Contrarietate; & ideo convenit, quòd Æternitas sit Principium: quia, si non esset, non posset existere ita remota à Contrarietate per se ipsam, sicut esset remota ratione Concordantiæ contrariæ per se ipsam à Contrarietate; igitur, cùm de necessitate conveniat, quòd Æternitas sit Principium per se ipsam remotum à Contrarietate, convenit, quòd in se ipsa & de se ipsa habeat Æternans, Æternabile & Æternare.

17. E. T. C. D. DEUS est illa Potestas, in quâ Concordantia est magìs remota à Contrarietate, quàm omnis alia Concordantia; in qua Potestate Concordantia non posset esse remota à Contrarietate, si Contrarietas contrariaretur, ne Concordantia esset diffusa in illa Potestate in Possificans, Possificabile & Possificare: Concordans, Concordabile & Concordare; & ideo Contrarietas non potest contra DEUM, qui est Potestas & Concordantia.

18. E. T. C. E. DEUS est illa Potestas,quæ est Concordantia & Principium; & ideo potest de Principio in Concordantia & deConcordantia in Principio omnia principiare sinè Contrarietate.

19. E. T. D. E. DEUS est illud Principium, quod est Potestas, & quod principiavit Mundum ad talem Finem, quòd Contrarietas ibi non possit contrariari; quia, si posset contrariari, ita, quòd illum duceret in privationem,Contrarietas esset id, per quod DEUS non posset esse illud Principium, quod est Potestas; & hoc est impossibile.

20. T. C. D. E. DEUS est illud Principium, ratione cujus omnia naturaliter magìs existunt in Concordantia, quàm in Contrarietate; &, si illud Principium esset in privatione, sequeretur contrarium, videlicet, quòd omnia necessariò essent magìs in Contrarietate, quàm in Concordantia.

TERTIA QUÆSTIO. D.

De quo est DEUS?

SOLUTIO. *Camera.* D. E. F.

AD istam Quæstionem respondetur secundùm significationes, quas *Camera* significat, quæ sunt *viginti*, quarum *prima* est hæc:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

1. D. E. F. In DEO Æternitas, Poteſtas & Sapientia ſunt unum idem numero; & ideo DEUS eſt de Æternitate, Poteſtate & Sapientia, quæ ſunt ipſémet DEUS, & DEUS eſt ipſæmet Dignitates, & hoc ſimpliciter ſinè compoſitione ratione Unitatis Numeri; &, ut in DEO ſit Natura, convenit, quòd DEUS ſit de Æternitate, Poteſtate & Sapientia, ut in illis poſſit eſſe Natura, per quam DEUS ſit de DEO: ſicut in Sapientia, in qua Intelligere eſt de Intelligente & Intelligibili, quæ ſunt DEUS, & Intelligere eſt DEUS, quod eſt de illis; &, quia Æternitas & Poteſtas ſunt unum idem cum Sapientia, eſt Intelligere DEUS de Æternitate & Poteſtate, quæ ſunt unum idem cum Intelligente & Intelligibili.

2. D. E. T. D. Ut Divina Poteſtas de Æternitate poſſit poſſificare Poſſificabile, convenit, quòd in Æternitate ſit Æternare, quod ſit DEUS, de Æternante & Æternabili, quæ ſunt DEUS; &, ſi in Æternitate non eſſet Æternare de Æternante & Æternabili, contrariaretur Contrarietas Poteſtati, ne de Æternitate poſſet poſſificare Poſſificabile Æternabile: & ſic perderetur Finis Æternitatis & Poteſtatis; quod eſt impoſſibile.

3. D. E. T. E. Ut Poteſtas de Æternitate poſſit principiare Æternabile Æternatum, convenit, quòd in Æternitate ſit Æternare de Æternante & Æternabili, Principiante & Principiabili, Poſſificante & Poſſificabili.

4. D. E. T. F. Ut Poteſtas de Æternitate poſſit poſſificare, convenit, quòd in Æternitate ſit Medium, quod exiſtat in Medio Æternantis & Æternabilîs, & quod ſit de ambobus; iſtud Medium eſt Æternare & Poſſificare, quod eſt Medium Poſſificantis & Poſſificabilîs.

5. D. F. T. D. Ut Divina Sapientia in Æternitate intelligat Æternare de Æternante & Æternabili, convenit, quòd in Æternitate ſit Æternare de Æternante & Æternabili; &, ſi hoc Sapientia ignoraret, reſiſteret Contrarietas Fini, quem Sapientia habet in Æternitate ita magnum, ſicut in ſe ipſa, quem Finem habet in ſe ipſa in Scire & Intelligere de Intellectivo & Intelligibili; iſti Fini Contrarietas non poteſt contrariari.

6. D. F. T. E. Ut in Sapientia ſit Principiare, & ſimiliter in Æternitate de Intellectivo & Intelligibili, Æternativo & Æternabili, convenit, quòd in Sapientia ſit Intelligibile de Intellectivo, & in Æternitate Æternabile de Æternativo, & in Principio Principiabile de Principiativo.

7. D. F. T. F. Convenit, quòd in Eſſentia DEI ſit Deificare de Deificativo & Deificabili, ut in Æternitate & in Sapientia Deificare ſit Medium Æternativi & Æternabilîs in Intellectivo & Intelligibili, & quòd illud Deificare ſit unum idem cum Æternare & Intelligere, & quòd Æternare & Intelligere ſit Medium Deificativi & Deificabilîs.

8. D. T. D. E. Ut in Æternitate Contrarietas non poſſit principiare, convenit, quòd in Æternitate Principiare ſit de Principiante & Principiabili: & etiam convenit, quòd in Æternitate Principiabile ſit de Principiante, exiſtente Æternitate unum idem numero cum illis.

9. D. T. D. F. Ut in Æternitate non poſſit eſſe Medium Contrarietatis, convenit, quòd in Æternitate ſit Medium Concordantiæ, videlicet Concordare, quod exiſtat inter Æternans & Æternabile, Concordans & Concordabile.

10. D. T. E. F. Ut Principium poſſit eſſe Medium in Æternitate, convenit, quòd in Æternitate ſit Æternare, quod ſit Medium inter Æternans & Æternabile, quod Æternare ſit Principium, quod ſit Principiare de Principiante & Principiabili; & ideo non poteſt deficere Principiare in Æternitate, nec in Principio Æternare.

11. E. F. T. D. Ut Sapientia DEI in ſua Poteſtate non poſſit intelligere Contrarietatem, convenit, quòd in Poteſtate ſit Poſſificare de Poſſificante & Poſſificabili; hoc idem convenit Sapientiæ, ita, quòd in ſe ipſa intelligat Intelligere de Intellectivo & Intelligibili.

12. E. F. T. E. Sapientia intelligit, quòd ſit Unus DEUS, & ideo Poteſtas poteſt de illa Unitate principiare Unum, ſicut Sapientia poteſt ſcire unum DEUM; ex quo ſequitur, quòd Sapientia intelligat Unum Principiatum de Uno, ita, quòd ſit Unum Unificabile de Uno Unificante, & quòd de ambobus ſit Unificare Principiare de Uno Unificante & de Uno Unificabili, & quòd Unitas omnium trium remaneat Una eſſentialiter, ſicut remanet Una Sapientia, Una Poteſtas, Unum Principium; & neceſſariò convenit, quòd hoc ſic ſit, ut Poteſtas de ſua Unitate poſſit principiare Poſſificabile & Poſſificare, Unibile & Unire ſuppoſitaliter, & ſic de Sapientia & de Principio.

13. E. F. T. F. Ut Sapientia DEI poſſit habere Medium, quod ſit de Poteſtate, convenit, quòd in Poteſtate DEI ſit Poſſificare

(c) 2006 Ministerio de Cultura

re existens de Possificante & Possificabili, quod sit unum idem cum Intelligere, quod sit Medium Intellectivi & Intelligibilîs; & ideo Sapientia DEI non potest ignorare, & potest de omni eo, quod potest intelligere.

14. E.T.D.E. Ut Potestas DEI in se ipsa & de se ipsa possit principiare Principiabile Principiatum, convenit, quòd habeat in se ipsa Possificare & Principiare; & convenit, quòd illud Principiabile & Principiare sit propriè & naturaliter de Principiante Possificante; &, si hoc non esset ita, Contrarietas posset resistere Fini Potestatis & Naturæ Principii; quod est impossibile: & ideo DEUS potest omnia principiare sinè Contrarietate.

15. E.T.D.F. Ut Potestas DEI possit esse in Medio suî ipsius, convenit, quòd ipsa in se habeat Possificare, quod sit de Possificante & de Possificabili, & quòd Potestas absolutè sit Possificans, Possificabile & Possificare; &, si hoc non esset ita, Contrarietas posset contrariari Potestati, ita, quòd non esset in se ipsa, nec per totam se ipsam; quod contrariari est impossibile.

16. E.T.E.F. Ut in DEO Principium possit esse Medium Potestatis, convenit, quòd in Potestate Possificare sit Medium, quod sit de Possificante & Possificabili, & quòd illud Possificare sit Principiare de Principiante & Principiabili remanentibus unum Principium absolutè cum Principiare: unde ratione talis Naturæ nihil potest resistere Potestati DEI, nec potest impedire ejus principiare.

17. F.T.D.E. Ut Sapientia DEI in se ipsa habeat Principium, quod sit de se ipsa, convenit, quòd habeat Intelligere, quod sit de Intellectivo & Intelligibili & Medium amborum, quod Intelligere sit Principiare de Principiativo & Principiabili Medium amborum, & quòd Sapientia remaneat unum Principium absolutè; & ideo Sapientia non potest habere ignorantiam, quia Contrarietas ibi non potest principiare.

18. F.T.D.F. Convenit,quòd in Sapientia DEI Intelligere sit Medium Intellectivi & Intelligibilîs, sinè quo Medio Contrarietas posset contrariari Fini Sapientiæ, ita, quòd posset esse otiosa & vacua, & posset ignorare se ipsam & alias res: & Contrarietas posset contrariari, ne in Sapientia essent essentialia Intelligibile, Intelligens & Intelligere suppositaliter, omnibus tribus remanentibus unâ Essentiâ, unâ Sapientiâ absolutè; & hoc est impossibile.

19. F.T.E.F. Ut Sapientia DEI intelligat in Principio Medium Principiantis & Principiabilîs, quod sit Principiare, & quod sit suum Intelligere, convenit, quòd in se ipsa habeat Naturam, per quam una res possit principiari & intelligi per aliam, sinè qua Natura Sapientia non posset in se ipsa habere Naturam Medii, nec suum intelligere posset esse de se ipsa.

20. T.D.E.F. Ut Contrarietas non possit contrariari Fini Principii & Medii, convenit, quòd in DEO sit Principium de Principio, in quo Principio sit Medium de Principiante & Principiabili; &, si hoc non esset ita, non haberet propriè Principium in DEO suum Finem, nec similiter Medium: unde sequeretur, quòd Contrarietas in DEO esset de contrariante & contrariabili; quod est impossibile.

QUARTA QUÆSTIO. E.

Quare est DEUS?

SOLUTIO. *Camera.* E.F.G.

1. HÆc Quæstio ideo fit, ut homo inquirat proprietates & illarum naturam, per quam existit Existentia & Agentia DEI; quam inquisitionem facimus per discursum dictæ Cameræ, & recipimus significationes Literarum, videlicet Potestatem, Sapientiam & Voluntatem, quæ in DEO sunt unum idem numero; & ideo, quia sunt, est DEUS Unus ratione illius Unitatis Numeri: & DEUS est, quia ipse est Potestas, Sapientia & Voluntas; nam per Potestatem potest intelligi & amari in existendo id,quod est: & per Sapientiam intelligitur esse DEUS: & per Voluntatem diligitur esse DEUS, & Potestas perficit id, quod Sapientia intelligit & Voluntas amat. Et hoc idem sequitur de sua Agentia, quam in se ipso habet operando sub Ratione Potestatis, Sapientiæ & Voluntatis, per quam Operationem est DEUS.

2. E.F.T.E. Ideo est DEUS, quia potest de se ipso principiare Intelligibile, remanens cum illo Unum Principium, Una Potestas, Una Sapientia, quæ sunt Unus DEUS, quia Unum est Alterum Numero; &, quia Potestas de tota se ipsa principiat Intelligibile, ita, quòd ambo sint ita magna per Agentiam, sicut per Existentiam, ideo est DEUS per se ipsum in existendo & agendo, ita, quòd nullâ re indigeat extra se.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

3. E. F. T. F. Quoniam Sapientia DEI in ſe ipſa poteſt intelligere Medium Intellectivi & Intelligibilîs, quod ſit infinitum Intelligere, ideo eſt DEUS, quia per Poteſtatem, quam Sapientia ponit in ſuo Intelligere & in ſuo Intellectivo & Intelligibili, poteſt eſſe DEUS, & etiam ideo, quia Medium poteſt eſſe Poteſtas & Sapientia.

4. E. F. T. G. Ideo eſt DEUS, quia Poteſtas poteſt complere omne id, quod Sapientia poteſt intelligere; &, quia Sapientia poteſt intelligere, quòd ipſa ſit DEUS, ſequitur Finis illius, quod intelligit, quia Poteſtas, quæ eſt infinita, perficit illud.

5. E. G. T. E. DEUS eſt ideo, quia ſua Voluntas poteſt principiare de ſe ipſa ſuum Amare Principiatum de Amante & Amabili & de Poteſtate amborum, ita, quòd Amans ſit Poſſificans Principians de ſe ipſo Amabile Poſſificabile Principiabile, ex quo ſequitur Amare, quod eſt Poſſificare & Principiare.

6. E. G. T. F. Ideo eſt DEUS, quia in ipſo Poſſificare & Amare ſunt unum Medium numero, in quo Poteſtas & Voluntas ſe ipſas dant ſibi invicem influendo & refluendo æqualiter, ut de ipſis ſequatur Poſſificare & Amare.

7. E. G. T. G. DEUS eſt ideo, quia in ipſo Poſſificare & Amare ſunt unus Finis Poteſtatis & Voluntatis, in quo Fine quieſcunt ambo Poſſificare & Amare poſſificabiliter & amabiliter, quolibet exiſtente Fine poſſificandi & amandi.

8. E. T. E. F. Ideo eſt DEUS, quia ſua Poteſtas in Medio ſuî ipſius habet Principiare, quod eſt de Poſſificante & Principiante, de Poſſificabili & Principiabili; &, quia DEUS poteſt eſſe unúmmet Principium, & poteſt remanere Principians & Principiabile, Poſſificans & Poſſificabile, Medians & Mediabile, ideo poteſt eſſe hoc, quod eſt, exiſtendo & agendo.

9. E. T. E. G. DEUS eſt ideo, quia ſua Poteſtas habet ſuum Finem in proprio & naturali Principio, absque eo, quòd habeat indigentiam alicujus extranei Principii, ita, quòd ſuum Finem attingat in Principiante, Principiabili & Principiare, Poſſificante, Poſſificabili & Poſſificare; & hæc natura non eſt in aliqua alia eſſentia, quàm in Eſſentia DEI tantùm.

10. E. T. F. G. Ideo eſt DEUS, quia ſua Poteſtas habet ſuúmmet Finem in Medio ſuî ipſius, videlicet in ſuo Poſſificare, quod exiſtit in Medio Poſſificantis & Poſſificabilîs, & eſt Finis, & de Fine Poſſificantis & Poſſificabilîs, in quo Fine Poteſtas eſt Infiniens, Infinibile & Infinire.

11. F. G. T. E. Ideo eſt DEUS, quia ſua Sapientia ſcit, quòd Voluntas amet eſſe Principians, Principiabile & Principiare; & hoc idem è converſo, quia DEUS eſt, ideo amat tantum Voluntas Principium in Sapientia, quantum in ſe ipſa, & ideo non poteſt eſſe Sapientia ante Voluntatem ſub Ratione Principii, nec ſimiliter Voluntas; unde ſequitur, quòd DEUS ſit id, quod eſt, ſecundùm hoc, quod de Sapientia, Voluntate & Principio diximus.

12. F. G. T. F. DEUS eſt ideo, quia ſua Sapientia intelligit, quòd ſuum Intelligere ita ſit Medium exiſtens in Medio Amantis & Amabilîs, ſicut Intellectivi & Intelligibilîs; DEUS etiam eſt ideo, quia hoc convertitur, videlicet, quòd Voluntas amet, quòd ſuum Amare ſic exiſtat in Medio Intellectivi & Intelligibilîs, ſicut in Medio Amantis & Amabilîs.

13. F. G. T. G. Ideo eſt DEUS, quia ſuum Intelligere eſt Finis amandi, & quia ſuum Amare eſt Finis intelligendi, & quia in illo Fine Sapientia eſt Finis Voluntatis, & Voluntas Sapientiæ; hæc Natura Finîs non poteſt eſſe in alia eſſentia, niſi in Eſſentia DEI.

14. F. T. E. F. DEUS eſt ideo, quia ſua Sapientia non principiat ſuum Intelligere in finito Medio, & quia illud principiat in infinito Medio exiſtente in Medio infiniti Intellectivi & infiniti Intelligibilîs, ſuum Principium non poteſt eſſe finitum & terminatum; & ideo DEUS eſt id, quod eſt.

15. F. T. E. G. Ideo eſt DEUS, quia ſua Sapientia principiat in ſe & de ſe ſuúmmet Finem, in quo quieſcit in Principiante, Principiabili & Principiare, in Sciente, Scibili & Scire, in Perfectivo, Perfectibili & Perficere.

16. F. T. F. G. DEUS eſt ideo, quia ſua Sapientia habet tantum de Fine in ſuo Intelligere, quantum in ſuámet Eſſentia, quia ſuum Intelligere eſt de ſuámet tota Eſſentia, cùm ſua Eſſentia ſit ſuum Intelligere; & quia tota Eſſentia ſe habet ad Intelligere, & ſuum totum Intelligere ad Eſſentiam, ideo eſt DEUS tantum per Exiſtentiam, quantum per Agentiam.

17. G. T. E. F. DEUS non eſt ideo, quia non eſt corpus, nec Angelus, nec accidens, nec aliquid hujusmodi, quod non ſit ipſe; quia,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quia, si ideo esset DEUS, quia non est illud, quod ipse non est, illud *non esse* esset DEO Principium, ratione cujus DEUS esset hoc, quod est, & suum Principium esset privatio ipsius *Esse* DEI; quod est impossibile & odibile in suo Amare, quod est Principium existens in Medio Amantis & Amabilis, ratione cujus DEUS est hoc, quod est, Voluntate principiante suum Amare in Medio suî ipsius & de se ipsa.

18. G.T.E.G. Ideo est DEUS, quia sua Voluntas habet tantam quietem in suo Principio, quantam in suo Fine, quod Principium est Principians, Principiabile & Principiare; igitur non est DEUS propter hoc, quia non est contrarium prædictorum, quia, si esset ideo, contrarium prædictorum esset Finis ipsius, in quantum non esset illa; & hoc est impossibile.

19. G.T.F.G. DEUS est ideo, quia Finis suæ Voluntatis existit in Medio suî ipsius infinitè existens in Medio infiniti Amantis & Amabilis; igitur non est DEUS ideo, quia non est contrarium eorum, quæ diximus: quia, si esset ideo, non posset esse Finis Voluntatis in Medio infiniti Amantis & Amabilis.

20. T.E.F.G. DEUS non est ideo, quia est Principium omnibus creatis rebus; quia, si esset ideo, Finis rerum esset occasio Rationi, propter quam DEUS est id, quod est: unde sequeretur Medium inter Causam & effectum, sinè quo Causa non posset esse, quod est impossibile; per quam impossibilitatem significatur & demonstratur, quòd DEUS per se ipsum sit hoc, quod est.

QUINTA QUÆSTIO. F.

De Quantitate in DEO.

SOLUTIO. *Camera.* F. G. H.

1. IN hac Quæstione est implicata responsio inquirendi naturas & proprietates, per quas DEUS est infinitus: quam inquisitionem facimus discurrendo per supradictam Cameram, recipiendo significata Literarum: sicut Voluntas DEI, quæ virtuosè amat, & Sapientia, quæ virtuosè intelligit, quòd Virtus oriatur de earum Unitate, quam habent in Numero infinito in Quidditate, Entitate, Naturæ & Essentia; propter quam Infinitatem est impossibile, quòd in DEO sit quantitas, cùm DEUS sit Sapientia, Voluntas & Virtus.

2. F.G.T.F. In Sapientia DEI amat Voluntas Intelligere, quod sit in Medio Intellectivi & Intelligibilis, & Sapientia intelligit in Voluntate Amare, quod sit Medium inter Amativum & Amabile; hoc non posset Sapientia intelligere, nec Voluntas amare, si in DEO esset quantitas amandi & intelligendi, quia quantitas terminaret Intelligens & Intelligibile, Amans & Amabile in tempore & in loco; unde sequeretur, quòd DEUS non esset hoc, quod est.

3. F.G.T.G. Sapientia DEI intelligit in Voluntate Amare sinè quantitate, ut illud Amare sit Finis Amantis & Amabilis, in quo Fine non possent quiescere, si esset quantitas in Amare.

4. F.G.T.H. Sapientia DEI intelligit, quòd illa res, quæ est sinè quantitate, sit major, quàm quantitas; & quia Voluntas tantum amat, quantum Sapientia potest intelligere, convenit, quòd amet sinè quantitate; ex quo sequitur infinitum Amare & Intelligere.

5. F.H.T.F. Convenit, quòd in omni quantitate sit terminatum Medium, ultra quem terminum tale Medium non extenditur, cùm sit impossibile, quòd quantitas possit infinitè extendi; at, si in Sapientia intelligere esset terminatum Medium, esset illud Medium vitiosum & contra Virtutem, ita, quòd Virtus non posset infinitè oriri de Unitate Sapientiæ, unde sequeretur otiositas Intellectivi, Intelligibilis & Intelligere; quæ otiositas est impossibilis.

6. F.H.T.G. Si Sapientia in sua Virtute intelligeret quantitatem, ignoraret Finem, in quo suum Intelligere posset quiescere, & Virtus similiter non haberet Finem in se ipsa, imò suus Finis esset in suo contrario, videlicet in quantitate, quæ ipsam faceret existere terminatam; unde sequeretur, quòd non esset de Natura DEI.

7. F.H.T.H. Convenit, quòd omne id, quod est extra quantitatem, sit majus, quàm id, quod est intra quantitatem; sed, si in Sapientia DEI esset quantitas, sua Virtus esset major extra se ipsam, quàm in se ipsa; & hoc est impossibile.

8. F.T.F.G. Finis Sapientiæ DEI est Medium, quod est Intelligere de Intellectivo & Intelligibili, quæ in ipso Fine quiescunt sinè quantitate, quam quietem non possent habere cum quantitate, quia Intellectivum haberet appetitum ad ignorare, & Finis Intellectivi non esset Intelligibilis; quod est impossibile.

F.T.F.H.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

9. F.T. F. H. Si in Sapientia DEI eſſet quantitas, conveniret, quòd in illa eſſet Majoritas & Minoritas : Majoritas, quantum ad ſubſtantiam : Minoritas, quantum ad accidens; & intelligere eſſet in Medio amborum terminatum & finitum, ita, quòd eſſet propè *non eſſe ;* & hoc eſt impoſſibile.

10. F. T. G. H. Si in Sapientia DEI eſſet quantitas, non poſſet Sapientia infinitè intelligere, ſed intelligeret usque ad certum terminum, ultra quem haberet majorem ignorantiam, quàm in ſe ipſa intelligere; & hoc eſt impoſſibile, ut ſuus Finis non ſit ignorare magnas res.

11. G. H. T. F. Voluntas DEI habet Virtutem in ſuo Amare, ut virtuosè amet; quod virtuoſum Amare non poſſet habere, ſi cum quantitate exiſteret in Medio Amantis & Amabilîs, quia quantitas impediret Infinitatem in omnibus tribus, ex quo ſequeretur in Voluntate plus de odire, quàm de amare, & de Vitio, quàm de Virtute; & hoc eſt impoſſibile.

12. G. H. T. G. Si in DEO eſſet quantitas, ſua Voluntas & ſua Virtus haberent quietem in Fine cum quantitate, ex quo ſequeretur Vitium in Virtute, & odium in Voluntate, ita, quòd Finis eſſet de Vitio, & quies de odio; quod eſt impoſſibile.

13. G. H. T. H. Si DEUS haberet quantitatem, conveniret, quòd eſſet finitum & terminatum ens, quem Finem Voluntas virtuosè amaret amando quantitatem, quæ eſſet de ſua natura; & Voluntas hominum amans, quòd DEUS eſſet infinitus, eſſet major in amando vitiosè, amando hoc, quod non eſſet, quàm Voluntas DEI in amando virtuosè hoc, quod eſſet; & hoc eſt impoſſibile.

14. G. T. F. G. Si in DEO eſſet quantitas, ſua Voluntas non haberet ſuum Finem in ſuo Amare, quia illud Amare eſſet terminatum in Medio Amantis & Amabilîs terminatorum & finitorum in illo Amare; ex quo ſequeretur, quòd Finis ipſius Amare eſſet alterius eſſentiæ & naturæ, quæ non eſſet Amantis & Amabilîs; quod eſt impoſſibile.

15. G. T. F. H. In Voluntate DEI eſt Amare Medium, quod eſt amabile ad exiſtendum majus, quàm omnes aliæ amabilitates, ut ſuum Amans ſit majus, quàm omnes aliæ amativitates; & iſta major Amativitas & Amabilitas non poſſet eſſe cum quantitate.

16. G. T. G. H. In DEO non poteſt eſſe quantitas, ut ſua Voluntas habeat majorem Finem Amantis, Amabilîs & Amare; quem majorem Finem non poſſet habere, ſi Amans amaret Amabile cum quantitate amandi.

17. H. T. F. G. Si in DEO eſſet quantitas, ſua Virtus non poſſet habere infinitum Medium, quod quieſceret in infinito Fine, quia ejus origo eſſet terminata in loco & tempore, & creatæ res non haberent Finem, in quo quieſcerent, & eſſent creatæ ſinè intentione Finîs; & omnia iſta ſunt inconvenientia & impoſſibilia.

18. H. T. F. H. Si DEUS in ſe haberet quantitatem, eſſet majus Medium Virtutis in privatione: ex quo ſequeretur, quòd in illo *Eſſe,* quod eſt DEUS, ſuſtentaretur infinitum Vitium, ita, quòd illud Vitium eſſet Medium terminatum inter Virtuificans & Virtuificabile, ut Vitium eſſet majus, quàm Virtus; & hoc eſt impoſſibile.

19. H. T. G. H. Si in DEO eſſet quantitas, illa quantitas poneret in *eſſe* majus Vitium Finîs, & in privatione majorem Virtutem Finîs, ita, quòd quantitas DEI eſſet cauſa, quòd DEUS eſſet in privatione, quod eſt impoſſibile, ût probavimus.

20. T. F. G. H. Si in DEO eſſet quantitas, poſſet nullum Medium eſſe in Medio infinitarum rerum; ex quo ſequeretur, quòd Minoritas eſſet Finis omnium rerum, & Majoritas Finîs eſſet deſtructa; ſed hoc eſt impoſſibile: unde ſequitur, quòd DEUS ſit ſinè quantitate; &, quia eſt ſinè quantitate, neceſſariò convenit, quòd ſit infinitus in exiſtendo & agendo, ût ſuprà diximus, ſecundùm naturas & proprietates Cameræ ſignificatas per Literas.

SEXTA QUÆSTIO. G.

Qualis eſt ille DEUS, qui verè & realiter eſt ipsémet?

SOLUTIO. *Camera.* G. H. I.

1. HÆc Quæſtio fit ideo, ut habeatur cognitio de eſſentialibus & ſubſtantialibus propriis & naturalibus Qualitatibus, per quas DEUS eſt ille ipſémet, qui eſt, & nullus alter Deus poteſt eſſe, ſed ipſe tantùm; igitur DEUS eſt ille, in quo Voluntas, Virtus & Veritas ſunt unum idem numero exiſtentes reales Rationes, ſub quarum Ratione DEUS habet Operationem in ſémet ipſo, realiter amando, virtuificando & verificando, Amante exiſtente quali, ſimiliter etiam Amabili & Amare, ita, quòd omnes tres exi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

existant unus DEUS qualis repræsentatus in humana ratione, in qua est ejus similitudo, homine virtuosè & veraciter diligente DEUM.

2. G.H.T.G. DEUS est ille, qui est Finis & Complementum omnium rerum, quæ ipsum diligunt cum virtuosa Voluntate, & ad quem omnia habent virtuosum & naturalem appetitum, sinè quo DEO nihil essent, igitur DEUS non est ille, quem homines peccatores diligunt vitiosè & contra Finem Virtutis & Amoris; iste talis DEUS vitiosè concipitur in humana ratione, in qua Voluntas & Virtus in Fine illius similitudinis non possunt quiescere.

3. G.H.T.H. DEUS est ille, qui habet majorem Voluntatem & Virtutem, quàm ullum aliud ens; & ideo sua Voluntas est illa, quæ habet infinitam Virtutem in amando: & sua Virtus est illa, quæ habet infinitam Voluntatem in virtuificando.

4. G.H.T.I. DEUS est ille, in quo Voluntas & Virtus sunt Æqualitas & sunt æquales in amando & virtuificando, ut Finis Concordantiæ possit quiescere in illa Æqualitate.

5. G.I.T.G. DEUS est ille, qui est Finis & Perfectio illius Voluntatis, quæ verè amat suam similitudinem; igitur DEUS non est ille, qui Voluntatem ponit in peccato, quando falsè amat similitudinem DEI, sicut Infideles, qui falsè credunt in DEUM, negando & odiendo illam Veritatem, quæ est in DEO.

6. G.I.T.H. DEUS est ille, in quo amatur major Veritas, quàm in ulla alia re; quæ major Veritas non posset in illo verè diligi, si in Veritate non esset Verificans, Verificabile & Verificare, sinè quibus Veritas non posset esse major in amabilitate, quàm aliqua alia Veritas.

7. G.I.T.I. DEUS est ille, in quo Voluntas est amare sinè odire, & Veritas verificare sinè falsificare; & in quo amare & verificare sunt æqualificare, in quibus Finis Concordantiæ habet quietem.

8. G.T.G.H. DEUS est ille, qui in sua Voluntate habet majorem Finem, quàm ullus alius Finis; & ideo convenit, quòd in sua Voluntate habeat Amans, Amabile & Amare, & quòd omnia tria sint unus Finis, una Voluntas, una Natura.

9. G.T.G.I. DEUS est ille, qui est talis in suo Fine & in sua Æqualitate, qualis in sua Voluntate; & ideo convenit, quòd, sicut in sua Voluntate sunt qualia Amans, Amabile & Amare, ita sint in suo Fine qualia Infiniens, Infinibile & Infinire æqualia in Voluntate in uno DEO quali Infinito, & non in pluribus.

10. G.T.H.I. DEUS est ille, in quo est major Æqualitas Amantis, Amabilis & Amare, quàm in ulla alia Voluntate; & ideo DEUS est ille, qui est major, quàm illa Æqualitas, quam homines habent in Voluntate amantis, amabilis & amare, quando diligunt similitudines ipsius *esse*.

11. H.I.T.G. DEUS est ille, qui est Finis & Complementum cum Virtute & Veritate; & ideo nullus homo potest pervenire ad suum Finem cum Virtute, quæ sit contra Veritatem, nec cum Veritate, quæ sit contra Virtutem; & ideo data est Lex & decem Præcepta & datum est hominibus Consilium Virtutum.

12. H.I.T.H. DEUS est ille, in quo est Major Unitas Virtutis & Veritatis, quàm in ulla alia re; & ideo convenit, quòd Veritas & Virtus sint unum idem numero, in quo sit unum Verificans & Virtuificans, alterum Verificabile & Virtuificabile, & hoc idem de Verificare & Virtuificare, & quòd omnia tria sint una Veritas & una Virtus.

13. H.I.T.I. DEUS est ille, qui habet talem Æqualitatem in Virtute, qualem in Veritate; & ideo est ille, qui est talis in Æqualificante, Æqualificabili & Æqualificare, qualis in Veritate & Virtute.

14. H.T.G.H. DEUS est ille, in quo Finis habet majorem Virtutem, quàm ulla alia res; & ideo non possunt homines pervenire ad illum Finem nec habere quietem sinè Virtute; &, ut Virtus sit major, est hominibus datum liberum arbitrium.

15. H.T.G.I. DEUS est ille, in quo Virtus, Finis, & Æqualitas sunt unum idem numero; & ideo convenit, quòd Æqualitas, quæ est unum idem cum Virtute & Fine, habeat unum quale simile alteri in Virtute & in Fine, sinè quibus Æqualitas non posset esse unum idem numero cum Virtute & Fine.

16. H.T.H.I. DEUS est ille, in quo est major Æqualitas Virtutis, quàm in ulla alia re; & ideo convenit, quòd illa Æqualitas sit de tribus, uno existente tali, quale est alterum in Virtute; quia, si illa Æqualitas esset in minori numero, quàm trium, vel in majori, non posset esse major Æqualitas, quàm ulla alia, in Virtute numeri.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

17. I. T. G. H. DEUS eſt ille, in quo Veritas habet majorem quietem, quàm in ulla alia re; & ideo convenit, quòd in Veritate ſit Verificans, Verificabile & Verificare, & quòd quodlibet ipſorum ſit quale perſonaliter, ut de ipſo poſſit fieri vera prædicatio, & ut omnia tria ſint unum quale abſolutè, videlicet unus DEUS, unus verus Finis & Complementum omnium creaturarum, qui ipſas verè creavit ad ſuum Finem; & ideo ſunt illi homines peccatores, qui deviant creaturas à Fine, ad quem DEUS ipſas creavit.

18. I. T. G. I. DEUS eſt ille, qui eſt Finis cum Æqualitate Verificantis, Verificabilîs & verificare; & eſt ille, qui eſt Finis cum Veritate Æqualificantis, Æqualificabilîs & Æqualificare, Veritate in illo exiſtente tali Fine, qualis Æqualitas; & ideo non ſunt in Veritate illi homines, qui in DEO negant Æqualitatem, nec tendunt ad Finem quietis.

19. I. T. H. I. DEUS eſt ille, in quo Veritas ponit majorem Æqualitatem in vero, quàm in ulla alia re; & ideo convenit, quòd illa Æqualitas ſit de infinitis rebus, & quòd ſit de proprio Æqualificante, Æqualificabili & Æqualificare, ut ſint de Eſſentia & Natura ipſius Æqualitatis, & ut quodlibet ipſorum ſit ipſa Æqualitas.

20. T. G. H. I. DEUS eſt illud Eſſe, quod Majoritas repræſentat majus in Æqualitate & in Fine, quàm ullum aliud eſſe, Majoritate repræſentante in DEO illam Æqualitatem, quæ eſt Finis, in quo eſt infinitum Infiniens, Infinibile & Infinire, ita, quòd omnia tria ſint æqualia in uno Fine & in una Æqualitate.

SEPTIMA QUÆSTIO. H.

Utrùm in DEO ſit Tempus?

SOLUTIO. *Camera.* H. I. K.

1. QUæritur de Tempore in DEO, ut habeamus notitiam illarum naturarum, propter quas Tempus non cadit in DEUM, quas naturas inquirimus in illa Camera, quæ in DEO ſignificat Æternitatem, in quo Virtus, Veritas & Gloria ſunt unum idem numero, de qua Identitate Eſſentiæ oritur Virtus Unitatis Veritatis & Gloriæ perſonaliter in tantum, quanta eſt illarum exiſtentia, quæ eſt ſinè Tempore: unde convenit, quòd Origo ſit ſinè Tempore & ſinè Motu alicujus rei, quæ ſit antecedens vel conſequens.

2. H. I. T. H. Veritas ponit in vero Originem Virtutis in majori Majoritate, quâ poteſt, & ideo illa Origo transcendit Tempus in Æternitate, quæ menſurat & comprehendit omnia, quæ ſunt in Tempore; & convenit, quòd hocita ſit, ut Veritas poſſit verificare in majori gradu Virtutis.

3. H. I. T. I. Virtus & Veritas ſunt æquales exiſtendo & agendo; &, quia ſunt æquales in exiſtendo hoc, quod ſunt, ſinè Tempore, convenit, quòd earum Operatio ſit ſinè Tempore, ut illarum Agentia ſit tanta, quanta eſt Exiſtentia; ex quo ſequitur, quòd Agentia ſit hoc, quod eſt, ſinè Tempore, ſicut Exiſtentia.

4. H. I. T. K. In DEO Virtus & Veritas ſunt remotæ ab omni Minoritate; & quia Tempus eſt de minoribus rebus, convenit, quòd Veritas ponat in vero, quòd Tempus non ſit in Origine Virtutis, nec in ejus verificare.

5. H. K. T. H. In DEO non poteſt Majoritas Virtutis eſſe in Gloria cum motu rerum motarum in Tempore, poſitis futuris rebus in præſenti Tempore, & motis in præterito Tempore; & ratio eſt, ut Virtus in Gloria poſſit quieſcere & habere delectationem.

6. H. K. T. I. Virtus & Gloria ſunt æquales in Fine Concordantiæ Bonitatis, Magnitudinis &c., in quo Fine non poſſent eſſe æquales cum Tempore, quia Tempus habet naturam, quòd res, quæ in illo ſunt, faciat exiſtere ſinè quiete.

7. H. K. T. K. Virtus non poteſt quieſcere in Gloria cum Minoritate, quia, ſi poſſet quieſcere in Gloria cum Minoritate, Virtus vitiosè quieſceret in Gloria; &, quia Tempus & Minoritas habent Concordantiam, non poteſt eſſe Tempus in Virtute & in Gloria DEI.

8. H. T. H. I. Major Æqualitas Virtutis non poteſt eſſe in Tempore; quia, ſi poſſet eſſe in Tempore, exiſteret cum Tempore in Æternitate, ita, quòd eſſet major Æqualitas Virtutis Æternitatis & Temporis; & hoc eſt impoſſibile.

9. H. T. H. K. Major Virtus eſt Virtus DEI; at, ſi Tempus eſſet in Virtute DEI, conveniret, quòd Majoritas & Minoritas Virtutis eſſent in DEO; & hoc eſt impoſſibile, ut Virtus DEI ſit æterna.

10. H. T. I. K. Si in DEO eſſet Tempus, conveniret, quòd in ſua Virtute Æqualitas & Minoritas eſſent unum idem numero, cùm Virtus & Æqualitas in DEO ſint unum idem numero; &, quia eſt impoſſibile, quòd Mi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Minoritas & Æqualitas sint idem, est impossibile, quòd in DEO sit Tempus.

11. I.K.T.H. Veritas DEI habet majorem quietem in Gloria, quàm ulla alia Veritas; & ideo ponit in vero majorem delectationem in Gloria; sed ista Majoritas non potest esse cum Tempore: igitur convenit, quòd illa sit cum natura & proprietate, per quam Tempus mensuratur & comprehenditur.

12. I.K.T.I. Gloria DEI non potest esse Quies Veritati sinè Æqualitate Verificantis & Gloriantis, Verificabilîs & Gloriabilîs, Verificare & Gloriari, quam Æqualitatem Tempus destrueret, si mensuraret & comprehenderet Veritatem & Gloriam DEI.

13. I.K.T.K. Si in Veritate & Gloria DEI esset verificans & glorians Tempus, conveniret, quòd esset Minoritas in Verificante & Gloriante, & per consequens in Verificabili & Gloriabili, Verificare & Gloriari, & sic essent propè *non esse*, & per consequens propè Falsitatem & Pœnam.

14. I.T.H.I. Major Æqualitas Veritatis est de Verificante Æqualificante, Verificabili Æqualificabili, Verificare & Æqualificare, & ista major Æqualitas non posset cum Tempore esse in Veritate: &, si esset, esset major cum Minoritate; quod est impossibile.

15. I.T.H.K. Veritas DEI est simplex sinè aliqua compositione, & sua Simplicitas est major, quàm ulla alia simplicitas; & ideo in illa non potest esse Tempus; quia, si esset, esset propè Minoritatem, & per consequens propè compositionem; quod est impossibile.

16. I.T.I.K. Minor Æqualitas Veritatis non potest esse extra Tempus; igitur sequitur, quòd major Æqualitas Veritatis sit extra Tempus: ergo convenit, quòd sit in Æternitate.

17. K.T.H.I. In Gloria DEI est major Æqualitas, quàm in omni alia Gloria; & convenit, quòd illa major Æqualitas sit de Gloriante Æqualificante, Gloriabili Æqualificabili, Gloriari & Æqualificare, & quòd omnia tria sint una Gloria, una Æqualitas, una simplex Natura; & hoc non posset esse cum Minoritate, cum qua esset, si in Gloria & in Æqualitate DEI esset Tempus.

18. K.T.H.K. Si in Gloria DEI esset Tempus, quia in ipsa est Glorians, Gloriabile & Gloriari, conveniret, quòd in ipsa non esset glorians, gloriabile & gloriari, ut ibi non esset Minoritas, quæ habet Concordantiam cum Tempore, sinè quo non potest esse; at, si in Gloria DEI non esset Glorians, Gloriabile & Gloriari, esset in Minoritate ratione otiositatis & vacuitatis; ex quo sequeretur, quòd in ipsa esset contradictio Majoritatis & Minoritatis; quæ contradictio est impossibilis.

19. K.T.I.K. Si in DEO esset Tempus, essent in sua Gloria Æqualitas & Minoritas unum idem numero cum sua Gloria: ex quo sequeretur Æqualitas Majoritatis & Minoritatis, & Inæqualitas æqualium rerum, & Pœna Gloriæ; quod est impossibile.

20. T.H.I.K. Si in DEO esset Tempus, esset in illo major Æqualitas Majoritatis & Minoritatis, cùm in DEO sit major Æqualitas, quàm in ulla alia re: ex quo sequeretur major Inæqualitas æqualium rerum, quàm Majoritatis & Minoritatis, & omnia creata sequerentur istas naturas, si in DEO esset aliquid contrarium suæ Naturæ, per quod non esset major Æqualitas in illo, quàm in ulla alia re.

OCTAVA QUÆSTIO. E.

Utrùm in DEO sit Locus?

SOLUTIO. *Camera.* I.K.B.

1. QUæritur de Loco in DEO, ut habeamus notitiam de naturis & proprietatibus, propter quas Locus non possit esse in Essentia DEI, nec DEUS possit occupare Locum, nec esse conclusus in Loco, quamvìs sit in omni Loco essentialiter & præsentialiter, & etiam extra Locum infinitè. Et ista inquirimus secundùm significationes Cameræ: sicut secundùm Veritatem DEI, quæ secundùm suam definitionem ponit in vero Operationem, quam DEUS facit in se ipso sub Ratione Bonitatis, taliter, quòd habeat quietem in Gloria; in qua non posset habere quietem, si DEUS esset conclusus in Loco, & Locus esset de ejus Essentia. Intelligimus autem per *facere* in DEO generare & spirare; & hoc intelligatur per totam istam Artem.

2. I.K.T.I. Veritas in DEO ponit in vero Æqualitatem Gloriantis, Gloriabilîs & Gloriari; & propter hoc non potest cadere Locus in DEUM, transcendente Gloriabili, quod est de Essentia DEI, omnem Locum immensè & æternaliter, ut Veritas in Gloria habeat quietem & delectationem.

3. I.K.T.K. Antequam Mundus erat creatus, erat DEUS in se ipso infinitè; &, ut in DEO non sit Minoritas, convenit, quòd

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sit in omni Loco & extra Locum; & convenit, quòd Veritas ponat hoc in vero, ut in Gloria possit quiescere cum Bonitate, Magnitudine &c.

4. I.K.T.B. Si DEUS non esset in omni Loco, poneret Differentia Pœnam in sua Gloria, & Falsitatem in sua Veritate, ita, quòd DEUS esset alteratus per Creationem Mundi, in quo Mundo non esset DEUS essentialiter in eo Loco, in quo erat, antequam Mundus esset, ex quo sequeretur Confusio Veritatis & Gloriæ; & hoc est impossibile.

5. I.B.T.I. Veritas, Bonitas & Æqualitas sunt in DEO unum idem numero, ex quo sequitur, quòd in DEO non possit esse Locus, qui sit de ejus Essentia & Natura; quia in omni Veritate, in qua est Æqualitas Æqualificantis, Æqualificabilîs & Æqualificare sub Ratione Bonitatis, esset malum, si Locus esset de essentia Æqualitatis, quia ibi non posset esse nec remanere veritas æqualificantis, æqualificabilîs & æqualificare.

6. I.B.T.K. Si DEUS esset conclusus in Loco, poneret Veritas in vero, quòd Bonitas non esset Ratio Bono, quòd ageret infinitum Bonum, quod infinitum Bonum non potest esse conclusum in Loco: & poneret in vero, quòd DEUS esset in Minoritate, quod esset malum & propè *non esse*; quod est impossibile.

7. I.B.T.B. Veritas & Bonitas sunt in DEO inconfusæ, & quælibet illarum est alia, & in claris Rationibus remanet Inconfusio in intrinseca Operatione Verificantis & Bonificantis, Verificabilîs & Bonificabilîs, Verificare & Bonificare, quæ Inconfusio non posset remanere, si DEUS esset conclusus in Loco.

8. I.T.I.K. Si DEUS esset terminatus & finitus in Loco, sequeretur, quòd, cùm in DEO Veritas & Æqualitas sint unum idem numero, essent in DEO Æqualitas & Minoritas unum idèm numero, cùm Locus non possit esse sinè Minoritate; & hoc non potest Veritas ponere in vero, nempe, quòd sua Æqualitas Verificantis, Verificabilîs & Verificare & Minoritas possint converti.

9. I.T.I.B. Si DEUS esset conclusus in Loco, poneret Veritas in vero Confusionem Æqualitatis in Unitate Essentiæ & Naturæ Æqualificantis, Æqualificabilîs & Æqualificare, ita, quòd æqualificabilis potentia esset vacua in Loco, & non vacua; & hanc Confusionem & contradictionem Veritas non potest ponere in vero.

10. I.T.K.B. Si DEUS esset conclusus in Loco, Minoritas Loci transcenderet in verificare diversas essentias confusas in Deitate, ita, quòd una esset essentia Loci, & altera essentia DEI Loco concluſi: & sequerentur inde duo Dii, unus finitus in Loco, & alter infinitus, qui esset ipse Locus; hoc autem non potest Veritas ponere in vero: quia, si poneret, posset verificare, quòd unus Locus esset finitus, & alter infinitus, multiplicans DEUM infinitum, quolibet existente Loco simpliciter; & hoc est impossibile.

11. K.B.T.I. Gloria & Bonitas sunt in DEO æqualiter una in altera sub Ratione Personarum, Bonitate existente sub Ratione Bonificabilîs tota in Gloriante, ipso Gloriante existénte totâ Gloriâ, & è converso; & ideo DEUS non potest esse conclusus in Loco.

12. K.B.T.K. Bonitas DEI non posset quiescere in Gloria, si esset propè Locum, cui appropinquaret, si esset conclusus in illo; & per illam propinquitatem esset propè Minoritatem: & per Minoritatem propè *non esse*: & per *non esse* propè Malitiam contra Bonitatem, & propè Pœnam contra Gloriam.

13. K.B.T.B. Si DEUS esset terminatus in Loco, esset Confusio in Bonitate & in Gloria DEI, quia DEUS esset bonus, in quantum est, & sua terminatio esset malum, quod malum esset Pœna in Gloria, & malum in Bonitate; & hoc est impossibile.

14. K.T.I.K. Si DEUS esset terminatus in Loco, Æqualitas Gloriativi, Gloriabilîs & Gloriari esset Æqualitas minorificantis, minorificabilîs & minorificare, ita, quòd DEUS esset minorificabilis in Loco, & Locus esset minorificans, & minorificare compositum de ambobus, & hoc idem de gloriari; quod est impossibile.

15. K.T.I.B. Si DEUS esset conclusus in Loco, sequeretur, quòd Gloriativum esset locatum in Gloriabili, & Gloriabile in Gloriativo, & Gloriari in ambobus: ex quo sequeretur Confusio continentis & contenti in Æqualitate Æqualificantis & Æqualificabilîs; quod est impossibile.

16. K.T.K.B. Quia Locus non est de Essentia DEI, est in ejus Gloria Differentia infinitarum rerum existentium remotarum infinitè à Minoritate & Confusione, cum qua remotione Gloria est quies & delectatio illarum infinitarum rerum.

17. B.T.I.K. Si in DEO esset Locus, sua Bonitas diffusa in Æqualitate Bonificativi, Boni-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Bonificabilîs & Bonificare esset terminata & comprehensa inMinoritate,quæ habetConcordantiam cum Loco & cum Inæqualitate; & hoc est impossibile.

18. B. T. I. B. Si DEUS esset comprehensus in Loco, Differentia Æqualitatis in Bonificante, Bonificabili & Bonificare esset in privatione, quia se non posset extendere ultra Locum; ex quo sequeretur, quòd Locus esset subjectum Differentiæ Æqualitatis in Malitia malificativi, malificabilîs & malificare; & hoc est impossibile.

19. B. T. K. B. Si DEUS esset terminatus in Loco, esset Minoritas ratio ejus Bonitati, quòd Bonum ageretBonum minorificando, & per consequens Differentiæ, quòd illud bonum esset confusum, & Bonitati, quòd esset malum; & hoc est impossibile: per quam impossibilitatem sequitur contrariũ

20. T. I. K. B. In Æqualitate DEI est Æqualificativum, Æqualificabile & Æqualificare, uno existente in alio, ita, quòd Æqualificativum de toto se ipso producat Æqualificabile, & de totis ambobus spiretur Æqualificare suppositaliter, ita, quòd Differentia hoc clarificet & removeat à Minoritate & à Confusione, & Æqualitas hoc æqualificet & removeat à Minoritate; & ideo non potest esse in DEO Locus, in quo concludatur, nec qui sit de sua Essentia & Natura: unde sequitur, quòd DEUS sit infinitus in Loco & extra Locum.

NONA QUÆSTIO. K.

Quomodo DEUS operetur in se ipso?

SOLUTIO. *Camera.* K. B. C.

1. HAnc Quæstionem facimus, ut habeatur cognitio de Modo, secundùm quem DEUS habet Operationem per suas Rationes & Proprietates,ratione quarum est Operans, Operabile & Operari personaliter; sicut in ipso Gloria, Bonitas & Magnitudo sunt reales Rationes, per quas habet modum in operando Glorians Bonificans & Magnificans, Gloriabile Bonificabile & Magnificabile.

2. K. B. T. K. Secundùm quòd Bonitas habet delectationem & quietem in Gloria sinè Minoritate, est Ratio Bono, quòd agat Bonum sinè Minoritate, & Gloria est Ratio Glorianti, quòd producat Glorioſum sinè Minoritate; ratione cujus sequitur Modus in Operatione Operantis, Operabilîs & Operari, ita, quòd illud Operabile remaneat Operabile, ut possit remanere Operari Operantis & Operabilîs sub Ratione Gloriæ & Bonitatis sinè ulla Minoritate.

3. K. B. T. B. Gloria & Bonitas sunt in DEO unum idem numero, & Differentia declarat, quòd quælibet sit realis Ratio personaliter: sicut Gloria in Gloriante, Gloriabili & Gloriari, Bonificante, Bonificabili & Bonificare; & per istum Modum operandi sequitur multiplicatioDivinarumPersonarum distinctarum una ab altera, quas Differentia declarat, ita, quòd Gloria & Bonitas remaneant reales & inconfusæ Rationes.

4. K. B. T. C. Gloria & Bonitas habent Modum concordandi in operando & multiplicando Personas ratione Concordantiæ, quam Gloria & Bonitas habent in GlorianteGloriabili, Bonificante Bonificabili, Gloriari Bonificare.

5. K. C. T. K. Gloria & Magnitudo habent Modum contrarium Minoritati, per quem sequitur multiplicatio Personarum, quia Gloria est major Ratio, quæ possit esse, Glorioso, & Bonitas Bono, & Gloria Bonitati, & è converso; & ista Majoritas Rationis non posset esse sinè multiplicatione Personarum.

6. K. C. T. B. Quoniam Differentia est Ratio Gloriæ & Magnitudini, & è converso Gloria & Magnitudo Differentiæ sub Ratione operandi, sequitur Modus operandi glorianter, magnificanter & differenter, & multiplicandi certas claras & inconfusas Personas, in quibus habet Differentia Modum clarificandi & removendi eas ab omni Confusione numeri.

7. K. C. T. C. Concordantiâ existente inter Gloriam & Magnitudinem sequitur Modus in Concordare Concordantis & Concordabilîs cum delectatione magnificandi & gloriandi, ex quo sequitur Modus multiplicandi personaliter, essentialiter & naturaliter.

8. K. T. K. B. Quoniam Gloria DEI est remota ab omni Minoritate, est remota ab omni Confusione, & ideo habet in se Modum Distinctionis inter Glorians, Gloriabile & Gloriari, ex quo sequitur multiplicatio & Modus operandi, operante Gloriante de se ipso Gloriabile operatum in Gloriari & Operari.

9. K. T. K. C. In Gloria DEI est Modus operandi contra Minoritatem; & ideo con-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

venit, quòd ille Modus ſit in Concordare de Concordante & Concordabili, Gloriante & Gloriabili, ita, quòd Minoritas ibi non poſſit reſiſtere, nec in illa Operatione aliquid inclinare ad *non eſſe*.

10. K. T. B. C. Operatio, quam DEUS habet in ſe ipſo, eſt ſecundùm Gloriam, Differentiam & Concordantiam, quæ in DEO ſunt unum idem numero, propter quam Unitatem numeri habent Modum operandi Perſonas unificanter, numeraliter, gloriosè, diſtinctè, concordanter & multiplicanter.

11. B.C.T.K. Ille Modus operandi, quem DEUS habet intrinſecè, eſt ſecundùm Magnitudinem ſuæ Bonitatis & ſecundùm Bonitatem ſuæ Magnitudinis ſinè omni Minoritate; ex quo ſequitur Magnitudo Bonitatis & Bonitas Magnitudinis in operando Bonificabile & Magnificabile, Bonificatum & Magnificatum.

12. B. C. T. B. DEUS habet in ſe ipſo Modum operandi cum Differentia Operantis & Operabilîs ſub Ratione Bonitatis & Magnitudinis, quæ Ratio eſt Modus in operando, quòd ſit Bonificantis, Bonificabilîs & Bonificare, Magnificantis, Magnificabilîs & Magnificare.

13. B. C. T. C. In Modo, quem DEUS habet in operando, eſt Concordantia Bonitatis & Magnitudinis, ita, quòd Magnitudo ſit Ratio Bonitati, quomodo Bonitas cum Magnitudine ſit Ratio Bono, quòd agat Bonum, videlicet, quòd producat infinitum Bonum: & Bonitas ſit Ratio Magnitudini, quòd Magnitudo cum Bonitate ſit Ratio Magno, quòd producat infinitum magnificabile Bonum.

14. B. T. K. B. In Bonitate DEI eſt Differentia Bonificantis, Bonificabilîs & Bonificare, & in Differentia DEI eſt Bonitas Differentiantis, Differentiabilîs & Differentiare, ex quo ſequitur Modus operandi bene & diſtinctè ſinè Modo minorificandi.

15. B. T. K. C. In Bonitate DEI eſt Concordantia Concordantis, Concordabilîs & Concordare, & in Concordantia DEI eſt Bonitas Bonificantis, Bonificabilîs & Bonificare; & ideo ſecundùm iſtum Modum habet DEUS in ſe ipſo Operari de Operante & Operabili ſinè minorificare.

16. B. T. B. C. In Bonitate DEI eſt operari de Differentia & Concordantia, quod operari ſequitur Modum illius, de quo eſt; & ideo in illo operari non poteſt eſſe malificare, nec ibi poteſt recipi & exiſtere Confuſio nec Contrarietas.

17. C. T. K. B. In Magnitudine DEI eſt Differentia, ut in illa ſit Magnificans, Magnificabile & Magnificare: & Magnitudo DEI eſt in Differentia, ut Differentia ſit magna in Differentiante, Differentiabili & Differentiare; & ideo ſequitur Modus in perſonali Operatione de Magnitudine & Differentia, quæ ſunt unum idem numero ſinè reſiſtentia Minoritatis.

18. C. T. K. C. Magnitudo & Concordantia DEI ſunt unum idem numero, ut ſint remotæ à Minoritate numeri & ab omni accidente; & Modus, quem habent in operando, eſt in magnificando & concordando propria & eſſentialia Suppoſita exiſtentia remota ab omni Modo Minoritatis, Parvitatis & Contrarietatis.

19. C. T. B. C. In Magnitudine DEI ſunt Differentia & Concordantia, ita, quòd Differentia clarificet Magnificans, Magnificabile & Magnificare, & Concordantia concordet ipſa in Unitate Eſſentiæ & Naturæ; & ideo ſequitur Magnitudo in ſua operatione Modum, ſecundùm quem Differentia & Concordantia ſunt in ipſa.

20. T. K. B. C. Modus Differentiæ & Concordantiæ in Operatione DEI eſt ſinè Minoritate; & ideo convenit, quòd in illa operatione non ſit Confuſio nec Contrarietas, ut ibi non ſit Minoritas; iſta Operatio, quam DEUS habet in ſe ipſo, eſt de Divinis Perſonis diſtinctis & concordantibus, in quibus non poteſt eſſe Minoritas, quia DEUS ſequitur Modum, quem habet in exiſtendo & agendo.

DECIMA QUÆSTIO. K.

Cum quo DEUS operatur in ſe ipſo & in alio?

SOLUTIO. *Camera.* K. E. G.

1. ISta Quæſtio fit ad inquirendum Modum & proprietatem activitatis, quam Rationes DEI habent in operando: ſicut Gloria, Poteſtas & Voluntas, quæ in ipſo ſunt unum idem numero, cum qua Unitate quælibet ipſarum eſt unificativa ſub Ratione ſuî ipſius & aliarum, ita, quòd DEUS cum Unitate Gloriæ, Poteſtatis & Voluntatis eſt Unificans, Unificabile & Unificare cum Gloria unificativa gloriante, & cum Poteſtate unificativa poſſificante, & cum Voluntate amativa amante Gloriabile & Gloriari, Poſſificabile & Poſſificare, Amabile & Amare.

K. E. T. K.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. K.E.T.K. In DEO non est Minoritas; & ideo sub Ratione Gloriæ habet gloriativam Potentiam, cum qua producit Gloriosum: & sub Ratione Potestatis habet possificativam Potentiam, cum qua producit Possificatum; & hoc in tantum, quanta est activitas Gloriæ & Potestatis, ut Minoritas operandi non possit intrare in illam.

3. K.E.T.E. DEUS est Principium & est Gloria Potestatis, & in ipso Gloria, Potestas & Principium sunt unum idem numero; & ideo habet Potentiam principiativam, gloriativam & possificativam, principiabilem, gloriabilem & possificabilem, gloriari, principiare & possificare.

4. K.E.T.G. DEUS est Finis & Complementum, & suus Finis & sua Potestas sunt unum idem numero; & ideo complet DEUS cum completiva Potentia gloriabile, possificabile & perfectibile, & hoc convertitur, videlicet, quòd Gloria & Potestas cum Fine sint gloriativa, possificativa & perfectiva Potentia.

5. K.G.T.K. Voluntas in DEO est amativa, cum qua DEUS amat Amabile, & cum Amativitate & Amabilitate producit Amare; &, ut in Gloria non sit Minoritas, convenit, quòd sit ita conditionata, sicut Voluntas.

6. K.G.T.E. Amare in Voluntate DEI est Principium Amantis & Amabilîs, & Principians & Principiabile sunt Principium ipsius Amare; & ideo principiat DEUS cum Amativitate Amabile in Amare, & Amare in Amabili, & cum tali Amativitate habet quietem in Gloria, sinè qua Amativitate non posset habere quietem.

7. K.G.T.G. Gloria & Finis sunt in DEO unum idem numero; & ideo DEUS cum gloriativa Potentia complet Gloriabile & Gloriari, sinè quo Complemento Voluntas & Finis non possent quiescere in Gloria, & Finis non esset ita activus in Gloriari, sicut in Amare.

8. K.T.K.E. Ut in Gloria DEI non sit Minoritas nec otiositas, necessariò convenit, quòd sit activa principiativa Potentia: &, ut Minoritas non sit in suo Principiabili, convenit, quòd illud Principiabile sit passiva Potentia essentialis & naturalis activæ Potentiæ: & etiam, ut illorum Principiare non transeat in aliam essentiam & naturam; ista Activitas & Passionativitas & Passionare est Personare multiplicans Divinas Personas formaliter sinè ulla materia, quæ ibi non potest esse, quia in Gloria non potest recipi Minoritas.

9. K.T.K.G. In DEO Gloria & Finis sunt unum idem, & remanent in illo reales Rationes, ut Minoritas ibi non possit contineri; ex quo sequitur, quòd DEUS cum Gloria gloriet Finem, & cum Fine compleat Gloriam, ita, quòd Minoritas non possit huic resistere, nec Gloria nec Finis appropinquare ad *non esse*.

10. K.T.E.G. Gloria, Principium & Finis sunt in DEO unum idem numero; & ideo convenit, quòd Gloria sit principiativa & finitiva, videlicet completiva; at, quia Gloria non potest esse principiativa nec finitiva sinè principiabili & finibili, scilicet perfectibili, convenit, quòd Gloria sit principiabilis finibilis Potentia, omnibus his rebus applicatis ad Divinas Personas.

11. E.G.T.K. Potestas & Voluntas sunt in DEO unum idem numero: &, ut in DEO non sit Minoritas Potestatis, convenit, quòd sic habeat possificativam Potentiam, cum qua possificet, sicut habet amativam Potentiam, cum qua amat; & hoc idem sequitur de possificabili amabili, possificare amare: & ideo, quidquid DEUS amat, potest cum Potestate, & omne id, quod Potestas potest, cum Voluntate est amabile, & huic non potest Minoritas contradicere.

12. E.G.T.E. Potestas & Voluntas in DEO sunt Principia omnibus creatis rebus, ita, quòd DEUS cum sua Potestate principiavit omnes creatas Potestates, & cum sua Voluntate amavit, quòd illæ crearentur; & ideo DEUS cum creativa Potentia, quæ est possificativa principiativa, creavit principiabile possificabile amabile, ita, quòd Voluntas hoc voluit, & Potestas hoc potuit.

13. E.G.T.G. DEUS potest in Voluntate cum possificativa Potentia possificare Possificabile, sicut potest in Voluntate cum amativa Potentia amare in Potestate Amabile; & convenit, quòd hoc necessariò sic sit, ut Potestas tantum possit quiescere in Fine, quantum in Voluntate.

14. E.T.K.E. Potestas DEI principiavit cum activa Potestate Mundum sinè Minoritate suî ipsius; sed, quia Mundus est principiatus de nihilo, est principiabilis in minorificabili potentia, quæ de sua essentia & natura est, ut sit propè nihil, de quo nihilo est principiatus & creatus.

15. E.T.K.G. DEUS cum activa finita Potestate utitur creaturis secundùm illum Finem,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Finem, ad quem ipſas creavit, qui Finis eſt quies omnium creatarum rerum, ut Minoritas non poſſit reſiſtere Poteſtati nec Fini.

16. E.T.E.G. DEUS principiavit Mundum cum Poteſtate Finîs, & ideo de neceſſitate convenit, quòd Finis Mundi habeat ſuum complementum, quia non eſt alia Poteſtas Finîs, quæ poſſit deviare Finem Mundi, cùm Principium & Finis in DEO ſint unum idem cum Poteſtate.

17. G.T.K.E. DEUS principiavit Amare cum Voluntate, in qua Voluntate eſt Amabile principiatum de Amativitate, ut Minoritas non poſſit cadere in amare & principiare.

18. G.T.K.G. DEUS amat cum Fine omnia, quæ amat; nam, ſi aliquid amaret ſinè Fine, eſſet Minoritas in ſuo amare; &, quia in DEO Voluntas & Finis ſunt unum idem numero, conſequitur DEUS Finem omnium illarum rerum, quas amat, & huic Minoritas non poteſt contradicere.

19. G.T.E.G. Amare in Voluntate DEI eſt principiare & perficere, & ideo eſt Voluntas DEI amativa cum Principio & cum Finè; ex quo ſequitur, quòd DEUS in Principio attingat Finem omnium rerum, quod Principium eſt ipſémet DEUS.

20. T.K.E.G. In DEO Principium eſt Finis, & Finis eſt Principium; & ideo principiat DEUS in Principio cum Fine, & in Fine perficit cum Principio; & huic Minoritas non poteſt contradicere, quia non poteſt intrare nec recipi in Fine nec in Principio.

In hac Quæſtione ſignificavimus, per quem modum poſſit applicari Ars ad probandam Trinitatem in DEO, & poſſint ſolvi Objectiones, quæ poſſunt fieri; quæ Probationes & Solutiones ſunt implicatæ in Rationibus, quas in prædicta Quæſtione diximus: & iſta Quæſtio eſt valde utilis ad ſciendum, & multa declarat ad habendam notitiam de DEO.

PARS II.
De Explicitè.

IN hac Parte *Applicationis* ponimus ſecundùm decem Regulas *quadraginta quinque Quæſtiones*, in quibus explicitè exiſtunt Termini Quæſtionum & Principia hujus Scientiæ applicabilia ad propoſitum; & applicando illa, quæ *explicitè* ſunt poſita in Quæſtione, illis, quæ *implicitè* ſunt in Camera, & miſcendo unumquodque Principium cum alio, ſignificantur ſolutiones quæſtionum & modi, ſecundùm quos poteſt Artiſta ſolvere objectiones, quæ poſſunt fieri contra concluſiones, quas proponimus dare artificialiter & neceſſariò, quæ declarant, quòd in DEO ſit Trinitas.

1. QUÆSTIO. *Utrùm Bonitas DEI ſit ita magna, ſicut ſua Sapientia?*

Solutio. *Camera.* B.C.F. Tenemus Affirmativam hujus quæſtionis, quam Camera ſignificat, quòd ſit neceſſaria, quia Magnitudo Sapientiæ eſt, ut habeat in ſe Intelligens, Intelligibile & Intelligere, quod ſit infinitum Medium amborum, & ut in omnibus tribus ſit infinita bona & clara Concordantia ſinè ulla Confuſione, ſinè qua Magnitudine Sapientia non poſſet eſſe magna; & quia Bonitas, Magnitudo & Sapientia ſunt in DEO unum idem numero, convenit, quòd Bonitas ſit ita magna, ſicut Sapientia, & tali modo magna, quali Sapientia eſt magna, videlicet, quòd habeat in ſe ipſa infinitam Magnitudinem in Bonificante, Bonificabili & Bonificare, in quibus ſit infinita Concordantia & Sapientia bona & clara ſinè omni Confuſione, & quòd Bonificare ſit infinitum Medium inter Bonificans & Bonificabile.

2. QUÆSTIO. *Utrùm Magnitudo DEI ſit ita bona, ſicut ſua Voluntas?*

Solutio. *Camera.* B.C.G. In Voluntate DEI eſt Bonitas in Amante, Amabili & Amare, ſinè quibus non poſſet eſſe bona, nec poſſet Voluntas in ſe ipſa habere ſuum Finem nec Naturam concordandi nec clarificandi contra Confuſionem; &, quia in DEO Bonitas, Magnitudo, Voluntas ſunt unum idem numero, convenit, quòd Magnitudo ſit ita conditionata in Bonitate, ſicut Voluntas, videlicet, quòd habeat in ſe ipſa Magnificans, Magnificabile & Magnificare infinita in Bonitate & Concordantia, ita, quòd Magnitudo in ſe ipſa habeat ſuum Finem & claritatem omnium trium ſinè aliqua Confuſione; & ſic neceſſariò convenit tenere affirmativam, ut non ſequatur, quòd in Bonitate, Magnitudine & Voluntate ſit Differentia Eſſentiæ & Naturæ, nec Malitia, Parvitas & Privatio Finîs & Concordantiæ.

3. QUÆSTIO. *Utrùm Bonitas DEI ſit tantum remota à ſuo contrario, quantum Sapientia?*

Solutio. *Camera.* B.D.F. Sapientia DEI eſt remota à ſuo contrario cum Intelligere, quod eſt infinitum & æternum Medium inter Intelligens & Intelligibile, omnibus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nibus tribus existentibus bene & inconfusè sub Ratione Differentiæ, & ideo est impossibile, quòd Sapientia DEI possit habere Ignorantiam; &, quia in DEO Bonitas, Æternitas & Sapientia sunt unum idem numero, de necessitate convenit, quòd Bonitas sit tantum remota à Malitia, quantum Sapientia ab Ignorantia, & convenit, quòd Bonitas sit tantum remota à Malitia cum suis conditionibus, quantum Sapientia ab Ignorantia cum suis.

4. QUÆSTIO. *Utrùm Voluntas DEI tantum amet Bonitatem & Æternitatem, quantum se ipsam?*

Solutio. *Camera.* B. D. G. Voluntas DEI amat in se ipsa bonum & æternum Finem Amantis, Amabilîs & Amare, & amat esse Bonitas & Æternitas; unde sequitur de necessitate, quòd amet in Bonitate & Æternitate hoc, quod amat in se ipsa, videlicet, quòd amet in Bonitate Finem Bonificantis, Bonificabilîs & Bonificare, & in Æternitate Finem Æternantis, Æternabilîs & Æternare, & quòd amet illum Finem bonum & æternum & amet illum sinè aliqua Contrarietate, sinè quo amore Voluntas non haberet Finem, in quo posset quiescere.

5. QUÆSTIO. *Utrùm Sapientia DEI tantum possit intelligere in Bonitate & in Potestate, quantum in se ipsa?*

Solutio. *Camera.* B. E. F. Sapientia DEI intelligit in se ipsa Intelligere, quod est Medium inter Intelligens & Intelligibile, & intelligit, quòd illud Intelligere sit Bonitas & Potestas; & ideo convenit, quòd intelligat in Bonitate Bonificare, & in Potestate Possificare, & hoc idem de Bonificante Bonificabili, Possificante Possificabili, Differentiare & Principiare; & ideo est impossibile, quòd Sapientia possit plus intelligere in sémet ipsa, quàm in Bonitate & Potestate.

6. QUÆSTIO. *Utrùm Bonitas DEI habeat tantam Potestatem, quantam sua Voluntas?*

Solutio. *Camera.* B. E. G. Voluntas DEI habet Potestatem amandi in se ipsa Finem Amantis & Amabilîs, & habet Potestatem amandi, quòd sit Bonitas & Potestas, & habet Potestatem amandi Differentiam inter Amans & Amabile, & quòd suum Amare sit principiatum de ambobus bene & completè; & quia Potestas sic est unum idem cum Bonitate, sicut cum Voluntate, de necessitate sequitur, quòd Bonitas habeat tantam Potestatem secundùm suam conditionem, quantam Voluntas, videlicet, quòd habeat Potestatem habendi Finem Bonificantis, Bonificabilîs & Bonificare, & sic de aliis rebus significatis in hoc, quod diximus de Voluntate.

7. QUÆSTIO. *Utrùm Voluntas DEI amet, quòd sit Differentia inter suam Bonitatem & suam Sapientiam?*

Solutio. *Camera.* B. F. G. Si Voluntas DEI diligeret, quòd inter Bonitatem & Sapientiam esset Differentia Essentiæ & Naturæ, esset contra Finem amandi, & diligeret, quòd Sapientia esset bona accidentaliter, & non essentialiter, & quòd Bonitas esset intellecta accidentaliter, & non essentialiter; ex quo sequeretur, quòd in suo amare esset Confusio boni & mali, quæ esset Medium compositum de ambobus; & hoc idem sequeretur de Sapientia & de Ignorantia, de amare & odire, de Fine & sua Privatione, de Differentia & sua Confusione; & hoc est impossibile.

8. QUÆSTIO. *Utrùm Sapientia DEI habeat majorem Virtutem, quàm sua Bonitas?*

Solutio. *Camera.* B. F. H. Sapientia DEI habet Virtutem in Intelligere, quod existat in Medio Intellectivi & Intelligibilîs, & cum ambobus remaneat una Virtus & una Bonitas, in quibus Differentia declarat Distinctionem Personarum; ista Virtus esset major in Sapientia, si Bonitas non esset sic conditionata cum Virtute secundùm suam Rationem, sicut Sapientia cum sua; quæ Majoritas Virtutis est impossibilis, ut non sequatur Differentia Essentiæ & Naturæ inter Bonitatem, Sapientiam & Virtutem, quæ Differentia esset de Malitia, Ignoratia, Minoritate & Vitio; quod est impossibile.

9. QUÆSTIO. *Utrùm Bonitas DEI habeat tam claram & tam inconfusam Virtutem, sicut sua Voluntas?*

Solutio. *Camera.* B. G. H. In Voluntate DEI est clara Virtus Amantis, Amabilîs & Amare sinè ulla Confusione & Privatione Bonitatis & Finîs, & hoc in tantum, quòd illa Virtus non potest esse major in Amante, Amabili & Amare & in Clarificatione omnium trium; unde sequitur de necessitate, quòd Virtus sit ita clara in Bonitate, sicut in Voluntate, ut Bonitas non sit confusa nec remota à Bonificante, Bonificabili & Bonificare, sinè quibus non posset quiescere in Fine.

10. QUÆSTIO. *Utrùm Sapientia DEI*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſciat tantum Veritatis in Bonitate, quantum in ſe ipſa?

Solutio. *Camera.* B. F. I. Sapientia DEI ſcit in ſe ipſa Veritatem diffuſam in Intellectivo, Intelligibili & Intelligere, & hoc mediante & æqualiter, ſinè quo ſcire eſſet in Sapientia Malitia & Confuſio boni & mali, quod eſſet Medium intelligendi & ignorandi, Veritatis & falſitatis, Æqualitatis & Inæqualitatis; & hoc eſt impoſſibile, quæ impoſſibilitas eſſet poſſibilitas in Bonitate, ſi Sapientia intelligeret majorem Veritatem in ſe ipſa, quàm in Bonitate, quam in illa intelligeret, ſi Bonitas non eſſet ita conditionata ſecundùm Rationem Veritatis, ſicut Sapientia.

11. QUÆSTIO. *Utrùm Voluntas DEI tantum diligat Veritatem in Bonitate DEI, quantum in ſe ipſa?*

Solutio. *Camera.* B. G. I. Voluntas DEI amat Veritatem in ſe ipſa in Amante, Amabili & Amare, Verificante, Verificabili & Verificare, & hoc æqualiter, bene, differenter & completè; ex quo ſequitur, quòd, ſi Voluntas tantum amat Veritatem in Bonitate, quantum in ſe ipſa, illam amet ſecundùm illas conditiones in Bonitate, ſecundùm quas illam amat in ſe ipſa; &, ſi illam non amaret tantum in Bonitate, quantum in ſe ipſa, non poſſet quieſcere in Fine ipſius Amare nec Bonitatis nec Veritatis; ex quo ſequeretur Malitia, Odium, Falſitas & Inæqualitas.

12. QUÆSTIO. *Utrùm Sapientia DEI ſciat tantam Gloriam in Bonitate, quantam in ſe ipſa?*

Solutio. *Camera.* B. F. K. Sapientia DEI intelligit in ſe ipſa Gloriam diffuſam in Intellectivo, Intelligibili & Intelligere ſinè Minoritate & Confuſione Intellectivi, Intelligibilîs & Intelligere, ita, quòd Intelligere exiſtat glorioſum Medium inter Intellectivum Glorians, & Intelligibile Gloriabile; & ſic ſecundùm iſtas conditiones convenit, quòd Sapientia ita ſciat Gloriam in Bonitate, ſicut in ſe ipſa, ut illam non ſciat in ſe ipſa cum Minoritate & otioſitate, nec cum vacuitate Gloriantis, Gloriabilis & Gloriari; ex quo ſequitur, ſi Sapientia intelligit tantam Gloriam in Bonitate, quantam in ſe ipſa, quòd Sapientia ſciat ipſam ita conditionatam in Bonitate, ſicut in ſe ipſa; in qua Gloria non poſſet Sapientia habere delectationem & quietem cum Bonitate, nec cum Inconfuſione, ſi intelligeret majorem Gloriam in ſe ipſa, quàm in Bonitate.

13. QUÆSTIO. *Utrùm Bonitas DEI habeat tantam Delectationem & Quietem in Gloria, quantam habet Voluntas?*

Solutio. *Camera.* B. G. K. Voluntas DEI habet delectationem & Quietem in Gloria, amando in Gloria Glorians, Gloriabile & Gloriari bene, differenter & completè ſinè Minoritate, cum qua Minoritate Voluntas amaret Gloriam in Bonitate & in ſe ipſa, ſi non ſic amaret conditiones Gloriæ in Bonitate, ſicut in ſe ipſa: ex qua Minoritate ſequeretur Malitia in Bonitate, & Confuſio in Differentia, & Odium in Voluntate, ac Defectus Finîs, & Majoritas Minoritatis; & omnia iſta ſunt impoſſibilia in DEO.

14. QUÆSTIO. *Quid eſt Magnitudo Æternitatis in Sapientia?*

Solutio. *Camera.* C. D. F. Magnitudo Æternitatis in Sapientia eſt, quòd Sapientia in Æternitate intelligat eſſentiale Æternans, Æternabile & Æternare infinita in Concordantia ſinè Contrarietate, Æternare ſic exiſtente in Medio Æternantis & Æternabilîs, ſicut Intelligere in Medio Intellectivi & Intelligibilîs; igitur Magnitudo Æternitatis in Sapientia eſt id, quod diximus: & ſi hoc non eſſet ita, eſſet Magnitudo Æternitatis in Sapientia contrarium hujus, quod diximus; quod contrarium eſt impoſſibile.

15. QUÆSTIO. *De quo eſt Magnitudo Voluntatis in Æternitate?*

Solutio. *Camera.* C. D. G. Magnitudo Voluntatis in Æternitate eſt de Amante & Æternante, de Amabili & Æternabili, de Amare & Æternare, & hoc infinitè, concordanter & perfectè ſinè omni Contrarietate.

16. QUÆSTIO. *Quare Magnitudo & Poteſtas DEI habent Concordantiam cum Sapientia?*

Solutio. *Camera.* C. E. F. Ratio, quare Magnitudo & Poteſtas habent Concordantiam cum Sapientia, eſt, ut quælibet earum remaneat realis Ratio, ita, quòd Magnitudo ſit id, per quod Poteſtas & Sapientia ſunt magnæ: & quòd Poteſtas ſit id, per quod in Magnitudine eſt Poteſtas Magnificantis, Magnificabilîs & Magnificare, & in Sapientia Poteſtas Intellectivi, Intelligibilîs & Intelligere, & hoc concordanter in Unitate omnium trium: & principianter in Principiante, Principiabili & Principiare, & mediante exiſtente Concordare in Medio Con-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Concordantis & Concordabilîs, & Principiare in Medio Principiantis & Principiabilîs, & Intelligere in Medio Intellectivi & Intelligibilîs,& hoc idem de Possificare & Magnificare; & necessariò convenit, quòd hæc Concordantia sit, quia de contrario sequeretur Discordantia.

17. QUÆSTIO. *Quare Voluntas DEI amat Magnitudinem Potestatis?*

Solutio. *Camera.* C. E. G. Voluntas DEI ideo amat Magnitudinem Potestatis, ut habeat infinitam Potestatem in Amare Amantis & Amabilîs, & ut Voluntas possit amare & habere istam Potestatem, amat in Potestate infinitam Magnitudinem Potestatis diffusæ in Possificante, Possificabili & Possificare infinitè & concordanter, possificanter, principianter, medianter, amanter & cum omni Perfectione.

18. QUÆSTIO. *Quæ est ratio, quare Sapientia DEI non intelligat & sua Voluntas non amet Quantitatem in sua Magnitudine?*

Solutio. *Camera.* C. F. G. Ratio, quare Sapientia DEI nescit, nec Voluntas amat Quantitatem in Magnitudine DEI, est, quia in Magnitudine DEI est intellectum & amatum infinitum Magnificare, Intelligere & Amare, Concordare & Complere, quæ existunt in Medio infiniti Magnificantis & Magnificabilîs, Concordantis & Concordabilîs, Intellectivi & Intelligibilîs, Amantis & Amabilîs, Perfectivi & Perfectibilîs.

19. QUÆSTIO. *Quæ est ratio, quòd Sapientia DEI nesciat Tempus in sua Magnitudine & Virtute?*

Solutio. *Camera.* C. F. H. Ratio, quare Sapientia nescit Tempus in sua Magnitudine & Virtute, est, quia in Magnitudine & Virtute scit Æternitatem Magnificantis, Magnificabilîs & Magnificare, Concordantis, Concordabilîs & Concordare, Intelligentis, Intelligibilîs & Intelligere, Virtuificantis, Virtuificabilîs & Virtuificare, existente Æternare in Medio Æternantis & Æternabilîs, & repræsentante Majoritate humano Intellectui majus scire, quod Sapientia DEI potest habere de Æternitate.

20. QUÆSTIO. *In qua Magnitudine existit tam magna Virtus, sicut in Voluntate DEI?*

Solutio. *Camera.* C.G.H. Ad hanc Quæstionem respondetur per negationem, videlicet, quòd sit nulla Magnitudo, in qua Voluntas habeat tam magnam Virtutem, sicut Voluntas DEI habet in sua Magnitudine, in qua habet Virtutem amandi, infiniendi & magnificandi de infinito Magnificante & Magnificabili, sicut habet Virtutem amandi infinitum Amans & Amabile, & hoc concordanter, virtuosè & perfectè sinè Majoritate, quæ in illa non potest recipi, ut in illa non sit cum Minoritate, & ut non sint plures Dii, quàm unus tantùm.

21. QUÆSTIO. *Quid est Æqualitas Magnitudinis & Sapientiæ in DEO?*

Solutio. *Camera.* C. F. I. Æqualitas Magnitudinis & Sapientiæ in DEO est, quòd ita in Magnitudine sit Magnificativum, Magnificabile & Magnificare, sicut Sapientia scit in se ipsa Intellectivum, Intelligibile & Intelligere, in qua Magnitudine sciat tantam Concordantiam Veritatis & Æqualitatis, quantam scit in se ipsa, & quòd in Magnitudine sciat infinitum Medium Magnificantis & Magnificabilîs, sicut in se ipsa intelligit Intelligere infinitè intellectum.

22. QUÆSTIO. *Quæ est ratio, quòd in Voluntate DEI Magnitudo & Veritas sint sinè Loco?*

Solutio. *Camera.* C. G. I. Ratio, quare Magnitudo & Veritas sunt in Voluntate sinè Loco, est, quia Voluntas existit infinita in Amante, Amabili & Amare sub Ratione Magnitudinis, in qua Veritas ponit in vero infinitum Magnificans, Magnificabile & Magnificare; & illud Verum est infinitum & perfectum in Verificante, Verificabili & Verificare.

23. QUÆSTIO. *Quomodo Magnitudo Gloriæ in DEO est in Sapientia?*

Solutio. *Camera.* C. F. K. Magnitudo Gloriæ in Sapientia est in Gloriante, Gloriabili & Gloriari, in quibus Sapientia intelligat infinitam Magnitudinem omnium trium; ista Magnitudo Gloriæ est in Sapientia secundùm Modum realium Rationum, unâ existente in altera multiplicando Divinas Personas cum Delectatione, Magnificatione, Concordantia & glorioso Medio sinè ulla Minoritate & Ignorantia.

24. QUÆSTIO. *Cum quo Voluntas in DEO est in Magnitudine sinè Minoritate?*

Solutio. *Camera.* C.G.K. Voluntas DEI est in Magnitudine sinè Minoritate cum infinito Amare, quod in Magnitudine amat Infinitatem Magnificantis, Magnificabilîs & Magnificare, quæ sunt amabilia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

magnificanter, concordanter, perfectè & gloriosè sinè omni Minoritate, quæ in illa non potest esse.

25. QUÆSTIO. *De quo potest Potestas DEI tantum in Æternitate, quantum in Sapientia?*

Solutio. *Camera.* D. E. F. Potestas DEI potest tantum de Æternitate in Æternitate, quantum de Sapientia in Sapientia, hoc est, quòd Æternans, quod est Potestas, potest de se ipso Æternabile & Æternare, sicut in Sapientia, in qua Potestas est Intellectivum, quod potest de se ipso Intelligibile & Intelligere sinè Contrarietate, quæ ibi non potest resistere, quia Possificare est Medium Principiantis & Principiabilîs, Possificantis & Possificabilîs, & hoc intelligitur æternaliter.

26. QUÆSTIO. *Quare Voluntas DEI amat Durationem Potestatis?*

Solutio. *Camera.* D. E. G. Ratio, quare Voluntas DEI amat Durationem Potestatis, est, ut suum Amare possit habere Perfectionem in Æternare, Principiare, Possificare & Perficere sinè interventu Contrarietatis.

27. QUÆSTIO. *Qualis Finis Æternitatis tantum amatur, quantum Finis Sapientiæ?*

Solutio. *Camera.* D. F. G. Ille Finis Æternitatis, qui tantum amatur, quantum Finis Sapientiæ, est Finis Æternitatis Æternantis & Æternabilîs, ut tantum ametur, quantum Finis Sapientiæ, qui est Intellectivi, Intelligibilîs & Intelligere; & ideo Amare est in Medio Finîs Æternitatis & Sapientiæ.

28. QUÆSTIO. *Quæ est major Virtus, quam Sapientia DEI potest scire de Æternitate?*

Solutio. *Camera.* D. F. H. Major Virtus, quam Sapientia DEI potest scire de Æternitate, est, quòd sciat Virtutem diffusam in Æternitate Æternantis, Æternabilîs & Æternare, sicut illam scit in se ipsa de Intellectivo, Intelligibili & Intelligere sinè Contrarietate, & cum Medio Æternitatis & suî ipsius virtuosè.

29. QUÆSTIO. *De quo satisfacit Æternitas in DEO Voluntati, ita, quòd habeat in se ipsa Amans, Amabile & Amare sinè Tempore?*

Solutio. *Camera.* D. G. H. Illud, de quo Æternitas satisfacit Voluntati, quòd sit sinè Tempore, est de Æternante Amante, Æternabili Amabili, Æternare & Amare; & ideo non potest Contrarietas ibi ponere Tempus, quia resistunt Amare & Perficere, quæ ibi virtuosè existunt sinè Minoritate.

30. QUÆSTIO. *De quo est in DEO Æqualitas Æternitatis & Sapientiæ?*

Solutio. *Camera.* D. F. I. Æqualitas Æternitatis & Sapientiæ est de Æternativo & Intellectivo, Æternabili & Intelligibili, Æternare & Intelligere, & quòd in Æternitate Æternare sit ita æquale Medium Æternativi & Æternabilîs, sicut Intelligere in Sapientia DEI Intellectivi & Intelligibilîs, & quòd Veritas hoc ponat in vero, ita, quòd Contrarietas ibi non possit contrariari nec consistere.

31. QUÆSTIO. *Qualis Æqualitas est Æternitas, Voluntas & Veritas?*

Solutio. *Camera.* D. G. I. Illa Æqualitas, in qua amatur & verificatur Finis Æternantis, Æternabilîs & Æternare sinè aliqua Contrarietate, est Æternitas, Voluntas & Veritas.

32. QUÆSTIO. *Quomodo Æternitas & Sapientia habent Gloriam in DEO?*

Solutio. *Camera.* D. F. K. Modus, secundùm quem Æternitas & Sapientia habent Gloriam, est, quòd Sapientia intelligat in Gloria, & Æternitas faciat durare in Gloria Glorians, Gloriabile & Gloriari, ita, quòd cum Gloria remaneant unámet Essentia & Natura, & quòd Glorians in Æternitate & in Sapientia sit Æternans & Intelligens, & quòd Gloriabile ibi sit Æternabile & Intelligibile, & Gloriari sit Medium Æternantis & Æternabilîs, Intellectivi & Intelligibilîs, Gloriantis & Gloriabilîs, & hoc in tantum, quòd nec Contrarietas nec Minoritas ibi possint intrare.

33. QUÆSTIO. *Cum quo Æternitas & Voluntas habent Gloriam in DEO?*

Solutio. *Camera.* D. G. K. Æternitas & Voluntas habent Gloriam cum suis realibus Rationibus, ita, quòd Æternitas sit id, cum quo in Voluntate durant Amans, Amabile & Amare, & quòd Voluntas sit id, cum quo in Æternitate sunt amabilia Æternans, Æternabile & Æternare, & hoc in tantum, quòd Æternitas habeat quietem sinè Contrarietate & Minoritate in Fine Voluntatis & Finis Æternitatis in ipsa Voluntate.

34. QUÆSTIO. *Quare potest in DEO Sapientia in Voluntate, & Voluntas in Sapientia?*

Solutio. *Camera.* E. F. G. Ratio hujus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

jus Quæstionis est, ut Potestas possit remanere in sua Definitione, in qua non posset remanere, si Sapientia non posset intellige-re Voluntatem, nec Voluntas amare Sapientiam sub Ratione Potestatis; quia id, per quod Sapientia potest scire Voluntatem, & Voluntas amare Sapientiam, non esset Potestas nec de sua Essentia & Natura, nec Sapientia posset scire, nec Voluntas amare in Potestate Possificans, Possificabile & Possificare, nec essentiale Principians, Principiabile & Principiare, nec Medium Infinientis & Infinibilîs, Intellectivi & Intelligibilîs, Amantis & Amabilîs; & hoc est impossibile.

35. QUÆSTIO. *Quare Potestas, Sapientia & Virtus sunt Principia in DEO?*

Solutio. *Camera.* E.F.H. Ratio hujus Quæstionis est, quia in Sapientia est Intellectivum, Intelligibile & Intelligere, & omnia tria sunt personalia Principia, & remanent unum Principium in Essentia & Natura; & quia Potestas & Virtus sunt unum idem cum Sapientia, sequitur idem de ipsis, quod sequitur de Sapientia in Principiante, Principiabili & Principiare, ut Sapientia non sit major, quàm Virtus, & ut Potestas non habeat majus Medium inter Intellectivum & Intelligibile, quàm inter Possificans & Possificabile, Virtuificans & Virtuificabile.

36. QUÆSTIO. *Quare Potestas DEI potest in sua Sapientia & Voluntate sinè Quantitate?*

Solutio. *Camera.* E.F.G. Ratio hujus Quæstionis est, quia Potestas, Sapientia & Voluntas sunt unum idem numero, & quia Sapientia scit, & Voluntas amat Potestatem infinitam in Possificante, Possificabili & Possificare, sicut Sapientia scit se ipsam infinitam in Intellectivo, Intelligibili & Intelligere, & Voluntas amat se ipsam infinitam in Amante, Amabili & Amare; & ideo non permittit Finis cujuslibet ipsarum, quòd Quantitas ibi ponat principiare, nec per ullum Medium ibi possit intrare.

37. QUÆSTIO. *Quare in DEO Potestas, Sapientia & Veritas possunt existere alia in alia sinè Loco?*

Solutio. *Camera.* E.F.I. Ratio hujus Quæstionis est, quia in Potestate Principiabile est de infinito Principiante, in quo Principiare est infinitum Medium amborum, & hoc scit Sapientia in se ipsa, & Veritas hoc verificat, Sapientiâ & Veritate existentibus unum idem numero cum Potestate & Principio, ut in eorum Æqualitate Finis Concordantiæ possit habere quietem.

38. QUÆSTIO. *Quare possunt in DEO Potestas & Voluntas esse æquales?*

Solutio. *Camera.* E.G.I. Ratio hujus Quæstionis est, quia sunt cum Æqualitate Possificandi & Amandi, Possificantis & Amabilîs, Amantis & Possificabilîs, Principiantis, Principiabilîs & Principiare, Infinientis, Infinibilîs & Infinire, ita, quòd Veritas ponat hanc Æqualitatem in vero.

39. QUÆSTIO. *Quomodo in DEO Potestas & Gloria sunt remotæ à Minoritate?*

Solutio. *Camera.* E.F.K. Ratio hujus Quæstionis est secundùm Modum intelligendi & principiandi, quia Sapientia, quæ est Potestas & Gloria, habet infinitum Intelligere, quod est Medium inter infinitum Intellectivum & Intelligibile, & Principium, quod est unum idem cum Sapientia, sequitur illum Modum in Potestate & in Gloria, quem sequitur in Sapientia, Principiante Intellectivo de se ipso Intelligibile, & de ambobus principiatur Intelligere; & ideo Potestas & Gloria habent Modum, quòd sint remotæ à Minoritate.

40. QUÆSTIO. *Cum quo Potestas & Gloria in DEO sunt Voluntas?*

Solutio. *Camera.* E. G. K. Illud, cum quo Potestas & Gloria sunt Voluntas, est Finis cujuslibet ipsarum, in quo habent quietem in existendo Voluntas, & Voluntas habet quietem in existendo Potestas & Gloria; & ideo Minoritas non potest principiare nec existere in Potestate, Gloria & Voluntate DEI.

41. QUÆSTIO. *Qualis est illa Virtus, quæ est in Sapientia & in Voluntate sinè Quantitate?*

Solutio. *Camera.* F.G.H. Ad hanc Quæstionem respondemus, quòd illa Virtus, quam Voluntas amat, & Sapientia scit in majori Medio & Fine, quàm aliam Virtutem, sit Virtus sinè Quantitate in scire & amare; & hæc Virtus est Virtus DEI tantùm.

42. QUÆSTIO. *In quo Medio est Virtus sinè Tempore & sinè Loco?*

Solutio. *Camera.* F.H.I. In illo Medio est Virtus sinè Tempore & sinè Loco, quod Mediũ est Intelligere de Infinito Intellectivo & Intelligibili, Virtuificativo & Virtuificabili, Verificativo & Verificabili, Æqualificativo & Æqualificabili; & ratio hu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

jus eſt, quia in illo Medio eſt major Virtus, quàm Tempus & Locus, quia eſt de infinitis rebus.

43. QUÆSTIO. *In quo Fine eſt Virtus ſinè Tempore & Loco?*

Solutio. *Camera.* G. H. I. Virtus eſt ſinè Tempore & ſinè Loco in illo Fine, qui eſt Finis omnium aliorum Finium, & in quo Voluntas amat Æqualitatem Infinientis, Infinibilîs & Infinire, ſicut in ſe ipſa amat Æqualitatem Amantis, Amabilîs & Amare, & in quo Veritas hoc ponit in vero.

44. QUÆSTIO. *Secundùm quem Modum verificat Veritas Gloriam in Sapientia DEI?*

Solutio. *Camera.* F. I. K. Secundùm Modum Intelligentis, Intelligibilîs & Intelligere, quem Sapientia habet in ſe, (quem Modum Veritas ponit in vero) habet Veritas Modum verificandi Gloriam in Sapientia, Veritate ponente in vero Gloriam in Sapientia objectivè, Sapientiâ intelligente Veritatem Gloriantis, Gloriabilîs & Gloriari, in qua ita ſcit Æqualitatem ſinè Minoritate Gloriantis, Gloriabilîs & Gloriari, ſicut in ſe ipſa Intellectivi, Intelligibilîs & Intelligere; hoc idem ſequitur de Gloriari & de Intelligere, quæ ſunt æquale Medium Verificantis & Verificabilîs.

45. QUÆSTIO. *Cum quo ſunt in DEO Voluntas & Gloria ſinè Minoritate?*

Solutio. *Camera.* G. I. K. Voluntas & Gloria DEI ſunt ſinè Minoritate cum Æqualitate diffuſa in Amante, Amabili & Amare, Infiniente, Infinibili & Infinire, Gloriante, Gloriabili & Gloriari, quam Æqualitatem Veritas ponit in vero cum Æqualitate Verificantis, Verificabilîs & Verificare.

INCIPIT DISTINCTIO III. QUÆ EST De Quæſtionibus.

HÆc Diſtinctio dividitur in *Duas Partes: prima* Pars eſt *de decem Quæſtionibus*, quibus applicamus decem Regulas ſecundùm proceſſum & modum, quem tenuimus in Quæſtione, in qua probavimus, quòd DEUS ſit.

Prima Quæſtio quærit *de Productione in DEO.*

Secunda Quæſtio eſt *de Incarnatione.*

Tertia Quæſtio eſt *de Creatione.*

Quarta Quæſtio eſt: *utrùm ſit Angelus?*

Quinta Quæſtio eſt: *utrùm ſit Sacramentum Altaris?*

Sexta Quæſtio eſt: *utrùm ſit Originale Peccatum?*

Septima Quæſtio eſt *de Prædeſtinatione & Libero Arbitrio.*

Octava Quæſtio eſt *de Reſurrectione.*

Nona Quæſtio eſt *de Paradiſo.*

Decima Quæſtio eſt *de Inferno.*

Quælibet harum Quæſtionum habet *ducentos Paragraphos*, qui ſunt *univerſalia omnibus particularibus quæſitis ſecundùm eum Modum, quem nos proponimus tenere in iſtis decem Quæſtionibus*, & ſecundùm Doctrinam, quam dedimus in Tertia & in Quarta Figura; *& iſte Modus inquirendi & probandi eſt altiſſimus & perfectiſſimus Modus, quem poſſimus conſiderare, & eſt ille, per quem poſſumus habere majorem cognitionem de rebus.*

Secunda Pars hujus Diſtinctionis eſt *de Mille Quæſtionibus*, quas breviter proponimus tractare, quarum ſolutionem interdum facimus ſecundùm Definitiones & Textus illarum, & aliquando ſecundùm Tertiam & Quartam Figuram, & quandoque ſecundùm Regulas aut ſecundùm Modum, quem tenuimus in *quadraginta quinque Quæſtionibus*, quæ exiſtunt ſub Rubrica *de Explicitè.*

Cum his mille Quæſtionibus proponimus quærere de *tribus*, videlicet de *DEO*, de *Angelo*, & de *Homine*, & de illis, quæ pertinent ad hæc tria.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

PARS I.

De Decem Quæstionibus.

QUÆSTIO I.

De Productione in DEO.

PRIMA QUÆSTIO B.

Utrùm in DEO sit Productio?

SOLUTIO. *Camera.* B.C.E.

1. IN DEO Bonitas, Magnitudo & Potestas sunt unum idem numero, & ideo ratione Existentiæ non potest in illo esse Multiplicatio; nam, postquam Bonitas est, non potest producere se ipsam, & hoc idem de Magnitudine & Potestate; sed, ut remaneant reales & inconfusæ Rationes, & ut earum Definitiones sint veræ, convenit, quòd sit Productio in Multiplicatione Personarum, ita, quòd Bonitas possit esse Ratio Bono, quòd producat Bonum, & quòd Magnitudo sit Ratio Bonitati & Potestati, quòd sint magnæ existendo & agendo, & quòd Potestas sit Ratio Bonitati & Magnitudini, quòd possint existere & agere; & quia nihil istorum posset esse sinè Productione, est necessarium, quòd in DEO sit Productio.

2. B.C.T.B. Convenit, quòd in DEO sit Productio, ut sua Bonitas & Magnitudo non sint vacuæ, & ut quælibet habeat in se ipsa Claritatem sinè Confusione; & convenit, quòd hæc Perfectio Claritatis & Inconfusionis sit in Bonitate de Bonificante, Bonificabili & Bonificare, & in Magnitudine de Magnificante, Magnificabili & Magnificare, quæ Perfectio non posset esse sinè Productione Personarum distinctarum in numero, ut illa Productio sit clara & non confusa, bona & magna.

3. B.C.T.C. Sinè Productione non posset in DEO esse Multiplicatio Personarum, & sinè Multiplicatione non posset in DEO esse Concordantia Bonitatis & Magnitudinis, cùm in DEO Bonitas & Magnitudo sint unum idem numero; &, quia Concordantia non potest esse sinè Pluralitate rerum, convenit, quòd in DEO sit Productio, ut in Bonitate & Magnitudine sit Concordantia, sinè qua essent vacuæ Concordativo, Concordabili & Concordare, ita, quòd Bonitas non esset Ratio Bono, quòd ageret magnum Bonum cum Concordantia, nec similiter Magnitudo Magno; quod est impossibile.

4. B.C.T.E. In DEO Bonitas & Magnitudo non possunt principiare se ipsas, postquam jam sunt, nec est aliquid superius illis, quod ipsis possit dare Principium; &, quia DEUS est bonum & magnum Principium, sequitur secundùm naturam Bonitatis & Magnitudinis, quòd DEUS habeat in se ipso proprium essentiale & naturale Principians, quod de se ipso principiet proprium essentiale & naturale Principiabile, & quòd ab ambobus sit principiatum Principiare: & hoc convenit necessariò ita esse, ut in Bonitate non sit Parvitas, nec in Magnitudine Malitia Privationis Principiantis, Principiabilis & Principiare; igitur est Productio in Bonitate & in Magnitudine DEI, sinè qua non possent existere in Principiante, Principiabili & Principiare bonificanter nec magnificanter.

5. B.E.T.B. Sinè Productione non haberet Bonitas DEI Potestatem, quòd esset Ratio Bono, quòd ageret Bonum, nec Potestas esset bona in Possificante, Possificabili & Possificare, nec Differentia poneret Claritatem in Bonitate Bonificantis, Bonificabilis & Bonificare, nec in Potestate Possificantis, Possificabilis & Possificare: & de illa Privatione Claritatis sequeretur Confusio in Bonitate & Potestate, & Otiositas, Malitia & Impotentia; & hoc est impossibile.

6. B.E.T.C. Si in DEO est Productio, potest in Potestate esse Concordans, Concordabile & Concordare, ita, quòd Potestas sit plena Concordantiâ in omnibus tribus, quæ Plenitudo est bona; sed in Privatione Concordantiæ sequeretur Vacuitas Potestatis, quæ Vacuitas esset malum, quod malum non potest esse in Potestate DEI; in ipsa igitur est Concordantia Concordantis, Concordabilis & Concordare, quæ non posset esse sinè Productione Concordabilis & Concordare.

7. B.E.T.E. Potestas DEI non potest principiare se ipsam secundùm modum Existentiæ, nec similiter sua Bonitas; sed, ut Potestas possit principiare, & ut possit esse ita bona & potens in existendo, sicut in agendo, sequitur de necessitate, quòd principiet Principiabile & Principiare; quod Principium non posset esse sinè Productione Principiabilis & Principiare.

8. B.T.B.C. In Bonitate DEI non potest esse Claritas sinè Concordantia Bonificantis, Bonificabilis & Bonificare, nec in Bonitate DEI potest esse Concordantia Concordantis, Concordabilis & Concordare sinè Differentia Bonificantis, Bonificabilis & Bonifi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nificare; & ideo, ut in Bonitate sit Claritas & Concordantia, convenit, quòd in ipsa sit Productio, ut sit clara & concordans Ratio Bono, quòd producat Bonum.

9. B. T. B. E. Claritas non potest esse in Bonitate DEI Ratio Bono, quòd agat Bonum, nisi Bonitas sit diffusa in Principiante, Principiabili & Principiare, in quibus Differentia ponat Distinctionem unius ab altero, ita, quòd unum non sit aliud personaliter, ut non sit Confusio illorum nec malum; &, quia Bonitas est Ratio Bono, quòd agat Bonum de se ipsa sinè Confusione & malitia, necessariò convenit, quòd in illa sit Productio Principiantis, Principiabilîs & Principiare.

10. B. T. C. E. Si in DEO non esset Productio, non posset esse in Bonitate DEI Concordantia Principiantis, Principiabilîs & Principiare, cujus Privatio esset malum & implicaret Contrarietatem in Bonitate, ita, quòd Bonitas non esset Ratio Bono, quòd produceret Bonum de se ipsa nec cum Concordantia; & hoc est impossibile.

11. C. E. T. B. In DEO non esset Magnitudo in Potestate sinè Differentia Possificantis, Possificabilîs & Possificare, nec Potestas esset Ratio Magnitudini, quòd posset esse magna in existendo & agendo, quia non posset de se ipsa aliquid magnificare, nec Potestas de se ipsa possificare; igitur est Differentia, ut quælibet Rationum possit remanere, & per consequens est Productio, sinè qua non posset esse Differentia.

12. C. E. T. C. Sinè Productione non posset esse Concordantia in Magnitudine & in Potestate DEI, quia Potestas non posset esse magna sub Ratione Magnitudinis, nec Magnitudo potens sub Ratione Potestatis, cùm essentialiter sint unum idem numero; &, quia est necessarium, quòd in Magnitudine & Potestate sit Concordantia Suppositorum, in quibus possit concordare, & in quibus Rationes possint remanere reales, est Productio, ut sit Concordantia, & ut Magnitudo possit sic infinitè agere, sicut existere.

13. C. E. T. E. Sinè Productione in DEO non posset Potestas principiare de Magnitudine infinitum Principiabile, Magnificabile, Possificabile; ex quo sequeretur otiositas Infinitatis in Magnitudine & in Potestate, ita, quòd Potestas esset potentia infinitè vacua, & similiter Magnitudo, sinè proprio & essentiali Principiante, Principiabili & Principiare; & hoc est impossibile: unde sequitur, quòd in DEO sit Productio.

14. C. T. B. C. In Magnitudine DEI non posset esse Concordantia sinè Differentia, quia Concordantia non potest esse sinè pluribus, nec Magnitudo potest esse magna sinè Concordantia & Claritate Magnificantis, Magnificabilîs & Magnificare; igitur convenit, quòd sit Productio, sinè qua sequeretur contrarium horum.

15. C. T. B. E. Sinè Productione in DEO Magnitudo DEI non esset clara in infinito Principiante, quia Principiabile & Principiare essent finita & in Parvitate temporis & quantitatis, & Principium, quod est Suprema Causa, esset infinitum Principians sinè tempore & sinè quantitate; ex quo sequeretur Confusio & contradictio in natura Magnitudinis & Principii: igitur in DEO est Productio.

16. C. T. C. E. Sinè Productione Magnitudo non haberet magnam Concordantiam in Principio, nec Principium esset magnum in Concordantia, nec Concordantia esset Principium in Magnitudine; ex quo sequeretur, quòd Contrarietas privaret Concordantiam Magnitudinis & Principii, & Magnitudinem & Principium Concordantiæ, quæ Privatio est impossibilis: igitur est contrarium hujus Privationis, si in DEO est Productio.

17. E. T. B. C. Sinè Productione Potestas DEI non posset esse clara in Concordantia; quia, si in DEO non esset Productio, non posset de se ipso aliquid concordare, & esset infinitus in Possificante Concordante, & finitus in Possificabili Concordabili: ex quo sequeretur Confusio Potestatis in Concordantia, & Concordantiæ in Potestate: igitur est Productio, ut illa Confusio sit impossibilis.

18. E. T. B. E. Sinè Productione Potestas DEI non posset esse clara sinè Confusione in Principio; quia, si non esset Productio, non produceret aliquid de sua Essentia, quia de illa Essentia non principiaret aliquid; igitur Principium esset in illa Potestate confusum, ita, quòd Differentia ibi non clarificaret essentiale Principians, Principiabile & Principiare, nec in Principio clarificaret essentiale Possificans, Possificabile & Possificare: igitur est Productio, ut non sequatur Confusio, quam diximus.

19. E. T. C. E. Si in DEO non esset Productio, non posset sua Potestas tantum principiare

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cipiare nec concordare in se ipsa & de se ipsa, quantum in alia Potestate, quia non potest principiare concordare infinitum de aliqua alia Potestate, cùm nulla alia Potestas sit infinita, nisi Potestas DEI tantùm: igitur DEUS esset sinè Productione cum infinita Potestate in existendo; & cum finita in agendo; quod est impossibile.

20. T.B.C.E. In DEO non posset esse Concordantia nec Principium sinè Differentia, & sinè Concordantia & Principio DEUS non posset esse Concordantia nec Principium; igitur in DEO est Differentia, ut DEUS possit esse suprema Concordantia & Principium: hanc Supremitatem DEUS non posset habere, si in eo non esset Concordantia & Principium, nec possent esse in eo Concordantia & Principium sinè Productione Concordabilîs & Concordare, Principiabilîs & Principiare: igitur necessariò est in DEO Productio, ut suæ Dignitates sint æquales in existendo & agendo.

SECUNDA QUÆSTIO. C.

Quid est Productio in DEO?

SOLUTIO. *Camera.* C.E.F.

1. IN Sapientia DEI est Intelligere, quod sequitur de Intellectivo & Intelligibili, & Intellectivum sub Ratione magnæ Potestatis est Generativum, & Intelligibile est Generabile; unde sequitur, quòd in Intelligere sit Spirabile de ambobus; omnia ista tria sunt Productio, quæ est in DEO generando &spirando, & quodlibet est objectabile sibímet & alteri sub Ratione Sapientiæ; sed Productio est id, quod sequitur per Objectationem generando & spirando, ut Potestas possit esse ita magna, & Magnitudo ita potens sub Ratione Generationis & Spirationis, sicut sub Ratione Objectationis.

2. C.E.T.C. In Concordantia DEI est Concordare, quod sequitur de Concordativo & Concordabili; & quia in DEO Magnitudo, Potestas & Concordantia sunt unum idem numero, sequitur eadem Trinitas Numeri in Magnitudine & Potestate, quæ sequitur in Concordantia, & secundùm illum eundem modum; igitur in Magnitudine est ternarius Numerus de Magnificante, Magnificabili & Magnificare; & similiter in Potestate de Possificante Possificabili & Possificare; & propter magnam Potestatem Concordantiæ sequitur una Unitas Numeri de Magnificativo Possificativo Concordativo, & alia de Magnificabili Possificabili Concordabili, & de his ambobus Numeris sequitur Unus Numerus Generationis, unde spiratur alius Numerus in Magnificare Possificare & Concordare; & ista est Productio, quæ est in Trinitate Personarum.

3. C.E.T.E. In Principio est Principiare de Principiante & Principiabili; &, ut Principians habeat magnam Potestatem in principiando Principiabile, principiat illud sub Ratione Generationis, generando illud de se ipso, quia de nulla alia natura posset illud ita magnum principiare; igitur Productio est Generatio, & de ambobus sequitur Principiare, in quo est Productio spirandi, quia de nullo alio posset esse tam magnum Spirare.

4. C.E.T.F. MagnitudoMedii est, quòd Possificare sit Medium in Potestate Possificantis & Possificabilîs, & hoc per viam Generationis & Spirationis, sinè quibus Medium non posset esse infinitum in Magnitudine Potestatis: igitur est Productio omnium trium.

5. C.F.T.C. In Sapientia est ternarius Numerus, videlicet Intellectivum, Intelligibile & Intelligere, & iste Numerus est infinitè magnus in Concordantia; & per Magnitudinem Concordantiæ sequitur, quòd sub Ratione Sapientiæ objectivè sit Productio in Magnificante, Magnificabili & Magnificare, Concordante, Concordabili & Concordare: & per Magnitudinem & Concordantiam Objectationis sequitur, quòd Productio sit propria Proprietas Paternalis, Filialis & Spirabilis, sinè quibus tribus Proprietatibus non possent Potestas & Concordantia sufficere Objectationi Sapientiæ.

6. C.F.T.E. Convenit, quòd in Productione Pater sit Principians Principium, & Filius Principiabile Principium, & Sanctus Spiritus Spirabile Principium; & hujus ratio est, ut Sapientia habeat Magnitudinem Objectationis in Productione, quæ non posset esse magna sinè Magnitudine objectandi & principiandi.

7. C.F.T.F. Convenit, quòd Productio, quæ est in DEO, sit secundùm Magnitudinem Medii existentis infiniti inter Magnificans & Magnificabile, Intellectivum & Intelligibile; istud infinitum Medium non posset esse sinè Generare & Spirare, ut remaneant reales Rationes & Unitas Essentiæ & Naturæ, & ut sit unus DEUS ita magnus per agere, sicut per existere.

C.T.C.E.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

8. C. T. C. E. Convenit, quòd Productio, quæ eſt in DEO, ſit id, per quod Magnitudo & Principium poſſunt infinitè concordare; iſta infinita Concordantia non poſſet eſſe ſinè Generare & Spirare, ita, quòd infinitum Magnificativum de ſe ipſo generet & principiet infinitum Magnificabile, & quòd de ambobus ſpiretur & principietur infinitum Spirabile, & quòd Concordantia ipſa tria concordet in exiſtendo una Magnitudo, unum Principium, unus DEUS tantùm.

9. C. T. C. F. Productio DEI eſt id, per quod Magnitudo DEI habet magnum Medium in Concordantia; quod magnum Medium non poſſet habere ſinè Generare & Spirare: quia majus Medium, quod poſſit eſſe in Concordantia, eſt Generare, quod ſit Magnificativum & Magnificabile, & Spirare amborum, quod ſit Spirabile.

10. C. T. E. F. Convenit, quòd Productio DEI ſit id, per quod Magnitudo Medii eſt infinitè in Principio, quæ Magnitudo Medii non poſſet eſſe in infinito Principio ſinè Generatione & Spiratione, quia per Generare poteſt infinitum Principiare eſſe Medium inter Generans & Generabile, in quo Generare remaneant una Eſſentia, una Natura, unum Principium, unus DEUS, ita, quòd Productio ſit de Generativa & Generabili Potentia; & idem ſequitur de Spiratione ſpirata de ambobus.

11. E. F. T. C. Productio DEI eſt id, per quod Sapientia ſcit Concordantiam Poteſtatis, ita, quòd Poteſtas poſſit de ſe ipſa Poſſificabile, & quòd de ambobus poſſit Poſſificare Concordare Poſſificans & Poſſificabile in generando & ſpirando, & hoc in tantum, quòd Sapientia non poſſit ſcire majorem Concordantiã in ſe ipſa nec in Poteſtate.

12. E. F. T. E. Si Productio DEI non eſſet Generatio, non poſſet Sapientia in Poteſtate ſcire eſſentiale Principium diffuſum in Principiante, Principiabili & Principiare, quia Principiabile & Principiare non poſſent eſſe de Eſſentia Principiativi, ſi Principiativum non principiaret de ſe ipſo Principiabile & Principiare ſub Ratione Generationis, igitur illa Productio eſt de Paternitate & Filiatione, & hoc idem ſequitur de Spiratione.

13. E. F. T. F. Id, per quod Sapientia poteſt ſcire Medium in Poteſtate DEI, ſicut poteſt illud ſcire in ſe ipſa, eſt Productio in DEO; illud Medium autem, quod Sapientia poteſt ſcire in ſe ipſa, eſt Intelligere, quod exiſtit in Medio Intellectivi & Intelligibilîs; hoc idem ſequitur de Poteſtate, in qua Poſſificare exiſtit in Medio Poſſificantis & Poſſificabilîs; igitur eſt Productio ternarii Numeri, ſinè quo non poteſt eſſe æquale Medium in Sapientia nec in Poteſtate.

14. E. T. C. E. Id, per quod in DEO Poteſtas & Principium poſſunt magìs concordare, eſt id, per quod ſunt magìs remota à Contrarietate & à Corruptione poſſificandi & principiandi; igitur convenit, quòd ſit Productio Generationis & Spirationis, quia per Generationem ſunt remota à Corruptione, & per Concordantiam à Contrarietate & à Privatione principiandi & poſſificandi.

15. E. T. C. F. Convenit, quòd illud in DEO ſit Productio, per quod poteſt eſſe Medium in majori Concordantia Poteſtatis; & illud Medium, quod poteſt eſſe in majori Concordantia Poteſtatis, eſt, quòd ſit Poſſificare de Poſſificante & Poſſificabili ſub Ratione generandi & ſpirandi.

16. E. T. E. F. Convenit, quòd Productio in DEO ſit id, per quod Poteſtas ſe meliùs poteſt communicare & dare & de ſe ipſa principiare Medium; iſta major communicatio & donatio non poſſet eſſe, ſi non eſſet Productio Generationis & Spirationis, quia per Generationem dat ſe totam Principiabili, & per Spirationem ambo dant ſe tota Medio principiabili & ſpirabili ex ambobus.

17. F. T. C. E. Convenit, quòd id ſit Productio, per quod Sapientia intelligit majorem Concordantiam in Principio; & illa major Concordantia, quam Sapientia poteſt ſcire in Principio, eſt, quòd in illo ſciat Concordantiam ſub Ratione Generationis & Spirationis principiando, generando Principiabile Generatum, & Generabile Principiatum, & quòd de ambobus ſit ſpiratum Spirabile, Principiatum Principiabile.

18. F. T. C. F. Convenit, quòd id ſit Productio in DEO, per quod Sapientia DEI ſcit majus Medium in Concordantia; & majus Medium, quod Sapientia poteſt ſcire in Concordantia, eſt, quòd ſciat Concordare, quod exiſtat in Medio Concordantis & Concordabilîs, & quod ſit de ambobus, & quòd omnia tria remaneant una Eſſentia & una Natura Concordantiæ; hanc majorem Magnitudinem Medii in Concordantia non poſſet ſcire Sapientia, ſi Productio non eſſet Generatio & Spiratio.

19. F. T. E. F. Convenit, quòd id ſit Productio in DEO, per quod Sapientia poteſt ſcire majus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

majus Medium in Principio; & majus Medium, quod Sapientia potest scire in Principio, est, quòd sciat, quòd in illo suum Intelligere sit Principiare existens in Medio Principiantis & Principiabilîs, & quòd sit de ambobus; hanc Majoritatem Medii non posset scire Sapientia sinè Generatione & Spiratione.

20. T. C. E. F. Productio in DEO est id, per quod in illo Concordantia, Principium & Medium sunt unum idem numero, per quem numerum existunt magìs remota à Contrarietate, Quantitate, Tempore & Inæqualitate; & convenit, quòd hæc remotio sit per Generationem & Spirationem, quæ sit de Unitate numeri omnium trium, videlicet Concordantiæ, Principii & Medii.

TERTIA QUÆSTIO. D.

De quo est Productio, quæ est in DEO?

SOLUTIO. *Camera.* D.B.G.

1. PRoductio, quæ est in DEO, est de illa re, secundùm quam Voluntas magìs amat suum Amare; igitur est suum Amare de Amante & Amabili, Æternante & Æternabili, Bonificante & Bonificabili; & hoc idem sequitur de Æternare & Bonificare.

2. D. B. T. D. Productio, quæ est in DEO, est de Concordantia, Æternitate & Bonitate, ut æternaliter sit magìs remota à Contrarietate, Tempore, Malitia & Otiositate Æternitatis & Bonitatis.

3. D. B. T. B. Productio, quæ est in DEO, est de Differentia, ut sit magìs remota à Confusione Æternitatis & Bonitatis; à qua Confusione est remota in hoc, quia in Æternitate Æternabile est de Æternante, & in Bonitate Bonificabile de Bonificante, & Æternare & Bonificare sunt de Æternitate & Bonitate; & ideo est Differentia remota à Confusione, Tempore & Malitia.

4. D.B.T.G. Productio in DEO est de Fine Æternitatis & Bonitatis, ut sit de majori Perfectione & Complemento, & magìs remota à Defectu Æternitatis & Bonitatis, sinè qua remotione non posset quiescere in Fine.

5. D.G.T.D. Productio, quam nos inquirimus, est de ternario numero, videlicet de Amante, Amabili & Amare, Æternante, Æternabili & Æternare, ut Productio sit magìs remota à Contrarietate numeri; quia Productio non potest esse tantum remota à Contrarietate in alio numero, sicut in ternario numero Amantis Æternantis, Amabilîs Æternabilîs, Amare & Æternare.

6. D.G.T.B. Productio in DEO est de Differentia Æternitatis diffusa in Amante, Amabili & Amare, & est de Differentia Amoris diffusa in Æternante, Æternabili & Æternare; & ideo est Productio de Differentia diffusa in ternario numero: unde sequitur, quòd in illo numero non possit multiplicari quartus, nec hi tres possint diminui, quia Differentia non extenditur ultra mensuras Æternantis, Æternabilîs & Æternare, Amantis, Amabilîs & Amare, nec ponitur in pluralitate Æternitatis & Amoris, sed conservat illas in una Essentia & Natura; sed, ut sint claræ Rationes, ponitur in Productione trium supradictorum Suppositorum.

7. D.G.T.G. Productio in DEO est de Generatione & Spiratione, ut Æternitas possit sufficere Fini Voluntatis generando, amando & æternando Amabile Æternabile, & spirando Amare & Æternare spiratum de ambobus.

8. D.T.D.B. In DEO sua Productio est de æterna Differentia, quæ est inter Patrem & Filium & Sanctum Spiritum, & omnes tres sunt de Differentia & sunt Differentia & Æternitas, ut sint magìs remoti à Confusione & Contrarietate in Æternitate.

9. D.T.D.G. Productio in DEO est de Fine Æternitatis, per quem est magìs remotus à Contrarietate, qui Finis Æternitatis est ternarius numerus de Æternante, Æternabili & Æternare, sinè quo numero Æternitas non haberet Finem, in quo posset quiescere.

10. D.T.B.G. In DEO sua Productio est de illo Fine, quem Differentia habet in Æternitate de Æternante, Æternabili & Æternare, in quibus Differentia demonstrat suam Claritatem & Claritatem Æternitatis, ut habeat Finem, in quo possit quiescere.

11. B.G.T.D. Productio in DEO est de Unitate numeri Bonitatis & Voluntatis, ut illa Productio sit magìs remota à Contrarietate & Compositione, à qua Contrarietate & Compositione est remota in hoc, quia Amabile est de Amante, quod est Forma; & ideo Productio non est de materia, quia esset de malitia, de qua non potest esse, quia Bonitas & Voluntas sunt unum idē numero.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

12. B. G. T. B. In DEO Bonitas & Voluntas ſunt claræ reales Rationes, de qua Realitate & Claritate eſt Productio, ut ſit magìs remota à Confuſione & ab otioſitate Bonitatis & Voluntatis.

13. B. G. T. G. Convenit, quòd de eo, per quod Bonitas poteſt magìs quieſcere in Bonificare, & Voluntas in Amare, & earum Finis in perficere, ſit Productio in DEO, ſequente Bonitate & Voluntate naturam & Finem, propter quem ſunt.

14. B. T. D. B. In Bonitate DEI ideo non eſt Confuſio, quia eſt unum & idem numero cum Differentia; igitur eſt Productio de Claritate Bonitatis diffuſa in Bonificante, Bonificabili & Bonificare; & ideo eſt magìs remota à ſuo contrario.

15. B. T. D. G. Productio, quæ eſt in DEO, eſt de illa Quiete, quam Bonitas habet in ſuo Fine, quam Quietem habet in Bonificare perfecto de Bonificante, Bonificabili, cui Fini Contrarietas non poteſt reſiſtere; cui reſiſteret, ſi Bonificabile non eſſet de Bonificante, & Bonificare de ambobus.

16. B. T. B. G. Productio, quam inquirimus, eſt de una Bonitate, una Differentia & de uno Fine & de Unitate omnium trium; & ideo eſt remota à Malitia, Confuſione, Defectu & Compoſitione.

17. G. T. D. B. Voluntas DEI amat in ſe ipſa Differentiam Amantis, Amabilîs & Amare, de quibus ita eſt Productio, quòd Contrarietas ibi non poteſt reſiſtere, cùm Voluntas habeat omne id, quod vult amare.

18. G. T. D. G. Voluntas vult, quòd de Fine Generationis ſit Finis Spirationis, & hoc amat Voluntas, ut in illa Productione ſit Finis de Fine, DEUS de DEO, Amare de Amante & Amabili, ita, quòd Contrarietas ibi non poſſit reſiſtere.

19. G. T. B. G. Productio in DEO eſt de Fine Differentiæ, ut Differentia poſſit magìs declarare in Voluntate Amans, Amabile & Amare, & Finem omnium trium.

20. T. D. B. G. Productio in DEO eſt de hoc, per quod Differentia eſt magìs remota à Contrarietate Finîs, & per quod Finis eſt magìs remotus à Contrarietate Differentiæ, igitur Productio Generationis & Spirationis eſt in Unitate Paternitatis, Filiationis & Spirationis.

QUARTA QUÆSTIO. E.

Quare in DEO eſt Productio?

SOLUTIO. *Camera.* E. F. B.

1. PRoductio eſt ideo in DEO, ut ſit DEUS, quia ſinè Productione non poſſet eſſe; nam convenit, quòd in DEO Poteſtas, Sapientia & Bonitas ſint tantæ per agere, quantæ per exiſtere, & quòd Sapientia tantum ſciat de Poteſtate in Bonitate, & de Bonitate in Poteſtate, quantum ſcit in ſe ipſa; ex quo ſequitur, quòd in tantum Poteſtas ſit ideo, ut ſit Poſſificans, Poſſificabile & Poſſificare (& hoc idem de Bonitate) in quantum Sapientia eſt ideo, ut ſit Intellectivum, Intelligibile & Intelligere.

2. E. F. T. E. In DEO eſt ideo Productio, ut Sapientia intelligat, quòd Poteſtas principiet de ſe ipſa Principiabile & Principiare, ſicut intelligit in ſe ipſa Principiabile & Principiare, hoc eſt, Intelligibile & Intelligere principiata de Sapientia.

3. E. F. T. F. Illud, propter quod convenit, quòd in DEO ſit Productio, neceſſariò eſt ideo, ut Sapientia poſſit ſcire in Poteſtate Poſſificare, quod ſit Medium inter Poſſificans & Poſſificabile ſinè aliquo accidente, ſicut intelligit in ſe ipſa Intelligere, quod eſt Medium inter Intellectivum & Intelligibile ſinè aliquo accidente.

4. E. F. T. B. Convenit, quòd in DEO ſit ideo Productio, ut Sapientia ſciat ſuam Poteſtatem ita claram & inconfuſam in Poſſificante, Poſſificabili & Poſſificare, quam non poſſet ſcire ſinè Diſtinctione & Productione, ſicut intelligit ſe ipſam claram & inconfuſam in Intellectivo, Intelligibili & Intelligere.

5. E. B. T. E. Sinè Productione non haberet Bonitas in DEO Poteſtatem exiſtendi Ratio Bono, quòd de ipſa principiaret Principiabile & Principiare, quæ privatio Poteſtatis eſſet privatio boni, & deſtrueret Rationem Bonitatis, & Definitionem ſuî ipſius & Principii, ex quo ſequeretur malum: igitur in DEO eſt Productio, ut in illo ſit Bonum, & non ſit malum.

6. E. B. T. F. In DEO eſt Productio ideo, ut ſua Bonitas poſſit habere æquale Medium inter Bonificans & Bonificabile; quod non poſſet habere, ſi Bonificabile non eſſet Productùm de Bonificante, & Bonificare de ambobus.

7. E. B. T. B. Sinè Productione non poſſet

(c) 2006 Ministerio de Cultura

set esse Distinctio Bonificantis, Bonificabilis & Bonificare, ex quo sequeretur, quòd Potestas non esset potens in Bonitate & de Bonitate, nec sub ratione Potestatis & Bonitatis Bonitas posset esse clara Ratio Bono, quòd ageret Bonum, ex quo sequeretur malum & Confusio & privatio Potestatis; & hoc est impossibile: igitur necessariò in DEO est Productio, ut DEUS sit hoc, quod est, & non sit hoc, quod non est.

8. E. T. E. F. In DEO est ideo Productio, ut DEUS possit principiare de DEO, & ut Principiare sit Medium de Principiante & Principiabili, & ut omnia tria ita possint esse unus DEUS, sicut sunt tria in numero Personarum; hoc autem non posset esse sinè Productione, quia inde sequeretur defectus Potestatis, Principii & Medii in DEO: igitur in DEO est Productio, ut ista inconvenientia non sequantur.

9. E. T. E. B. In DEO est Productio ideo, ut possit esse Differentia de Productivo Principiante, & de Producibili Principiabili, & de Producere Principiare, sinè qua Distinctione Potestas esset otiosa in se ipsa & de se ipsa, cùm nihil posset principiare; ex quo sequeretur, quòd esset Potestas & non Potestas, quod est contradictio: igitur est Productio, ut in DEO non sit contradictio.

10. E. T. F. B. Illud, propter quod convenit, quòd in DEO sit Productio, est ideo, ut Distinctio sit Ratio Potestati, quòd habeat Medium, sinè quo Potestas esset vacua & confusa, & non posset esse hoc, quod est; & posset esse hoc, quod est, in rebus, in quibus est clara, & non confusa, cum Medio possificantis & possificabilîs, & in se ipsa hoc non posset esse; quod est impossibile.

11. F. B. T. E. Productio ideo est in DEO, ut sciat Principium in sua Bonitate diffusum in Bonificativo, Bonificabili & Bonificare, & tale scire est bonum, & conservat Bonitati suam Rationem, & Principio suam Definitionem; igitur est Productio, ut ista sint, & ut horum contrarium non sit in DEO.

12. F. B. T. F. Convenit, quòd in DEO sit ideo Productio, ut sua Sapientia intelligat in Bonitate Medium Bonificantis & Bonificabilîs, sicut intelligit in se ipsa Medium Intellectivi & Intelligibilîs; quia, si tale Medium non intelligeret in Bonitate, intelligeret se ipsam majorem, quàm Bonitatem; quod scire esset malum.

13. F. B. T. B. Sapientia non posset scire sinè Differentia, quòd Bonitas esset Ratio Bono, quòd ageret Bonum, nec Differentia posset esse sinè Productione Bonificantis, Bonificabilîs & Bonificare: igitur Productio est ideo, ut Sapientia possit scire, quòd Bonitas sit clara Ratio Bono, quòd agat Bonum.

14. F. T. E. F. In DEO est Productio ideo, ut sua Sapientia intelligat Principiare, quod sit Medium inter Principians & Principiabile; nam intelligente Sapientiâ istud Principiare non potest ignorare, nec Principiare potest devenire in privationem, in quam privationē posset devenire sinè Productione Principiantis, Principiabilîs & Principiare.

15. F. T. E. B. Ratio, propter quam convenit, quòd in DEO sit Productio, est, ut Sapientia possit habere clarum Intelligere principiatum de Intellectivo & Intelligibili, quod clarum Intelligere non posset habere sinè propria & essentiali Productione, in qua suum Intelligere sit ita clarum & ita extensum Principium sub Ratione Intelligibilitatis & Principiabilitatis, sicut sub Ratione Intellectivitatis & Principiativitatis.

16. F. T. F. B. In DEO est Productio ideo, ut sua Sapientia intelligat in Differentia Medium Differentiativi & Differentiabilîs, quia intelligendo tale Medium, quod est Differentiare, non potest privari suo Intelligere, quod posset esse in privatione sinè Productione supradicti Medii.

17. B. T. E. F. Convenit, quòd in DEO sit ideo Productio, ut in sua Bonitate Principiare sit Medium Bonificantis & Bonificabilîs, sinè quo Medio Bonitas non posset esse remota à Malitia, Otiositate, Compositione & Inæqualitate.

18. B. T. E. B. Ut in DEO possit esse Differentia in Bonitate diffusa in Principiativo, Principiabili & Principiare, convenit, quòd in DEO sit Productio, sinè qua Bonitas non haberet essentiale Principiabile & Principiare; ex quo sequeretur, quòd in Bonitate DEI Principiabile & Principiare non essent, antequam accidens; quod est impossibile.

19. B. T. F. B. Sinè Productione non posset esse clarum Medium in Bonitate DEI, quia Bonificare non esset ibi essentiale subjectum, in quo influeretur & refluueretur essentialis Bonitas; ex quo sequeretur, quòd in Bonitate Bonificare non esset æquale Medium inter Bonificans & Bonificabile, quia essentiæ bonificandi essent extraneæ & differentes; quod est impossibile.

20. T. E. F. B. Ratio, propter quam convenit, quòd in DEO sit Productio, est, ut

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Principium, Medium & Differentia in illo ſint unum & idem numero; quia per Principium diffuſum in Principiante, Principiabili & Principiare eſt magìs remotum à Tempore & Quantitate, & per Medium eſt magìs remotùm ab Inæqualitate, & per Differentiam à Confuſione; & iſta Unitas numeri non poſſet eſſe ſinè Productione; quæ Productio non poſſet eſſe ſinè Principiante, Principiabili & Principiare; & hoc idem de Medio & Differentia.

QUINTA QUÆSTIO F.

Quanta eſt Productio, quæ eſt in DEO?

SOLUTIO. *Camera.* F.C.D.

1. PRoductio, quæ eſt in DEO, eſt quanta in ternario numero tantùm, ut Magnitudo & Æternitas ſequantur naturam Sapientiæ in Quantitate numeri; nam, ſicut Sapientia eſt quanta in Quantitate numeri, videlicet Intellectivi, Intelligibilîs & Intelligere, ſic Magnitudo eſt quanta in Magnificativo, Magnificabili & Magnificare, & Æternitas in Æternativo, Æternabili & Æternare; & iſta Quantitas numeri eſt neceſſaria, ut Magnitudo & Æternitas ſint unum & idem numero cum Sapientia.
2. F.C.T.F. Productio in DEO non eſt quanta ſecundùm finitam Quantitatem, quia, ſi eſſet, Sapientia ſciret in illa accidens, & Magnificare, quod eſt in Medio Magnificantis & Magnificabilîs, eſſet finitum & terminatum, & tale ſcire eſſet Parvitas Magnitudinis in Sapientia, & etiam Ignorantia Magnitudinis; & hoc eſt impoſſibile.
3. F.C.T.C. Quantitas non eſt de natura Infinitatis, quia Concordantia non intelligeretur in infinita Magnitudine infiniti Magnificantis, Magnificabilîs & Magnificare, quæ non poſſent concordare cum finitate: igitur Productio in DEO eſt quanta ſinè finita Quantitate in extenſitate infiniti Magnificativi, Magnificabilîs & Magnificare.
4. F. C. T. D. In DEO eſt Productio quanta, ſecundùm quòd Sapientia ipſam poteſt ſcire magìs remotam à Contrarietate; igitur eſt quanta in Trinitate Perſonarum, in quibus Magnitudo eſt infinita in Magnificante, Magnificabili & Magnificare ſub Ratione Generationis & Spirationis, ut ſint remota à Corruptione & Ignorantia.
5. F.D.T.F. Sapientia DEI ſcit in Æternitate Æternare, quod eſt Medium inter Æternans & Æternabile; & ideo in Sapientia non poteſt ſciri quantitas Temporis nec quarti numeri, nec ternarius numerus poteſt deſtrui nec diminui.
6. F. D. T. C. Productio in DEO eſt quanta in Concordantia Sapientiæ & Æternitatis in hoc, quòd ita conveniat ternarius numerus in Æternitate, ſicut in Sapientia, & quòd Pater ſit ita intelligibilis in ſe ipſo, ſicut in Filio & in Sancto Spiritu, & ſit ita Æternabilis in Filio & in Sancto Spiritu ſub Ratione Productionis, ſicut Intelligibilis in ſe ipſo ſub Ratione Sapientiæ, Æternitate conſervante unam Paternitatem, unam Filiationem & unam Spirationem.
7. F. D. T. D. Productio in DEO eſt quanta in Unitate Intellectivi Æternativi, & in Unitate Intelligibilîs & Æternabilîs, & in Unitate Intelligere & Æternare; igitur eſt quanta ſubſtantialiter ſinè ullo accidente, ut Sapientia & Æternitas ſint magìs remotæ à Contrarietate.
8. F. T. F. C. Productio in DEO eſt quanta, ſecundùm quòd Concordantia ſignificat unum Concordativum, unum Concordabile & unum Concordare amborum, & hoc idem de Sapientia; ſecundùm quam ſignificationem accidens non poteſt habere Concordantiam in Productione.
9. F. T. F. D. In Sapientia DEI Intelligere eſt Medium inter Intellectivum & Intelligibile, ex quo ſequitur ſubſtantialis & eſſentialis Quantitas numeri, & negatio accidentalis Quantitatis, per quam ſubſtantialem numeralem Quantitatem Sapientia eſt remota à ſuo contrario, hoc eſt, ab Ignorantia & ab omni accidente.
10. F. T. C. D. Productio in DEO eſt quanta ſecundùm illum modum, per quem Sapientia poteſt ſcire ſuam Concordantiam magìs remotam à Contrarietate; igitur eſt quanta in Paternitate, Filiatione & Spiratione, quia aliter non poſſet eſſe tam remota à Contrarietate Concordantiæ, quam Sapientia habet de Intellectivo, Intelligibili & Intelligere.
11. C. D. T. F. Productio in DEO non eſt quanta ſecundùm Locum nec ſecundùm Tempus, quia Magnificare, quod eſt infinitum Medium inter infinitum Magnificans & Magnificabile, non ſuſtinet, quòd illa Productio ſit comprehenſa in Loco, quia ibi non poteſt eſſe longum, latum & profundum; nec Æternare, quod eſt infinitum

Medium

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Medium inter infinitum Æternans & Æternabile, potest sustinere, quòd in illa Productione sit præteritum, præsens nec futurum Tempus; igitur est actu Productio sinè Tempore.

12. C. D. T. C. Productio in DEO est quanta sinè Compositione, ut inter Magnitudinem & Æternitatem sit magna Concordantia, quam non possent habere, si esset quanta accidentaliter vel substantialiter, ita, quòd esset finita, quia Magnitudo deficeret Æternitati in Infinitate, & Æternitas Magnitudini de se ipsa, ex quo sequeretur contrarietas; igitur est quanta sinè Compositione, sinè qua est quanta in Simplicitate ternarii numeri.

13. C. D. T. D. Productio, quam nos inquirimus, est quanta in Unitate Paternitatis, Filiationis & Spirationis, ut Magnitudo & Æternitas sint magìs remotæ à Contrarietate; nam, si in Productione essent duo Patres, aut duo Filii, aut duo Sancti Spiritus aut plures, sequeretur, quòd Magnitudo non sufficeret Unitati Paternitatis, nec Unitati Filiationis, nec Unitati Spirationis, nec Unitas unius Patris sufficeret Unitati unius Magnitudinis, & hoc idem de Filio & Sancto Spiritu; ex quo sequeretur Parvitas in Magnitudine, quæ esset prope suum contrarium, & hoc idem de Æternitate; igitur Productio est quanta in Trinitate.

14. C. T. F. C. Productio in DEO est quanta generando & spirando sinè Quantitate, quia Generare est Medium inter Generans & Generabile, & Spirare est Medium amborum; & istud Medium est ita magna Concordantia, quòd in illam non potest cadere nec intrare Quantitas.

15. C. T. F. D. Magnificare est Medium ita magnum de Magnificante & Magnificabili, quòd in illo non potest recipi illa Quantitas, quæ est de Parvitate, cùm Magnitudo & Parvitas sint contraria; igitur est Productio sinè Quantitate, ut ibi non sit Contrarietas Magnitudinis & Parvitatis.

16. C. T. C. D. Productio DEI est quanta in Unitate Magnificativi, Magnificabilîs & Magnificare, quæ omnia Tria quanta in numero sunt unus Numerus Essentiæ & Naturæ Magnitudinis, ita, quòd ibi non potest esse Contrarietas; & hoc idem sequitur de Concordantia.

17. D. T. F. C. In DEO Æternitas & Concordantia sunt Æternare & Concordare, ratione cujus existunt in Medio Æternantis & Æternabilîs, Concordantis & Concordabilîs, cum quibus sunt hoc, quod sunt in Unitate essentialis, æternalis & concordabilis Numeri; & ideo Quantitas, quæ est accidens, non potest ibi esse.

18. D. T. F. D. Productio in DEO est quanta secundùm hoc, per quod Æternitas potest in se habere majus Medium, & est magìs remota à suo contrario; unde majus Medium, quod Æternitas possit habere, est, quòd habeat unum Æternare, quod existat in Medio unius Æternantis & unius Æternabilîs: igitur illa Productio est quanta, quæ in Æternitate existit in Trinitate numeri.

19. D. T. C. D. Productio, quæ est in Æternitate, est in illo numero, secundùm quem Concordantia potest esse magìs remota à Contrarietate; igitur est numerus Concordativi, Concordabilîs & Concordare, in quem numerum non potest intrare Contrarietas, Æternitate conservante Concordantiam in ternario numero, in quo Concordantia est quantificata sinè accidentali Quantitate.

20. T. F. C. D. In Concordantia DEI est Medium, ratione cujus DEUS est magìs remotus à Contrarietate; & convenit, quòd illud Medium sit Concordare existens in Medio unius Concordativi & unius Concordabilîs, & quòd omnia tria remaneant una Essentia, una Natura, una Concordantia & una Trinitas numeri, in quo Productio est quanta sinè accidentali Quantitate.

SEXTA QUÆSTIO. G.

Qualis Productio est in DEO?

SOLUTIO. *Camera.* G. C. I.

1. OBjectatio, Magnificatio & Verificatio sunt in DEO unum idem numero; & ideo Pater amando se ipsum est amabilis & magnificabilis ac verificabilis, ita, quòd remaneat unus amatus, magnificatus & verificatus transmittens suam Amabilitatem, Magnificabilitatem & Verificabilitatem in Filium & in Sanctum Spiritum, qui remanent amati, magnificati & verificati, amabiles, magnificabiles & verificabiles; & Magnitudo conservat Proprietatem cujuslibet Personæ, & Veritas verificat illam, & Voluntas amat illam; ex quo sequitur, quòd quælibet Persona sit qualis sub ratione substantialis Qualitatis.

G. C. T. G.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. G. C. T. G. Productio, quæ est in DEO, est illa, in qua Objectatio, Magnificatio & Perfectio sunt unum idem numero; & ideo Filius est amabilis, magnificabilis & perfectibilis, & transmittit suam Amativitatem, Magnificativitatem & Perfectivitatem in Sanctum Spiritum à se ipso & à Patre amabilem, magnificabilem & perfectibilem, & Filius remanet amatus, magnificatus & perfectionatus, quia Voluntas, Magnitudo & Finis conservant ejus Personalitatem.

3. G. C. T. C. Productio, quæ est in DEO, est illa, in qua Objectatio, Magnificatio & Concordatio sunt unum & idem numero; & ideo Sanctus Spiritus est amans & amabilis, magnificans & magnificabilis, concordans & concordabilis, & remanet ejus Amativitas, Magnificativitas & Concordativitas in contemplatione amandi, magnificandi & concordandi; & Voluntas, Magnitudo & Concordantia conservant ejus propriam personalem Proprietatem.

4. G. C. T. I. Productio in DEO est illa, in qua Objectatio, Magnificatio & Æqualificatio sunt unum idem numero; & ideo Pater & Filius & Sanctus Spiritus sunt æqualiter objectabiles sub ratione amandi, magnificandi & æqualificandi, & Objectabilitas transit in generare & spirare, & Voluntas, Magnitudo & Æqualitas conservant propriam Proprietatem cujuslibet Personæ; in qua conservatione conservatur Productio, quam probavimus, in qua quælibet Persona est qualis.

5. G. I. T. G. Illa Productio, in qua Voluntas DEI est qualis in amante, & alia qualis in amabili, & alia qualis in amare (& hoc idem de Veritate & Fine) est illa Productio, quæ est qualis & æqualis substantialiter sinè accidente.

6. G. I. T. C. Productio in DEO est illa, in qua Voluntas & Veritas concordant in essendo unum quale amans, verificans, concordans & generans in alio quali amabili, verificabili, concordabili, & in alio quali amare, verificare, concordare & spirare.

7. G. I. T. I. Illa Productio, quæ est in DEO, est illa, in qua Voluntas & Veritas DEI se æqualificant in uno quali generato de Generante & Generabili, in quo quilibet est qualis & æqualis, & in alio æquali spirabili quali æqualiter spirato de ambobus.

8. G. T. G. C. Productio, quæ est in DEO, est illa, in qua Voluntas DEI est qualis in Fine concordativi & amativi, & in Fine concordabilîs & amabilîs, & in Fine concordare & amare; & ideo Voluntas quiescit in substantiali Qualitate, in qua attingit omne id, quod diligit.

9. G. T. G. I. In DEO est illa Productio, in qua Voluntas æqualiter amat quale infiniens, & quale infinibile & quale infinire, ut in omnibus tribus habeat quietem, illis qualibus existentibus Voluntas in Qualitate amantis, amabilîs & amare.

10. G. T. C. I. Illa Productio, in qua est tantum Æqualitatis in concordativo, concordabili & concordare, quantum in amativo, amabili & amare, est una Productio qualis, quæ non habet parem, cùm nulla alia productio illi possit esse æqualis.

11. C. I. T. G. Productio, in qua Magnitudo quiescit in Fine Veritatis, & in qua Veritas quiescit in Fine Magnitudinis, est qualis in magnificante, magnificabili & magnificare, & in verificante, verificabili & verificare, & omnia tria ita sunt una substantialis Qualitas, sicut una Quantitas ternarii numeri.

12. C. I. T. C. Illa Productio est in DEO, in qua DEUS Pater generat DEUM Filium in infinita Magnitudine & Concordantia, & in qua Pater & Filius spirant Sanctum Spiritum, & omnes tres quales remanent una Essentia, una Magnitudo, una Veritas, una Concordantia.

13. C. I. T. I. Productio, quæ est in DEO, est illa, in qua Veritas ponit in vero Æqualitatem infiniti magnificativi, magnificabilîs & magnificare, & in qua Magnitudo magnificat infinitam Æqualitatem verificativi, verificabilîs & verificare.

14. C. T. G. C. Illa Productio est in DEO, in qua magnum de Magnitudine Finîs & Concordantiæ producit magnum infinitum concordatum, & hoc convertitur in tantum, quòd infinitum de Infinitate producat infinitum magnum concordatum, & de ambobus spiratur magnum infinitum concordare.

15. C. T. G. I. In DEO est illa Productio, in qua Magnitudo & Finis sunt æquales Rationes, ratione cujus Æqualitatis una est æqualis alteri sub ratione qualium æqualium, videlicet qualîs magnificantis, infinientis æqualificantis, & qualîs magnificabilîs, infinibilîs & æqualificabilîs, & qualîs magnificare, infinire & æqualificare.

16. C. T. C. I. Productio, quæ est in DEO, est

(c) 2006 Ministerio de Cultura

est illa, in qua Magnitudo & Concordantia sunt æquales in qualibus Magnitudinis & Concordantiæ, ita, quòd magnificans concordans est æquale in Magnitudine & Concordantia cum Magnificabili, Concordabili, & Spirabile est æquale ambobus in una eadem substantiali Qualitate Magnitudinis & Concordantiæ, sinè qua Qualitate omnium trium nullum posset esse quale, sicut non posset esse unum in numero sinè Quantitate numeri.

17. I.T.G.C. In DEO est illa Productio, in qua Veritas quiescit cum Concordantia verificativi, verificabilîs & verificare, quæ Veritas & Concordantia sunt quales in omnibus tribus, ut in Fine possint habere Quietem & Complementum.

18. I.T.G.I. Productio, in qua Veritas ponit in vero Finem æqualificativi, æqualificabilîs & æqualificare, est illa, quæ est qualis & æqualis, ut possit quiescere in Fine, in quo non posset quiescere, si esset accidentalis.

19. I.T.C.I. Illa Productio est in DEO, in qua Æqualitas facit esse æquales Veritatem & Concordantiam existentes reales Rationes & unum idem numero, sub quibus Rationibus sunt æquales in qualibus, quæ sunt verificans concordans, verificabile concordabile, verificare & concordare amborum.

20. T.G.C.I. Productio, quæ est in DEO, est illa, in qua Finis, Concordantia & Æqualitas sunt unum idem numero, in qua Unitate numeri sunt quales substantiales, quorum substantiæ sinè ipsis non possent esse reales Rationes in unitate numeri.

SEPTIMA QUÆSTIO. H.

Utrùm Divina Productio sit in Tempore?

SOLUTIO. *Camera.* H.D.E.

1. PRoductio in DEO est de Virtute, Æternitate & Potestate, quæ in ipsa sunt unum idem numero; & ideo non potest in illa esse Tempus, quia Potestas non sustinet, quòd in Æternitate possit esse Tempus; quia si hoc faceret, sustineret, quòd Æternitas posset non esse, & quòd Virtus non oriretur de ipsa in Æternitate nec de Æternitate in Potestate; & hoc est impossibile.

2. H. D. T. H. In Divina Productione est Virtus Æternitatis major, quàm Tempus, & ideo non sustinet, quòd in Æternitate sit Tempus; quia, si sustineret, sequeretur, quòd Vitium esset de Virtute & de Æternitate; quod est impossibile.

3. H. D. T. D. Productio in DEO est id, per quod Virtus & Æternitas sunt magìs remotæ àContrarietate; unde convenit, quòd sit sinè Tempore; quia, si esset in Tempore, Æternitas non esset id, per quod sua Virtus duraret, & Origo Virtutis non esset de Natura Æternitatis; & hoc est impossibile.

4. H. D. T. E. Productio, in qua nos inquirimus Tempus, principiat de Virtute in Æternitate, & de Æternitate in Virtute, hoc est, quòd Pater de suâmet Virtute principiat in Æternitate Filium, & spirat Sanctum Spiritum, & de suâmet Æternitate principiat ambos in sua Virtute, & Pater & Filius principiant Sanctum Spiritum de suâmet Virtute & Æternitate; & ideo ibi non potest esse temporificativum, temporificabile & temporificare, quia hoc non sustinet Virtus æternativi, æternabilîs & æternare.

5. H. E. T. H. Tempus non est de Majoritate Virtutis & Potestatis, quia, si esset, esset substantiale de substantia: ex quo sequeretur, quòd substantia esset alterabilis in numero secundùm mutationem, quam Tempus habet in motu; igitur tempus est accidens: ex quo sequitur, quòd in Productione in DEO, quæ est de majori Virtute & Potestate, quæ possit esse, non sit Tempus.

6. H. E. T. D. Si in Productione in DEO esset Tempus, Tempus esset contrarium Virtuti & Potestati illius Productionis, ita, quòd Virtus non posset oriri de Unitate Potestatis in Æternitate, ex quo sequeretur Vitium contra Virtutem, & Differentia inter Potestatem & Æternitatem; quod est impossibile.

7. H. E. T. E. Id, propter quod in Productione in DEO non potest esse Tempus, est, ut Pater habeat principiativam Virtutem intra suam Potestatem in principiando Filium & spirando Sanctum Spiritum, & ut omnes tres sint una Virtus, una Potestas, unum Principium; & hoc non posset esse, si in Productione esset Tempus, quia Filius & Sanctus Spiritus essent principiati extra Essentiam Patris vitiosè.

8. H. T. H. D. Productio in DEO est in majori Virtute, quæ possit esse, & ideo est magìs remota à suo contrario, quàm omnis alia productio; at, si in illa esset Tempus, esset suo contrario magìs propinqua, quàm ulla alia productio; quæ propinquitas esset ma-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

majus Vitium, quàm ullum aliud Vitium; quod eſt impoſſibile.

9. H.T.H.E. Productio in DEO eſt de illa Virtute, in qua eſt majus Principium Productivi, Producibilîs & Producere; igitur convenit, quòd antè Productivum non ſit Principiabile nec Principiare in potentia, ut omnia tria, videlicet Principiativum, Principiabile & Principiare ſint actu; at, quia Tempus non ſequitur iſtam naturam, eſt impoſſibile, quòd ſit in Productione in DEO.

10. H.T.D.E. In Productione in DEO eſt Principiabile & Principiare de Virtute, & Virtuificabile & Virtuificare eſt de Principio; & ideo non poteſt Tempus principiare in illa Productione, quia, ſi in illa poſſet principiare, poſſet vitiare contra Virtutem, & otiari contra Principium; & hoc eſt impoſſibile.

11. D.E.T.H. In Productione in DEO eſt major Poteſtas, quam Æternitas poteſt habere de æternativo, æternabili & æternare; at, ſi Tempus eſſet in illa Productione, Æternitas non poſſet habere majorem Poteſtatem: igitur conveniret, quòd haberet minorem; & hoc eſt impoſſibile.

12. D.E.T.D. Tempus non poteſt eſſe in Productione in DEO, ut Æternitas & Poteſtas ſint remotæ à Contrarietate; cui Contrarietati appropinquarent cum Tempore, quia Æternitas non poſſet agere ſecundùm ſuam naturam, quia ſuum agere eſſet in temporificare, in quo non poſſet remanere unum æternabile, & aliud æternare, & hoc idem de Poteſtate, quia non poſſet remanere unum poſſificabile, & aliud poſſificare: igitur eſſent in contrariari, & perderentur earum definitiones; & hoc eſt impoſſibile.

13. D.E.T.E. Id, propter quod tempus non poteſt eſſe in Productione in DEO, eſt, ut Poteſtas de Æternitate poſſit principiare de ſe ipſa poſſificabile & poſſificare, ita, quòd Æternitas faciat durare ipſa ambo; hoc autem non poſſet eſſe, ſi in Productione in DEO exiſteret temporificare.

14. D.T.H.D. Productio in DEO eſt in Æternitate & de Æternitate, & ideo eſt major, quàm omnis alia productio, ratione cujus Majoritatis eſt magìs remota à Contrarietate, quàm omnis alia productio, in æternante, æternabili & æternare, quæ non poteſt eſſe de temporificante, temporificabili & temporificare; quia ſi eſſet, eſſet de contrariari.

15. D.T.H.E. Nullum Principium poteſt eſſe majus, quod ſit extra Æternitatem; & ut in Æternitate ſit majus Principium, non poteſt in Divina Productione eſſe Tempus, quia illa productio non eſſet de eſſentia Æternitatis, & majus Principium eſſet extra Æternitatem, & minus intra; & hoc eſt impoſſibile.

16. D.T.D.E. Si in Productione in DEO eſſet Tempus, Æternativum, Æternabile & & Æternare non eſſent Principia in Æternitate; ex quo ſequeretur, quòd Æternitas non menſuraret nec comprehenderet principia Temporis, quæ ſunt temporificativum, temporificabile & temporificare; unde ſequeretur Contrarietas Æternitatis in principiare, & Concordantia Temporis in temporificare; & hoc eſt impoſſibile.

17. E.T.H.D. Si in Productione in DEO eſſet Tempus, ſua Poteſtas eſſet in majori Contrarietate, per quam perderetur Finis Poſſificativi, Poſſificabilîs & Poſſificare, ita, quòd Poteſtas non haberet Finem, in quo poſſet quieſcere; & hoc eſt impoſſibile.

18. E.T.H.E. Productio in DEO eſt de Poteſtate cum Majoritate principiativi, principiabilîs & principiare, & ideo non poteſt eſſe in Tempore; quia, ſi poſſet eſſe, in ſua Poteſtate non poſſet eſſe majus principiare.

19. E.T.D.E. Si in Productione in DEO eſſet Tempus, Contrarietas eſſet Principium Poteſtatis DEI, quæ in ipſo poneret contrariativum, contrariabile & contrariari, in quantum principiativum, principiabile & principiare non poſſent eſſe ſinè Tempore.

20. T.H.D.E. In Productione in DEO non poteſt eſſe Tempus intrà, quia principiabile & principiare eſſent de ſua eſſentia & natura cum Contrarietate contra Majoritatem principiantis, principiabilîs & principiare; & hoc eſt impoſſibile: igitur Tempus eſt extra Productionem, ut ſit comprehenſum, menſuratum, creatum & principiatum.

OCTAVA QUÆSTIO. I.

Utrùm Productio DEI ſit in Loco, vel non?

SOLUTIO. *Camera.* I.C.F.

1. IN Productione DEI Objectatio, Magnificatio & Verificatio ſunt unum idem numero, & ideo intra Productionem non poteſt eſſe Locus, nec Productio poteſt comprehendi ab extrà per Locum, quia Productio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tio sub Ratione Magnitudinis est objectata & verificata in infinito magnificativo, magnificabili & magnificare.

2. I.C.T.I. In Productione DEI Veritas verificat Æqualitatem infiniti magnificativi, magnificabilîs & magnificare, quam Æqualitatem non posset verificare, si Productio comprehenderetur in Loco, & si intra ipsam esset Locus, qui esset de ejus essentia & natura. Dicimus tamen, quòd in illa sit creatus Locus, in quo sunt collocatæ creaturæ, qui Locus est terminatus & comprehensus per Divinam Productionem.

3. I.C.T.C. Productio DEI est de verificare, magnificare, concordare, quod non posset esse, si comprehenderetur in Loco, ultra quem magnificare se non posset extendere, nec similiter verificare & concordare; ex quo sequeretur privatio Productionis.

4. I.C.T.F. Veritas in Magnitudine ponit in vero magnificare, quod est Medium infiniti magnificativi & magnificabilîs; istud Medium Veritas non posset ponere in vero, si illa Productio esset comprehensa Loco.

5. I.F.T.I. In Productione DEI scit Sapientia Æqualitatem intellectivi, intelligibilîs & intelligere, & intelligit, quòd Veritas hanc Æqualitatem verificet; istud scire Sapientia non posset habere, si Productio esset terminata in Loco, quia ultra illum Locum non haberet intelligibilitatem, & intellectivum transcenderet intelligibilitatem essentiæ intelligendo essentiam Loci; ex quo sequeretur inæqualitas intellectivi & intelligibilîs, & falsitas verificativi & verificabilîs; & hoc est impossibile.

6. I.F.T.C. Productio DEI est intellectualis & de Consequentia verificativi, ex quo sequitur verificabile & verificare, & illud verificativum est intellectivum, ex quo sequitur intelligibile, & est concordativum, ex quo sequitur concordabile & concordare; & ideo propter hanc naturam Consequentiæ Productio non potest comprehendi nec terminari.

7. I.F.T.F. Sapientia sic intelligit in Veritate verificare, sicut in Sapientia intelligere, quod verificare intelligit, esse Medium verificantis & verificabilîs, in quo intelligeret ignorabile & falsificabile, si Productio terminaretur & comprehenderetur in Loco, ultra quem non esset Medium intelligentis & intelligibilîs, nec verificantis & verificabilîs.

8. I.T.I.C. In Productione DEI Pater de toto se ipso est verificabilis, æqualificabilis & concordabilis in Filio, & totus ipse remanet verificativus, æqualificativus, concordativus, & de ambobus est Sanctus Spiritus spirabilis in verificare, concordare & æqualificare; quod concordare converteretur in contrariari, si Productio non posset extendi in infinitum verificare, æqualificare & concordare.

9. I.T.I.F. Æqualificare est Medium in verificare de æqualificativo & æqualificabili; unde, si Productio esset comprehensa in Loco, æqualificativum extenderet se usque ad Locum, ultra quem se non extenderet æqualificabile, & periret æqualificare, & per consequens æqualificativum & æqualificabile, & hoc idem de verificare.

10. I.T.C.F. In Productione DEI concordare est Medium concordativi & concordabilîs, & hoc ponit verificare in vero; unde, si Productio esset comprehensa in Loco, concordare esset comprehensum, & perderetur extensio concordativi & concordabilîs, & per consequens productivi & producibilîs, & hoc Veritas poneret in vero contra concordare, ex quo sequeretur contrariari & falsificare.

11. C.F.T.I. Sapientia DEI intelligit Productionem in Æqualitate infiniti magnificativi, magnificabilîs & magnificare, ut habeat infinitam Objectationem in Productione; quam infinitam Objectationem non posset habere, si Productio esset terminata & comprehensa in Loco, & Magnitudo deficeret Sapientiæ & Æqualitati, ex quo sequeretur parvitas Sapientiæ & Æqualitatis, & Ignorantia Magnitudinis & Æqualitatis, & Inæqualitas Magnitudinis & Sapientiæ; & hoc est impossibile.

12. C.F.T.C. In Productione DEI est adeò magna Concordantia inter Magnitudinem & Sapientiam, quòd productivum de sua Magnitudine & Sapientia & in se ipso producat producibile; & quia productivum est infinitum in Extensitate sub Ratione Magnitudinis, & in intelligere sub Ratione Sapientiæ, non multiplicat Locum in producibili nec in se ipso, nec Locus habet naturam, quòd possit resistere Naturæ, quam Magnitudo & Sapientia habent in Concordantia.

13. C.F.T.F. Sapientia DEI intelligit, quòd in Magnitudine magnificare sit Medium magnificativi & magnificabilîs, in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quo magnificare ſunt conjuncta & non disparata, quia magnificare eſt de Eſſentia amborum; & ideo non poteſt multiplicari Locus in ipſis, nec Locus ipſa terminare, quia ſic perderetur Natura magnificandi, & per conſequens Natura intelligendi.

14. C. T. I. C. In Productione DEI Divinæ Perſonæ ſunt una Magnitudo, una Æqualitas, una Concordantia; unde ratione Magnitudinis non poteſt eſſe Locus in Æqualitate, nec in Concordantia, nec Locus poteſt ipſas terminare, ſicut Magnitudo ſub ratione Æqualitatis non poteſt eſſe Inæqualitas, nec ſub ratione Concordantiæ Contrarietas; igitur eſt impoſſibile, quòd Locus poſſit terminare Productionem DEI, nec comprehendere.

15. C. T. I. F. In Productione DEI Magnitudo, Æqualitas & Medium ſunt unum idem numero; unde, ſicut Medium ponit in Magnitudine numerum magnificantis & magnificabilîs & ſuî ipſius, quod eſt magnificare, ita Æqualitas ponit numerum æqualificantis, æqualificabilîs & æqualificare, & Magnitudo ponit in Æqualitate & in Medio ſe ipſam in numero magnificantis, magnificabilîs & magnificare; & ideo in iſto numero non poteſt eſſe Locus.

16. C. T. C. F. Sicut concordare exiſtit intra concordativum & concordabile ſinè locare, ſic magnificarè exiſtit intra magnificativum & magnificabile ſinè locare; & ideo ibi non poteſt multiplicari Locus.

17. F. T. I. C. In Sapientia DEI eſt Æqualitas & Concordantia intellectivi, intelligibilîs & intelligere, & è converſo, ita, quòd in Æqualitate DEI eſt Sapientia & Concordantia, & in Concordantia Æqualitas & Sapientia, unde in Æqualitate ſequitur æqualificativum, æqualificabile & æqualificare, & in Concordantia concordativum, concordabile & concordare: igitur ſunt extra Locum, qui ipſa non poteſt terminare.

18. F. T. I. F. Si Sapientia DEI in Productione ſciret terminationem, non ſciret ultra illam terminationem intelligibile nec æqualificabile, nec Medium æqualificativi & æqualificabilîs, unde ſequeretur terminatio intelligendi & æqualificandi, & per conſequens ignorare & inæqualificare.

19. F. T. C. F. Si Productio DEI comprehenderetur Loco, ſuum intelligere eſſet Medium contra Concordantiam intellectivi & intelligibilîs, ex quo ſequeretur Contrarietas concordativi & concordabilîs, in quibus ipſa privaret concordare infiniti intellectivi & infiniti intelligibilîs.

20. T. I. C. F. Æqualificare & concordare non poſſent eſſe Medium æqualificativi & æqualificabilîs, concordativi & concordabilîs, ſi Locus poſſet terminare Productionem in DEO, quia in illa Productione perirent productivum, producibile & producere, & periret tota Productio; quæ perditio eſt impoſſibilis, quia ejus eſſe eſt neceſſarium, ſicut probavimus.

NONA QUÆSTIO. K.

Quomodo eſt Productio in DEO?

SOLUTIO. *Camera.* K. F. G.

1. PRoductio in DEO eſt ſecundùm Modum Conſequentiæ, videlicet, quòd de gloriativo ſequatur gloriabile, & quòd de ambobus ſequatur gloriari, & ſecundùm eandem conſequentiam eſt de intellectivo, intelligibili & intelligere, amativo, amabili & amare; &, ut iſta Conſequentia conſiſtat, & non ſit in privatione, eſt Productio ſecundùm iſtum Modum, qui Modus & Productio ſunt unum idem numero.

2. K. F. T. K. In DEO Gloriatio & Objectatio ſunt unum idem numero ſinè Minoritate, ſecundùm quem Modum Unitatis eſt Productio in DEO; nam, ſicut DEUS objectat ſe ipſum ſub Ratione Sapientiæ in intellectivitate, intelligibilitate & intelligere, ſic objectat & glorificat ſe ipſum ſub Ratione Gloriæ in gloriativitate, gloriabilitate & gloriari.

3. K. F. T. F. Modus Productionis in DEO eſt ſecundùm Multiplicationem numeri; nam, ſicut intelligere eſt Medium inter intellectivum & intelligibile, ſic in Gloria Gloriari eſt Medium inter gloriativum & gloriabile; & iſte Modus Multiplicationis numeri eſt Modus, quem DEUS habet in Productione.

4. K. F. T. G. DEUS intelligit ſe ipſum ratione alicujus Finîs, ſinè quo non poſſet habere Gloriam in ſuo intelligere, & glorificat ſe ipſum ratione alicujus Finîs, ſinè quo non poſſet habere Gloriam in gloriari: igitur Modus Productionis eſt ſecundùm Modum illius Finîs, ſub cujus ratione DEUS ſe ipſum intelligit & glorificat.

5. K. G. T. K. In DEO Gloria & Voluntas ſunt ſinè Minoritate; unde ſequitur Modus producendi, ita, quòd Voluntas tantum amat Agentiam gloriandi, quantum Exiſten-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſtentiam Gloriæ, & è converſo, videlicet, quòd Gloria tantum glorificet Agentiam Voluntatis, quantum Exiſtentiam; ex quo ſequitur Productio ſecundùm iſtum Modum in Gloria & in Voluntate, ita, quòd de gloriativo & amativo producatur gloriabile & amabile, & de ambobus gloriari & amare.

6. K. G. T. F. In Voluntate DEI non poſſet eſſe Modus amandi, ſi amare non eſſet Medium amantis & amabilîs; & hoc idem in Gloria, in qua non poſſet eſſe Modus gloriandi, ſi Gloriari non eſſet Medium gloriantis & gloriabilîs: igitur Modus producendi eſt Modus amandi & gloriandi.

7. K. G. T. G. DEUS ſinè Fine (& Finem vocamus Complementum) non haberet Modum amandi nec gloriandi; igitur DEUS amat ſe ipſum, & glorificat ſe ipſum ſub ratione alicujus Finîs, cujus Finîs Modus eſt Modus Productionis.

8. K. T. K. F. Natura Finîs eſt, quòd multiplicet Agentiam in Exiſtentia, ut Exiſtentia non ſit fruſtra nec otioſa; & natura Medii eſt, quòd multiplicet numerum in Agentia, ſinè quo Medio Agentia non poſſet eſſe, ſicut gloriativum & gloriabile, quæ non poſſent eſſe ſinè gloriari: igitur Modus Productionis eſt ſecundùm Modum Agentiæ & numeri, ſinè quo Productio eſſet in Minoritate.

9. K. T. K. G. Finis Gloriæ eſt ſinè Minoritate; igitur Modus, quem habet in producendo, eſt major, qui poſſit eſſe; unde ſequitur Modus Generationis & Spirationis, generante gloriativo de ſe ipſo gloriabile, & Spirare exiſtente Spirabili ab ambobus; nam per hunc Modum eſt Productio magìs remota à Minoritate, quàm per ullum alium modum.

10. K. T. F. G. Gloria D E I habet Modum gloriandi, in quo gloriari habet Modum complendi ſeu perficiendi, ut Finis gloriandi ibi poſſit attingi; igitur Modus producendi eſt ſecundùm Finem perficiendi, quod perficere ſit Medium perfectivi & perfectibilîs.

11. F. G. T. K. Sapientia & Voluntas in DEO habent Modum objectationis ſinè Minoritate, ita, quòd Sapientia intelligat in Voluntate amativum, amabile & amare, & Voluntas amet in Sapientia intellectivum, intelligibile & intelligere; &, ut iſte Modus Objectationis non ſit in Minoritate, ſequitur Modus Productionis æqualis Objectationi generando & ſpirando.

12. F. G. T. F. Sapientia DEI intelligit Voluntatem in intelligere, quod eſt Medium intelligentis & intelligibilîs, & Voluntas amat Sapientiam in amare, quod eſt Medium amantis & amabilîs; & iſte Modus intelligendi & amandi eſt Modus generandi & ſpirandi, ut Voluntas & Sapientia ſe poſſint mutuò objectare ſinè extraneo Medio.

13. F. G. T. G. Sapientia DEI ſub ratione alicujus Finîs habet Modum intelligendi in Voluntate amativum, amabile & amare, & Voluntas ſimiliter in Sapientia, in qua amat intellectivum, intelligibile & intelligere; iſte Finis eſt Complementum Productionis generando & ſpirando.

14. F. T. K. F. In Sapientia DEI intelligere eſt ſecundùm illum Modum, per quem eſt magìs remotum à Minoritate; & ideo convenit, quòd ſit de intellectivo & intelligibili eſſentialiter & ſubſtantialiter ſinè aliquo accidente; & iſta diſtantia à Minoritate eſt ſecundùm Modum generandi & ſpirandi.

15. F. T. K. G. Sapientia DEI ſub ratione Finîs habet Modum complendi intellectivum & intelligibile ſinè Minoritate Finîs; igitur Sapientia habet Modum, quòd ipsámet ſit intellectivum & generativum, intelligibile & generabile, & quòd ſpirabile ſit ſpiratum de ambobus.

16. F. T. F. G. Intelligere Sapientiæ DEI eſt objectum Fini influentiæ & refluentiæ ſub Modo Generationis & Spirationis, Patre influente ſuam intellectivitatem ſuæ intelligibilitati, fluente illâ Intelligibilitate in Generabilitate ex Intellectivitate, & formando de ambobus Spirare & Intelligere.

17. G. T. K. F. In Divina Voluntate eſt amare ſecundùm illum Modum, per quem eſt magìs remotum à Minoritate: igitur amare eſt de Eſſentia & Natura amativi & amabilîs; unde ſequitur Modus generandi & ſpirandi, ita, quòd Generatio ſit de amativo & amabili, & Spiratio de ambobus in amare.

18. G. T. K. G. Contrarius Modus illi Modo, per quem Voluntas DEI eſſet in Minoritate, & qui privaret in ipſa Finem amandi, eſt Modus Productionis; igitur ille Modus Generationis & Spirationis eſt generando & amando amabile, ut ſequatur Finis amantis & amabilîs, & ſpirantibus ipſis ambobus Spirabile, ut ſequatur Finis amandi.

19. G. T. F. G. Productio in DEO eſt ſecun-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cundùm illum Modum, ſecundùm quem amare & complere ad invicem convertuntur, ut amare ſit Finis complendi, & complere Finis amandi, ex quo ſequitur Natura & Modus generandi & ſpirandi, Voluntate exiſtente ipſo amativo & completivo, amabili & complebili, amare & complere.

20. T. K. F. G. Modus generandi & ſpirandi, quem DEUS habet in ſe, eſt ſecundùm id, per quod complere eſt magìs remotum à Minoritate; igitur Finis DEI eſt complere de completivo & complebili, generando complebile de completivo, quod illud generat & complet de ſe ipſo; & Modus, quem ambo habent in complendo & delectando inſimul ad invicem, exiſtit de ſpirare Spirabile, ut eorum completio & delectatio in illis & in illo poſſint compleri.

DECIMA QUÆSTIO. K.

Cum quo producit Productivum Producibile in Productione DEI?

SOLUTIO. *Camera.* K. B. E.

1. HOc, cum quo Productivum producit Producibile, eſt Ratio delectationis, Bonificationis & Poſſificationis, cum quibus Rationibus eſt agens in ſémet ipſo, de ſe ipſo producens producibile, ita, quòd cum ſémet ipſo producat, ut ipſúmmet ſit activa, gloriativa & bonificativa Potentia.

2. K. B. T. K. In DEO eſt productivum, ut ſit remotus à Minoritate Gloriæ & Bonitatis, & producit cum Gloriativitate & Bonificativitate, ipſo remanente Gloriativitate & Bonificativitate, & cum conſequentia ſuæ Activitatis producit ſinè Materialitate de ſe ipſo Producibilitatem.

3. K. B. T. B. Potentia, cum qua DEUS producit DEUM, eſt Claritas gloriativi bonificativi diſtinctivi, qui eſt DEUS Pater productivus, qui glorificat & demonſtrat in Gloria & in Bonitate Differentiam Productivi & Producibilîs & conſervat reales Rationes Gloriæ & Bonitatis.

4. K. B. T. E. In DEO Gloria, Bonitas & Principium ſunt unum idem numero; & ideo DEUS, qui eſt Gloria, Bonitas & Principium, cum principiativa Potentia ſub Ratione Principii producit principiabile; & quia Gloria & Bonitas ſunt Principium, producit cum principiativa, gloriativa & bonificativa Potentia principiabile gloriabile & bonificabile.

5. K. E. T. K. Ut in DEO Poteſtas & Gloria ſint remotæ à Minoritate, eſt Poteſtas tantum agens cum Gloria, quantum cum ſémet ipſa; & hoc idem ſequitur de Gloria, quæ eſt tantum agens cum Poteſtate, quantum cum ſémet ipſa; & ideo DEUS, qui eſt Gloria & Poteſtas, producit cum hoc, quod eſt, producibile gloriabile & poſſificabile.

6. K. E. T. B. In Divina Productione DEUS Pater & DEUS Filius producunt Sanctum Spiritum cum ſémet ipſis & de ſe ipſis, ut Differentia de ſe ipſa ponat magnam Claritatem in illis, declarans ſub Ratione Gloriæ & Poteſtatis in Gloria Diſtinctionem gloriativi, gloriabilîs & gloriari, & in Poteſtate poſſificativi, poſſificabilîs & poſſificare.

7. K. E. T. E. DEUS Pater cum generativa Potentia producit generabilem Potentiam, & ipſémet eſt illa Potentia, ut ipſémet ſit gloriativa, poſſificativa, principiativa Potentia; nam, ſi aliud eſſet Pater, & aliud eſſet activa Potentia, Filius eſſet aliud, & generabilis Potentia aliud, & Pater & Filius eſſent remoti à Delectatione, Poſſificatione & Principiatione.

8. K. T. K. B. Gloria & Differentia convertuntur in DEO, ut ſint remotæ à Minoritate, & ut in Gloria ſit magna Claritas differentiativi, differentiabilîs & differentiare, & in Differentia gloriativi, gloriabilîs & gloriari; & ideo productivum gloriativum producit cum differentiativa Potentia differentiabile, & è converſo, hoc eſt, quòd productivum differentiativum producat cum gloriativa Potentia gloriabile.

9. K. T. K. E. In Divina Productione eſt DEUS productivus cum Gloria & cum Principio ſecundùm illum Modum, per quem ſuum Producere eſt magìs remotum à Minoritate, quæ eſt propè *non eſſe*; igitur eſt activa & eſſentiativa Potentia, quæ cum *Eſſe* de ſe ipſa producit producibile ſub Ratione Generationis: & ambo ſunt eſſentiativa Potentia, quæ de ſuo *Eſſe* ſub Ratione Spirationis producunt ſpirabile, ambobus exiſtentibus unâ ſpirativâ Potentiâ.

10. K. T. B. E. Pater, in quantum eſt Gloria, producit cum Gloria, & in quantum eſt Differentia, producit cum Differentia, & in quantum eſt Principium, producit cum Principio; igitur producit cum Conſequentia ternarii numeri, declarante Differentiâ in Gloria & in Principio ſe ipſam in productivo, producibili & producere.

11. B. E. T. K. DEUS, qui eſt productivus,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vus, producit sinè Minoritate Bonitatis & Potestatis, & ideo producit cum Esse bonificativo & possificativo producibile, & DEUS Pater & DEUS Filius cum Esse bonificativo & possificativo producunt & spirant Sanctum Spiritum.

12. B.E.T.B. Bonitas, Potestas & Differentia in DEO convertuntur, & est Productio bona sub Ratione Bonitatis, & potens vel possita sub Ratione Potestatis, & clara & inconfusa sub Ratione Differentiæ; & de ista conversione sequitur, quòd Bonitas sit bonificativa, differentiativa & possificativa Potentia, cùm sit ratio bono, quòd producat bonum, ita, quòd Bonitas est Potentia bono, quòd cum ipsa producat & generet bonum; & hoc idem de Potestate & Differentia.

13. B.E.T.E. DEUS, qui est Pater, est generativa Potentia; &, quia DEUS Pater est Bonitas, Potestas & Principium, est generativa Potentia cum Bonitate, Potestate & Principio; ex quo sequitur, quòd Filius sit generabilis Potentia cum Bonitate, Potestate & Principio; & hoc idem sequitur de Sancto Spiritu, quem Pater & Filius spirant cum spirativa Potentia, procedentem de Generativo & Generabili bonificanter, possificanter & principianter.

14. B.T.K.B. In Productione est Bonitas Patris, Filii & Sancti Spiritûs clara sinè ulla Minoritate, & ideo est ipsa Productio cum Forma & de Forma; quia, si in ipsa esset materia, esset in Bonitate Confusio Claritatis, ex quo sequeretur propinquitas ad Minoritatem & ad ipsum *non esse*: igitur Productio est cum *Esse* formativo, formabili & formare.

15. B.T.K.E. In Productione DEI non est ulla Minoritas, quia ibi non potest principiare; nam in illa Productione Bonitas est Ratio bono, quòd agat bonum de Bonitate, ut bonum, quod agit, sit magìs remotum à Minoritate; igitur in illa Productione est Relatio bonificativi, bonificabilîs & bonificare, & principiativi, principiabilîs & principiare: igitur Productio est cum Relatione omnium trium.

16. B.T.B.E. Pater cum Bonitate est differentiativus & principiativus, & cum Differentia & Principio est bonificativus, & ideo habet Filium in differentiabili & principiabili cum bonificabili, & in bonificabili cum differentiabili & principiabili; & hoc idem habent ambo in Sancto Spiritu.

17. E.T.K.B. In Divina Productione Pater cum sua Potestate est Possificativus, & cum sua Differentia Differentiativus; sed, ut non sit propè *non esse*, remanet una eadem Essentia Pater possificativus & differentiativus, & hoc idem sequitur de Filio, in quantum est possificabilis & differentiabilis, & sic de Sancto Spiritu spirato ex ambobus.

18. E.T.K.E. In Productione DEI illud Ens, quod est possificativum, est illud Ens, quod est Principiativum, & è converso, ut Productio sit remota à Minoritate; ex quo sequitur, quòd illud Ens sit producens cum Potestate & Principio producibile, quod cum ipso remanet una Potestas, unum Principium in Essentia & Natura; & hoc idem de Sancto Spiritu producto de ambobus.

19. E.T.B.E. Potestas, Differentia & Principium in Divina Productione sunt reales Rationes, & sunt unum idem numero, & ideo est Productio cum Realitate Rationum, & cum Unitate numeri; unde sequitur, quòd productivum, quod est possificativum, differentiativum & principiativum producat cum Ratione Potestatis, Differentiæ & Principii; ex quo sequitur, quòd ipsúmmet sit possificativum, differentiativum, principiativum producens producibile, Producere existente spirato de ambobus.

20. T.K.B.E. Productio in DEO est clara in Principio, ut in ipsa Claritate sit remota à Minoritate; igitur est clara in Principio cum Differentia productivi, Producibilîs & producere, in quibus Principium est clarum, principiabili existente cum principiativo, & principiativo existente cum principiabili, & ambobus existentibus cum principiare.

QUÆSTIO II.
De Incarnatione.

PRIMA QUÆSTIO. B.
Utrùm DEUS sit incarnatus?

SOLUTIO. *Camera.* B.C.G.

1. IN DEO Bonificatio, Magnificatio & Objectatio sunt unum idem numero, & ideo DEUS ita sumit creatum objectum bonificando & magnificando, sicut amando, cùm in DEO Bonitas, Magnitudo & Voluntas sint reales Rationes, sub qua Realitate intrinseca Operatio DEI sumit extrinsecum objectum; unde sequitur Incarnatio, sinè

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sinè qua objectatio amabilitatis non sumeretur cum bonificabilitate & magnificabilitate, ex quo sequeretur, quòd Divinæ Rationes ad intrà deficerent invicem in operationibus ad extrà; & hoc est impossibile.

2. B. C. T. B. Inter DEUM & creaturam est bona & magna Differentia, & secundùm quòd Differentia est diffusa in Magnitudine Bonitatis, & in Bonitate Magnitudinis, est multiplicata sub ratione Bonitatis & Magnitudinis in extrinseca Operatione, unde sequitur Incarnatio, ut intrinseca Claritas appareat extrà in magna multiplicatione Bonitatis, sinè qua Incarnatione hæc multiplicatio esset in Privatione, ex qua sequeretur plus mali in extrinseca operatione, quàm boni, & plus parvitatis, quàm Magnitudinis, & plus Confusionis, quàm Inconfusionis; & hoc est impossibile.

3. B. C. T. C. Convenit, quòd inter Operationem, quam DEUS habet intra se ipsum & extra, sit magna Bonitas & Concordantia, igitur convenit secundùm earum Rationes, quòd Concordantia sit in Unitate Personæ, in qua assumatur Humana Natura, & in ipsa ambæ Naturæ, videlicet Divina & Humana, habeant Concordantiam actu, in qua actualitate meliùs possint concordare, quàm in potentialitate: igitur Incarnatio est necessaria, ut intrinseca Bonitas, Magnitudo & Concordantia habeant extrinsecum subjectum, in quo meliùs possint concordare actualiter, quàm potentialiter.

4. B. C. T. G. Si Incarnatio est, sequitur, quòd Divina Bonitas & Magnitudo habeant extrinsecum subjectum, in quo secundùm suas Rationes possunt quiescere; quia Bonitas non potest esse major Ratio bono, quòd agat bonum, & Magnitudo non potest illam Rationem magis magnificare, quàm, si DEUS factus est Homo, & Homo factus est DEUS. At, si Incarnatio non esset, non esset Finis nec extrinsecum subjectum, in quo intrinsecæ Rationes possint quiescere, nec habere perfectionem; & hoc est impossibile.

5. B. G. T. B. In DEO Bonitas & Voluntas sunt reales & claræ Rationes, quam Claritatem Voluntas amat extrà, & Bonitas bonificat illam in suo effectu, ex quo sequitur Incarnatio, ut inter DEUM & Creaturam Voluntas diligat bonam Differentiam, & Bonitas bonificet illam Differentiam, & hoc in tantum, in quantum illa Differentia est objectabilis sub ratione Bonitatis & Voluntatis. Sed, si Incarnatio non esset, sequeretur contrarium in Confusione Claritatis, & in Malitia Bonitatis, & in Otiositate Voluntatis; & hoc est impossibile.

6. B. G. T. C. Divina Voluntas amat Concordantiam Bonitatis intrà & Bonitatis extrà, ita, quòd amet Concordantiam in Unitate Personæ, in qua Unitate potest magìs amari, bonificari & concordari, quàm in privatione illius Unitatis; igitur Incarnatio necessariò est, ut sit subjectum ad magìs amandum, bonificandum, concordandum & uniendum.

7. B. G. T. G. Finis, quem Divina Voluntas habet in se ipsa, est amare, & Finis, quem Bonitas habet in se ipsa, est bonificare; unde secundùm naturam Finîs, quam habent intrà, objectant extrà in effectu; unde sequitur Incarnatio, in qua Bonitas & Voluntas possunt habere quietem in extrinseco Fine, sinè qua Incarnatione non esset extrinsecus Finis, in quo possent quiescere; & hoc est impossibile.

8. B. T. B. C. Divina Bonitas habet in se Differentiam & Concordantiam bonificativi, bonificabilîs & bonificare, & ideo est Ratio extrinseco objecto, quòd accipiatur sub Ratione bonificandi, differentiandi & concordandi in tantum, in quantum sub istis Rationibus est objectabile; igitur est Incarnatio, ut objectabilitas tantum comprehendatur sub ratione Dignitatum intrà, quantum est objectabilis extrà; sinè qua Incarnatione sequeretur contrarium contra Bonitatem, Differentiam & Concordantiam; quod est impossibile.

9. B. T. B. G. Bonitas DEI habet in se ipsa Differentiam & Finem: Differentiam habet, ut possit habere in se ipsa bonificativum, bonificabile & bonificare: & habet in se ipsa Finem, ut in se ipsa possit habere quietem in bonificante, bonificabili & bonificare; ista Bonitas, secundùm quòd est in se ipsa, ita sumit objectum extrà, in quo ponit Differentiam bonificativi, bonificabilîs & bonificare, & similiter Finem; hoc autem non posset esse sinè Incarnatione, in qua extrinsecus Finis habet quietem in intrinseco Fine, ut intrinsecus Finis in extrinseco Fine possit manifestari & ita multiplicari, quòd in illo possit habere quietem.

10. B. T. C. G. Convenit, quòd sub Ratione Bonitatis intrinsecus Finis & extrinsecus Finis possint concordare in Unitate Personæ,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

næ, & quòd ambæ Naturæ remaneant, & quòd etiam Concordantia possit remanere; igitur Incarnatio est, ut sit Concordantia in Unitate Personæ, sinè qua Incarnatione Contrarietas esset contra Concordantiam, in tantum, quòd esset Privatio Finîs in extrinsecis operibus, & Bonitas non esset Ratio objecto sumpto ab extra secundùm suam Naturam, nec secundùm Finem Concordantiæ; & hoc est impossibile.

11. C. G. T. B. Divina Voluntas amat in se ipsa magnam Differentiam amativi, amabilîs & amare; & quia sua intrinseca Differentia est causa extrinsecæ Differentiæ sub Ratione Magnitudinis, amat magnam extrinsecam Differentiam amativi, amabilîs & amare, ita, quòd illam non potest plùs amare, ut in suo amare non sequatur Parvitas contra Magnitudinem, nec Otiositas amandi; igitur Incarnatio est, ut extrinseca Differentia multiplicetur in intrinseca Differentia in altiori gradu, in quo potest amari & differentiari.

12. C. G. T. C. Sicut Voluntas DEI amat magnam Concordantiam amantis, amabilîs & amare intra se ipsam, sic amat magnam Concordantiam amantis, amabilîs & amare extrà, secundùm quòd illa Concordantia est proportionata & disposita ad Magnitudinem amandi; igitur necessariò Incarnatio est, sinè quâ Divina Voluntas non sequeretur intrinsecam naturam in amando extrinsecum objectum; & hoc est impossibile.

13. C. G. T. G. Divina Voluntas amat Magnitudinem Finîs in extrinsecis operibus, ut habeat magnum amare in amando illa; igitur illa sunt amabilia in Magnitudine Finîs, ut suum amare sit magnum sinè Parvitate, & ut in amando magnum Finem possit quiescere; igitur Incarnatio est, sinè qua sequeretur contrarium in extrinsecis operibus non motis sub intrinsecis Rationibus, & motis sub contrariis rationibus; & hoc est impossibile.

14. C. T. B. C. In Magnitudine DEI sunt Differentia & Concordantia in magnificativo, magnificabili & magnificare; ista Magnitudo sumit extrinsecam Magnitudinem in magnificando, differentiando & concordando, ut sequatur intrinsecam Naturam: igitur intrinseca Differentia & extrinseca Differentia multiplicant Concordantiam infinitæ & finitæ Magnitudinis in Unitate Personæ, quæ multiplicatio se non potest magìs extendere in extrinseca operatione, nec recipere majorem influentiam ab intrinseca Operatione; igitur Incarnatio est, sinè qua illa multiplicatio esset in privatione, & sequeretur, quòd intrinseca Operatio influeret extrinsecam operationem cum Parvitate contra Magnitudinem, & cum Confusione contra Differentiam, & cum Contrarietate contra Concordantiam; & hoc est impossibile.

15. C. T. B. G. Magnitudo extrinseci Finîs est, ut sit Finis in intrinseca Magnitudine omnibus aliis creatis Finibus; & hoc idem sequitur de Differentia, ita, quòd extrinseca Differentia in intrinseca Differentia sit Finis omnibus aliis Differentiis, quæ sunt extrà; hoc autem non posset esse sinè Incarnatione, nec intrinseca Magnitudo haberet ordinem & quietem in Magnitudine Differentiæ & Finîs extrà, quia subjectum illius ordinis esset in privatione; igitur Mundus esset creatus contra Finem, & in Confusione Magnitudinis & Parvitatis; & hoc est impossibile.

16. C. T. C. G. Magnitudo Finîs est in Magnitudine Concordantiæ, & Magnitudo Concordantiæ est in Magnitudine Finîs; igitur Incarnatio est, ut intrinsecus Finis & extrinsecus Finis concordent in Unitate Personæ, in qua extrinsecus Finis sustentetur & quiescat, & in qua multiplicetur Magnitudo Concordantiæ, ita, quòd non possit ampliùs multiplicari; nam, si posset ampliùs multiplicari, non esset quies in actu magnæ Concordantiæ; & hoc est impossibile, ut quies non sit in potentia, sed in actu magnæ Concordantiæ.

17. G. T. B. C. Voluntas DEI habet Concordantiam & Differentiam cum creata Voluntate, & Concordantia secundùm suam Rationem significat Unitatem intrinsecæ Voluntatis & extrinsecæ Voluntatis, & Differentia significat claritatem ambarum Voluntatum ita sub ratione Unitatis Personæ, sicut Concordantia significat concordare; & hoc idem sequitur de intrinseca Voluntate, quæ significat amare ambarum Naturarum; hoc autem non posset esse sinè Incarnatione, in quâ intrinseca Natura participet cum omnibus creaturis: igitur Incarnatio necessariò est, ut sequantur Rationes, quas diximus de intrinseca Operatione in extrinseca operatione.

18. G. T. B. G. Major Claritas Finîs, quam Voluntas DEI potest amare, est de se ipsa &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in se ipsa; & major Claritas Finis, quam potest amare in operationibus ad extrà, est, quòd sit de se ipsa & de suo effectu in Unitate Suppositi, in quo extrinsecus Finis sit intrinsecus Finis, & quòd Differentia demonstret illos duos Fines claros & inter se distinctos; hoc autem non posset esse sinè Incarnatione: igitur Incarnatio est, ut Voluntas DEI possit objectare Finem Claritatis multiplicatum in intrinseco Fine.

19. G. T. C. G. Voluntas DEI amat Finem in Concordantia, & amat Concordantiam in Fine, & hanc Naturam amandi habet in se ipsa; unde, secundùm quòd Voluntas sic objectat Finem & Concordantiam cum suo amare, ita Concordantia & Finis objectant Voluntatem sub Ratione concordandi & complendi, & omnes istæ tres Rationes, prout sunt intrà, ita sunt ad objectum extrà, ex quo sequitur Incarnatio, sinè qua intrinseca objectatio non sequeretur suam Naturam in extrinseca objectatione; & hoc est impossibile.

20. T. B. C. G. Differentia, Concordantia & Finis sunt in DEO unum idem numero, & Differentia, Concordantia & Finis extrà sunt factura ipsarum, cui quælibet de illis transmittit suam similitudinem, secundùm quòd factura illam potest recipere; igitur intrinseca Concordantia concordat in suo Fine extrinsecam Concordantiam & Finem & Differentiam in Unitate Personæ, in qua omnes extrinsecæ Differentiæ, Concordantiæ & Fines participant; hoc autem non posset esse sinè Incarnatione, quæ est necessariò, ut illa participatio non sit in Privatione, ex qua Privatione sequeretur plus Confusionis in operibus ad extrà, quàm Claritatis, & Contrarietatis, quàm Concordantiæ, & Defectûs, quàm Perfectionis; & hoc est impossibile.

SECUNDA QUÆSTIO. C. *Quid est Incarnatio DEI?*

SOLUTIO. *Camera.* C. D. H.

1. INcarnatio DEI est magna & virtuosa Personalis Duratio intrà & extrà in Unitate Personæ, in qua durant duæ Naturæ sub Ratione Magnitudinis Durationis & Virtutis, videlicet Divina & Humana Natura.

2. C. D. T. C. Incarnatio Filii DEI est magna Duratio Concordantiæ, in qua Concordantia Humana & Divina Natura est unita cum Concordantia Infinitatis, remanente Concordantiâ in illa Unitate Personæ, & in pluralitate ambarum Naturarum.

3. C. D. T. D. Incarnatio, de qua fit quæstio, est id, per quod Magnitudo & Æternitas sunt magìs remotæ in creatura à Contrarietate; propter quod assumpta Humana Natura est magìs remota à Contrarietate in Magnitudine & in Æternitate; & ideo est Incarnatio personalis Unio Divinæ & Humanæ Naturæ, Humanâ Naturâ existente magìs remotâ à Contrarietate, quàm omnis alia creata natura.

4. C. D. T. H. Incarnatio DEI est major Magnitudo Durationis, quæ potest esse inter Humanam & Divinam Naturam, & in qua Infinitas & Æternitas DEI potest esse major in extrinseca Natura; hæc Majoritas consistit in Unitate Personæ, in qua duæ Naturæ existunt ea ipsa Persona.

5. C. H. T. C. Incarnatio est Magnitudo Virtutis in Concordantia & Virtus Magnitudinis in Concordantia & Concordantia Magnitudinis & Virtutis, ita, quòd sit una conversio Rationum, quas diximus, & quòd remaneant una Persona & duæ Naturæ; Unitas verò remanet ratione prædictæ conversionis, & pluralitas Naturarum remanet cum Magnitudine, Virtute & Concordantia.

6. C. H. T. D. Incarnatio, quam inquirimus, est illa Unitas Divinæ & Humanæ Naturæ, in qua Magnitudo est longè remota à Parvitate, & Virtus à Vitio, ita, quòd tota possibilitas Contrarietatis sit privata in illa Unitate; & ideo in illa Persona remanent Virtus & Magnitudo Deitatis & Humanitatis.

7. C. H. T. H. Ista Incarnatio, quam inquirimus, est major Magnitudo Virtutis, quæ possit esse de Creatore in Creatura, & de Creatura in Creatore; & ideo Incarnatio est Unio Creatoris & Creaturæ, in qua Creator participat cum omnibus creaturis, & in qua Creatura participat cum suo Creatore; quæ participatio est conversio ambarum Naturarum in Unitate Personæ, & non in se ipsis, ut quælibet remaneat hoc, quod est.

8. C. T. C. D. Incarnatio est id, per quod Magnitudo & Concordantia DEI & Creaturæ sunt magìs remotæ à Contrarietate; & ideo Concordantia concordat ambas Naturas in Unitate Personæ, & Divina Magnitudo tantum magnificat illam Concordantiam, quòd eam faciat remanere in pluralitate Naturarum, quibus Contrarietas non potest resistere.

C. T. C. H.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

9. C. T. C. H. Incarnatio est major Magnitudo Concordantiæ, quæ possit esse inter Causam & Effectum; & ideo Incarnatio est Unio amborum, in quibus Causa tantum majorificat suum Effectum in Magnitudine Concordantiæ, quòd faciat, quòd Effectus sit ipsámet, & ipsámet sit Effectus.

10. C. T. D. H. Illa Incarnatio, quam inquirimus, est id, per quod Magnitudo DEI est major in creata Magnitudine, & creata Magnitudo in Magnitudine DEI; igitur Incarnatio est Unio ambarum Magnitudinum personalium in Unitate Personæ, cui Unitati Contrarietas non potest resistere.

11. D. H. T. C. Quidditas Incarnationis est de personali Æternitate, Virtute & Concordantia induta de personali creata Quidditate conjuncta de Duratione, Virtute & Concordantia, & sustentata & humanificata intra Divinam Æternitatem, Virtutem & Concordantiam.

12. D. H. T. D. Id, quod est Divina Incarnatio, est id, per quod Contrarietas est magìs remota ab Æternitate & Virtute; igitur Incarnatio est Unio Divinæ Æternitatis & Virtutis & creatæ Durationis & Virtutis; &, ut Contrarietas in illa sit remota, convenit, quòd Unitas Personæ sit de duabus Naturis, videlicet de una Divina & una Humana.

13. D. H. T. H. Id, per quod Majoritas potest esse major imago Æternitatis & Virtutis in Creatura, & creatæ Durationis & Virtutis in Creatore, est Incarnatio, quam inquirimus; & hæc Quidditas Incarnationis repræsentat Majoritatem in Unitate Æternitatis & temporis & substantialis & accidentalis Virtutis, & Majoritatis & Minoritatis, in qua Unitate Æternitas conservat se ipsam & suam Virtutem & Majoritatem, quam habet supra Humanitatem, quam Humanitatem facit existere in Tempore, in Quantitate & Virtute; & ideo remanet in illa Unitate cum duabus Naturis.

14. D. T. C. D. Incarnatio est id, per quod Æternitas & Concordantia existunt contra Contrarietatem, & est id, per quod Contrarietas non potest contra creatam Concordantiam unitam & assumptam in Concordantiam Æternitatis; & ideo Contrarietas non potest terminare Æternitatem in creata Concordantia, quia hoc non sustinet Concordantia Æternitatis personaliter unita cum creata Concordantia.

15. D. T. C. H. Incarnatio est major Concordantia, quam Æternitas potest habere cum Creatura; igitur convenit, quòd Incarnatio sit Unio Æternitatis & Creaturæ, & quòd sit Unio unius Æternitatis & unius Creaturæ, ut sit major Concordantia in Unitate ambarum.

16. D. T. D. H. Quidditas Incarnationis est illa Duratio, quæ est major inter DEUM & Creaturam, & magìs contraria Contrarietati; igitur Incarnatio est Unio æternæ Naturæ & principiatæ Naturæ, in qua Unione durant istæ duæ Naturæ, existente principiatâ Naturâ in æterna, in qua est hoc, quod est, & non in se ipsa sinè æterna, & existente id, quod est, DEO existente Homine.

17. H. T. C. D. Incarnatio Filii DEI est id, in quo creata & increata Virtus habent Concordantiam contra Contrarietatem, duabus Virtutibus & duabus Concordantiis existentibus una virtuosa concordans Persona, cui Contrarietas non potest contradicere.

18. H. T. C. H. Incarnatio est id, per quod Majoritas est major imago Divinæ Virtutis & Concordantiæ in extrinseca Virtute & Concordantia, & è converso extrinsecæ Virtutis & Concordantiæ in intrinseca Virtute & Concordantia; & ideo illa est Concordantia spiritualium & corporalium, substantialium & accidentalium rerum, cum qua intrinseca Virtus participat cum omnibus extrinsecis Virtutibus.

19. H. T. D. H. Incarnatio est id, per quod intrinseca Virtus habet majorem Contrarietatem contra Vitium in extrinseca Virtute, & è converso, Incarnatione existente id, per quod extrinseca Virtus cum intrinseca Virtute magìs contrariatur Vitio; igitur Incarnatio est Unio intrinsecæ Virtutis & extrinsecæ Virtutis, quæ Unio est Persona, in qua Virtus remanet intùs & extrà.

20. T. C. D. H. Quidditas Incarnationis, quam nos inquirimus, est id, per quod Concordantia est major contra Contrarietatem, & Contrarietas minor contra Concordantiam; igitur illa Quidditas est Unitas Deitatis & Humanitatis, Homine deificato in Deitate, & DEO homificato in Humanitate; & ideo cum isto DEO Homine possunt sancti homines magìs resistere Contrarietati.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

TERTIA QUÆSTIO. D.

De quo eſt Incarnatio DEI?

SOLUTIO. *Camera.* D.E.I.

1. INcarnatio eſt de filiali Æternabilitate, Poſſificabilitate & Verificabilitate & de filiali Humanificabilitate ſub ratione Durabilitatis, Poſſificabilitatis & Verificabilitatis; & ideo Incarnatio eſt de DEO Filio, & de Homine Filio, ut ſequatur ordo Rationum, quas diximus.

2. D.E.T.D. Convenit, quòd Incarnatio ſit de DEO Filio & de Homine Filio, nam, ſi eſſet de DEO Patre, vel de Sancto Spiritu, DEUS Pater eſſet Filius, vel ſimiliter Sanctus Spiritus, unde ſequeretur Contrarietas in Incarnatione contra Filiationem, Paternitatem & Spirationem, & privaretur proportio Filiationis Hominis, & poſſificabilitas & duratio Incarnationis.

3. D.E.T.E. Incarnatio eſt de æterna Poteſtate & Principio, & de temporificabili & principiabili Poteſtate, ut ſit principiata de intrinſeca Eſſentia & de extrinſeca Eſſentia, ſinè quibus Eſſentiis non poſſet eſſe Unitas Perſonæ, nec poſſent conſervari ambæ Naturæ; igitur Incarnatio eſt de Divina Eſſentia ſub Ratione Filiationis, ut in ipſa ſit ita propria Durabilitas & Poſſificabilitas & Principiabilitas in incarnare, ſicut in deificare; & ideo DEUS Filius fuit homificans ſe ipſum de ſe ipſo.

4. D.E.T.I. Convenit, quòd Incarnatio ſit de intrinſeca Æqualitate Æternabilitatis & Poſſificabilitatis, & de extrinſeca Æqualitate Temporificabilitatis & Poſſificabilitatis, ita, quòd ambæ Æqualitates ſint de entitate Suppoſiti uniti de ambabus, quod proportionaliter exiſtat unum ſub Ratione ambarum Æqualitatum.

5. D.I.T.D. Convenit, quòd Incarnatio ſit de una intrinſeca Æternitate & de una extrinſeca Duratione, & hoc idem de intrinſeca & extrinſeca Veritate; & ideo Contrarietas & Falſitas non poſſunt reſiſtere veræ durabili Incarnationi, quia extrinſeca Unitas ſequitur Naturam & Ordinem intrinſecæ Unitatis.

6. D.I.T.E. Incarnatio eſt de uno æternabili, verificabili & principiabili DEO, & de uno temporali, verificabili & principiabili Homine, ut Incarnatio ſit filialis in Durabilitate, Verificabilitate & Principiabilitate.

7. D.I.T.I. Humanitas, quam DEUS aſſumpſit, in quantum factus eſt Homo, exiſtit æqualiter æternabilis & verificabilis in Deitate, & Deitas, quam ille Homo aſſumpſit, in quantum factus eſt DEUS, exiſtit æqualiter durabilis & verificabilis in ſua Humanitate; & ideo convenit, quòd Incarnatio ſit de pura Filiabilitate in pura Eſſentia Deitatis & Humanitatis.

8. D.T.D.E. Incarnatio eſt de æterno Principio & de non æterno Principio; & ideo eſt de Æternitate, & de non Æternitate; quapropter eſt de intrinſeco & extrinſeco Complemento, ita, quòd non ſequatur Contradictio.

9. D.T.D.I. Id, de quo Incarnatio eſt, eſt de Æqualitate Finîs æternæ & non æternæ Concordantiæ, ita, quòd Contrarietas ibi non poteſt reſiſtere, quæ Contrarietas reſiſteret Incarnationi, niſi intrinſeca & extrinſeca Concordantia eſſet proportionata in æquali Fine.

10. D.T.E.I. Incarnatio eſt de illa Æqualitate, in qua Æternitas & Principium ſunt æqualia & de ipſa & de illo corpore conjuncto ex humana carne, ſanguine & oſſibus, quæ in Humana Natura ſunt ſpecifica Principia æqualia & durabilia ſub Ratione Æqualitatis intrinſecæ Durabilitatis & Principiabilitatis.

11. E.I.T.D. Incarnatio eſt de poſſificabili & verificabili Poteſtate & Veritate, ut ſit magis remota à poſſificabili Contrarietate & falſitate, & ab impoſſificabilitate Veritatis & Poteſtatis.

12. E.I.T.E. Illa Incarnatio, quam inquirimus, eſt de Poteſtate, Veritate & Principio, quæ ſunt DEUS Filius, qui Filius eſt poſſificabilis, verificabilis & principiabilis; & ideo convenit, quòd Incarnatio ſit de Homine Filio, qui ſit deificabilis ſub ratione poſſificabilitatis, verificabilitatis & principiabilitatis, ex quo ſequitur proportionabilitas ambarum Filiationum.

13. E.I.T.I. Incarnatio eſt de Divina Veritate & Æqualitate, ut Divina Poteſtas poſſit habere ſubjectum, in quo poſſit de ſe ipſa concordare Finem Concordantiæ in extrinſeca Operatione, quod ſubjectum convenit eſſe ſub illa ſpecie, in qua intrinſeca Poteſtas, Veritas & Æqualitas poſſint magis poſſificare, verificare & æqualificare in recipiendo ſimilitudines extrinſecarum rerum; igitur Homo eſt illud ſubjectum, cùm in illo participent omnes creaturæ.

E.T.D.E.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

14. E. T. D. E. Convenit, quòd Incarnatio sit de genita generabili & principiata principiabili Potestate, illâ Potestate existente deificabili & deificatâ sub Ratione Filiationis in intrinseca Operatione: & convenit, quòd sit de humanificabili Humanitate deificabili in intrinseca Operatione generabili & filiabili in extrinseca Operatione; igitur Incarnatio est de intrinseca & extrinseca Operatione, ut sit magis remota à corruptione & à Contrarietate cum Concordantia.

15. E. T. D. I. Incarnatio est de intrinseca & extrinseca possificabilitate in Deificabilitate & Humanificabilitate, ita, ut æqualiter sit Humanificabilitas deificabilis & Deificabilitas humanabilis; ratione cujus Æqualitatis Contrarietas ibi non potest contradicere.

16. E. T. E. I. Inter DEUM Filium & Filium Hominem est major proportio Potestatis & Principii, & Æqualitas habet majorem aptitudinem & dispositionem, quàm extra Filiationem; igitur Incarnatio est de DEO Filio, qui factus est Homo, & de Filio Homine, qui factus est DEUS, ut major proportio, aptitudo & dispositio non sit in privatione in Incarnatione.

17. I. T. D. E. Id, in quo Divina Veritas potest magis esse contra Contrarietatem principiando in extrinseca Operatione, est verificabilitas Deificabilitatis in Humanitate, & Humanificabilitatis in Deitate; igitur Incarnatio est de Deitate & Humanitate.

18. I. T. D. I. Divina Veritas est ita æqualiter verificabilis sub Ratione Filiationis, sicut Filius est filiabilis; & ideo in intrinseca Operatione Veritas potest esse Filius, & Filius potest esse Veritas; ex quo sequitur Veritas de Veritate, ita, quòd Contrarietas ibi non potest resistere: unde secundùm intrinsecum Ordinem sequitur, quòd Incarnatio sit de intrinseca Filiatione, quæ est de filiabili Veritate, & de extrinseca Filiatione deificabili de intrinseca Filiatione, ut Persona sit unus Filius, sicut est una Persona, qui Filius sit æqualiter deificabilis & humanificabilis, ita, quòd Contrarietas ibi non possit resistere.

19. I. T. E. I. Incarnatio est de hoc, in quo Veritas, Principium & Æqualitas sunt unum idem numero in Deitate: & est de hoc, in quo Veritas, Principium & Æqualitas non sunt unum idem numero in Humanitate; igitur Incarnatio est de hoc, in quo Affirmatio & Negatio habent plus proportionis, Aptitudinis & dispositionis.

20. T. D. E. I. Incarnatio est de hoc, per quod Principiabilitas & Æqualificabilitas sunt magis remotæ à Contrariabilitate; igitur est de Filiabilitate deificabili & humanificabili remanente in una Persona & in duabus Naturis.

QUARTA QUÆSTIO. E.

Quare est Incarnatio DEI?

SOLUTIO. *Camera.* E. F. K.

1. IN DEO Possificatio & Objectatio sunt unum idem numero; & ideo Potestas DEI sic se habet cum creato objecto in possificando, & Gloria in gloriando, sicut Sapientia ipsum potest scire; & quia Sapientia scit, quòd Potestas magis possit glorificare Creaturam deificando illam, ideo Incarnatio est, ut Potestas tantum possificet, quantum Sapientia potest objectare.

2. E. F. T. E. Incarnatio est ideo, ut Sapientia possit scire magis altam & magis nobilem possificabilitatem & principiabilitatem in Creatura, & ut Potestas meliùs possit manifestare intrinsecam Operationem in extrinseca Operatione, sinè qua Incarnatione perderetur illa magis alta Objectabilitas in Sapientia, & Possificabilitas in Potestate, & privatio Incarnationis esset Principium ignorantiæ & debilitas Potestatis in extrinsecis operibus.

3. E. F. T. F. Ratio, propter quam est Incarnatio, est, ut Sapientia DEI possit scire Medium inter DEUM & Creaturam, illo Medio existente Homine DEO; nam, in quantum est Homo, est Medium inter DEUM & alios homines; & in quantum est DEUS Filius, est Medium inter illum Hominem & DEUM Patrem & DEUM Sanctum Spiritum & inter alios homines, qui sunt de specie illius Hominis; igitur Incarnatio est ideo, ut non sit Privatio illius Medii, de cujus Privatione sequeretur vacuitas inter DEUM & Creaturam, & inter Principium & Finem, & vacuitas objectabilitatis & possificabilitatis in extrinsecis operibus.

4. E. F. T. K. Ideo est Incarnatio, ut Potestas DEI magis possit removere creaturam à Minoritate & ignorabilitate, quæ remotio fit in deificando Creaturam, quæ plus objectat de Deitate, quia est deificata, & est magis remota ab ignorabilitate.

5. E. K. T. E. Ratione Incarnationis sequitur,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quitur, quòd Poteſtas poſſit magìs principiare gloriabile in gloriari, & quòd Gloria poſſit eſſe major Delectatio & Quies ad poſſificandum & principiandum in extrinſecis operibus; & illa major poſſificabilitas, glorificabilitas & principiabilitas extrinſecorum objectorum in intrinſecis operibus eſt Ratio, propter quam Incarnatio eſt.

6. E. K. T. F. Ideo eſt Incarnatio, ut ſit Medium Poteſtati ad recuperandum Gloriam, quam Humanum Genus perdiderat propter Originale Peccatum; attamen Incarnatio principaliter eſt propter Gloriam DEI & Hominis DEI, & ſecundariò propter Recreationem.

7. E. K. T. K. Si Incarnatio non eſſet, Poteſtas DEI non poſſet tantum poſſificare de Minoritate in ſua Gloria, quantum cum Incarnatione; igitur ſinè Incarnatione deficeret Poteſtati majorificare, ex quo ſequeretur gloriari extrinſecarum Operationum in intrinſeca Operatione cum minorificare: igitur eſt ideo Incarnatio, ut Poteſtas DEI de minorificare poſſit majorificare gloriari, & manifeſtare ſe ipſum.

8. E. T. E. F. Sinè Incarnatione Poteſtas DEI non habuiſſet Subjectum & Medium, in quo poſſet principiare extrinſecas operationes in intrinſeca intentione cum Deificabilitate, & illæ operationes fuiſſent principiatæ cum Deificativitate tantùm, ita, quòd Deificabilitas non tantum influeret ſuam ſimilitudinem extrà, quantum Deificativitas; ex quo ſequeretur de intrinſeca Operatione in extrinſecis Operationibus impoſſificabilitas & Privatio principiabilitatis; quæ conſequentia eſt impoſſibilis: igitur ideo Incarnatio eſt, ut Creatura ſit Deificabilis.

9. E. T. E. K. Incarnatio eſt ideo, ut ſit majus Principium deificabile, nam quantò majus eſt Principium in poſſificabilitate, tantò plus influitur in extrinſecas operationes, & extrinſeca refluentia recipitur in intrinſeca Operatione, à qua venit influentia; igitur Incarnatio eſt, ut major influitivitas & refluibilitas non ſint in privatione, de qua ſequeretur privatio poſſificativitatis & principiativitatis intrinſecæ Operationis in extrinſeca Operatione cum Minoritate.

10. E. T. F. K. Ratio, propter quam eſt Incarnatio, eſt, ut Poteſtas DEI habeat Subjectum ſeu Medium in extrinſecis operationibus, ut ipſas poſſit removere à Minoritate in intrinſeca Operatione; nam, quantò plùs illas removet à Minoritate, tantò magìs extenditur in multiplicando eſſentiam, & in exiſtendo ens in extrinſecis Operationibus ſub Ratione Bonitatis, Magnitudinis & aliarum intrinſecarum Proprietatum; igitur Incarnatio eſt, ut iſta multiplicatio poſſificabilitatis non ſit in Privatione.

11. F. K. T. E. Sicut Sapientia DEI habet quietem & delectationem in intrinſeca Operatione, ſic convenit, quòd habeat ſuo modo in extrinſeca Operatione; igitur principiat extrinſecam Operationem ſub Ratione talis Objectationis, ut ibi habeat Delectationem & Quietem; quam quietem non poſſet habere, ſi non objectaret extrinſecam Operationem ſub Ratione Incarnationis, quæ eſt nobilius & glorioſius Objectum, quod poteſt haberi in extrinſeca Operatione: igitur Incarnatio eſt, ut non perdatur nobilitas Objectationis.

12. F. K. T. F. Sapientia DEI ſumendo extrinſecum objectum ſumit illud ita gloriosè, ſicut illud ſumit intelligenter; igitur convenit, quòd in extrinſeca Operatione habeat Subjectum ſeu Medium, in quo Gloriativitas tantum poſſit influere gloriando gloriabile, quantum Sapientia intelligendo intelligibile: igitur Incarnatio eſt neceſſariò, ut influentia ſit ita magna in gloriari, ſicut in intelligere.

13. F. K. T. K. Sapientia habet quietem in extrinſeca Operatione intelligendo intrinſecam Gloriam, cui quieti convenit, quòd intelligat extrinſecam operationem cum Majoritate intelligibilitatis & gloriabilitatis, ut intellectivitas in intelligibilitate ſe poſſit extendere, & hoc idem de gloriativitate in gloriabilitate; igitur Incarnatio eſt ideo, ut extenſio non ſit in Minoritate.

14. F. T. E. F. Sapientia DEI principiat extrinſecam Operationem influendo ſuam ſimilitudinem, ut illa ſimilitudo refluatur in ipſam in tam magna principiabilitate, ſicut influitivitas influit; igitur influit ſuam ſimilitudinem in Deificabilitatem, in qua DEUS principiatus eſt Homo, & Homo eſt principiatus DEUS; & quia hoc Principium non poſſet eſſe ſinè Incarnatione, igitur ideo eſt Incarnatio, ut Principium non ſit in Privatione, quia ex ejus Privatione ſequeretur plus ignorantiæ intrinſecæ Operationis in extrinſeca Operatione, & extrinſecæ Operationis in intrinſeca Operatione, quàm cognitionis.

15. F. T. E. K. Ideo eſt Incarnatio, ut Sapientia DEI ſciat extrinſecam Operationem magìs

(c) 2006 Ministerio de Cultura

magìs dispositam, ut sit principiabilis & principiata, & ut illi sint data nobiliora principia, videlicet in fine, in forma, in materia, in agentia, quantitate & reliquis accidentibus; igitur Incarnatio est, ut omnia ista principia sint remota à Minoritate, & ut sint Majoritates in Divina Intellectivitate sub ratione Incarnabilitatis.

16. F.T.F.K. Si Incarnatio non esset, non haberet Sapientia DEI extrinsecum Subjectum, in quo objectivè posset removere suum intelligere à Minoritate, quia omnia creata objecta magìs essent creata in Minoritate, quàm in Majoritate; igitur ideo est Incarnatio, sub cujus Ratione & per quam sunt magìs objectabilia sub ratione Majoritatis, quàm sub ratione Minoritatis.

17. K.T.E.F. Si Incarnatio non esset, sensualia Principia non haberent Subjectum, in quo possent quiescere, cùm Gloria DEI sit insensibilis à corporalibus sensibus; igitur corporales sensus essent creati sinè intentione finîs, & essent deformati & positi in materia apta ad recipiendum formam & finem per naturale & supernaturale agens, ex quo sequerentur multa inconvenientia de intrinseca Operatione in extrinseca Operatione; igitur ideo est Incarnatio, ut sit Subjectum sensuali glorificationi corporalium sensuum.

18. K.T.E.K. Incarnatio est ideo, ut extrinseca Principia in intrinsecis Principiis sint glorificata in Majoritate, sinè qua Incarnatione sequeretur contrarium, scilicet quòd extrinseca Gloria esset in Minoritate, si non esset Incarnatio, sicut est in Majoritate, quia est Incarnatio.

19. K.T.F.K. Si Incarnatio non esset, non haberet extrinseca Gloria Medium, quòd posset quiescere in intrinseca Gloria, nec habere delectationem, quia intrinseca Gloria est tantum disparata à Minoritate, quòd nulla Gloria simpliciter in Minoritate ad illam posset transgredi sinè Medio DEI Hominis.

20. T.E.F.K. Incarnatio est ideo, ut sit Medium inter Causam & Effectum in tantum, quòd Causa principiet suum Effectum, removendo ipsum à Minoritate, ut illum amet cum Majoritate amandi, & ut cum Majoritate amandi ametur à suo Effectu.

QUINTA QUÆSTIO. F.

Quanta est Incarnatio DEI?

SOLUTIO. *Camera.* F.G.B.

1. INcarnatio DEI est quanta secundùm Quantitatem ternarii numeri multiplicati in Deitate, rationali Anima & humano Corpore, sequendo intrinsecam Naturam ternarii numeri, qui est intra Deitatem, sicut in Sapientia, in qua est intellectivum, intelligibile & intelligere, & in Voluntate volitivum, volibile & velle, & in Bonitate bonificativum, bonificabile & bonificare.

2. F.G.T.F. Incarnatio DEI est quanta in Unitate Personæ, & est quanta in Dualitate Naturarum, quia est una Persona, & in ea sunt duæ Naturæ; & ista Quantitas numeri est subjectum Objectabilitati Incarnationis, sinè quo Incarnatio non posset esse intelligibilis nec amabilis.

3. F.G.T.G. Incarnatio DEI est quanta sub Fine Quantitatis objectatæ & amatæ sub ratione Humanæ Naturæ, non tamen est quanta sub Fine Naturæ Deitatis, quæ Deitas non est quantificata sub ratione sui proprii Finîs & Objectabilitatis, quia non potest terminari nec comprehendi; & quia tota est objectabilis, sua Incarnabilitas est in omni loco & extra locum incarnata sinè Quantitate, & remanet incarnata in Quantitate in terminato loco, & comprehensa sub Fine humanæ Objectabilitatis.

4. F.G.T.B. Incarnatio DEI est objectabilis & amabilis sub ratione Differentiæ, quæ in illa declarat duas Naturas, scilicet Divinam & Humanam; secundùm Divinam Naturam declarat, quòd in Incarnatione DEI non sit Quantitas, cujus Privatio declarat & significat, quòd Divina Natura sit incarnata in omni loco sinè Quantitate, & remanet incarnata in Quantitate, secundùm quòd Differentia declarat & significat Objectabilitatem Humanitatis.

5. F.B.T.F. Incarnabilitas Filii DEI est objectata in Infinitate Bonitatis, quæ est Filius DEI incarnatus; qui Filius DEI, si non esset totus incarnatus, esset interpositum Medium in Incarnabilitate, intra quod Medium esset incarnatus cum Quantitate, & extra illos terminos non esset incarnatus; unde sequeretur, quòd sua Incarnabilitas non esset objectabilis in infinita Bonitate, ex Privatione cujus Objectabilitatis sequeretur Privatio Incarnationis.

F.B.T.G.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

6. F. B. T. G. Objectatio & Bonificatio in Filio DEI sunt unum idem numero; at, si ipse in Incarnatione haberet Quantitatem in intrinseco Fine, non possent habere Sapientia & Bonitas quietem in illo Fine; &, si esset incarnatus sinè extrinseca Quantitate, non posset habere humana Natura quietem in intrinseco Fine, quia non posset objectari sub sua propria Bonitate: igitur Incarnatio est sinè intrinseca Quantitate, & habet Quantitatem in extrinseca Natura.

7. F. B. T. B. In Incarnatione declarat Differentia clarum Objectum sub ratione Bonitatis, declarando duas Bonitates, scilicet increatam & creatam; & ideo manifestat, quòd in increata Bonitate non sit Quantitas, sed quòd sit quantificata, in quantum est induta deificatâ Humanitate.

8. F. T. F. G. Finis Incarnationis est Deitas & Humanitas; & quia Finis Deitatis est unus, convenit, quòd Finis Humanitatis sit alius singulariter, unde sequatur unum Medium, in quo illi ambo Fines sint una Persona; quia, si Filius DEI assumpsisset multas humanitates, Unitas Personæ non posset esse objectabilis in Incarnatione, & destrueretur Finis Incarnationis.

9. F. T. F. B. Differentia declarat in Incarnatione, quòd Divina Natura sit incarnata sinè Quantitate, ut tota sit objectata in Humanitate, & tota sit Homo; & ideo non objectat Sapientia Medium in Incarnatione sub ratione Deitatis, quia non posset objectare, quòd tota Humanitas esset deificata, nec tota Deitas incarnata.

10. F. T. G. B. Differentia declarat & significat certum Objectum Incarnationis sub ratione clari Finîs; & ideo declarat, quòd in illa Incarnatione Deitas sinè Quantitate sit id, quod est, & sit Homo cum Quantitate, unde sequitur quies claræ Objectationis in Incarnatione.

11. G. B. T. F. Voluntas & Bonitas in Divina Natura sunt unum idem numero sub Ratione Filiationis; & ideo Incarnatio illius Filiationis est tanta, quanta est illa conversio numeri, & ideo ponunt in illa Incarnatione Unitatem sinè Quantitate; & quia in Humana Natura Voluntas & Bonitas non sunt unum idem numero, multiplicant Quantitatem in Unitate Humanitatis, quæ est Medium illarum; igitur quælibet Naturarum habet se ad Incarnationem secundùm suam propriam proprietatem, & in illa est una sinè Quantitate, & altera cum Quantitate.

12. G. B. T. G. Ut Bonitas DEI possit sufficere uni Fini Incarnationis, & similiter Voluntas, est Incarnatio sub ratione unius deificare & humanificare, sequendo naturam unius amare, bonificare & complere; igitur Incarnatio est quanta in una Unitate Divinæ Personæ & unius Hominis.

13. G. B. T. B. Si Incarnatio esset quanta in pluralitate Divinarum Personarum & humanarum, persona de omnibus aggregata esset confusa, & esset destructa Claritas objectabilitatis & bonificabilitatis, ex quo sequeretur Malitia contra Bonitatem, & Odibilitas contra amare, & Confusio contra clarificare: igitur Incarnatio est de una intrinseca Unitate, & de altera extrinseca.

14. G. T. F. G. Incarnatio est quanta in Unitate unius Personæ & unius Hominis, ut Finis cujuslibet ipsarum magìs ametur in Incarnatione; quia, si una intrinseca Unitas & altera extrinseca non sufficeret in Incarnatione, Incarnatio non esset Subjectum perfectæ amabilitati in intrinseca Unitate; & hoc est impossibile.

15. G. T. F. B. Incarnatio DEI est quanta in duabus Voluntatibus, in duabus Differentiis & in uno Medio, quod est Persona objectata in Unitate ambarum Naturarum; & ideo non convenit, quòd in illa Incarnatione sit quantitas plurium hominum, quia esset de multis bonitatibus & differentiis, unde sequeretur confusio extrinsecæ Unitatis in intrinseca Unitate.

16. G. T. G. B. Differentia declarat in Incarnatione Quantitatem multiplicatam in diversis intentionibus amandi & complendi, Incarnatione existente per primam intentionem sub ratione Divinæ Naturæ, & per secundam intentionem sub ratione Humanæ Naturæ.

17. B. T. F. G. In Divina Natura est bonificare Medium inter bonificans & bonificabile sinè Quantitate; & ideo sequitur in Incarnatione Filius DEI intrinsecam Naturam conservando suum Finem; igitur est Incarnatus sinè Quantitate suî ipsius; sed, ut sequatur extrinsecus Finis, recipit Quantitatem ab extrà in Humanitate.

18. B. T. F. B. Differentia declarat in Incarnatione Medium Bonitatis, Bonitate existente quantâ sub ratione Humanitatis, &, non quanta sub ratione Deitatis, & ex hac affirmatione & negatione declaratur Incarnatio & Bonitas illius.

19. B. T. G. B. In Incarnatione Differentia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tia declarat, quòd Bonitas sit ratio bono, quòd agat bonum Finem Incarnationis; & ideo declarat, quòd in illa Incarnatione Deitas habeat Quantitatem in Humanitate, & non in se ipsa, & quòd Quantitas Humanitatis sit in tota Deitate incarnati Filii, ut totus Filius sit incarnatus.

20. T. F. G. B. In Divino Fine est Finis Humanæ Naturæ, & Subjectum amborum Finium declaratur in Persona, existente Quantitate in illo Subjecto per omnes sex extremitates sub ratione Humanitatis, & extra Quantitatem sub ratione Deitatis; & ideo Finis conservat Deitatem in Incarnatione sub Quantitate, & facit, quòd Deitas sit induta Quantitate sub ratione Humanitatis.

SEXTA QUÆSTIO. G.

Qualis est Incarnatio in DEO?

SOLUTIO. *Camera.* G. H. C.

1. INcarnatio DEI est illa, quæ est qualificata & significata sub Ratione Magnitudinis Voluntatis & Virtutis DEI; igitur est illa, quæ dicitur de nostro Domino DEO JESU Christo Filio Virginis nostræ Dominæ Sanctæ MARIÆ; quia, si non esset illa, & esset alia futura, ista, quam tenet Sancta Ecclesia, esset vitiosa, & esset contra Virtutem, & parva contra Magnitudinem, & odibilis contra Charitatem, & omnes Rationes sibi invicem deficerent; & hoc est impossibile: cùm tamen illa Incarnatio, quam tenemus, sit virtuosa, magna & amabilis.

2. G. H. T. G. Incarnatio, quam inquirimus, est illa, quam nunc tenemus de JESU Christo nato in Bethlehem & crucifixo in Jerusalem, quia Finis suorum operum & suorum sequacium est quies Virtutis & Charitatis, quia opera fuerunt virtuosa, & ipse cum Charitate vixit & mortuus fuit; si autem ista Incarnatio non esset, esset contrarium, in tantum, quòd Finis esset contra Finem, & Charitas contra Charitatem; & hoc est impossibile.

3. G. H. T. H. Si Incarnatio est illa, quam tenet Catholica Ecclesia, sequitur inde major extensitas Charitatis & Virtutis; & si non esset, sequeretur minor, quia ab illo tempore, in quo dicimus, quòd Christus sit natus, usque ad tempus Incarnationis, quæ futura esset, omne id, quod tenemus, esset Vitium & odibile, & majus Vitium, quod possit esse; & hoc est impossibile, ut non pereat Majoritas Virtutis & Charitatis.

4. G. H. T. C. In illa Incarnatione, quam tenemus, Virtus & Charitas concordant in Humanitate, quæ honorat Deitatem de toto suo posse, & Deitas facit, quòd Humanitas sit honorata, in quantum facit, quòd illa credatur & honoretur à suo populo, & audiatur, & in illa posuit Virtutem Sacramentorum, & Charitatem Martyrii; at, si hæc Incarnatio non esset, sequeretur contrarium; quæ Contrarietas est impossibilis.

5. G. C. T. G. Si est Incarnatio illius Christi, quam tenemus, sequitur inde Magnitudo Voluntatis & Finîs; at, si illa non esset, sequeretur inde Parvitas Voluntatis & Finîs; quæ consequentia esset contra Magnitudinem Voluntatis & Finîs in tantum, quòd Parvitas vinceret Magnitudinem, & Odibilitas Amabilitatem, & Defectus Complementum; & hoc est impossibile.

6. G. C. T. H. Si Incarnatio non esset illa, quam tenemus, esset major Magnitudo Voluntatis odibilis in majori tempore, & major quantitas hominum salvatorum esset magìs odibilis, quàm amabilis, & sic perderetur Majoritas amandi in Minoritate amandi; quod est impossibile: igitur Incarnatio, quam inquirimus, est illa, quam tenemus.

7. G. C. T. C. Inter Voluntatem & Magnitudinem est Concordantia, quia Magnitudo est amabilis, & Voluntas est magnificabilis, & hoc in amare, magnificare & concordare; & hoc sequitur, si Incarnatio est illa, quam nos tenemus; & si non, sequeretur inde contrarium, quia tota Magnitudo amandi, magnificandi & concordandi, quam tenemus, esset perdita, & illa Incarnatio, quæ esset futura, esset posita in dubitatione & in Minoritate amandi, magnificandi & concordandi.

8. G. T. G. H. Si Incarnatio, quam inquirimus, est illa, quam tenemus, sequitur inde Majoritas Finîs in amando & in convertendo Infideles ad Majoritatem hujus Finîs; at, si ista non esset, omne id, quod tenemus, esset falsum & contra Finem amandi; ex quo sequeretur, quòd amare haberet quietem in Fine cum Minoritate, & odire cum Majoritate; quod est impossibile.

9. G. T. G. C. Concordantia, Voluntas & Finis concordant in Incarnatione; &, si ista Incarnatio, quam tenemus, est vera, sequitur hoc, quod diximus de Concordantia, in tempore, in quo sumus, fuimus & erimus; at, si ista non esset, sequeretur inde con-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

contrarium, & totum iſtud tempus, quod diximus, eſſet contrarium futuræ Incarnationi; ex quo ſequeretur Contrarietas contra Finem & Voluntatem Incarnationis; quod eſt impoſſibile.

10. G. T. H. C. Si illa Incarnatio, quam tenemus, eſt vera, ſequitur inde major Concordantia amandi & convertendi illos, qui ſunt in errore; at, ſi non eſſet vera, ſequeretur inde contrarium, & omnes populi Chriſtiani, Saraceni & Judæi & omnes alii forent contra Incarnationem, quæ futura eſſet, in tantum, quòd illa non habebit Majoritatem Concordantiæ in amando: & ſic deficiet Majoritas Concordantiæ ipſi amare, & Majoritas amandi ipſi Concordantiæ; quod eſt impoſſibile.

11. H. C. T. G. Si ille Chriſtus, quem nos tenemus, eſt ille, qui eſt verus Chriſtus, habent Virtus & Magnitudo in illo Quietem; at, ſi ille, quem nos tenemus, non eſſet verus, ſequeretur inde contrarium, quia non eſſet ullus populus, in quo Virtus & Magnitudo quieſcerent; nam omnes populi, qui ſunt, eſſent contra Finem, propter quem ſunt; igitur privatio iſtius Chriſti, quem tenemus, eſſet Magnitudo Vitii, & Parvitas Virtutis & Finîs, & perirent rationes Virtutis, Magnitudinis & Finîs; & hoc eſt impoſſibile.

12. H. C. T. H. Majoritas Fidei non eſt contra Magnitudinem Virtutis, ſi iſte Chriſtus, quem nos tenemus, eſt verus; ſed, ſi non eſſet verus, ſequeretur inde contrarium, quia in illo Chriſto, qui eſſet futurus, Majoritas non habebit ſubjectum, in quo Virtus Fidei poſſit multiplicari nec magnificari, quia conſequentia hujus & illius erit in Contrarietate Vitii & Virtutis, Magnitudinis & Parvitatis, Majoritatis & Minoritatis; & hoc eſt impoſſibile.

13. H. C. T. C. Si ille Chriſtus, quem tenemus, non eſſet ille, qui eſt verus, tota Concordantia Virtutis, quam tenemus, converteretur in Vitium, & Concordantia Magnitudinis in Parvitatem; ſed hoc eſt impoſſibile, quòd per unam Virtutem alia Virtus convertatur in Vitium: igitur ille eſt verus Chriſtus, quem nos tenemus.

14. H. T. G. H. Major Finis Virtutis non contradicit ſibi ipſi, quia, ſi contradiceret, Virtus non quieſceret in Majoritate Finîs; at, ſi ille Chriſtus, quem nos tenemus, non eſſet ille, qui eſt verus, ſequeretur hujus contrarium, ita, quòd una Majoritas Finîs Virtutis eſſet contraria alteri, & Virtus quieſceret in Minoritate Finîs, & Vitium in Majoritate Privationis Virtutis; quod eſt impoſſibile.

15. H. T. G. C. In Incarnatione Virtus & Finis habent Concordantiam, ſi iſte Chriſtus, in quem credimus, eſt ille, qui eſt verus, quia omnia ipſius opera fuerunt virtuoſa, & in ipſo fuerunt completæ Prophetiæ; at, ſi iſte non eſſet verus, ſequeretur inde contrarium: & ſequeretur, quòd in illo, qui venturus eſſet, multiplicabuntur contraria opera in Vitiis & Defectibus; & hoc eſt impoſſibile.

16. H. T. H. C. In Incarnatione Majoritas non contradicit Virtuti & Concordantiæ, nec Virtus & Concordantia contradicunt Majoritati ſuî ipſarum; & ideo ſignificatur, quòd ille Chriſtus, in quem credimus, ſit ille, qui neceſſariò verus eſt, ut in illo extendatur Majoritas Virtutis & Concordantiæ in numero Perſonarum, & in tempore Virtutes, orationes & bona opera.

17. C. T. G. H. Si Chriſtus, qui eſt verus, eſt ille, in quem nos credimus, hoc, quod nos de ipſo credimus, eſt in Majoritate Magnitudinis Finîs: & ſi non eſſet verus, ſequeretur inde contrarium, quæ Contrarietas etiam ſequeretur in illis, qui crederent in illum Chriſtum, qui eſſet verus, & illa Contrarietas & iſta, in qua nos ſumus, eſſet ſimiliter in Majoritate Finîs; & hoc eſt impoſſibile.

18. C. T. G. C. In Incarnatione DEI Magnitudo & Finis habent Concordantiam, cum qua Concordantia ſunt remotæ à Contrarietate Incarnationis; & iſta conſequentia eſt vera, ſi ille Chriſtus, in quem nos credimus, eſt in Veritate; & ſi non, eſſet falſa, quæ falſitas vinceret Magnitudinem Finîs & Concordantiæ; & hoc eſt impoſſibile.

19. C. T. H. C. Concordantia & Magnitudo non contrariantur Majoritati Incarnationis, cùm Magnitudo habeat majorem Concordantiam cum Majoritate, quàm cum Minoritate, & Concordantia ſit major in Majoritate, & minor in Minoritate: igitur ſignificatur, quòd iſta Incarnatio, quam tenet Romana Eccleſia, ſit in Veritate; quia, ſi eſſet in Falſitate, ſequeretur contrarium.

20. T. G. H. C. Major Finis Concordantiæ, qui ſit inter DEUM & Creaturam, eſt Incarnatio, & ideo demonſtrat Majoritas, quòd iſta Incarnatio, in quam nos credimus, ſit in Veritate, ut Majoritas poſſit eſſe imago ad ſignificandum majorem Finem & Concordantiam Incarnationis; at, ſi eſſet in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in Falsitate, & Filius DEI adhuc non esset incarnatus, Majoritas non esset imago ad significandum majorem Finem & Concordantiam Incarnationis; & hoc est impossibile.

SEPTIMA QUÆSTIO. H.

Utrùm sit Tempus in Incarnatione Filii DEI?

SOLUTIO. *Camera.* H.I.D.

1. AD hanc Quæstionem possumus respondere, sicut respondimus ad quæstionem de Qualitate, in qua probavimus, quòd DEUS sit incarnatus & non incarnandus, & per istam quæstionem similiter potest probari illud idem; nam, si DEUS esset incarnandus, omne id, quod nunc tenemus de Incarnatione, esset in Falsitate, & Veritas non poneret in vero Durationem Virtutis in credulitate simili illi, quæ futura esset, quando DEUS esset incarnatus; & hoc est impossibile.

2. H.I.T.H. Deitas non ponit in Incarnatione Tempus per se, sed ponit Tempus, in quantum se facit Hominem; quia, si non poneretur in Tempore, non posset se facere Hominem; igitur in Incarnatione est Tempus secundùm minorem Virtutem & Veritatem, & non secundùm majorem, quia Minoritas non potest alterare majorem Virtutem & Veritatem.

3. H.I.T.I. Tempus est in Incarnatione sub ratione Humanæ Naturæ, & non sub ratione Divinæ Naturæ; & ista Affirmatio & Negatio sunt æquales in Veritate & Virtute, per quam Æqualitatem Veritas verificat Virtutem in Humanitate incarnando sinè Tempore sub ratione Deitatis, & cum Tempore sub ratione Humanitatis.

4. H.I.T.D. Incarnatio est in præterito Tempore ideo, quia est Virtus & Veritas hujus, quod tenemus de Incarnatione; nam, si esset in futuro Tempore, hoc, quod tenemus de Incarnatione, esset contra Virtutem & Veritatem Temporis concordantis cum Virtute & Veritate sub forma Incarnationis; & hoc est impossibile.

5. H.D.T.H. Major Duratio Virtutis est in Æternitate, & minor est in Tempore, & ideo est Tempus in minori Natura, & non in majori; &, quia Incarnatio est de duabus Naturis, & est una Persona, Tempus est sustentatum in Æternitate in illa Persona.

6. H.D.T.I. Incarnatio est de duabus Virtutibus, quæ non sunt æquales in Duratione, quia una est æterna, & altera est principiata; & ideo est Divina Virtus sinè Tempore in Persona JESU Christi, & Humana est in Tempore: unde sequitur, quòd Humana Natura nullam mutationem ponat in Divina Natura; quia, ubi non potest esse Tempus, ibi non potest esse mutatio.

7. H.D.T.D. In Incarnatione non potest Contrarietas resistere æternæ Virtuti: igitur in Incarnatione est æterna Virtus sinè Tempore; sed, in quantum ista æterna Virtus est facta Homo, est DEUS factus Homo in Tempore, illo Homine existente deificato & humanificato in Tempore, & existente Æternitate extra Tempus in Deitate, & in Tempore in Humanitate.

8. H.T.H.I. Incarnatio est de majori intrinseca & extrinseca Virtute; igitur est de majori intrinseca & extrinseca Æqualitate sub ratione proportionis; ista proportio non esset, si Tempus poneret mutationem in Deitate, neque, si Deitas se poneret in Humanitate sinè Temporalitate.

9. H.T.H.D. Majoritas Virtutis est imago Incarnationis, ita, quòd Contrarietas non possit contradicere, quia Majoritas significat formam Incarnationis significando majorem intrinsecam Virtutem in majori extrinseca Virtute cum Tempore & in Tempore, & majorem extrinsecam Virtutem existentem in intrinseca Virtute sinè tempore; nam, in quantum intrinseca Virtus assumit Tempus, facit se Hominem in extrinseca Virtute; & in quantum extrinseca Virtus est DEUS, existit sinè Tempore.

10. H.T.I.D. Intrinseca Virtus & extrinseca Virtus sunt æquales proportionaliter cum Tempore & sinè Tempore, ita, quòd Contrarietas ibi non possit resistere: quia extrinseca Virtus non potest resistere intrinsecæ Virtuti, nec in illa ponere Tempus, nec intrinseca Virtus potest resistere extrinsecæ Virtuti, ita, quòd possit fieri homo sinè Tempore; igitur est æqualis proportio in Incarnatione cum Tempore & sinè Tempore.

11. I.D.T.H. Incarnatio est ideo, ut significet & demonstret majorem Durationem Veritatis durando in Tempore sinè Tempore; nam Divina Natura existens ea ipsámet durat in Humana sinè Tempore, & eadem Natura existens Homo durat in Tempore; & sic ista Incarnatio est imago, in qua major intrinseca Veritas demonstrat suam majorem extrinsecam Durationem in majori extrinseca Veritate.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

12. I. D. T. I. Si Æternitas mutaretur & alteraretur propter Incarnationem, eſſet ejus mutatio in Tempus, ex quo ſequeretur mutatio Divinæ Veritatis in Falſitatem, & hoc æqualiter, ita, quòd Æternitas ſic eſſet perverſa in Tempus, ſicut Veritas in Falſitatem; ſed, quia in Divina Incarnatione Veritas non poteſt perverti in Falſitatem, quia Æternitas id non permittit, ſic etiam Veritas non permittit, quòd Æternitas pervertatur in Temporalitatem.

13. I. D. T. D. Veritas eſt, quòd Incarnatio ſit de Æternitate & de Tempore; quia, ſi non eſſet ſic, ſequeretur inde Contradictio, ita, quòd Incarnatio eſſet & non eſſet; veruntamen non ſequitur Contradictio Deitate exiſtente in Incarnatione in Tempore ſub ratione Humanitatis, & in ſe ipſa æterna ſub ratione Æternitatis, quæ menſurat & comprehendit Tempus.

14. I. T. H. I. Incarnatio eſt de majori intrinſeca Veritate & de majori extrinſeca Veritate: vocamus autem intrinſecam Veritatem Divinam Naturam, & extrinſecam Veritatem Humanam Naturam; igitur convenit, quòd Majoritas ſit imago majoris Æqualitatis Temporis, & quòd Veritas illam majorem Æqualitatem ponat in vero; iſta major Æqualitas verò eſt, quòd in uno Tempore ſinè ulla ſucceſſione Naturæ Corporis Chriſti & Animæ DEUS ſit factus Homo.

15. I. T. H. D. Major Veritas, quæ ſit de DEO in Creatura, & de Creatura in DEO, eſt Incarnatio, & iſti majori Veritati non poteſt Contrarietas reſiſtere; cui reſiſteret, ſi in Incarnatione Deitas converteretur in Humanitatem & in Tempus, & Humanitas in Deitatem & in Æternitatem, quia perderentur ambæ Naturæ; ex quo ſequeretur, quòd minor Veritas eſſet in Incarnatione; & hoc eſt impoſſibile.

16. I. T. I. D. Si Incarnatio eſſet ſinè Tempore, conveniret, quòd Veritas Deitatis & Humanitatis eſſet æqualiter in ambabus Naturis; & hoc eſt impoſſibile & contra æternam Veritatem & contra principiatam Veritatem.

17. D. T. H. I. Ut Majoritas ſit imago majoris Æqualitatis, demonſtrat Majoritas in Æternitate majorem Æqualitatem Æternativi, Æternabilîs & Æternare, & in Tempore majorem Æqualitatem temporificativi, temporificabilîs & temporificare, & in Incarnatione demonſtrat Majoritas majorem Æqualitatem Deificativi & Humanificabilîs, Deificativo exiſtente Humanificativo & Humanificabili, & Deificabili exiſtente Humanificabili.

18. D. T. H D. Majoritas eſt in Æternitate imago, ita, quòd Contrarietas non poteſt contrariari Majoritati, cùm Contrarietas non poſſit contrariari ulli rei poſitæ in Æternitate; igitur Majoritas eſt imago, in qua apparet, quòd Æternitas ſit in Incarnatione cum Tempore & in Tempore ſinè aliqua alteratione & mutatione ſuî ipſius.

19. D. T. I. D. Æqualitas æternandi & temporificandi eſt in Incarnare ſinè contrariari; igitur in illa Incarnatione fuit Tempus æqualiter in ſpirituali & corporali Natura, in qua Incarnare remanſit æqualiter in Paſſione Chriſti, & remanebit in Æternitate.

20. T. H. I. D. Contrarietas non poteſt in Incarnatione contra majorem Æqualitatem præteriti & futuri Temporis, quæ Æqualitas eſt præſens Tempus exiſtens in Medio amborum; igitur Majoritas eſt imago demonſtrans, quòd Filius DEI ſit incarnatus.

OCTAVA QUÆSTIO. I.

Ubi eſt Incarnatio DEI?

SOLUTIO. *Camera.* I. K. E.

1. INcarnatio eſt in Deitate & Humanitate, & in Veritate, Gloria & Poteſtate ambarum Naturarum, & in Unitate Perſonæ; & quia Divina Perſona eſt in omni Loco, verificat ſua Veritas, & ſua Poteſtas poſſificat, quòd ſub Ratione ſuî ipſius ſit incarnata in omni Loco, exiſtens incarnata in ſpecifico Loco ſub Ratione Humanitatis, quæ habet delectationem & quietem in hoc, quòd tota Deitas ſit incarnata.

2. I. K. T. I. Incarnatio eſt proportionalis Æqualitas Divinæ & Humanæ Veritatis & Gloriæ; & ideo verificat Veritas, ut Gloria habeat delectationem, quòd Deitas & Humanitas habeant Æqualitatem ſub ſuis propriis Rationibus in Incarnatione, ita, quòd Deitas æqualiter ſit Homo, & Homo ſit DEUS; ex quo ſequitur, quòd DEUS Homo ſit in omni Loco, & Homo DEUS in ſpecifico & terminato Loco.

3. I. K. T. K. Incarnatio eſt de Deitate & Humanitate, & ideo ponit Veritas in vero, & Gloria dat delectationem, quòd Incarnatio ſit in omni Loco ſub Ratione Deitatis,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tatis, & in ſpecifico Loco ſub Ratione Humanitatis; unde ſequitur quies ambarum Naturarum, quia ſub ratione Minoritatis Incarnatio eſt de Humanitate & comprehenſa in Loco, & ſub ratione Majoritatis eſt Incarnatio de Deitate, quæ Deitas comprehendit & menſurat omnia Loca, quæ ſunt cum Veritate & cum delectatione Incarnationis.

4. I. K. T. E. Quia Incarnatio eſt principiata, convenit ei corporalis ſpecificus Locus, ita, quòd, ſi eſt in uno Loco, non ſit in alio; ſed, quia eſt principiata de Veritate & Gloria, quæ comprehendunt omnia Loca, eſt Incarnatio in omnibus Locis ſic in Divina Veritate & Gloria, & multò meliùs etiam ſinè omni comparatione, ſicut medicina eſt in medico, & juſtitia in juſto homine.

5. I. E. T. I. Veritas & Poteſtas habent in Deitate Æqualitatem, &, ut Deitas ſit in omni Loco, ponit Veritas hoc in vero, & Poteſtas poſſificat hoc; &, ut Deitas in Incarnatione ſit verus Homo, Poteſtas poſſificat, quòd Homo exiſtens finitus & terminatus in Loco ſit infinitus DEUS, qui comprehendit omnia Loca.

6. I. E. T. K. Si Incarnatio non eſſet in omni Loco, ita, quòd DEUS Homo eſſet in omni Loco, impediret Minoritas Incarnationis Veritatem & Poteſtatem Incarnationis in tantum, quòd totus DEUS non eſſet Homo; ſed, quia Veritas poteſt verificare Incarnationem ſuprà Minoritatem, non poteſt Minoritas impedire Incarnationem, nec ei impedire omnem Locum.

7. I. E. T. E. Incarnatio eſt in deificare & humanificare, verificare, poſſificare & principiare, & hoc ſub Ratione Deitatis ideo, quia Filius eſt deificabilis ſub Ratione Patris, & ſub Ratione Humanitatis eſt Incarnatio humanificata, verificata, poſſificata & principiata.

8. I. T. I. K. Incarnatio eſt in Veritate & in Minoritate, & in quantum eſt in Veritate, exiſtit extra Falſitatem, in qua Veritate, quæ non eſt comprehenſa per Locum, eſt Incarnatio extra Locum: & in quantum eſt in Minoritate, eſt comprehenſa per Locum, & eſt extra Æqualitatem Deitatis & Humanitatis; & ideo poteſt eſſe in Loco & extra Locum.

9. I. T. I. E. In Incarnatione ambæ Naturæ non habent æqualia Principia; & ideo Veritas ponit in vero, quòd non ſint poſitæ in æquali ſtatu; igitur ponit in vero, quòd Deitas ſit in Loco cum Humanitate, & ſit in omni Loco & extra Locum cum Veritate Incarnationis principiatæ in Loco.

10. I. T. K. E. Principium Incarnationis eſt Deitas & Humanitas, & eſt in Minoritate ſub ratione Humanitatis; propter quam Minoritatem convenit, quòd ſit in terminato & comprehenſo Loco; ſed, quia Incarnatio principiat in Deitate ſub Majoritate, convenit, quòd Veritas ponat in vero, quòd DEUS ſit Homo in omni Loco & extra Locum.

11. K. E. T. I. In quantum Incarnatio eſt de duabus Naturis, videlicet de Divina & Humana, & in Divina Natura Gloria & Poteſtas ſunt æquales, eſt Incarnatio in illa Æqualitate ſub Ratione Deitatis, in qua Æqualitate comprehendit omnia Loca, & ideo poteſt eſſe Homo in omnibus Locis; ſed, quia Incarnatio ſub Ratione Humanitatis eſt in Æqualitate Gloriæ & Poteſtatis terminata in Loco, non poteſt Humanitas eſſe in omnibus Locis exiſtens ſub ratione unius Loci.

12. K. E. T. K. In Incarnatione intravit intrinſeca Natura in extrinſecam Naturam in tantum, quòd Deitas ſit Homo in Humanitate, & extrinſeca Natura intravit in intrinſecam Naturam in tantum, quòd Homo ſit DEUS in Deitate; eſt igitur DEUS in terminato & finito Loco ſub Ratione Humanitatis, & Homo eſt in omni Loco ſub Ratione Deitatis; iſta poſitio autem eſt ſignificata ſub ratione Gloriæ, Poteſtatis & Minoritatis.

13. K. E. T. E. Incarnatio ſub Ratione Deitatis eſt in Divina Gloria, Poteſtate & Principio, & ſub Ratione Humanitatis eſt in Humana Gloria, Poteſtate & Principio; igitur Incarnatio eſt ſub iſtis Rationibus in Loco & extra Locum; & ſi hoc idem ſequitur de Creatione, quantò magìs convenit, quòd ſequatur de Incarnatione?

14. K. T. I. K. Gloria eſt quies & delectatio Æqualitatis & Minoritatis, in qua Gloria & quiete eſt Incarnatio ſub Ratione Humanitatis; & ideo eſt in finito & terminato Loco: & quia eſt in Æqualitate Gloriæ ſinè Minoritate, eſt in Deitate, in qua habet delectationem & quietem, cùm ſit in omni Loco.

15. K. T. I. E. Gloria, Æqualitas & Principium ſunt in Incarnatione ſub Ratione Filiationis, ipſo Filio exiſtente Gloriâ, Æqualitate & Principio Incarnationis; igitur Incarnatio eſt ſub Ratione Deitatis in Glo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ria, Æqualitate & Principio Filiationis; & hoc idem ſequitur de Humanificatione.

16. K. T. K. E. Incarnatio eſt principiata cum Gloria & de Gloria ſinè Minoritate, & ideo convenit, quòd ſit in Gloria ſinè Minoritate, in qua Gloria exiſtit ſinè Minoritate comprehendens omnia Loca ſub Ratione Deitatis; ſed, quia eſt principiata ſub Ratione Humanitatis, eſt principiata in Gloria & de Gloria cum Minoritate, in qua Gloria convenit, quòd ſit cum Minoritate, propter quam illi convenit terminatus & comprehenſus Locus.

17. E. T. I. K. Incarnatio eſt in Poteſtate, in qua eſt Æqualitas ſinè Minoritate inter poſſificativum, poſſificabile & poſſificare; & ideo poteſt eſſe æqualiter in omni Loco ſub Ratione Deitatis; ſed, quia Incarnatio ſub Ratione Humanitatis eſt in Poteſtate, in qua Æqualitas exiſtit cum Minoritate poſſificativi, poſſificabilîs & poſſificare, convenit, quòd Chriſtus Homo ſit in terminato & finito Loco.

18. E. T. I. E. Convenit, quòd Incarnatio ſecundùm ſua Principia ſit ibi, ubi eſt: igitur eſt ibi, ubi ſunt ejus Principia; igitur eſt in Æqualitate deificativi & humanificativi, deificabilîs & humanificabilîs, poſſificativi & poſſificabilîs, poſſificabilîs & poſſificabilîs, poſſificativi ratione Deitatis, & poſſificabilîs ratione Humanitatis.

19. E. T. K. E. In Incarnatione Poteſtas incipit incarnari de ſe ipſa ſinè Minoritate; unde eſt principiata Incarnatio in Poteſtate ſinè Minoritate, in qua Poteſtate exiſtit in omni Loco; ſed, quia incepit ſe ipſam incarnare in Poteſtate cum Minoritate exiſtens in uno Loco, non poteſt in omni Loco eſſe incarnata; quia ſi eſſet, perderetur Poteſtas Minoritatis.

20. T. I. K. E. Æqualitas & Principium non poſſunt in Incarnatione eſſe unum idem numero cum Minoritate; quia, ſi eſſent, Æqualitas & Minoritas eſſent & non eſſent in Principio, unde ſequeretur Contradictio: igitur Incarnatio eſt in oppoſito Contradictionis.

NONA QUÆSTIO. K.

Quomodo DEUS aſſumpſit Humanam Carnem?

SOLUTIO. *Camera.* K. C. F.

1. IN Divina Natura ſunt Gloria, Magnitudo & Sapientia unum idem numero, ſed in Humana Natura, quam DEUS aſſumpſit, ſunt differentes; igitur Modus Incarnationis eſt unire Gloriam, Magnitudinem & Sapientiam in Humana Natura in Unitate numeri, ſuſtentatâ illâ Unitate numeri in intrinſeca Unitate cum delectatione, Magnificatione & Objectatione in Unitate Perſonæ, & in Dualitate Naturarum.

2. K. C. T. K. Divina Gloria & Magnitudo elongârunt creatam Gloriam & Magnitudinem à Minoritate, ut non eſſent propè *non eſſe*; unde in illa elongatione fuit facta Incarnatio, in quantum Humana Natura fuit aſſumpta & ſuſtentata in Gloria & in Magnitudine, quæ ſunt remotæ à *non eſſe*, remanente Humanâ Naturâ in Minoritate, & Divinâ in Majoritate, unde ſecutum fuit, quòd ſit DEUS Homo, & Homo DEUS.

3. K. C. T. C. Modus Incarnationis fuit ſecundùm Modum Concordantiæ intrinſecæ & extrinſecæ Gloriæ & Magnitudinis, quæ concordârunt in Unitate Perſonæ, & in Pluralitate Naturarum, Chriſto exiſtente unâ Perſonâ, & duabus Naturis.

4. K. C. T. F. In Incarnatione Filius DEI, ut eſſet Homo, influxit ſe ipſum ſub Ratione ſuæ Gloriæ & ſuæ Magnitudinis Filio Hominis, à quo illius Gloria & Magnitudo refluxit ſibímet ad ſuam Gloriam & Magnitudinem; & ſic ratione illius Modi Influentiæ & Refluentiæ fuit facta Obviatio ambarum Naturarum, unde fuit ſecuta Incarnatio.

5. K. F. T. K. Divina Natura objectavit hoc, per quod poterat habere quietem in creando creaturam, ita, quòd illam removeret à Minoritate ſecundùm ſuam poſſibilitatem & objectabilitatem; igitur Humanitas Chriſti fuit objectata in Deificabilitate, & Divina Natura in Humanificabilitate; & de iſto Modo objectationis fuit ſecutus Modus Incarnationis.

6. K. F. T. C. Sub Ratione Sapientiæ objectavit DEUS ſe ipſum fore Hominem, & ſua Gloria dedit delectationem illi Objectationi, & Concordantia concordavit Objectationem & Delectationem, & iſte Modus operationis fuit Modus Incarnationis.

7. K. F. T. F. Divina Sapientia objectavit Gloriam ambarum Naturarum, & objectando fuit influens, ut ſequeretur Finis illius Objectationis, & Gloria refluxit Delectationem & Quietem, unde fuit ſecuta Unitas Perſonæ in Unitate duarum Gloriarum & duarum Sapientiarum.

8. K. T. K. C. In Divina Incarnatione Concor-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Concordantia concordavit Majoritatem & Minoritatem duarum Gloriarum in una Persona, Divinâ Gloriâ existente in illa Persona in Majoritate, & Humanâ Gloriâ in Minoritate.

9. K. T. K: F. Divina Gloria sub ratione Filiationis in Deificabilitate est influxa sinè Minoritate, & secundùm istum Modum fuit facta influentia in Humanitatem, quæ Humanitas refluxit suam Gloriam sub ratione Minoritatis; & inde est factus Modus Incarnabilitatis, existente intrinsecâ Gloriâ minori in Humanitate, & extrinsecâ Gloriâ majori in Deitate.

10. K.T.C.F. Incarnatio fuit facta secundùm Modum concordandi, deificandi & humanificandi, influente & refluente Gloriâ Deitatis in Gloriam Humanitatis, & Gloriâ Humanitatis in Gloriam Deitatis.

11. C.F.T.K. Divina Sapientia objectavit in Incarnatione Magnitudinem & Minoritatem, Magnitudinem objectavit secundùm se ipsam, & Minoritatem secundùm Humanam Naturam; & Divina Magnitudo magnificavit Minoritatem in illa objectatione tantum, quantum Sapientia illam magnificationem potuit objectare; & de isto Modo objectationis & magnificationis fuit secutus Modus Incarnationis.

12. C.F.T.C. Sapientia objectavit in Incarnatione Deificabilitatem & Humanificabilitatem: objectavit Deificabilitatem in Esse DEUS Homo, & objectavit Humanificabilitatem in Esse Homo, quod sit DEUS; & sicut Sapientia objectavit, ita Magnitudo magnificavit, & Concordantia concordavit; & de isto Modo fuit secutus Modus Incarnationis.

13. C. F. T. F. Magnitudo & Sapientia habuerunt Modum in Incarnatione secundùm illum Modum, quem habent in se ipsis; Modus Magnitudinis est magnificativum, magnificabile & magnificare, & Modus Sapientiæ intellectivum, intelligibile & intelligere; igitur Divina Natura fuit influxiva in Incarnatione, & refluibilis, in quantum fuit incarnabilis, & incarnare fuit Medium.

14. C.T.K.C. Concordantia concordavit in Incarnatione Magnitudinem & Minoritatem in Unitate Personæ, &, ut remaneret in illa Unitate Personæ, remansit Magnitudo & Minoritas illius Personæ, sinè quibus Concordantia non posset remanere in ambabus Naturis; igitur Concordantia habuit Modum in Incarnatione sub ratione concordandi, & Magnitudo similiter sub ratione magnificandi.

15. C. T. K. F. Magnitudo magnificavit in Incarnatione Minoritatem, influens Deitatem in Humanitatem, in qua influentia Homo fuit refluxus in Deitatem, illo Homine existente in Minoritate sub Humana Ratione, & existente illo DEO Homine in Majoritate sub sua Divina Ratione; & ista Existentia, Influentia & Refluentia fuerunt Modus Incarnationis.

16. C. T. C. F. In Incarnatione influxit & refluxit Concordantia secundùm suum Modum, quem habet in concordativo, concordabili & concordare, & hoc idem fecit Magnitudo secundùm suum Modum; & ideo habet Divina Natura in Incarnatione Modum in existendo concordativa & concordabilis in concordabilitate Deificabilitatis & Humanificabilitatis: & Medium est Modus incarnandi, magnificandi & concordandi.

17. F.T.K.C. Divina Sapientia objectavit Incarnationem deificando Minoritatem sustentatam in Humanitate majorificata & sustentata in Deitate; & istum Modum objectationis secuta est Concordantia in Incarnatione, unde secutus fuit Modus objectandi & concordandi in Incarnare.

18. F.T.K.F. Divina Natura influxit se in Incarnatione secundùm suum Modum, in qua influentia non fuit Minoritas, & refluxit sibímet Humanam Naturam secundùm Modum illius, in quo Modo est Minoritas; igitur fuit objectatus Modus Incarnationis sinè Minoritate & cum Minoritate.

19. F. T. C. F. Sapientia DEI objectavit in Incarnatione omnes partes illius Humanitatis, quam assumpsit, videlicet rationalem Animam & elementatum, vegetatum, sensatum & imaginatum Corpus, quod assumpsit à nostra Domina, &, Concordantia concordavit omnes illas partes refluxas objectationi sub Ratione Deificabilitatis & Humanificabilitatis in Unitate Personæ.

20. T. K. C. F. In Incarnatione Concordantia univit Influentiam & Refluentiam ambarum Naturarum in Unitatem Personæ influxæ in Minoritatem sub Ratione Humanitatis, refluxâ illa Minoritate in Majoritatem sub Ratione Deitatis.

✠

DECI-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DECIMA QUÆSTIO. K.

Cum quo assumpsit DEUS Humanam Naturam?

SOLUTIO. *Camera.* K. H. B.

1. DEUS Filius assumpsit Humanam Naturam cum sua Gloria, Virtute & Bonitate, quæ fuerunt in Incarnatione activæ Rationes sub Ratione Deitatis, & passivæ sub Ratione Humanitatis: activæ, in quantum Deitas fuit deificativa & humanificativa: passivæ, in quantum Deitas fuit humanificabilis, & Humanitas deificabilis; & ideo assumpsit DEUS Humanitatem cum activitate & passibilitate.

2. K. H. T. K. Virtus Gloriæ est in Divina Natura deificabilis sub Ratione Filiationis, & in Humana Natura est Virtus Gloriæ humanificabilis sub Ratione Filiationis; igitur assumpsit DEUS Humanam Naturam cum Virtute Gloriæ sub Ratione Deificabilitatis & Humanificabilitatis, existente Humanificabilitate sustentatâ in Minoritate, quæ transivit in Deitatem cum Majoritate.

3. K. H. T. H. DEUS assumpsit Humanam Naturam cum Majoritate Gloriæ & Virtutis, scilicet cum majori Gloria & Virtute Deitatis in Humanitate, & cum majori Gloria & Virtute Humanitatis in Deitate; & ideo est Majoritas imago, cum qua appareret major Operatio Gloriæ & Virtutis, quæ possit esse inter DEUM & Creaturam.

4. K. H. T. B. Divina Natura assumpsit Humanam Naturam cum Differentia Gloriæ & Virtutis, quia una fuit Gloria & Virtus Deitatis, & altera Humanitatis, & cum Differentia declaravit Deitas in Incarnatione se ipsam & Humanitatem in Unitate Personæ.

5. K. B. T. K. DEUS assumpsit Humanam Naturam cum Gloria & Bonitate sinè Minoritate, & cum essentia Minoritatis assumpsit Humanam Naturam cum Majoritate; & ideo exaltavit humanum genus cum Majoritate Humanitatis, quam assumpsit.

6. K. B. T. H. DEUS assumpsit Humanam Naturam cum majori Ratione Gloriæ & Bonitatis; & ideo assumpsit Humanitatem cum Deitate, & non è converso; nam, si Homo cum Humanitate assumpsisset Deitatem, non assumpsisset illam cum majori Ratione Gloriæ & Bonitatis.

7. K. B. T. B. DEUS assumpsit Humanam Naturam in suam Gloriam & in suam Bonitatem cum Differentia Deitatis & Humanitatis, declarante Differentiâ in illa Assumptione Deitatem deificativam & humanificativam & humanificabilem, & Humanitatem deificabilem & humanificabilem; igitur est facta illa Assumptio cum actione & passione.

8. K. T. K. H. In Incarnatione fuerunt Majoritas & Minoritas sub ratione Gloriativitatis & Gloriabilitatis: Gloriativitas fuit causa Majoritatis assumens Humanitatem, & Gloriabilitas cum Minoritate fuit recipiens Humanum Esse sustentatum in Deitate.

9. K. T. K. B. Minoritas & Differentia fuerunt in Incarnatione sub ratione Gloriativitatis & Gloriabilitatis; per Differentiam fuit Incarnatio cum Gloriativitate & Gloriabilitate: cum Gloriativitate, quantum ad Divinam Naturam: cum Gloriabilitate, quantum ad Humanam Naturam: cum Minoritate, quantum ad Gloriabilitatem, quæ Minoritas fuit deificata cum Majoritate in Gloriativitate.

10. K. T. H. B. Incarnatio fuit cum majori Differentia Gloriativitatis & Gloriabilitatis, ut esset cum majori Claritate Deitatis & Humanitatis.

11. H. B. T. K. Incarnatio fuit facta cum Virtute Bonitatis, & cum Bonitate Virtutis, & cum Unitate Deitatis & Humanitatis, Deitate existente cum Majoritate in Unitate, & Humanitate existente cum Minoritate in eadem Unitate.

12. H. B. T. H. Incarnatio fuit facta cum majori Virtute & Bonitate; igitur fuit facta cum tota Virtute & Bonitate intra Deitatem, & cum majori Virtute & Bonitate, quæ possit esse extrà in Humanitate.

13. H. B. T. B. Incarnatio fuit facta cum Virtute, Bonitate & Differentia cum Unitate unius Filii DEI & unius Filii Hominis; & ideo fuit Incarnatio cum Unitate & Pluralitate Differentiæ, Virtutis & Bonitatis.

14. H. T. K. H. Incarnatio fuit facta cum majori Virtute Deitatis & Humanitatis, ut esset magìs remota à Minoritate Virtutis, à qua remotione fuit remota Humanitas cum Majoritate Virtutis Deitatis in Humanitate, & Humanitatis in Deitate.

15. H. T. K. B. Incarnatio fuit facta cum Virtute, Minoritate & Differentia; fuit facta cum Virtute, in quantum Divina Virtus assumpsit Humanam Virtutem, per quam virtuosus Filius DEI fuit factus virtuosus Homo,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Homo, existente in illa Incarnatione Minoritate in Majoritate Divinæ & Humanæ Virtutis, oriente Virtute de Virtute in Origine Unitatis Filii Hominis DEI: fuit cum Minoritate, in quantum Humanitas remansit Homo minor & Deitas major: & fuit cum Differentia, in quantum fuerunt duæ Naturæ & duæ Virtutes, videlicet Divina & Humana.

16. H. T. H. B. Incarnatio fuit facta cum majori Virtute & Differentia, ut esset majoris Unitatis & Differentiæ: fuit majoris Unitatis, in quantum fuit de uno DEO Filio & de uno Filio Homine, ambobus existentibus unâ Personâ, & Filio Homine existente sustentato in DEO Filio, in quo Differentia declarat majorem Unitatem Virtutis & Claritatis diversarum Naturarum, quæ possit esse inter DEUM & Hominem.

17. B. T. K. H. Incarnatio fuit facta cum majori Ratione Bonitatis, ut esset magis remota à minori Ratione: & fuit facta cum Minoritate Humanitatis sinè propria sustentatione, ut esset exaltata & sustentata in majori; nam, si Humanitas sustentaretur in se ipsa, ejus sustentatio esset in Minoritate Bonitatis, & non in Majoritate, & non posset esse una cum Deitate in Unitate Personæ.

18. B. T. K. B. Differentia declarat cum Minoritate diversas naturas Bonitatis in Incarnatione, unâ Bonitate existente Divinâ & alterâ Humanâ; & ideo convenit, quòd Incarnatio sit cum Differentia Minoritatis, & cum Bonitate Minoritatis & Differentiæ.

19. B. T. H. B. Incarnatio fuit facta cum majori Differentia Bonitatis, quæ possit esse inter Creatorem & Creaturam; igitur convenit, quòd sit cum Majoritate Creaturæ, in qua sit Differentia in majori Bonitate, in qua est Differentia elementationis, vegetationis, sensualitatis, imaginationis, & rationalitatis.

20. T. K. H. B. Incarnatio fuit cum Minoritate, Majoritate & Differentia: cum Minoritate & Majoritate fuit in hoc, quòd Deitas fuerit majorificativa majorificans Humanam Naturam de Minoritate in Majoritatem: fuit cum Differentia, cum qua apparet Claritas Majoritatis & Minoritatis in Unitate Personæ, quam vocamus nostrum Dominum DEUM JESUM Christum.

QUÆSTIO III.

De Creatione.

PRIMA QUÆSTIO. B.

Utrùm Mundus sit æternus?

SOLUTIO. *Camera.* B. C. D.

1. SI Mundus esset æternus, ejus Bonitas & Magnitudo essent æternæ existentes sustentatæ in Æternitate, & è converso Æternitate sustentatâ in ejus Bonitate & Magnitudine, sinè quibus substantia Mundi non posset esse subjectata Æternitati.

Cætera quære suprà in *Tabula Generali sub quinta Distinctione.*

QUÆSTIO IV.

De Angelis.

PRIMA QUÆSTIO. B.

Utrùm sint Angeli?

SOLUTIO. *Camera.* B. C. F.

1. DEUS est bonus, & sua Bonitas est magna, & ideo est sua Bonitas magna Ratio DEO, quòd producat bonam & magnam creaturam, & hoc intelligit sua Sapientia; igitur convenit, quòd DEUS, secundùm quòd est Ratio per Bonitatem, Magnitudinem & Sapientiam, producat bonam & magnam & sapientem creaturam, & ita bonam & magnam, sicut sua Sapientia illam potest intelligere in Magnitudine Bonitatis, & intelligere bonam & magnam Intelligibilitatem DEI, cui convenit Intellectiva Potentia producta secundùm Bonitatem & Magnitudinem Intelligibilitatis, & secundùm Bonitatem & Magnitudinem, quam illa Potentia potest recipere; igitur convenit, quòd sit creata Angelica Creatura proportionata Intelligibilitati DEI cum Magnitudine Bonitatis, ut DEUS sequatur suas Rationes in illa creatura, & creatura suas in suo Creatore.

2. B. C. T. B. Per istam Cameram significatur, quòd DEUS creaverit Angelum; nam, si Angelus non esset, non esset Differentia *intellectualis & intellectualis* in creata separata substantia non habente inclinationem nec naturam ad corporalem substantiam conjunctam cum illa, & sic esset in creatura vacuitas intellectualis Bonitatis & Magnitudinis, quæ vacuitas est impossibilis & contra Rationem, quam DEUS habet

(c) 2006 Ministerio de Cultura

magnam in creando magnum bonum: igitur ſunt Angeli, in quibus eſt Differentia *intellectualis & intellectualis*, qui ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ à corporalibus ſubſtantiis.

3. B.C.T.C. Secundùm magnam Rationem boni eſt creatura apta creari in Concordantia intellectualis Bonitatis & Magnitudinis ſeparata à corporali natura, ut corporalis natura non reſiſtat Concordantiæ intellectualis Bonitatis & Magnitudinis; igitur, ſi Angelus non eſſet, creatura eſſet apta in producibilitate ſinè producere & ſinè Ratione Bonitatis & Magnitudinis Creatoris; quod eſt impoſſibile: per quam impoſſibilitatem probatum eſt, quòd ſint Angeli.

4. B.C.T.F. Si ſunt Angeli, eſt magna Conjunctio & Medium & Extenſitas Bonitatis & Magnitudinis, quia tota ſubſtantia Angeli eſt conjuncta de bonificare & magnificare, & bonificare eſt æqualiter Medium inter bonificativum & bonificabile, & hoc idem de magnificare, quod æqualiter exiſtit inter magnificativum & magnificabile, & hoc per totam ſubſtantiam, ita, quòd in illa ſit nulla natura, quæ illi Conjunctioni & Medio poſſit reſiſtere; igitur eſt Angelus, ut ſit Medium Bonitatis & Magnitudinis, ſecundùm quòd diximus; quia, ſi non eſſet, ejus Privatio eſſet contra magnam Rationem, quam DEUS habet in producendo magnum Medium Bonitatis & Magnitudinis.

5. B.F.T.B. Differentia *intellectualis & intellectualis* eſt nobilius & altius lumen in Sapientia & Bonitate intellectuali, quàm ſplendor Solis & luciditas ignîs, & quàm intelligentia hominum, quæ eſt impedita per corpus, cum quo eſt conjuncta, igitur convenit ſecundùm Rationem magnæ Bonitatis, quam DEUS habet in creando bonam & magnam creaturam, quòd ſit Angelus, ut ſit bonum & magnum lumen, ût dictum eſt, exiſtens ſub magna Ratione boni.

6. B.F.T.C. Bonum eſt, quòd in Sapientia ſit Concordantia *intellectualis & intellectualis* ſinè corporali natura, ut intellectivum non impediatur ad ſuum proprium objectum; hoc non poſſet eſſe in creaturis, ſi Angelus non eſſet; igitur convenit, quòd Angelus ſit, ut Ratio, quam DEUS intelligit in Bonitate creaturæ, reſpondeat illi Rationi, quam ipſe intelligit in ſua Bonitate, quam habet in producendo bonam Concordantiam purè intellectualîs intellectivi, intelligibilîs & intelligere.

7. B.F.T.F. Secundùm quòd DEUS eſt bona Ratio ad creandum Sapientiam, eſt bona Ratio ad creandum bonum Medium in Sapientia, videlicet bonum intelligere, in quo eſſentialiter conjungantur intellectivum & intelligibile, ipſo intelligere exiſtente bonificanter in Medio amborum, & quòd vivat de eorum eſſentia, ita, quòd illi non ſint neceſſariæ corporales ſpecies, ſicut humano intellectui, cujus intelligere non poſſet vivere ſinè intelligibili alterius eſſentiæ: igitur ſunt Angeli, ut Ratio Bonitatis, quam DEUS habet in creando, reſpondeat Bonitati Medii, quod diximus.

8. B.T.B.C. Bonum eſt, quòd in creata intellectuali Bonitate ſit Differentia & Concordantia, exiſtente Differentiâ inter bonum concordativum, & bonum concordabile, & bonum concordare, & exiſtente Concordantiâ inter bonum differentiativum, & bonum differentiabile, & bonum differentiare; igitur convenit, quòd ſit Angelus, in quo ſint iſta omnia ſinè neceſſitate corporis, & ut Ratio, quam DEUS habet in creando, reſpondeat bonæ Differentiæ & Concordantiæ, quam diximus.

9. B.T.B.F. Inter Bonitatem DEI & Bonitatem creaturæ eſt Differentia, & convenit, quòd inter ambas ſit Medium, per quod Bonitas DEI poſſit influere gratiam & virtutem creaturæ, & quòd Differentia declaret illam influentiam; unde, cùm Bonitas DEI ſit intellectualis & non corporalis, poteſt plus gratiæ & virtutis influere cum intellectuali Medio & Differentia in intellectualem creaturam, quàm in corporalem; igitur convenit, quòd ſit Angelus, qui ſit diſpoſitus ad recipiendum illam influentiam; nam, ſi Angelus non eſſet, Ratio, quam DEUS habet in Bonitate, non reſponderet influentiæ, quam diximus.

10. B.T.C.F. Secundùm quòd Bonitas DEI eſt Ratio ad creandum bonum, convenit, quòd ſit Concordantia inter DEUM & Creaturam, quæ ſit Medium, per quod transeat illud bonum; & quia intellectualis Concordantia DEI & creaturæ poteſt eſſe majus Medium inter ambos, convenit, quòd illud Medium ſit, ut illa bona Ratio, quam DEUS habet cum creatura, reſpondeat dictæ Concordantiæ: ergo ſunt Angeli.

11. C.F.T.B. Secundùm quòd Sapientia DEI eſt magna, conſiderat magnam creaturam & magnam Differentiam in illa creatura;

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ra; DEUS creavit rationalem Animam, ut esset homo, & creavit humanum corpus, ut esset homo, & creavit Differentiam Animæ & corporis, ut esset homo: igitur homo est major creatura, quàm sua Anima per se, & hoc idem de corpore & de sua Differentia; at, si Angelus non esset, DEUS non haberet creaturam in intellectuali Magnitudine nec in ejus specie,& sic deficeret Magnitudo Rationi magnæ intellectualis Sapientiæ: igitur convenit, quòd sit Angelus, ut respondeat Magnitudini Sapientiæ in angelica specie absque necessitate corporalis speciei.

12. C.F.T.C. In DEO est Magna Concordantia Sapientiæ, quia DEUS Pater intelligendo se ipsum DEUM,generat per Lumen sui Intelligere DEUM Filium; &, si sunt Angeli, habent magnam Concordantiam ad intelligendum illamGenerationem; at, si non essent Angeli, non esset, qui possit habere tam magnam Concordantiam in intelligendo illam Generationem, & MagnitudoDEI haberet majorem Concordantiam cum Concordantia *sensualis & intellectualis*, quàm cum Concordantia *intellectualis & intellectualis*; quod est impossibile: per quam impossibilitatem probatum est, quòd Angeli sint.

13. C.F.T.F. Intelligibilitas DEI est infinita, & tota creata intellectivitas est finita, & Medium,quod est inter ambas,est Sapientia JESU Christi, qui est una Persona constans de infinito & finito, in qua Unitate creata intellectivitas transcendit supra suam Naturam ad intelligendum infinitam Intelligibilitatem; & ideo est significatum in Incarnatione DEI,quòd DEUS velit magnum Medium inter suam Intelligibilitatem & intellectivitatem creatam; igitur est significatum, quòd Angeli sint, ut sit magna perspicuitas & objectatio inter intellectivum & intelligibile.

14. C.T.B.C. Si Angeli sunt, est magna Concordantia in Differentia *intellectualis & intellectualis*, considerando, quòd essentia Angeli sit de substantialibus intellectualibus partibus, sustentata in magnificativo, magnificabili & magnificare, differentiativo, differentiabili & differentiare, concordativo concordabili & concordare; at, si Angeli non essent, deficeret subjectum, & deficeret Magnitudo sibi ipsi, Differentiæ & Concordantiæ, & esset Parvitas inter Differentiam & Concordantiam,& Contrarietas inter Magnitudinem & Differentiam, & Confusio inter Magnitudinem & Concordantiam,& multa alia inconvenientia sequerentur in Privatione Angeli, quæ concordant cum *non esse*, & contrarium illorum cum *esse*, ratione cujus significatur, quòd Angeli sint.

15. C.T.B.F. In Intellectuali Differentia convenit esse magnum Medium & majus, quàm in Differentia *sensualis & intellectualis*; & quia Magnitudo DEI est magna Ratio Differentiæ & Medio, convenit, quòd sit Ratio ipsi angelico esse, ut Angelus sit subjectum magnæ Differentiæ & Medio.

16. C.T.C.F. Magnitudo DEI est magna Ratio magno Medio Concordantiæ,& ideo est Sanctus Spiritus magnum Medium inter Patrem & Filium, Patre existente concordativo, & Filio concordabili, & Sancto Spiritu concordare; & quia DEUS est tam magna Ratio concordandi, creavit Angelum, ut ei manifestet suum magnum concordare.

17. F.T.B.C. In Sapientia non posset esse Concordantia sinè Differentia intellectivi, intelligibilis & intelligere, & Concordantia non posset esse inSapientia cumConfusione intellectivi, intelligibilis & intelligere; & ideo significatum est, quòd Sapientia DEI, quæ intelligit cum Concordantia, intelligat angelicum esse, per quod intelligere significatur, quòd Angelus sit, ut SapientiaDEI illud non intelligat cumConfusione & Contrarietate intellectivi, intelligibilis & intelligere.

18. F.T.B.F. In Sapientia DEI est Medium existens in Medio Intellectivi & Intelligibilis,quod est intelligere, & Distinctio declarat illa tria in angelico esse, si Angelus est; at, si Angelus non esset, illa declaratio non posset ita bene recipi sinè successione in homine, qui est Medium *inter sensuale & intellectuale*, sicut in Angelo, qui est Medium *inter intellectuale & intellectuale*.

19. F.T.C F. Sapientia DEI cum Concordantia intelligit creaturam, & ideo creatura est intelligibilis cum Concordantia; sed, quia est magis intelligibilis cum Concordantia *intellectualis & intellectualis*, quàm cum Concordantia *intellectualis & sensualis*, si Angelus non esset, intelligeret DEUS creaturam cum Contrarietate contra Concordantiam, & contrariari esset Medium inter DEUM & creaturam; quod est impossibile.

20. T.B.C.F. Differentiare est Medium in Differentia, & concordare in Concor-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dantia, & quia in DEO non eſt contrariari, non ponit Contrarietatem in illa Differentia, quæ poteſt eſſe creata in majori Concordantia, videlicet in Concordantia *intellectualis & intellectualis*, in qua poteſt exiſtere majus Medium, quàm in Concordantia *ſenſualis & intellectualis*; & quia in DEO non eſt contrariari, eſt ſignificatum, quòd Angeli ſint, ſinè quibus naturaliter inter DEUM & creaturam eſſet Contrarietas, quæ Contrarietas eſt impoſſibilis ſecundùm naturalem curſum.

SECUNDA QUÆSTIO. C.

Quid ſunt Angeli?

SOLUTIO. *Camera.* C. E. F.

1. ANgelus eſt Animal rationale immortale, qui habet ita magnam Poteſtatem in intelligere, quòd intelligat in tempore ſinè corporali naturâ; & ideo Angelus ſinè eo, quòd ſentiat & multiplicet ſpecies, attingit Veritatem intellectualium & ſenſualium rerum, ſicut coloris, quem attingit ſinè oculis, & ſaporis ſinè guſtu, & ſoni ſinè auribus, & amoris ſinè imaginatione, & ſic de aliis.

2. C. E. T. C. Bonus Angelus eſt illa Intelligentia, quæ habet tam magnam Concordantiam in poſſificare, quòd nullum contrariari poteſt eſſe inter ſuum proprium poſſificativum, poſſificabile & poſſificare; & ideo in ſua propria natura habet abundantiam magnificentiæ, poſſificationis & Concordantiæ.

3. C. E. T. E. Angelus eſt illa intellectualis Potentia, in qua Principia ſunt creata in majori magnificatione, quàm in ulla alia potentia; & ideo ſunt ejus exiſtentia & agentia in majori intenſitate & extenſitate ſimplicitatis, quàm in ulla alia creatura.

4. C. E. T. F. Angelus eſt illa Potentia, quæ habet majorem Poteſtatem in cognoſcendo & amandò DEUM, quàm ulla alia creatura; & ideo ſinè ullo alio extrinſeco Medio eſt ſuámet individuata ſpecies, non exiſtens ſub aliquo genere, cum qua ſpecie ipſe eſt unum idem numero.

5. C. F. T. C. Angelus eſt illa Intelligentia, quæ habet tam magnam Concordantiam inter intellectivum & intelligibile, quòd ignorare in illo non poteſt recipi nec exiſtere; & ideo boni Angeli attingunt ſuum finem in contemplando DEUM cum magna Concordantia DEI & ipſorúmmet & ſuæmet naturæ.

6. C. F. T. E. Angelus eſt illa Intelligentia, quæ eſt tam magna in intelligere, quòd in ſua Magnitudine non poteſt principiare Parvitas, nec Ignorantia in ſua Sapientia; & ideo in Principiis, de quibus eſt conjunctus, non poteſt eſſe Corruptio nec Contrarietas, quia unum eſt in alio cum magnificentia Bonitatis, Magnitudinis, Durationis &c.

7. C. F. T. F. Angelus eſt illa eſſentia, quæ eſt in tam magna Intelligentia, quòd in illa æqualiter conjungantur & menſurentur bonificare, magnificare, durare, poſſificare, intelligere, amare, virtuificare, verificare & gloriari; & ideo ejus tota eſſentia eſt illuminata de Intelligentia, & magnificata de Magnificentia.

8. C. T. C. E. Angelus eſt illa ſubſtantia, in qua Magnitudo & Principium habent tam magnam Concordantiam, quòd per totam ſuam ſubſtantiam exiſtat magnificare, concordare & principiare; & ideo non poteſt intrare in bonos Angelos otioſitas Bonitatis, Magnitudinis &c., nec poteſt eſſe, nec principiare.

9. C. T. C. F. Angelus eſt illa creatura, in cujus ſubſtantia magnificare & concordare ſunt magìs æqualia Media, quàm in ulla alia creatura; & ideo, quando Angeli transeunt per ſenſualia loca, transeunt ſinè natura illorum ſenſualium Mediorum, & ſinè corporali motu.

10. C. T. E. F. Angelus eſt illud animal, quod eſt principiatum in ſua propria Magnitudine, quæ eſt principiata in ſuo proprio Principio; & ideo principiatus eſt in ſuo proprio magnificare & principiare, quod eſt Medium inter ſuum Creatorem & ipſúmmet, qui eſt creatura.

11. E. F. T. C. Malus Angelus eſt animal habens magnam Poteſtatem ſinè concordare intellectivi & intelligibilîs, & ideo non poteſt quieſcere in ſuo intelligere, quia eſt indutus de contrariari contra concordare.

12. E. F. T. E. Malus Angelus eſt illud animal, in quo non poteſt principiari bonum intelligere, nec privatio mali intelligere; & ideo non poteſt quieſcere in ſuo poſſe & intelligere, imò in illis principiatur ſuũ cruciari, & eſt vacuus Fine ſuorum naturalium Principiorum, & eſt plenus contrariis Principiis: unde, cùm hoc ita ſit, quis poſſet conſiderare pœnam illius?

13. E. F. T. F. Malus Angelus eſt illud animal, quod non poteſt ignorare pœnam ſui intelligere, quia ſuum poſſificare eſt perverſum in malum intelligere & in malum amare,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

re, quæ sunt conjuncta & sustentata in durare producto de malificante & malificabili extenso per totum possificare, intelligere & odire; & ideo mali Angeli sunt obstinati & ligati in malo intelligere & amare, magnificare, durare, possificare, peccare, falsificare & cruciari.

14. E. T. C. E. Malignus Angelus est illud animal, in quo principiare non potest concordare de naturali concordativo & concordabili, quia suum concordare est perversum in contrariari contra sua Principia, contra quæ principiat; & ideo ipsemet principiat suum cruciari.

15. E. T. C. F. Malignus Angelus est animal, quod DEO non potest resistere, nec cum DEO concordare, quia inter DEUM & ipsum non est concordare, quod sit Medium in natura amandi & intelligendi; & Medium, quod est inter ambos, est potentia passiva ad cruciandum, quæ subjecta est ipsis judicari & puniri; & ideo mali Angeli non habent Spem in DEO.

16. E. T. E. F. Malignus Angelus est illa Intelligentia, in qua non potest principiare Medium amativi & amabilîs, & in qua principiat Medium amativi & odibilîs; & ideo malignus Angelus odit suum possificare, principiare & amare, & desiderat existere sinè operari.

17. F. T. C. E. Benignus Angelus est ille, qui habet Concordantiam in principiando suum intelligere secundùm naturam amandi; & malignus Angelus est ille, qui habet Concordantiam in principiando suum intelligere contra naturam amandi; & ideo habet benignus Angelus Concordantiam cum memorare, & malignus Angelus cum oblivisci, quod non potest habere, & desiderat illud habere, ut non posset memorare suam infelicitatem.

18. F. T. C. F. Benignus Angelus est ille, qui est Medium inter DEUM & hominem, ut cum DEO & cum homine possit habere Concordantiam secundùm naturam intelligendi & amandi; & ideo boni Angeli procurant Concordantiam intelligendi & amandi, ut boni homines possint pervenire ad DEUM, & cum illo esse; mali Angeli verò faciunt totum contrarium procurantes, ut inter DEUM & homines sit intelligere & odire, ut non possint pervenire ad gloriam illius.

19. F. T. E. F. Benignus Angelus est illud Medium, quod est inter DEUM & malignum Angelum; & ideo maligni Angeli principiant intelligere benignos Angelos cum conjunctione intelligendi & odiendi, & benigni Angeli principiant intelligere Justitiam DEI in malignis Angelis cum conjunctione amandi & intelligendi Justitiam DEI.

20. T. C. E. F. Benignus Angelus est ille, qui in Principio, quando homo operatur bonum, se ponit inter illius principiare & inter contrariari maligni Angeli, qui principiat contrariari contra bonum principiare, quod contrariari ponit in Medio boni hominis, qui principiat bonum, & in Medio boni Angeli, qui habet Concordantiam cum illo Principio; & ideo inter bonos & malos Angelos est Contrarietas, & similiter inter bonos & malos homines.

TERTIA QUÆSTIO. D.

De quo est Angelus?

SOLUTIO. *Camera.* D. F. G.

1. ANgelus est de se ipso, quia suæ partes, videlicet Bonitas, Magnitudo &c. (exceptâ Contrarietate, quæ non est de sua essentia) sunt creatæ de nihilo, & ideo quælibet pars est de se ipsa; & quia Angelus est de suis partibus, est de se ipso, & propter hoc sua Sapientia & sua Voluntas durant de Duratione, in qua sustentantur, & intelligibilitas est de Duratione & Voluntate & de intellectivitate suæ Sapientiæ, & amabilitas est de Duratione & Sapientia, & de amativitate, quæ est de sua Voluntate.

2. D. F. T. D. Duratio Angeli est de durativo, durabili & durare, & sua Sapientia est de intellectivo, intelligibili & intelligere; & ideo non potuit Angelus esse de Contrarietate, quæ sit inter Durationem & Sapientiam, cùm Sapientia sit de Duratione, ut Duratio sit intellecta, & Duratio sit de Sapientia, ut Sapientia sit durabilis.

3. D. F. T. F. Angelus est creatura DEI, & ideo suum intelligere est Medium intellectivi & intelligibilîs, quæ sunt de DEO, quia DEUS est intelligibilis, & Duratio ipsius intelligere est de DEO, ut duret illud intelligere, & illud intelligere est Medium inter DEUM & Angelum, in quantum est de DEO per Intelligibilitatem, & de Angelo per Intellectivitatem.

4. D. F. T. G. Finis, propter quem Angelus est creatus, est, quia DEUS est intelligibilis; & ideo est Intellectivitas Angeli de Intelligibilitate DEI, & Duratio Angeli est

(c) 2006 Ministerio de Cultura

de Intellectivitate; igitur Intellectivitas est de Fine, propter quem est creata; & hoc idem de Duratione.

5. D.G.T.D. Voluntas Angeli ideo est creata, quia Æternitas DEI est amabilis, & ideo est Voluntas Angeli de Æternitate DEI, ut illam amet, & odire Voluntatis est ideo, ut odiat illa, quæ Voluntati DEI sunt contraria; sed Voluntas maligni Angeli, qui odit Divinam Voluntatem, est de odire, & suum amare est de contrariari, quæ amare & odire sunt de perpetua pœna, quæ est æterna Justitia DEI.

6. D.G.T.F. Amare benigni Angeli est Medium de amativo & amabili, & durare est de illo amare, quia DEUS est amabilis; sed amare maligni Angeli est de amativo & odibili, & durare est de illo amare, ut durent amare odibilitatis & ipsius amare irascibilitas, durare autem est de judicare & punire & cruciare.

7. D.G.T.G. Voluntas Angeli est de Fine amandi, & Finis amandi est de Voluntate DEI; & quia in DEO Voluntas & Æternitas sunt unum idem numero, est Voluntas Angeli de Æternitate DEI, postquam Finis amandi est de Æternitate; & ideo Voluntati Angeli non convenit otiositas amandi.

8. D.T.D.F. In Æternitate DEI est æternare, quod est in Medio æternativi & æternabilîs; &, quia Duratio Angeli, quæ est creatura, est de Æternitate, posuit in Medio loco durare, quod est de durativo & durabili; & ideo non potest Contrarietas naturaliter intrare in Durationem, tamen accidentaliter intrat in malignum Angelum contra concordare, quod est Medium inter DEUM & creaturam secundùm naturam amandi; quod concordare in maligno Angelo est perversum in contrariari.

9. D.T.D.G. In maligno Angelo durare non est de Fine intelligendi & amandi, sed est de contrariari contra Finem amandi & intelligendi; & ideo malignus Angelus non cessat in odiendo amabile, & amando odibile, & in odiendo durare & intelligere.

10. D.T.F.G. In benigno Angelo est Medium, quod est de durare & complere, de quo complere sunt plena omnia ejus principia; sed in maligno Angelo deficit istud Medium, & ejus Defectus est de Privatione complendi; & ideo benignus Angelus habet quietem, sed malignus Angelus habet sempiternam pœnam.

11. F.G.T.D. In benigno Angelo est Concordantia Sapientiæ & Voluntatis, & ideo concordare est de amare & de intelligere; in maligno Angelo verò est contrarium, & ideo est in eo contrariari de amare & intelligere; unde malignus Angelus odit illud objectum, quod intelligit, esse amabile, & amat illud, quod est odibile; & ideo odit suum intelligere & suum amare.

12. F.G.T.F. In benigno Angelo Sapientia est de Voluntate, & Voluntas de Sapientia, & Media ambarum sunt intelligere & amare, & amare est de intelligere, & intelligere est de amare; & ideo, quantò magìs Angelus intelligit, tantò magìs est suum amare de illa intelligibilitate, & quantò magìs amat, tantò magìs est suum intelligere de illa amabilitate.

13. F.G.T.G. In benigno Angelo Finis Bonitatis, Magnitudinis, Durationis, Potestatis, Virtutis, Veritatis & Gloriæ, Differentiæ, Concordantiæ, Principii, Medii, Majoritatis, Æqualitatis & Minoritatis sunt de Fine Sapientiæ & Voluntatis; & hoc est ideo, quia DEUS est intelligibilis & amabilis, & non est per Angelum bonificabilis, magnificabilis &c.; & ideo Sapientia & Voluntas habent nobiliorem Finem in sua substantia, quàm reliqua alia principia.

14. F.T.D.F. In Sapientia maligni Angeli est Medium, videlicet intelligere, quod naturaliter est de intellectivo & intelligibili, sed ratione peccati, quod fecit, est illud intelligere de Contrarietate, & illa Contrarietas est de peccato; & ideo est malignus Angelus servus & subditus peccati, quod peccatum est carcer, in quo malignus Angelus amisit suam libertatem amandi & intelligendi.

15. F.T.D.G. Malignus Angelus intellexit Finem sui intelligere, & fuit contra illum Finem, in quantum dilexit æqualitatem suî ipsius & sui Creatoris; & quia suum intelligere est de Fine suæ Voluntatis, & Finis suæ Voluntatis est de suo intelligere, suum amare & intelligere sunt de Contrarietate; & ideo sunt vacua ipsa amare & intelligere Concordantiâ, & sunt plena Contrarietate.

16. F.T.F.G. In benigno Angelo est intelligere & est complere, quæ sunt Media Sapientiæ & Finîs, Sapientia complet Finem cum intelligere, quia ejus complementum est intelligibilitas, & Finis complet Sapientiam cum complere, quia ejus complementum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tum est finibilitas & perfectibilitas; & ideo quis posset æstimare & comprehendere gloriam, quam habent boni Angeli?

17. G.T.D F. In Voluntate maligni Angeli est amare, quod est Medium amativi & amabilîs secundùm naturam; sed Contrarietas pervertit illud Medium in odire, quod fit Medium amativi & amabilis; & ideo remanet natura amandi in amabilitate, & amativum pervertit illud amare in odire, odiendo amabile, & natura odiendi remanet in Contrarietate amativi & amabilîs. Unde, cùm hoc ita sit, quis posset considerare hanc Contrarietatem, aut illam pœnam, quam Dæmones habent in amando & odiendo?

18. G.T.D.G. Benignus Angelus & malignus sunt contrarii, & Contrarietas, quam habent, est de Fine amandi, quia benignus Angelus amat illum Finem, ad quem est creatus, qui est amare & honorare suum Creatorem & ei servire; & malignus Angelus odit illum Finem (ad quem est creatus) scilicet amare & honorare suum Creatorem, & ei servire, & amat illum Finem, ad quem non est creatus, & ideo ambo sunt contrarii, in qua Contrarietate benignus Angelus est fortior, quàm malignus, quia Finis, quem sequitur, ipsum juvat, & malignus Angelus est contrarius suo Fini; quod similiter sequitur in vitiosis hominibus; & ideo quando peccant, non possunt se excusare.

19. G.T.F.G. Voluntas boni Angeli est de Fine, ad quem est creatus, & existit de illo cum toto suo amare, ut Voluntas se non possit excusare, quòd non sit tota de Fine amandi, postquam suum amare est de toto amativo & amabili; & ideo vult DEUS illam totam Voluntatem ad se amandum, honorandum & sibi serviendum.

20. T.D.F.G. In Dæmone remanet Finis omnium suorum principiorum in Contrarietate, & ideo est Medium cujuslibet inter principiativum & non principiabile secundùm Finem cujuslibet, & existit inter principiativum & principiabile contra Finem principiandi; & ideo sunt omnia illa principia in Medio contrariandi, quod est de contrariativo & contrariabili sinè Fine complendi.

QUARTA QUÆSTIO. E.

Quare sunt Angeli?

SOLUTIO. *Camera.* E.F.G.

1. DUobus modis convenit considerare hoc, quare Angeli sunt, primus est per modum existendi, secundus per modum agendi: per modum existendi sunt Angeli, in quantum sunt per id, per quod sunt, sicut Potestas Angeli, quæ est per hoc, quia per Sapientiam DEI est intellecta & volita per ejus Voluntatem: sicut homo, qui est per hoc, quia est conjunctus de rationali Anima & de elementato corpore; secundus modus, propter quem est Angelus, est, quia DEUS est Potestas, quæ potest intelligi & amari, & propter hoc creavit Angelum, per quem cognoscatur & ametur.

2. E.F.T.E. Sapientia DEI intelligit Potestatem, quam DEUS habet in principiando Angelum, & Potestas DEI correspondet illi intelligere, secundùm quòd est intellecta; & ista corresponsio ambarum est causa ejus, per quod Angelus est; & Angelus est creatus propter hoc, ut habeat intellectivam Potentiam, cum qua intelligat Potestatem & Sapientiam DEI; & propter hoc est Angelus creatus de spirituali Potestate & de intellectuali Potentia, de quibus principiat suum possificare & intelligere.

3. E.F.T.F. Sapientia DEI objectat Potestatem, quam DEUS habet in possificando Angelum, & intelligit, quomodo ipsa intellectificet Angelum, & Potestas correspondet illi objectationi in possificando, & Medium amborum correspondet productioni Angeli; & propter hoc est Angelus, & habet commune intelligere, cum quo intelligit Potestatem & Sapientiam DEI.

4. E.F.T.G. Sapientia DEI intelligit Finem, quem Potestas DEI producit in Angelo, & Potestas DEI possificat illum Finem correspondendo illi intelligere Sapientiæ, secundùm quòd Sapientia illum intelligit in Fine Angeli; & propter hanc objectationem & corresponsionem est Angelus hoc, quod est, & etiam est ejus Finis; & ideo Finis Angeli est quies suæ Potestati & suo intelligere, Fine Angeli quiescente in Potestate & Sapientia DEI.

5. E.G.T.E. Voluntas DEI amat Potestatem Patris, Filii & Sancti Spiritûs, & Potestas correspondet Voluntati, possificante Patre amabilitatem amativitatis, & sic sibi mutuò correspondent; & Voluntas amat angelicam Potestatem & angelicam Voluntatem, & Potestas DEI correspondet illi amabilitati, & de hac corresponsione est causatus & principiatus Angelus, ut contempletur Trinitatem DEI & illam participationem, quam Divina Potestas & Divina Voluntas

(c) 2006 Ministerio de Cultura

luntas habent in principiando generare & ſpirare ratione poſſificandi & amandi.

6. E.G.T.F. In Voluntate DEI eſt amare, quod exiſtit Medium inter amativũ & amabile, & amat creare amare, quod exiſtat Medium inter creatum amativum & amabile, per quod amare Voluntas DEI ametur, & in illo repræſentetur ſua ſimilitudo; hoc idem facit Divina Poteſtas, quæ in poſſificare Angeli producit ſuam ſimilitudinem; & propter hoc eſt Angelus id, quod eſt, & devenit in eſſe, & eſt obligatus ad poſſificandum ſuum amare, & ad amandum ſuum poſſificare.

7. E.G.T.G. Divina Voluntas amat Finem ſui amare, & amat Finem ſui poſſificare, & hoc intra Trinitatem; & amat iſtum Finem eſſe amatum per creaturam, quia eſt dignus, qui ametur, laudetur & honoretur, & cui ſerviatur; & hoc complet Poteſtas DEI in Angelo, ut Voluntas habeat hoc, quod amat, & ut ipſe Finis ibi manifeſtetur ratione complendi; & propter hoc eſt Angelus hoc, quod eſt, & habet quietem in ſuo Fine, ſecundùm quòd eſt cauſatus, amatus, poſſificatus & completus.

8. E.T.E.F. In Poteſtate DEI eſt Pater principiativus, & Filius principiabilis, & generare eſt principiare, quod eſt Medium inter principiativum & principiabile, generativum & generabile: generativum autem & generabile ſunt poſſificativum principiativum & ſpirativum, & ſpirabile eſt Sanctus Spiritus, & Spirare eſt Medium: iſta Operatio eſt intra Trinitatem; & ideo, ut extrà appareat, fuit Angelus creatus, ut extrà exiſtat ſubjectum, in quo intrinſeca ſimilitudo ſuſtentetur & manifeſtetur beatis hominibus, qui non poſſunt eſſe ita magna ſubjecta intrinſecæ ſimilitudini, ſicut ſunt Angeli, qui ſimpliciter ſunt de intellectualibus Principiis; & iſti Angeli ſunt, ut ſint Media inter DEUM & hominem.

9. E.T.E.G. Ideo ſunt Angeli, ut intellectualis creatura poſſit eſſe de intellectualibus Principiis ſinè neceſſitate ſenſualium Principiorum; nam, ſi Angelus non eſſet, non fuiſſet creatus intellectualis Finis, in quo intellectualia Principia poſſent quieſcere; igitur eſt Angelus, ut intellectualia Principia habeant Finem ſeparatum à ſenſualibus Principiis.

10. E.T.F.G. In angelica Poteſtate eſt poſſificare Medium inter poſſificativum & poſſificabile, & ideo exiſtit Finis in omnibus tribus, in quo habent quietem: & ideo ſunt beati Angeli, quia in illo Fine naturaliter contemplantur ſupremum Finem Poteſtatis; ſed maligni Angeli ſunt propter hoc maligni, quia Finis eſt privatus Medio, quod habent inter poſſificativum & poſſificabile.

11. F.G.T.E. Sapientia DEI intelligit, quòd Divina Voluntas amet angelicum eſſe, & Voluntas DEI amat id, quod Sapientia intelligit, & correſponſio ambarum principiavit angelicum eſſe principiatum & cauſatum de illa ſupradicta correſponſione; & ideo eſt Angelus principiatus de Sapientia & Voluntate, ut correſpondeat Sapientiæ DEI per intelligere, & Voluntati DEI per amare.

12. F.G.T.F. Sapientia DEI intellexit Incarnationem, & Voluntas amavit ipſam, & ideo fuit creatus ſanctus Angelus Gabriel, ut eſſet Medium inter Filium DEI & noſtram Dominam Sanctam MARIAM, cui annunciaret Sapientiam & Voluntatem DEI.

13. F.G.T.G. DEUS eſt incarnatus, ût ſuperiùs probavimus, ratione cujus Incarnationis ſunt creati Angeli, quia convenit, quòd Angeli ſint, ut honorent verum DEUM & verum Hominem natum de noſtra Domina Sancta MARIA glorioſa Virgine, ad cujus honorem Angeli ſunt neceſſarii, & in ejus honore Angeli delectantur & quieſcunt.

14. F.T.E.F. Principia Angeli ſunt intellectualis Bonitas, Magnitudo, Duratio, Poteſtas, Sapientia, Voluntas, Virtus, Veritas, Gloria, Differentia, Concordantia, Principium, Medium, Finis, Majoritas, Æqualitas & Minoritas; & de omnibus iſtis eſt Angelus conjunctus & unitus, & ideo ſinè ſenſuali natura eſt id, quod eſt de ſuis Principiis, & attingit Finem illorum in intellectuali Fine, & in intelligere attingit Finem ſui intelligere, & in principiare Finem ſui principiare, & ſic de aliis.

15. F.T.E.G. In eſſentia Angeli eſt Principium Sapientiæ & Principium Finîs, & Sapientia intellectificat Principium & Finem, & Finis complet Sapientiam & Principium; & quia alia pars aliis dat ſuam ſimilitudinem, & in ipſis intellectualis eſſentia tantùm remanet & ſuſtentatur ſinè adjunctione aliarum ſenſualium partium, ideo Angelus eſt hoc, quod eſt.

16. F.T.F.G. In Sapientia Angeli eſt Finis, & inter Sapientiam & Finem eſt Mediũ, ut Sapientia ſit tanta in Fine, quantus eſt Finis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nis in Sapientia; & istud Medium est de intelligere & complere; & propter hoc Angelus est hoc, quod est, & habet suas perfectiones in se ipso supra cursum corporalis naturæ.

17. G. T. E. F. Angelus est per amare & per principiare suum amare de amativo & amabili, & est, ut suum amare existat in Medio amativi & amabilis, & ut Principiare non deficiat principiativo & principiabili.

18. G. T. E. G. In Fine Angeli est finitivum, finibile & finire, & finitivum est amabile per Voluntatem, & Voluntas est perfectibilis per finitivum; & ideo amare & complere sunt Principia amborum, quæ eunt & redeunt de uno ad aliud, ratione cujus itionis & reditionis Angelus naturaliter est id, quod est.

19. G. T. F. G. Finis Voluntatis DEI est complere, & Finis ipsius complere est amare, quod amare est amabile per angelicum esse, quam amabilitatem Finis DEI voluit adimplere, & ideo illud complementum est causa ipsi angelico esse.

20. T. E. F. G. Angelus est ideo, quia in ipso creata Principia sunt magis perfecta in angelico esse, quàm in humano esse; nam, si Angelus non esset, non esset creatus Finis, in quo esset illa perfectio & depuratio, & deficeret Medium Fini & Principio in Magnitudine Bonitatis, Durationis, Potestatis &c.; igitur Angeli sunt, ut non sit ille defectus, & ut de DEO & suis operibus detur major cognitio.

QUINTA QUÆSTIO. F.

Quantus est Angelus?

SOLUTIO. *Camera.* F. G. H.

1. ANgelus est de intellectuali Sapientia, Voluntate & Virtute, & de aliis reliquis principiis: & quia unum principium differt ab alio, convenit, quòd Angelus habeat Quantitatem, quia convenit, quòd in omnibus creaturis, ubi est Differentia, sit Quantitas; igitur in Angelo est Quantitas, cùm ejus Sapientia, Voluntas & Virtus sint Differentes: tamen est ejus Quantitas intellectualis, & non sensualis, & ideo non potest sentiri & imaginari, sed in Differentia suorum principiorum est extensa, in qua illa Quantitas intelligitur.

2. F. G. T. F. In Sapientia Angeli est intelligere, quod est Medium inter intellectivum & intelligibile, & ejus Sapientia est quanta & continua in abstracto & in suis essentialibus concretis, videlicet intellectivo, intelligibili & intelligere: hæc Quantitas est discreta, in quantum unum concretum non est aliud, &, quia essentia est una in Sapientia, est Quantitas illorum continua; & sic est continua secundùm essentiam, & discreta secundùm concreta; hoc idem sequitur in Voluntate Angeli.

3. F. G. T. G. Sapientia est in Angelo una forma, & Voluntas est alia, & Finis ambarum formarum est una communis forma, ad quam se habent, ut sit angelica substantia, quæ est composita de forma & materia (formam vocamus multiplicationem intellectivi & amativi, & sic de ejus aliis activis potentiis) & ista forma est intellectualis & communis, & habet simplicem Quantitatem, in quantum est de simplicibus partibus, nam quælibet pars habet suam simplicem & propriam Quantitatem: & in quantum communis forma est composita de multis partibus, habet compositam Quantitatem, sicut Quantitatem intellectivi & amativi, quæ componuntur & extenduntur in una communi Quantitate, in qua habent quietem; hoc idem sequitur de communi simplici & composita Quantitate materiæ.

4. F. G. T. H. Quidam Angelorum habent majorem Sapientiam & Voluntatem, quàm alii, & ideo convenit, quòd habeant Quantitatem, quia sinè Quantitate non possent quidam habere majorem Sapientiam & Voluntatem, quàm alii; & ideo, secundùm quòd quidam habent majorem Quantitatem in sciendo & amando, quàm alii, habet substantia illorum majorem Quantitatem, quàm istorum, ut ambæ Quantitates sibi correspondeant in existendo & agendo, sinè qua correspondone non possent habere quietem.

5. F. H. T. F. Angelus attingit cum sua Quantitate cæteras Quantitates, sicut cum Sapientia attingit alias Sapientias, & hoc est ratione similitudinis, quia de una similitudine & alia sequitur Virtus, quæ est Medium inter unam similitudinem & aliam; & secundùm quòd illa Virtus est quantificata, est intellectus Angeli habituatus & vestitus de Quantitate.

6. F. H. T. G. Sicut in benigno Angelo est Quantitas cum Virtute, sic in maligno Angelo est Quantitas cum Vitio; & ideo habet benignus Angelus Quietem, secundùm

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dùm quòd in Virtute extenditur Magnitudo ſui intelligere; ſed malignus Angelus habet Pœnam, quantò plus extendit ſuum intelligere.

7. F. H. T. H. In Angelo eſt numeralis Quantitas, ſicut in ſua Sapientia, in qua eſt ternarius numerus, videlicet intellectivum, intelligibile & intelligere; & iſta Quantitas ternarii numeri habet majorem Virtutem, quàm Quantitas numeri quaternarii, aut quinarii &c.; & iſta major ternaria Virtus attingitur in ſimilitudine, quam habet cum Divina Trinitate: & propter hoc omnes formæ Angeli habent ternarium numerum, ut eorum numerus ſit de majori Virtute.

8. F. T. F. G. In ternario numero eſt Medium magìs intenſum, & Finis magìs intenſus, quàm in ullo alio numero, ſicut in Sapientia, in qua intelligere eſt perfectius Medium menſuratum inter intellectivum & intelligibile, quàm duo, quæ ſunt Medium ſenarii numeri, & quàm tria, quæ ſunt Medium nonarii numeri, & ſic de aliis: & hoc ideo, quia intelligere eſt de toto intellectivo & intelligibili, & duo non ſunt de toto quaternario: & ideo poſuit DEUS hanc ternariam Quantitatem in Angelis, in qua habent quietem ratione Finîs.

9. F. T. F. H. Illa Quantitas, quæ eſt de ternario numero, habet majus Medium, quàm Quantitas, quæ eſt de quinario vel de ſeptenario, & ſic de aliis imparibus numeris, quia in nullo iſtorum poteſt eſſe Medium integrum: ſicut in quinario numero, in quo unum eſt Medium, quod eſt minus, quàm duo primi & duo ultimi numeri, ſed in ternario numero ſecundus eſt æqualis primo & tertio, & hoc eſt ideo, quia eſt de primo, & quia tertius eſt de primo & ſecundo æqualiter poſito in numero, & quilibet eſt æqualis alteri: & propter hoc poſuit DEUS Angelum in ternario numero, ut in ejus numero ſit Medium, illo numero exiſtente de ternaria Quantitate, ſicut de forma, materia & conjunctione communiter & particulariter: communiter, ſicut ſubſtantia Angeli conjuncta de forma, materia & conjunctione, quæ conjunctio conjungit formam & materiam: particulariter, ſicut Sapientia, quæ in ſe habet ternariam Quantitatem, ſecundùm quòd diximus; & hoc idem eſt de ejus Bonitate & de aliis principiis, de quibus eſt conjunctus.

10. F. T. G. H. Secundùm quòd Finis Quantitatis Angeli eſt major in Sapientia per modum intelligendi, quàm per modum amandi, habet ejus Sapientia majorem quietem per intelligere, quàm per amare, & hoc idem ſequitur de Voluntate, quæ habet majorem quietem per amare, quàm per intelligere; ſed quantò magìs malignus Angelus intelligit, tantò majorem pœnam habet in odiendo, quàm in intelligendo, & in intelligendo, quàm in amando, quia ejus Natura eſt perverſa, & non poteſt quieſcere per amare nec per intelligere.

11. G. H. T. F. In Voluntate Angeli eſt amare Medium, quod exiſtit inter amativum & amabile, in quo exiſtit virtuosè, ſi Angelus eſt benignus, & vitiosè, ſi eſt malignus; & ideo extendit benignus Angelus ſuum amare, quantum poteſt, cum Virtute in amabilia objecta, in quæ extendit ſuum amare; ſed malignus Angelus reſtringit ſuum amare in amabilia objecta, in quæ extendit ſuum odire.

12. G. H. T. G. Voluntas benigni Angeli habet quietem cum Virtute, & illa quies eſt tam magna, quàm virtuoſum eſt ſuum amare; ſed malignus Angelus non poteſt habere quietem in ſua Voluntate, quia ſuum amare eſt vitioſum; & ideo eſt quæſtio, in quo amborum ſit major Quantitas vel ratione Virtutis vel Vitii?

13. G. H. T. H. In Voluntate Angeli eſt major Virtus ratione amandi, quàm odiendi, & hoc eſt ideo, quia DEUS eſt amabilis, & non odibilis: & ideo extendit ſe Voluntas in majorem Quantitatem Virtutis cum amare, quàm cum odire; ſed in maligno Angelo eſt contrarium, quia ſe extendit in majorem Quantitatem Vitii per odire, quàm per amare, odiendo DEUM, & amando ſuum eſſe.

14. G. T. F. G. Si amare in Voluntate Angeli non eſſet in Medio amativi & amabilîs, non poſſet eſſe in Medio finitivi & finibilîs, & ſic amare & finire non poſſent conjungi nec miſceri, & Voluntas non haberet ſubjectum, in quo poſſet quieſcere; igitur convenit, quòd naturaliter exiſtat tantum de amativo ad amare, quantum de amare ad amabile.

15. G. T. F. H. In Voluntate Angeli eſt major amabilitas ſupra naturam, quàm ſecundùm naturalem amabilitatem, quæ cum ſua eſſentiali amativitate eſt conjuncta; iſta major amabilitas eſt ratione ſupremi Objecti, quod eſt majus, quàm amativitas Angeli; & ideo convenit, quòd DEUS influat

(c) 2006 Ministerio de Cultura

fluat gratiam amativitati Angeli, ut ejus amare existat in Medio naturæ & supra naturam amandi.

16. G.T.G.H. Major Finis, quem Voluntas Angeli potest habere, existit extra Quantitatem amandi, & ideo existit ejus Finis in infinito amare, in quo Angelus habet majorem quietem, quàm in amando se ipsum; & hoc idem sequitur de Sapientia & de Memoria & de aliis principiis Animæ.

17. H.T.F.G. In Virtute Angeli est quantificatum Medium, ut Finis possit existere in Medio Virtutis, quod non posset fieri sinè quantificato Medio, & ideo habet Angelus in Medio loco suæ Virtutis quietem, qui locus est intellectualis & plenus intellectuali, virtuosâ & amabili quiete.

18. H.T.F.H. Virtus est major in Medio, quàm in extremitatibus; sicut in igne, in quo est major calor in calefacere, quàm in calefactivo & calefactibili; & ideo est Quantitas Virtutis major in Medio, quàm in extremitatibus, propter quod habet Angelus majorem Virtutem in intelligere, quàm in intellectivo & intelligibili, hoc tamen non sequitur, quando intelligit supremum Objectum, quod est DEUS, quia intelligendo illum habet majorem Virtutem, quàm sit suúmmet intelligere.

19. H.T.G.H. Major finis, quem Virtus Angeli potest habere, est in multiplicando Quantitatem amandi & intelligendi DEUM; nam, quantò magìs multiplicat illam Quantitatem, tantò magìs majorificat Finem sui amare & sui intelligere; & hoc idem est de justis hominibus. Et ideo est valde mirabile de malignis Angelis & de hominibus peccatoribus, quòd, quantò magìs multiplicant odire & intelligere contra Virtutem, tantò majorem quietem putent se habere.

20. T.F.G.H. Majus Medium, quod est in Quantitate, existit in quantificare substantiam, in qua sustentatur Quantitas, & quiescit in illa; & ideo est Quantitas Angeli major in Medio, videlicet in substantia communi constituta de quantificatis partibus, quàm in se ipsa.

SEXTA QUÆSTIO. G.

Qualis est Angelus?

SOLUTIO. *Camera.* G.H.I.

1. DUobus modis convenit inquirere Qualitatem in Angelo, scilicet secundùm propriam Qualitatem & appropriatam Qualitatem: propria Qualitas est, sicut Voluntas, Virtus & Veritas, & sic de aliis principiis, ex quibus quilibet Angelus est compositus, & est qualis, & quodlibet principium in ipso est quale & ita proprium, quòd non est aliud: appropriata Qualitas est, sicut amabilitas, quæ est appropriata Virtuti & Veritati ratione Voluntatis, & sicut Voluntas & Veritas, quæ sunt virtuificabiles ratione Virtutis, & sic de Voluntate & Virtute, quæ sunt verificabiles ratione Veritatis; & ideo sunt Angeli quales, & similiter eorum Qualitates & principia.

2. G.H.T.G. In Voluntate Angeli est Virtus qualis secundùm qualem Finem, ita, quòd amativum est unum virtuosum quale secundùm activum Finem, & amabile est aliud virtuosum quale secundùm passivum Finem, & amare est aliud virtuosum quale secundùm communem Finem; & ideo Angeli, secundùm quòd amant vel amantur, sunt quales.

3. G.H.T.H. In Voluntate Angeli est una Virtus major, quàm alia, sicut substantialis Virtus, quæ est major, quàm accidentalis Virtus; & ideo amat Voluntas unam Virtutem qualem substantialiter, sicut substantialem Virtutem, quæ est unum de principiis, ex quibus Angelus est compositus; accidentalis Virtus verò est, sicut virtuosum amare Voluntatis, quod est habituatum de multis qualibus, & est illis communis actus.

4. G.H.T.I. In Voluntate & Virtute sunt Angeli æquales Qualitates, sicut virtuosa Voluntas ratione Virtutis, & amorosa Virtus ratione Voluntatis, quia dant sibi invicem æqualiter suas similitudines secundùm Qualitates objectorum, quæ attingunt, & ideo habent æquales quales actus.

5. G.I.T.G. Qualitas Angeli est una in se, & est alia in alio, sicut amare, quod est unum quale in Voluntate, quod est ortum de essentiali amativo & amabili, & est aliud quale, secundùm quòd est vestitum de verificare; & ideo est amare unum quale in Fine ratione amandi, & aliud ratione verificandi, in se ipso tamen est unum quale & non aliud.

6. G.I.T.H. Major Veritas, quæ est in Voluntate, est majus quale, quàm minor Veritas, ita, quòd Veritas est una in se ipsa, & est plura qualia in Voluntate, & ideo est verificare communis actus de pluribus qualibus in amare, in quo amare unus actus est major, quàm alius.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

7. G. I. T. I. In Voluntate Angeli ſunt æqualia qualia ratione Veritatis, quia Veritas in Voluntate æqualiter verificat amativum, amabile & amare, & ideo ſunt qualificata in æquali Veritate.

8. G. T. G. H. Major Finis, qui ſit in Voluntate, eſt majus quale, & minor Finis eſt minus quale; & ideo eſt Voluntas Angeli qualis ſecundùm majorem Finem, & qualis ſecundùm minorem Finem.

9. G. T. G. I. In Angelo eſt Finis æqualis ratione amandi ſecundùm Æqualitatem amativi, amabilîs & amare, & in illius Voluntate eſt Æqualitas amativi, amabilîs & amare ſecundùm complere; & ideo Æqualitas eſt qualis ſecundùm Æqualitatem amandi & Æqualitatem complendi.

10. G. T. H. I. Major Æqualitas, quæ poteſt eſſe in Voluntate, eſt de amativo, amabili & amare, & per conſequens major Qualitas eorum exiſtit in majori Æqualitate; & ideo quilibet Angelus conatur, quantum poteſt, quòd poſſit majorificare Æqualitatem amandi, cum quo amare poſſit honorare DEUM & illi ſervire.

11. H. I. T. G. Finis Virtutis eſt qualis in Veritate, & Finis Veritatis eſt qualis in Virtute, & ideo eſt Finis qualis in Virtute & Veritate, & ideo eſt Finis qualis in actu ambarum, & qualis in objectis, poſtquam eſt qualis in potentiis.

12. H. I. T. H. Major Veritas, quæ ſit in Virtute, & major Virtus, quæ ſit in Veritate, eſt qualis eſſentialis; quia, ſi non eſſet, Virtus ſubſtantiæ eſſet vera in accidentali Qualitate, & non in ſubſtantiali, & Veritas eſſet ſubſtantialiter qualis in Minoritate, & accidentaliter qualis in Majoritate, propter quod Veritas non eſſet qualis per ſe ipſam; quod eſt impoſſibile.

13. H. I. T. I. Veritas, quæ eſt æqualis in Virtute, non eſt Veritas, quæ non eſt æqualis in Virtute; & ideo determinant Æqualitas & Inæqualitas Virtutis in Veritate unam Qualitatem ex alia ſub vero & virtuoſo habitu & figura.

14. H. T. G. H. Major Finis Virtutis eſt DEUS, qui major Finis Virtutis facit, quòd nos dicamus DEUM qualem, & quòd Angeli ipſum cognoſcant cum majori Fine Virtutis; & ideo illi Angeli ſunt magìs quales, qui habent majorem Virtutem in cognoſcendo & amando DEUM, & hoc idem de hominibus.

15. H. T. G. I. Finis Æqualitatis eſt qualis in Virtute, & privatio Finîs in Æqualitate eſt qualis in Vitio; & ideo manifeſtantur boni Angeli cum aliis Qualitatibus, & mali Angeli cum aliis.

16. H. T. H. I. Major Æqualitas Virtutis eſt in Trinitate DEI, & ideo convenit, quòd quælibet Perſona ſit qualis, & hoc cum ſubſtantiali qualitate, non cum accidentali; & iſta major Æqualitas Virtutis repræſentatur in majori Æqualitate Virtutis, quæ eſt in Angelis; & ideo, ſecundùm quòd quidam Angeli habent majorem Æqualitatem Virtutis, quàm cæteri, ſunt habituati & induti de majoribus Qualitatibus ſuſtentatis in Virtutibus, & Virtus ſuſtentatur in illis.

17. I. T. G. H. Major Finis Veritatis, quæ ſit inter DEUM & Creaturam, eſt ſancta Incarnatio noſtri Domini JESU Chriſti; & ideo eſt JESUS Chriſtus ille qualis, in quo quilibet bonus Angelus habet quietem qualem, in qua eſt unum quale ſecundùm Deitatem, & aliud quale ſecundùm Humanitatem.

18. I. T. G. I. Veritas Angeli habet æqualem Finem in verificativo, verificabili & verificare, & ideo habet in ſe ipſa æqualia & naturaliter completa qualia, & ſecundùm quòd conſequitur Finem, habet alia accidentalia qualia.

19. I. T. H. I. Major Æqualitas, quæ ſit in Veritate, eſt Divina Trinitas, & per conſequens major Qualitas cujuslibet; & ideo major falſitas, quæ ſit in malignis Angelis, eſt in majori Qualitate, quam habent contra majorem Æqualitatem, quæ eſt in Divina Trinitate, per quam Contrarietatem dicuntur mali quales.

20. T. G. H. I. Major Æqualitas, quæ ſit in Fine benignorum Angelorum, eſt in illa majori Æqualitate, quæ eſt inter infiniens, infinibile & infinire, & hanc majorem Æqualitatem Finîs non poſſunt Angeli cognoſcere ſinè infinita Qualitate Finîs, & omnium trium concretorum ejus; & ideo quidam ſunt magìs quales, quàm alii, ſecundùm quòd cognoſcunt illum majorem Finem.

SEPTIMA QUÆSTIO. H.

De Tempore in Angelis?

SOLUTIO. *Camera.* H. I. K.

1. QUatuor modis inquirimus Tempus in Angelis, videlicet quid ſit Tempus in Angelo? de quo ſit? quomodo ſit? & cum quo ſit? Tempus in Angelo eſt una intellectualis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tualis simplex pars Angeli, in cujus substantia Tempus sustentatur, & sua substantia in illo Tempore est temporificata, & extensa in Æviternitate sub ratione durandi; & ideo habet quilibet Angelus suum proprium singulare & speciale Tempus non existens sub generali Tempore, quia de illo suo proprio Tempore habet Virtutem in durare, quod durare Veritas ponit in vero cum gloriari Durationis.

2. H. I. T. H. Tempus Angeli est de majori Virtute & Veritate, in quibus Divina Æternitas potest repræsentari; & ideo est suum Tempus momentaneum & sinè motu & successione, ut intellectualis æviternitas repræsentet Æternitatem DEI, quæ est sinè successione & sinè motu & ante æviternitatem.

3. H. I. T. I. Angelus existit in Tempore secundùm modum Æqualitatis, in quo Virtus & Veritas Angeli æqualiter sustentantur, quia Veritas & Virtus æqualiter in uno Tempore sibi invicem dant suas similitudines, Veritate existente virtuosâ per Virtutem, & Virtute vera per Veritatem; & ideo non potest substantiæ Angeli deficere Tempus, quia Veritas facit, quòd Tempus substantiæ æviternaliter existat in vero, & Virtus facit, quòd existat in virtuoso.

4. H. I. T. K. Tempus in maligno Angelo existit cum minori Virtute in vero, quia Veritas ponit in vero, quòd status Angeli sit in Vitio; & ideo existit Virtus Temporis in Minoritate contra majorem Veritatem Virtutis.

5. H. K. T. H. Major Virtus, quæ naturaliter possit esse in Gloria Angeli, est, quòd habeat in se gloriativum, gloriabile & gloriari in suómet *nunc* sinè successione: sicut ejus intellectus, qui est in uno æviternali *nunc* intellectivi, intelligibilîs & intelligere, & omnia tria sunt de essentia intellectûs.

6. H. K. T. I. Gloria & Virtus sunt æquales in essentia Angeli, quæ Æqualitas est de uno & eodem Tempore, illo Tempore existente alio ratione Gloriæ, & alio ratione Virtutis, & uno in se ipso; & ideo illa Æqualitas est incorruptibilis.

7. H. K. T. K. Substantia maligni Angeli sustentatur cum privatione Virtutis & cum privatione Gloriæ, & ideo est ejus substantia in Minoritate, in qua Minoritate est temporificata, & propter hoc habet Tempus in illa Minoritate majorificatam Virtutem, & substantia maligni Angeli habet majorificatam pœnam.

8. H. T. H. I. Omnes partes Angeli sunt æqualiter principiatæ in uno Tempore, & ideo Tempus non est majus in quibusdam, quàm in aliis, etsi quædam partes sint in majori Virtute, quàm aliæ; sicut memorare, intelligere & amare Angeli, in quibus tempus est majus, quàm in bonificare, magnificare &c.; & ista Majoritas est ratione summi Objecti, quod est memorabile, intelligibile & amabile ab Angelo, & non bonificabile nec magnificabile ab ipso.

9. H. T. H. K. Angelus fuit in suómet Tempore principiatus virtuosus, eò quòd in suámet Virtute fuit principiatus, & sua Virtus fuit majorificata in hoc, quòd fuit confirmatus in bono statu, & elongatus à Minoritate tunc, quando in uno & eodem Tempore, in quo fuit creatus, fuit DEUS per ipsum intellectus, amatus & memoratus, sic, quòd nec de uno Tempore nec de alio fuit secutus motus, successio nec multiplicatio momentorum; & sic significatur, quòd Tempus Angeli sit indivisibile, & non multiplicet momenta, horas, dies nec annos, nec aliquas figuras, quæ multiplicantur per sensuale Tempus, sicut in Tempore Solis, qui ratione sui motûs nobis multiplicat in his inferioribus momenta, horas, dies & annos.

10. H. T. I. K. Angelus fuit æqualiter in uno & eodem Tempore creatus in Virtute, & cum Æqualitate Bonitatis, Magnitudinis &c., & in illo eodem Tempore, in quo fuit creatus, alteravit se ipsum, inclinando se ad Minoritatem contra Æqualitatem Virtutis, Bonitatis, Magnitudinis &c., & propter hoc fuit obstinatus & malignus, quia noluit plùs memorare, intelligere & amare DEUM, quàm se ipsum, nec sinè motu, quamvìs in sua Bonitate esset Tempus cum Virtute, & in sua Malitia cum Vitio.

11. I. K. T. H. Angelus est in Tempore cum majori Veritate Gloriæ, & cum majori Gloria Veritatis, & ideo habet modum secundùm Majoritatem Veritatis & Gloriæ, quomodo sit in eodem Tempore temporificatus extensè de suo principio per totam suam æviternitatem, ut non obliviscatur objecta, quæ accepit, & quæ æviternaliter accipit cum Majoritate verificandi & gloriandi.

12. I. K. T. I. Glorioſus Angelus est verus, & verus Angelus est glorioſus, & hoc æqualiter, sicut amoroſus & potens, quæ omnia in uno & eodem tempore æqualiter existunt in Angelo; & ideo est in benigno Angelo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nulla potentia vacuabilis, & de maligno Angelo eſt contrarium.

13. I. K. T. K. In maligno Angelo eſt Tempus ſuſtentatum in minori Veritate, & eſt ſuſtentatum in majori pœna; & ideo nollet intelligere illam Veritatem, quam intelligit, imò vellet intelligere contrarium; & nollet habere pœnam, quam habet, quia vellet habere Gloriam; & ideo in uno & eodem Tempore vult eſſe & non eſſe.

14. I. T. H. I. Major Æqualitas, quæ poteſt eſſe in Tempore Angeli, eſt, quòd in uno & eodem Tempore æqualiter ſint verificativum, verificabile & verificare, quia in illa Æqualitate non poteſt deficere Tempus Veritati, nec Veritas Tempori; & ideo ſunt in Angelo verificabile & verificatum unum & idem numero, ſed de nobis non eſt ita, quamdiu ſumus in hac præſenti vita, quia Tempus, in quo nos ſumus, habet Concordantiam cum Minoritate.

15. I. T. H. K. In maligno Angelo eſt major Veritas in Minoritate, & Minoritas in Veritate; & ideo eſt Tempus majorificatum in Falſitate, & minorificatum in Veritate; & propter iſtam Contrarietatem eſt alteratus de bono in malum, & de Magnitudine in parvitatem &c.

16. I. T. I. K. In maligno Angelo eſt Tempus æqualiter minorificatum in Veritate, in qua verificativum, verificabile & verificare ſunt minora, quam Minoritatem habet, quia ponit Æqualitatem inter ſuum intelligere & ſuum amare, tantum odiendo Veritatem, quantum intelligendo Falſitatem, & tantum amando Falſitatem, quantum intelligendo Veritatem.

17. K. T. H. I. Major Æqualitas Gloriæ in Angelo eſt de gloriativo, gloriabili & gloriari, & ideo eſt major Æqualitas Temporis in Angelo, eò quòd Gloria in illo ſuſtentetur per modum durandi in majori Æqualitate gloriandi.

18. K. T. H. K. Major Minoritas Temporis eſt, quòd ſit contra majorem Gloriam; Tempus maligni Angeli eſt illud, quod eſt contra majorem Gloriam, quia in ipſo ſuſtentatur major pœna; & ideo eſt malignus Angelus contra Æqualitatem cum Majoritate, & habet Concordantiam cum Minoritate.

19. K. T. I. K. Minor Æqualitas, quæ ſit in Gloria Angeli, eſt accidentalis, & ideo Tempus eſt minus in accidentali Gloria, quàm in ſubſtantiali, & majus in ſubſtantiali Gloria, quàm in accidentali, & hoc in bono Angelo; ſed de malo Angelo eſt contrarium, quia Tempus eſt in minorificare in ſubſtantia illius ratione accidentium, & non ratione naturæ ſubſtantiæ.

20. T. H. I. K. Inter Tempus Angeli & corporale Tempus eſt Differentia Majoritatis & Minoritatis, quia angelicum Tempus eſt de intellectuali natura, quæ habet in ſe majorem Æqualitatem Bonitatis, Magnitudinis &c., quàm corporale Tempus; & ideo hoc, quod Angeli faciunt de corporalibus rebus, exiſtit in ſucceſſione & motu ac multiplicatione momentorum, horarum, dierum, ſeptimanarum, menſium & annorum ſecundùm naturam corporalis Temporis, ſed non ſecundùm intellectualem naturam; ſicut in Annunciatione ſancti Gabrielis ad noſtram Dominam, quia ab illo Tempore usque ad præſens Tempus ſecuta eſt multiplicatio dierum ſucceſſivè, ſed non ſecundùm ſanctum Gabrielem intellectualiter, quia in illo eodem tempore exiſtit nunc ſecundùm ſe ipſum, quo tunc erat, quando annuntiavit noſtræ Dominæ Sanctæ Mariæ Conceptionem Filii DEI.

OCTAVA QUÆSTIO. I.

Ubi ſunt Angeli?

SOLUTIO. *Camera.* C. E. I.

1. COnvenit conſiderare Locum Angelorum ſecundùm Regulam de Loco, quæ eſt in *Tabula Generali* & in hoc Libro, & ſecundùm ſignificata ipſorum C. E. I., ſicut per E. poſitum in ſuo I., in quo ſignificatur, quòd Poteſtas Angeli intellectualiter ſit collocata in Magnitudine Loci, & in Veritate Loci, & quòd Poteſtas ſit collocata in ſuo I.; & ideo ſignificatum eſt, quòd Angelus, qui eſt de Magnitudine & Veritate, ſit collocatus in ſe ipſo, ita, quòd non indigeat extraneo Loco, ſicut homo, qui non poteſt eſſe collocatus in ſe ipſo ſinè extraneo Loco, qui non eſt de ſua eſſentia.

2. C. E. T. C. Angelus eſt in illo Loco, in quo ſua Poteſtas eſt in magna Concordantia, & ideo ſignificatur, quòd Angeli ſint in empyreo Cœlo, in quo Poteſtas Angeli habet magnam Concordantiam in contemplando DEUM & Humanitatem noſtri Domini JESU Chriſti; & ideo Angeli poſſunt habere magnam Concordantiam alius cum alio in illo Loco.

3. C. E. T. E. Principia Angeli ſunt Magnitudo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gnitudo & Potestas, & hoc idem de Bonitate, Duratione &c., exceptâ Contrarietate, & ratione magnæ Concordantiæ & Potestatis potest unum Principium esse collocatum in alio, sicut Potestas in Magnitudine, in quantum est magna per Magnitudinem, & Magnitudo in Potestate, in quantum per Potestatem potest esse; & propter hoc potest Angelus esse in se ipso & in suis Principiis, sicut magnus in Magnitudine, & potens in Potestate, & principians in Principio, & justus in Justitia, & sapiens in Sapientia, & amans in Amore.

4. C. E. T. I. Angelus est intellectualis substantia, in qua Magnitudo & Potestas sunt æquales, & ideo ejus Potestas satisfacit Magnitudini, & Magnitudo Potestati in tantum, quòd non indigeat collocari in sensuali Loco, nec de ipso recipere aliquam assituationem, nec illi dare occupationem, sicut potentia, quæ in objecto non occupat Locum, nec objectum in potentia.

5. C. I. T. C. Sicut non convenit Angelo, quòd ejus Magnitudo, Veritas & Concordantia sint collocatæ in imaginatione hominis, sic nec convenit, quòd ejus substantia sit collocata in corporali Loco; sed, quia unus corporalis Locus non est alius, & Angelus est finitus & terminatus, convenit Angelo, quòd, si est in uno Loco, non sit in alio: quia, si esset in omnibus Locis, esset ejus Magnitudo infinita; & ideo, in quantum est in uno Loco & non in alio, est in illo Loco, in quo est, secundùm naturam suæ finitatis, & non secundùm Concordantiam corporalis Loci, nisi, in quantum corporalis Locus est divisibilis secundùm naturam substantiarum corporalium rerum, quæ sunt collocatæ & differunt aliæ ab aliis.

6. C. I. T. E. Angelus est in Loco secundùm Magnitudinem suorum Principiorum, & hoc convenit esse verum, ut Magnitudo satisfaciat Veritati, & Veritas Magnitudini; & ideo est Angelus sic in corporali Loco, quòd, quando se mutat de uno Loco in alium, non recipiat multiplicationem nec figuram illius Loci, imò transit sinè alteratione sui ipsius & illius Loci in uno momento sinè successione & sinè corporali motu, sicut intellectualis potentia, quæ se habet ad suum proprium objectum sinè aliquo eorum, quæ diximus, quæ sunt de natura corporalium Principiorum.

7. C. I. T. I. Substantia Angeli est de æquali Magnitudine & Veritate, ut significet Æqualitatem, quam Magnitudo & Veritas habent in intrinseca Operatione Veritatis DEI; igitur existit Angelus in intellectuali Loco, qui sit de ejus entitate, & non de specie alicujus generis corporalis Loci, ut significet, quòd, sicut Pater est in Filio & in Sancto Spiritu producens & spirans sinè locali motu & sinè successione, quia in illis non est Locus, sic Angelus se moveat de Loco in Locum taliter, quòd ejus motus significet magnam Veritatem Divinæ Trinitatis.

8. C. T. C. E. Pater transmisit Filium ad assumendum Carnem in nostra Domina Sancta Maria, & Filius descendit ad incarnandum in ipsa, & fuit natus ex ipsa DEUS Homo, & hoc sinè motu & sinè successione; & ideo Angelus taliter est in Loco, quòd, ipso existente in Loco & se movente de uno Loco in alium, significet magna Concordantia ipsius Principiorum magnam Concordantiam Principiorum, quæ fuerunt & sunt in Incarnatione.

9. C. T. C. I. DEUS creavit Mundum de nihilo, & creavit Locum, in quo Mundus existeret & esset collocatus; & DEUS est in Mundo, non tamen in ipso collocatus, nec in Mundo occupat Locum; igitur creavit DEUS Angelum in tam magna Concordantia Loci & Æqualitatis amborum, quòd sit in Loco sinè occupatione Loci; & ideo natura, quam Angelus habet existendo in Loco, est speculum, in quo significatur modus, quem DEUS habet in existendo in Mundo, & quem Mundus habet in existendo terminatus & comprehensus in DEO.

10. C. T. E. I. Magnitudo Angeli est unum de ejus Principiis, & in ipsa sunt æqualia Principia ejus essentialia concreta, videlicet magnificativum, magnificabile & magnificare, & quodlibet est collocatum in Loco aliud in alio, ita, quòd unum non occupet Locum alteri; & ideo secundùm naturam, de qua Angelus est principiatus, est collocatus in se ipso, quæ collocatio non est sensibilis nec imaginabilis, quia tantùm est induta de intellectualibus habitibus.

11. E. I. T. C. In Angelis est ordo, in quantum quidam sunt propinquiores DEO, quàm cæteri, secundùm Concordantiam Potestatis & Veritatis, quia quidam habent majorem Potestatem in contemplando Potestatem DEI & ejus Veritatem, quàm cæteri; ille ordo & illa propinquitas non est secundùm naturam corporalis Loci, nec divisionis ejus, quam habet per sursùm & deorsùm:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sùm: nam, si esset, esset impossibile, quòd DEUS esset in omni Loco; sed, quia est in omni Loco, & ita verè in uno Loco, sicut in alio, est ordo, in quo sunt Angeli, secundùm naturam intellectualis Loci, ita, quòd corporalis Locus ibi non potest contradicere.

12. E. I. T. E. Angeli sunt in veracibus hominibus & in Principiis illorum, ita, quòd non occupent Locum ipsorum, nec impediant eorum liberum arbitrium, quia sunt in illis secundùm Veritatem & Potestatem & ratione principiandi verum possificare ad memorandum, cognoscendum, amandum & honorandum DEUM & ad serviendum illi, ut homines possint existere cum DEO.

13. E. I. T. I. Boni Angeli sunt in Gloria, & mali sunt in pœna, & boni sunt in Gloria cum Veritate Potestatis, & cum Potestate Veritatis, & cum Æqualitate ambarum, & maligni Angeli sunt in pœna cum contrario, videlicet cum Potestate Falsitatis, & cum Falsitate Potestatis, & cum Æqualitate ambarum.

14. E. T. C. E. Angeli sunt in decem intellectualibus prædicamentis, quia quilibet est substantia, & habet intellectualem quantitatem & relationem possificativi, possificabilîs & possificare; & est qualis, secundùm quòd diximus; & in illis est actio & passio: actio, in quantum sunt intelligentes: passio, in quantum sunt intelligibiles, concordantes & concordabiles; & sunt in tempore, ût diximus; & sunt habituati de intellectualibus Principiis, & assituati de illis; & hoc idem de tempore, ût dictum est; & ideo, prout sunt in decem intellectualibus prædicamentis, sunt separati à decem corporalibus prædicamentis & à natura illorum.

15. E. T. C. I. Malignus Angelus est in peccato contra Concordantiam suæ Potestatis cum æquali Contrarietate possificativi, possificabilîs & possificare in memorando, intelligendo & odiendo, & ideo est æqualiter in pœna memorandi, intelligendi & amandi, sed de benigno Angelo est contrarium.

16. E. T. E. I. Benignus Angelus est in Æqualitate Principii & Potestatis, ut æqualiter possit principiare suum memorare, intelligere & amare & contemplari DEUM, & hìc inferiùs nos juvare; malignus Angelus verò est in contrario, & ideo est Contrarietas inter benignum Angelum & malignum Angelum, in qua ambo sibi contrariantur.

17. I. T. C. E. Benigni Angeli existunt alii in aliis cum Concordantia Veritatis & Principii, uno non occupante Locum alteri: sicut objectum existens in potentia, & potentia in illo sinè aliqua occupatione; & ideo illa Concordantia, quam unus habet in alio, est magnæ Veritatis & magni Principii.

18. I. T. C. I. Maligni Angeli sunt alii in aliis cum æquali Contrarietate Veritatis & Concordantiæ, quia Veritas in illis verificat falsificare, & Concordantia se pervertit in illis in contrariari; & ideo, quantò plùs unus participat cum alio, tantò fortiùs sunt in malignitate, miseria & pœna.

19. I. T. E. I. Benigni Angeli sunt in orationibus veracium hominum, qui sustinent tribulationes in hoc Mundo secundùm naturas corporalium principiorum & æqualium in defectu, ut ipsos adjuvent, ut sint in intellectualibus Principiis æqualibus in complemento; maligni Angeli verò faciunt contrarium; & ideo boni homines adjuvantur à bonis Angelis, & mali homines tentantur à malis Angelis.

20. T. C. E. I. Maligni Angeli ita sunt in corporali Loco cum pœna, sicut benigni Angeli cum gloria, & Principia illorum æqualiter sunt contraria secundùm naturam corporalium Locorum, quæ attingitur in bono Loco, in quo JESUS Christus & nostra Domina existunt, & in quo locabuntur glorificati homines: & in malo Loco, in quo cruciabuntur peccatores, qui Locus est in abysso terræ plenus igne & aliis contrariis elementis; unde ille corporalis Locus erit æqualiter contrarium Principium omnibus Principiis malorum Angelorum, qui non fuerunt creati ad existendum in illo Loco.

NONA QUÆSTIO. K.

Quomodo sunt Angeli?

SOLUTIO. *Camera.* C. E. K.

AD inquirendum Modum Angelorum, convenit sequi illum Modum, quem una Regula habet in alia, sicut nona Regula posita in Regulis ipsorum C. D. E. F. G. H. I. & in decima Regula; & ideo sunt *octo species*, secundùm quas proponimus inquirere Modum Angelorum, videlicet *quid est Modus, de quo est, quare est, quantus est, qualis est, in quo tempore est, ubi est, & cum quo est*, & istæ octo species sufficiunt omnibus Modis existentibus in creatis rebus.

Modus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

1. Modus, quem Angelus habet, est secundùm id, quod in illo sunt sua Magnitudo, Potestas & Gloria, quia secundùm suam Magnitudinem habet Modum existendi magnus in se & in suis operationibus: secundùm suam Potestatem habet Modum existendi potens in se & in ipsis: & secundùm suam Gloriam habet Modum existendi glorioſus in se & in hoc, quod facit; & ideo bonus Angelus, in quantum est magnus, potens & glorioſus, habet Modum in se ipso & in alio: malus Angelus verò, secundùm quòd est magnus & potens, habet pœnã.

2. C. E. T. C. In Magnitudine Angeli est Concordantia magnificativi, magnificabilis & magnificare, & in sua Potestate est Concordantia possificativi, possificabilis & possificare, & ideo habet Angelus Modum Concordantiæ ratione Magnitudinis & Potestatis, cum qua Concordantia habet Modum contra Contrarietatem Magnitudinis & Potestatis.

3. C. E. T. E. In Angelo est Principium, quod est unum de suis partibus, de quibus est compositus: igitur ratione Principii habet Modum principiandi magnificare & possificare in Magnitudine & in Potestate; & ideo benignus Angelus, quando fuit creatus, habuit Modum in principiando amare & intelligere de Magnitudine & Potestate, cum quibus amaret & intelligeret suum Creatorem.

4. C. E. T. K. Minoritas in Angelo est unum suorum principiorum, quia in Angelo sunt accidentia, & quia est creatus de nihilo; & ideo habet Modum cum Minoritate contra Magnitudinem Potestatis: sed quando mortificat illum Modum cum Magnitudine Potestatis, tunc habet Modum Majoritatis contra Modum Minoritatis, & hunc Modum habuit benignus Angelus, quamprimum fuit creatus, malignus Angelus verò habuit contrarium Modum, ratione cujus fuit factus malignus & alteratus de Magnitudine Potestatis in Parvitatem.

5. C. K. T. C. Ignis habet Modum calefaciendi cum calore, & illuminandi cum luciditate, & movendi se sursum cum levitate; sic etiam habet Angelus cum magnificare, gloriari & concordare Modum memorandi, intelligendi & amandi; & ideo secundùm istum Modum habet Modum accipiendi objecta, quæ cum magna Gloria & Concordantia sunt recolibilia, intelligibilia & amabilia.

6. C. K. T. E. Humanus intellectus habet Modum, quòd in imaginatione attingat sensualia objecta, & de illo Modo imaginandi sensibiles res habet Modum mutandi se ad intelligendum intelligibiles res; sic & multò meliùs habet Angelus Modum secundùm sua magna & glorioſa Principia ad intelligendum magna & glorioſa Principia, & per illa habet Modum ad intelligendum inferiores sensuales res.

7. C. K. T. K. In Angelo est Minoritas, ût diximus, secundùm quam habet Modum intelligendi parvitatem suæ naturalis delectationis, sed ratione Magnitudinis Gloriæ DEI habet Modum habendi magnam delectationem in Gloria DEI; & ideo habent boni Angeli Modum ascendendi de parvis naturalibus Modis ad magnos Modos, qui sunt supra eorum naturam, in quo Modo quiescunt.

8. C. T. C. E. Magnitudo DEI est Ratio DEO, quòd habeat Modum secundùm ipsam in principiando magnam creaturam, cum qua possit habere magnam Concordantiam; & ideo secutus est DEUS istum Modum, quando assumpsit humanam Carnem de nostra Domina Virgine MARIA; & secundùm istum Modum habet Angelus Modum in habendo magnam Concordantiam ad principiandum magnum memorare, intelligere & amare, & ad contemplandum Filium nostræ Dominæ, & ad tractandum honorem illius in hoc mundo.

9. C. T. C. K. DEUS habet Modum in habendo Concordantiam cum creatura secundùm suam Magnitudinem, & creatura habet Modum in suo Creatore secundùm Concordantiam suæ parvitatis; & ideo facit DEUS miracula & opera supra naturam; simili modo habet se Angelus cum Magnitudine ad sensualia objecta cum Concordantia suæ Magnitudinis, & objecta habent Concordantiam cum illo secundùm suam parvitatem: & ideo habent Angeli Modum in audiendo voces sinè auribus, & in videndo colores sinè oculis, & in movendo homines sinè tactu, & in movendo se ipsos de uno loco in alium sinè motu, & sic de aliis rebus similibus istis.

10. C. T. E. K. Bonus Angelus habet Modum secundùm bonum & magnum Principium in bono & magno principiabili, & habet Modum secundùm bonum & parvum Principium in bono & parvo principiabili, & ideo habet Modum justitiæ & proportionis,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nis,& malus Angelus habet contrarium Modum.

11. E. K. T. C. DEUS Pater habet Modum cum Concordantia Poteſtatis & Gloriæ in generando DEUM Filium, & ambo habent Modum cum Gloria & Poteſtate in ſpirando DEUM Sanctum Spiritum, qui Sanctus Spiritus habet Modum cum Concordantia Gloriæ & Poteſtatis in delectatione amborum, & in terminatione ternarii numeri; & ideo ſecundùm Modum Trinitatis dedit DEUS Angelo Modum in ternario numero, in quo ejus eſſentia ſuſtentatur cum Concordantia formæ, materiæ & conjunctionis, ſecundùm quam habet Modum Poteſtatis in gloriari contemplando Trinitatem DEI.

12. E. K. T. E. Sicut amans homo ratione amoris habet Modum amandi, ſic Angelus ratione Poteſtatis habet Modum principiandi poſſificare,& ratione Gloriæ gloriandi; & ideo ſequitur bonus Angelus Modos ſuorum Principiorum, & malus Angelus ſequitur contrarium Modum; hoc idem ſequitur in juſtis & peccatoribus hominibus.

13. E. K. T. K. Angelus habet Modum ſecundùm Minoritatem in contemplando Poteſtatem & Gloriam DEI, & Modum, quem habet in contemplando DEUM ſecundùm Majoritatem, habet ſecundùm influentiam Poteſtatis & Gloriæ DEI; & ideo habet Modum cum finita Poteſtate attingendi infinitam Poteſtatem, & cum parva Gloria majorem Gloriam.

14. E. T. C. E. Angelus ſequens Modum ſuorum Principiorum habet Modum concordandi unum Principium cum alio, & ideo poteſt magis amare intelligendo DEUM, quàm ſe ipſum; ſed, quia malignus Angelus non ſequitur naturam ſuorum Principiorum, non poteſt illa concordare ad magis amandum DEUM, quàm ſe ipſum; & hoc idem ſequitur de bonis & malis hominibus.

15. E. T. C. K. In minori Concordantia eſt minor Modus Poteſtatis, & in majori Concordantia eſt major Modus Poteſtatis; & ideo eſt in Angelis alius Modus ſecundùm minorem Concordantiam Poteſtatis, & alius ſecundùm majorem Concordantiam Poteſtatis, & ideo ſunt in Angelis quidam Modi majores, quàm alii.

16. E. T. E. K. Bonus Angelus habet Modum complendi Poteſtatem, quam habet in principiando bona opera hìc inferiùs inter nos,& hoc eſt ratione ſuorum Principiorum, quæ ſunt plena multis Modis, quia quodlibet eſt plenum ſuo proprio Modo & Modis aliorum Principiorum; & ideo dat nobis doctrinam & Modum, ut principiemus bona opera, & ſimus pleni multis bonis Modis, quia ille poteſt vincere multa vitia, qui habet multos bonos Modos; malus Angelus verò facit contrarium hujus.

17. K. T. C. E. Angeli habent Modum ad invicem in habendo Gloriam alius ex alio in manifeſtando ſibi ſe ad invicem; & hunc Modum habent, quia alius concordat cum alio ſecundùm ſuam naturam & ſuorum Principiorum & ſecundùm influentiam deſuper eis provenientem; in malis Angelis autem eſt contrarium.

18. K. T. C. K. Benigni Angeli habent Modum cum Animabus hominum, quæ ſunt in Gloria, quia cum ipſis habent Concordantiam & quietem in amando & cognoſcendo ſupremum glorioſum Dominum, qui in omnibus ſuis Dignitatibus habet Modum & Concordantiam, cum qua illis tribuit Modum in habendo Concordantiam & quietem; ſed maligni Angeli habent nullum Modum in Concordantia cum animabus hominum peccatorum, quæ ſunt in Inferno, quæ ſunt in tam magna Minoritate Concordantiæ, quòd nullum Modum habeant recipiendi influentiam à ſupremo Domino.

19. K. T. E. K. Secundùm quòd unum Principium eſt minus in Angelis, quàm aliud, eſt in illis unus Modus minor, quàm alius; & quia quilibet illorum Modorum eſt in Gloria, habet quilibet bonus Angelus quietem, ſecundùm quòd eſt ſuus Modus; & ideo Angeli habentes parvam Gloriam habent quietem, quia in illa Gloria habent Modum; & hoc idem ſequitur de bonis hominibus, qui ſunt in præſenti vita, de malis autem eſt contrarium.

20. T. C. E. K. In hac vita habent magnam pœnam illi homines, qui habent Modum, participando cum hominibus, qui non habent Modum, quia illi ſequuntur naturam ſuorum Principiorum,& concordant unum cum alio; & in quantum participant cum hominibus, qui non habent Modum, ſunt occaſionati, quòd relinquant Modum, & habeant Contrarietatem in ſuis Principiis,& habeant Concordantiam cum Minoritate contra Majoritatem Bonitatis, Magnitudinis &c.: unde, cùm iſta participatio

ſit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sit tam magna infelicitas, quis posset æstimare infelicitatem & pœnam, quam in Inferno habent maligni Angeli & Animæ peccatorum, qui in illorum participatione non habent Modum nec Concordantiam, & sunt contrarii in omnibus suis Principiis.

DECIMA QUÆSTIO. K.

Cum quo agunt Angeli id, quod agunt?

SOLUTIO. *Camera.* E. G. K.

1. AD inquirendum id, cum quo Angeli agunt id, quod agunt, convenit considerare sextam & decimam Regulam, in qua sexta & decima Regula apparet, quòd Angeli agant id, quod agunt, cum propriis & appropriatis qualitatibus & proprietatibus: cum propriis, sicut cum sua Potestate, cum qua Angelus possificat suum velle, & cum sua Voluntate, cum qua amat Gloriam DEI: cum appropriata proprietate, sicut cum sua Voluntate, quam habet in Potestate, in amando suam Gloriam, quam Potestas habet in gloriari.

2. E. G. T. E. Ignis agit id, quod agit, cum sua Potestate & cum suo naturali Appetitu, quæ sunt ejus Principia, sic Angelus agit id, quod agit, cum sua Potestate in possificando, & cum sua Voluntate in amando, & sic de aliis ejus Principiis secundùm naturam illorum; & ideo bonus Angelus est bonus, quia agit id, quod agit, cum natura & secundùm naturam suorum Principiorum, & hoc idem sequitur de bonis hominibus; mali Angeli verò sunt mali, quia agunt hoc, quod agunt, contra naturam suorum Principiorum, & hoc idem sequitur de malis hominibus.

3. E. G. T. G. In elementatis rebus elementa agunt hoc, quod agunt, cum Fine ejus, propter quod sunt conjuncta in elementata substantia, quia quodlibet elementum dirigit suam Potestatem & suum naturalem Appetitum ad illum Finem: sic & multò meliùs boni Angeli agunt hoc, quod agunt, propter Finem, ad quem sunt creati, videlicet ad DEUM memorandum, intelligendum, amandum, honorandum, laudandum & illi serviendum, & ideo sunt boni, quia ad illum Finem dirigunt suam Potestatem; sed quia Dæmones faciunt contrarium, ideo sunt peccatores.

4. E. G. T. K. In Angelis est Minoritas, quæ eorum Potestati & Voluntati appropriat suam similitudinem, cum qua attingunt minores res, quæ sunt inter nos, quia una similitudo est speculum & figura alterius, & ideo boni Angeli cum minori Potestate & Voluntate diligunt minores res, & cum majori Potestate & Voluntate diligunt majores res; mali Angeli verò faciunt contrarium.

5. E. K. T. E. In Sacramento Altaris Presbyter conficit illud Sacramentum cum Potestate DEI appropriata Potestati Presbyteri, cum qua conficit Sacramentum, ut det Gloriam DEO, ita, quòd Principia illius Sacramenti sunt duæ Potestates, una Potestas est propria DEI, altera Potestas autem, quam habet Presbyter in illo Sacramento, est appropriata; unde, sicut Presbyter facit Sacramentum cum Potestate DEI, sic Angelus habet appropriatam Potestatem, cum qua operatur inter nos, & cum qua videt colorem, & audit sonum, & intellectualiter loquitur cum homine, & movet ipsum de uno loco in alium, ut ipsum ducat ad Gloriam DEI; & ideo habent Angeli Potestatem in corporalibus rebus.

6. E. K. T. G. Omne id, quod boni Angeli faciunt, faciunt cum licentia DEI, & ideo non habent Potestatem faciendi contra Finem illius licentiæ, nec volunt illam habere, quia, si ipsam haberent, eorum Potestas non haberet quietem in Fine, sed haberet pœnam; mali Angeli verò omne malum, quod faciunt, faciunt cum permissione DEI, qui permittit illud malum fieri ideo, quia volunt facere contra Finem, propter quem sunt, & ipsi volunt habere licentiam, quam habent, & ideo sunt mali, & in Fine illius licentiæ habent pœnam, & non possunt habere quietem.

7. E. K. T. K. Omne id, quod bonus Angelus agit, agit secundùm primam & secundam intentionem, ponens primam intentionem in Majoritate Potestatis, & secundam intentionem in Minoritate Potestatis, & ideo habet ejus Potestas quietem in Gloria in utraque intentione; Potestas verò mali Angeli habet pœnam in Inferno, quia ponit primam intentionem in Minoritate Potestatis, & secundam in Majoritate Potestatis.

8. E. T. E. G. Homo movet cum sua Voluntate suas manus & suos pedes ad illum Finem, quem desiderat, hoc idem facit unus homo cum alio, quem movet ad Finem sui velle cum sua Voluntate & cum suis denariis & cum suo dominio; simili modo habent se

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſe Principia Angeli, quia Angelus movet ſe ipſum & ſuas partes cum ſua communi Poteſtate & cum ſua communi Voluntate ad Finem ſuorum Principiorum; & iſte motus eſt intellectualis, & cum iſto movet homines cum ſenſuali motu, ſuper quem dedit illi DEUS Poteſtatem & dominium; & propter hoc habent Angeli Poteſtatem inferiùs inter nos & in naturalibus Principiis.

9. E. T. E. K. In homine eſt ſenſualis & intellectualis Poteſtas, ſenſualis, quantum ad corpus, intellectualis, quantum ad Animam: & ſenſualis eſt minus Principium, intellectualis verò majus; & ideo movet corpus Animam cum minori Poteſtate ad volendum ſenſibiles res, & Anima movet corpus cum majori Poteſtate ad ſentiendum; ſic Angelus cum ſubſtantiali Poteſtate movet accidentalem Poteſtatem ratione ipſius accidentare, & minor Poteſtas movet majorem ad accidentandum, & major Poteſtas remanet in ſe completum Principium; & ideo in Angelis una Poteſtas eſt nobilior, quàm alia.

10. E. T. G. K. Poſſificativum attingit in poſſificabili, quod eſt de ſua eſſentia, extraneum poſſificabile, & ideo attingit cum ſuo poſſificabili Finem extranei poſſificabilîs: & ideo eſt in Fine extraneum poſſificabile in Minoritate, & propinquum poſſificabile in Majoritate; ſimili modo attingit Angelus cum ſua Poteſtate in Fine Poteſtatis remotum poſſificabile in propinquo poſſificabili.

11. G. K. T. E. Angelus attingit in amabili amare cum amativo, & in gloriabili attingit gloriari cum gloriativo, & in principiabili attingit principiare cum principiativo; & ideo attingit in ſe ipſo & extra ſe ipſum cum ſe ipſo, videlicet cum ſuis Principiis.

12. G. K. T. G. In Angelo eſt Finis Gloriæ amabilis, & illum amabilem Finem attingit amativum, quod eſt Angelus, qui amat illum Finem, & attingit illum in Gloria amativi, amabilîs & amare & amati: & ideo bonus Angelus non ceſſat amare; ſed malus Angelus non ceſſat odire, quia agit per oppoſitum.

13. G. K. T. K. Angelus cum gloriabilitate movet amativitatem ad amandum ratione paſſionis, ut amabile ſit amatum & gloriatum, & cum amativo movet gloriabile gloriatum & amabile amatum, & hoc ratione actionis, & ideo eſt paſſio in Minoritate in amare & gloriari, & actio in Majoritate, & gloriari & amare exiſtunt cum ambabus.

14. G. T. E. G. In Voluntate Angeli ſunt tria Principia, ſcilicet amativum, amabile & amare, & Voluntas habet quietem cum Fine omnium trium, & cum Fine Voluntatis ſunt omnia tria in quiete: & ideo eſt Voluntas boni Angeli plena quiete; ſed Voluntas mali eſt vacua, quod eſt major pœna, quæ poſſit eſſe.

15. G. T. E. K. Bonus Angelus habet cum bono amare bonum amativum & bonum amabile, & cum bono amativo & amabili habet bonum amare; malus Angelus verò cum malo amare habet malum amativum & malum amabile, & cum malo amativo & malo amabili habet malum amare. Et hoc idem ſequitur in principiare & minorificare, cum quibus poteſt idem haberi, quod cum amare.

16. G. T. G. K. Angelus habet cum minori Fine minus amare, & cum majori Fine habet majus amare; & ideo, ſecundùm quòd fines ſunt majores vel minores, habent Angeli, cum quo majorificent vel minorificent ſuum amare.

17. K. T. E. G. Gloria & Finis ſunt in Angelo duo Principia, cum quibus habet quietem, ſi eſt bonus Angelus; ſed, ſi eſt malus, cum ambobus habet pœnam & laborem: pœnam habet contra Gloriam, laborem contra Finem, quem vult habere, & non poteſt habere; & id, propter quod illum non poteſt habere, eſt, quia omnia ſua Principia ſunt vacua Fine, propter quem ſunt creata.

18. K. T. E. K. Bonus Angelus principiat cum Gloria ſuum memorare, intelligere & amare, & illud principiare removet cum Majoritate à Minoritate; malus Angelus verò facit contrarium hujus, & ideo principiat malus Angelus ſuum memorare, intelligere & amare cum Minoritate contra Majoritatem.

19. K. T. G. K. Minor Finis Gloriæ eſt odire, & major Finis eſt amare, & ideo boni Angeli participant cum amare unus cum alio; ſed dæmones odiunt cum minori Fine.

20. T. E. G. K. Bonus Angelus principiat cum majori Fine hoc, quod agit, ut DEUM amet & honoret & illi ſerviat, & cum minori Fine principiat hoc, quod facit inferiùs inter nos, & hoc idem facit bonus homo; malus Angelus verò & malus homo faciunt contrarium; & ideo malus Angelus & malus homo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

homo cum servitute principiant hoc, quod agunt,& bonus Angelus& bonus homo cum libertate, cum qua habent quietem in Gloria DEI.

QUÆSTIO V.

De Sacramento Altaris.

PRIMA QUÆSTIO. B.

Utrùm sit Sacramentum Eucharistiæ.

SOLUTIO. *Camera.* B. E. H.

1. DEUS creavit creaturas cum Bonitate, Potestate & Virtute, & etiam cum Magnitudine, Duratione, Sapientia, Voluntate, Veritate & Gloria, quæ sunt ejus Dignitates, & istarum similitudines creavit DEUS in creaturis, secundùm quòd creaturæ illas similitudines potuerunt recipere, & secundùm dispositionem & proportionem creationis, & ideo potest Potestas DEI in creaturis secundùm se ipsam & secundùm Bonitatem, Virtutem & alias Dignitates: unde sequitur, quòd DEUS magìs possit in creaturis id, quod est plus, quàm quod est minus, quia tantum potest in illis, quantum est illud bonum & illa Virtus æqualis Potestati: & id, quod non potest in creaturis, est contradictio & Vitium, quod *non posse* est bonum & Virtus; igitur potest homo de DEO magìs affirmare, quòd DEUS de creaturis possit operari plus boni & Virtutis, quàm minus; &, quia major Potestas boni & Virtutis, quam DEUS potuit in Mundo, fuit in Incarnatione Filii DEI, ideo est Incarnatio, quam probavimus, cui Incarnationi convenit, quòd habeat sanctum Signum, quod est Eucharistia & Sacramentum Sanctitatis, quod necessariò convenit esse, ut DEUS producat Potestatem, Bonitatem & Virtutem in altiori gradu & Signo Sanctitatis, quam DEUS possit producere in creaturis, & quam creaturæ possint recipere; quia, si tale Sacramentum non esset, non corresponderent sibi invicem Bonitas, Potestas & Virtus DEI in Æqualitate habendi actionem supra creaturas, quæ deveniret in actum, & Potestas esset major in potentia, & etiam passiva qualitas creaturarum, quàm Ratio Bonitatis & Virtutis, quæ sunt Rationes bono, quòd agat bonum virtuosum, qui defectus est impossibilis; & etiam, quia, si hoc Sacramentum non esset, posset homo secundùm Veritatem plùs negare Potestatem DEI in creaturis, quàm affirmare, postquam hoc, in quo plus potest, non venisset ad actum; quæ affirmatio est impossibilis; igitur sequitur, quòd sit Sacramentum Eucharistiæ, quod nobis est sanctum Signum Corporis Christi, & est de majori Potestate boni & Virtutis, quam DEUS potest in creatura, & creatura recipere.

2. B.E.T.B. Inter Potestatem, quam DEUS habet in creatura, & Potestatem, quam creatura habet in se ipsa, est Differentia, quia creatura non potest tantum boni producere in se ipsa, quantum bonum DEUS potest producere in illa; igitur convenit, quòd DEUS producat illud bonum in creatura in altiori gradu, in quo possit producere, & possit creatura illud recipere: & sic declarat Differentia in Signo Sacramenti altiorem gradum boni, qui potest dari & recipi; sed, si non esset hoc Sacramentum, deficeret Ratio bonitatis Potestati, & Potestas Bonitati ex parte Causæ, & non ex parte effectûs, qui defectus est impossibilis; igitur Sacramentum Eucharistiæ est, ut non sit dictus defectus, & ut Ratio Bonitatis, Potestatis & Differentiæ æqualiter inter se correspondeant.

3. B. E. T. E. Bonitas & Potestas DEI sunt Principia Mundi, & ambæ correspondent sibi æqualiter in existendo Principia Mundi, nam Potestas DEI est infinita, & similiter sua Bonitas; &, quia ambæ sunt æquales in Infinitate, habent se æqualiter in bonificando, possificando & principiando Mundum secundùm illud sanctum Signum, in quo nobis earum similitudines fortiùs possunt repræsentari; &, quia majus Signum Sanctitatis, quod possit esse, est Mysterium Sacramenti Altaris: si est tale Sacramentum, majus bonum Potestatis & Principii est principiatum & productum & positum in actu; sed, si hoc Sacramentum non esset, illud esset secundùm Rationem Bonitatis, Potestatis & Principii principiabile & positum in potentia, & nunquam productum in actum, & esset privatio Rationis Bonitatis, Potestatis & Principii in bonificare, possificare & principiare ex parte Causæ, & non ex parte effectûs; & hoc est impossibile & contra Regulam ipsius B.; igitur Sacramentum Altaris est.

4. B.E.T.H. Major Potestas boni, quam DEUS potest dare homini, est illa, quam tribuit in Sacramento Altaris, dando Presbytero Potestatem, quòd de Pane possit sanctificare Corpus Christi, transubstantiando

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſubſtantiam Panis in Carnem, & Vini in SanguinemChriſti,& poſſit removere ab accidentibus Panîs & Vini eorum propria ſubjecta, & in illo Sacramento vincere naturam loci, quantitatis, temporis, ponderoſitatis & figuræ; ſed, ſi Sacramentum Altaris non eſſet, DEUS non tribueret hominibus majorem Poteſtatem boni, quam poteſt dare, & Bonitas & Poteſtas ſibi invicem non correſponderent ſecundùmMajoritatẽCharitatis, imò correſponderent ſibi ſecundùm Minoritatem,quæ correſponſio eſſet malum & contra Bonitatem &Poteſtatem; ſed,quia hoc eſt impoſſibile, convenit, quòd DEUS in Sacramento ordinaverit majorem correſponſionem Poteſtatis & Bonitatis, quod Sacramentum eſt neceſſarium, ut ſit major correſponſio ambarum.

5. B. H. T. B. Bonitas DEI eſt Ratio DEO, qui eſt bonus, quòd agat bonum, & eſt Ratio cum Virtute, & convenit, quòd hoc declaretDifferentia inter ſenſuale & ſenſuale, ſenſuale & intellectuale, intellectuale & intellectuale; igitur producit DEUS virtuoſum bonum inter ſenſuale & ſenſuale in corpore hominis, qui vivit de ſenſualibus rebus comedendo & bibendo: & producit virtuoſum bonum in illo inter ſenſuale & intellectuale, in quantum ipſum componit de Anima & corpore: & producit virtuoſum bonum in homine inter intellectuale & intellectuale, in quantum illi dat Fidem, Spem & Charitatem; &, ſi Sacramentum Altaris eſt, eſt ſupradicta Productio major & magis alta in Virture Bonitatis & Differentiæ, & in Bonitate Virtutis & Differentiæ, & Lumen Claritatis eſt majus, & datur Animæ major ſpiritualis cibus, qui illi poteſt dari, & corpori corporalis cibus in majori Sanctitate Bonitatis & Virtutis, in quâ corpus poteſt recipere, & ille cibus & potus eſt major Fons Fidei, Spei & Charitatis, quem noſtra Anima ſpiritualiter poteſt recipere, & majus lavacrum & purgatio peccatorum; igitur convenit, quòd ſit Sacramentum Altaris, in quo manifeſtetur illud altum Lumen Claritatis Bonitatis & Virtutis.

6. B. H. T. E. Secundùm quòd Bonitas & Virtus DEI ſibi invicem correſpondebant,quando principiaverunt Mundum, ita ſibi adhuc invicem correſpondent, quia in DEO eſt nulla mutatio; ſed correſponderunt ſibi invicem Bonitas & Virtus in creatione Mundi ad creandum tale Principium, in quo manifeſtaretur illa correſponſio in Magnitudine Bonitatis & Virtutis: igitur convenit, quòd ſit Sacramentum Altaris, ut ſit illud Principium, quia major Virtus Bonitatis, quam DEUS homini poteſt dare in principiando, eſt, quòd homo poſſit principiare iſtud Sacramentum; ſed, ſi Sacramentum Altaris non eſſet, Bonitas & Virtus deficerent majori bono & majori Virtuti, quam homo poteſt principiare, qui defectus eſt impoſſibilis.

7. B. H. T. H. Majus bonum Virtutis, quod poteſt eſſe,eſt in ſancta Trinitate DEI, DEO Patre generante DEUM Filium, & DEO Sancto Spiritu procedente de DEO Patre & de DEO Filio, omnibus tribus exiſtentibus uno DEO,& in hac Generatione & Spiratione non eſt motus, locus, tempus, quantitas,alteratio nec ſucceſſio; & quia DEUS creavit Mundum, ut ſua Sancta Trinitas ab homine cognoſcatur & ametur, voluit, quòd ſit Sacramentum Altaris, quod ſit Signum ſanctæ Trinitatis cum Virtute Bonitatis in tam magna Majoritate ſupra curſum naturæ, quòd in illo Sacramento ſuperentur locus, motus, tempus, quantitas, alterario & ſucceſſio, quia hæc omnia ſuperantur in Sacramento, & ita eſt Sacramentum major Figura & majus Signum, in quo poſſit repræſentari ſancta Trinitas DEI; igitur eſt Sacramentum, ut illa repræſentatio poſſit eſſe: quia, ſi non eſſet, deficeret Virtus Bonitatis illi majori Repræſentationi & Figuræ,ex quo ſequeretur malum & Vitium ex parte Cauſæ, & Minoritas boni & Virtutis ex parte Effectûs,quod eſt impoſſibile.

8. B. T. B. E. In Bonitate DEI ſunt bonificativum, bonificabile & bonificare Principia, quia Pater producit bonum Filium, qui eſt bonificabilis,& ambo ſpirant bonum Sanctum Spiritum, qui eſt bonificabilis, & in illo generare & ſpirare eſt bonificare, & hoc declarat Diſtinctio; & etiam, quia in Incarnatione DEI Humanitas, quam DEUS aſſumpſit, fuit deificabilis, & Deitas humanificabilis, & totum hoc cum principiare & bonificare: igitur DEUS vult, quòd ſit Sacramentum Euchariſtiæ,ut in illo ſit participatio deificandi & humanificandi & principiandi, ſinè quo Sacramento illa participatio non poſſet eſſe; igitur convenit, quòd ſit Sacramentum, ut ſit ſubjectum illi participationi omnium trium Naturarum declaratarum & illuminatarum in illo.

9. B. T. B. H. Major Claritas Bonitatis, quæ ſpiritualiter poteſt videri in Signo Incar-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

carnationis DEI, & etiam corporaliter tractari, est, si est Sacramentum Altaris; at, si non esset illud Sacramentum, non esset illa major Claritas Bonitatis, quia non haberet locum, in quo esset hìc inferiùs inter nos, & nobis deficeret locus memorandi, intelligendi & amandi, & etiam Signum majoris Bonitatis, quod potest esse de Incarnatione, & essemus in obscuritate, in quantum nobis deficeret major Claritas: qui defectus non esset ex parte nostrî, sed esset ex parte Causæ; sed, quia est impossibile, quòd in Causa sit defectus, probatur, quòd hoc Sacramentum sit.

10. B. T. E. H. In Sacramento Altaris, si est, habet homo majora Principia boni, quæ possint esse in hac vita, quia homo, qui conficit hoc Sacramentum, non potest habere majus officium in Bonitate, nec esse majus Principium boni, & homo, qui recipit hoc Sacramentum, non potest recipere majus bonum, quàm ipsum Sacramentum, & in illo non potest principiari aliquod majus bonum; igitur convenit, quòd sit hoc Sacramentum, ut Bonitas DEI non deficiat majori Principio boni, nec majori participationi Christi & nostrûm.

11. E. H. T. B. Quantum opus, quod DEUS habet in Creaturis, est potens & virtuosum, tantum est clarum & inconfusum: est igitur illud Opus in magna Claritate Intellectûs & intelligibilîs & Voluntatis & amabilîs; igitur in illa Claritate sunt intelligibilitas & amabilitas possificabiles in Virtute, quæ possificabilitas sequitur in Sacramento Altaris, si est; sed, si non esset, esset privatio possificabilitatis, & intelligibilitas & amabilitas, quas diximus, essent in Confusione, & intellectivum & amativum essent otiosa in possificabilitate Virtutis, in qua otiositate est Vitium contra Potestatem Claritatis Virtutis, quod Vitium est impossibile; igitur Sacramentum Altaris est, ut illud Vitium non sit possibile.

12. E. H. T. E. Si est Sacramentum Altaris, in homine est principiabilis major possificabilitas Virtutis; at, si non esset hoc Sacramentum, esset principiabilis major possificabilitas Virtutis ex parte DEI in creatura, in qua DEUS potest principiare, & non principiat, quod non principiare esset contra principiabilitatem Potestatis Virtutis, ex qua Contrarietate sequeretur Vitium, quod Vitium est impossibile; igitur est illud Sacramentum, quod inquirimus.

13. E. H. T. H. Potestas DEI non est contra majorem Virtutem, nec sua Virtus est contra majorem Potestatem, imò convenit, quòd ambæ habeant ad invicem majorem Concordantiam, quæ possit haberi in creatura: quæ major Concordantia est in Sacramento Altaris, quod necessariò convenit esse, ut sit subjectum illi majori Concordantiæ.

14. E. T. B. E. Potestas DEI est activum Principium, & creata Potestas est passivum Principium, & Differentia demonstrat Claritatem, in qua repræsentatur major activitas ex parte Potestatis DEI, & minor passibilitas ex parte creatæ Potestatis; at, si Sacramentum Altaris non esset, significaretur contrarium in illa Claritate, quia esset major passibilitas, in quantum Sacramentum posset esse, quàm activitas Potestatis DEI, qui est Voluntas, & non vellet, quòd illud Sacramentum esset; igitur hoc Sacramentum est, ut dicta inconvenientia non sequantur.

15. E. T. B. H. Majorem Claritatem, quam Potestas DEI potest dare de Humilitate, Gratia & Sanctitate, & de his, quæ illi conveniunt, dat in Sacramento Altaris, si est; at, si non esset illud Sacramentum, esset in suo dare vacuitas Majoritatis in Humilitate, Gratia & Sanctitate, & Claritas deficeret suo dare, & non posset nobis significare majus donare: & quia illa vacuitas est impossibilis, significatur, quòd necessariò sit illud Sacramentum, quod inquirimus.

16. E. T. E. H. Potestas & Principium sibi invicem correspondent & se mutuò respiciunt in majori possificare & principiare, si Sacramentum Altaris est; at, si non esset, sibi correspondent in Minoritate possificandi & principiandi contra Majoritatem, & haberent majorem Concordantiam in minori possificare & principiare, quàm in majori, quod est impossibile; igitur est hoc Sacramentum, quod inquirimus, ut illa impossibilitas non convertatur in possibilitatem.

17. H. T. B. E. Si hoc Sacramentum, quod inquirimus, est, sequitur, quòd Sacramentum principiet Virtutem de Virtute, & Principium de Principio, & Virtutem de Principio, & Principium de Virtute, & Claritatem de Principio & Virtute, & quòd Virtus oriatur de Virtute, & Principium de Principio, & Virtus de Principio, & Principium de Virtute, & Claritas de ambobus, & ambo de Claritate, & hoc in adeò magna origine, quòd

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quòd inter DEUM & creaturam non poſſit eſſemajor; at, ſi Sacramentum non eſſet, deficeret Virtus Principio, & Principium Virtuti,& quodlibet ſibi ipſi,& hocidem de Claritate: qui defectus eſt impoſſibilis ſecundùm mutuam correſponſionem Virtutis, Principii & Claritatis; igitur eſt illud Sacramentum, quod inquirimus.

18. H. T. B. H. Major Claritas Virtutis oſtendit majus Signum Virtutis; &, ſi Sacramentum Altaris eſt, ſuſtentatur illa oſtenſio in Sacramento Altaris; at, ſi hoc Sacramentum non eſſet, non haberemus Signũ, quod ſit ſubjectum, in quo nobis oſtendatur major Claritas Virtutis, quæ ſit inter DEUM & nos, & realiter deficeret Medium inter DEUM & nos, & nos phantaſticè crederemus Sacramentum eſſe, & falsò figuraremus majorem Claritatem Virtutis, quæ ſit inter DEUM & nos, nam affirmamus, quòd hoc Sacramentum ſit: & ſic cum falſitate haberemus majorem Claritatem in intelligendo & amando majorem Virtutẽ; ſed, quia hoc eſt impoſſibile, convenit, quòd hoc Sacramentum,quod inquirimus,realiter ſit in reali eſſe.

19. H. T. E. H. Majus Principium Virtutis eſt, quòd Virtus hominis poſſit recipere Virtutem DEI, ratione cujus poſſit principiare de Pane & Vino ita magnam Virtutem, ſicut eſt in Sacramento Altaris; at, ſi iſta Virtus non eſſet, deficeret Virtus DEI majori Principio Virtutis, & Principium deficeret Virtuti & Majoritati, & Majoritas deficeret ambobus, & omnia tria ſibi correſponderent invicem in Minoritate & defectu; & quia hoc eſt impoſſibile, eſt illud Sacramentum, quod inquirimus.

20. T. B. E. H. Illud majus Principium, in quo meliùs apparet & relucet amor (quem DEUS habet erga nos) & illa ſanctitas, quam nobis influit, ut in nobis utatur ſuâ Bonitate, Magnitudine & reliquis Dignitatibus, & ut nobíscum participet, & ſit nobíscum & in nobis, & ſe nobis donet & manifeſtet, & nos eidem ſimiliter donemus nósmet ipſos in ſerviendo illi & in cognoſcendo & amando illum ex totis noſtris viribus, & in ipſo corporaliter & ſpiritualiter vivamus, & per eum cognoſcamus viam, per quam incedamus ad honorandum ipſum & illi ſerviendum, & ad veniendum ad ejus gloriam, iſtud inquam majus Principium & major Figura Claritatis eſt, ſi Sacramentum Altaris eſt; at, ſi hoc Sacramentum non eſſet, deficeret nobis majus Signum Sanctitatis,& majus Principium Claritatis, qui defectus eſſet ex parte Cauſæ, & non ex noſtra parte; & quia iſte defectus eſt impoſſibilis, Sacramentum Altaris eſt de neceſſitate.

Plures alias Rationes poſſemus adducere ad probandum, quòd Sacramentum Altaris ſit neceſſarium, & eſt neceſſariò, ſecundùm quòd probavimus, ſequendo Naturam & Proprietates DEI, quæ ſunt ejus Dignitates,& ipſe eſt illæ Dignitates,& illæ ſunt ipſe DEUS; & ſi his, quæ diximus, fiat objectio, videlicet, quòd Poteſtati DEI conveniat agere tantum bonum, quantum poteſt, *reſpondemus & dicimus, quòd bonum, quod DEUS poteſt facere in creatura, ſit ſecundùm proportionem JESU Chriſti, ratione cujus creavit Mundum, & illum ipſi proportionavit, ſecundùm quòd generaliter & ſpecialiter fuit conveniens,* & de hoc jam tractavimus, & ad hanc objectionem jam facta eſt reſponſio ſuprà, ubi de Incarnatione Filii DEI factus eſt ſermo, quæ Incarnatio convenit in uno Homine tantùm, & ipſi convenit unum ſæculum tantùm, & non multa, & illi ſæculo conveniunt ſuæ partes, ſecundùm quòd ſunt ordinatæ & proportionatæ majores & minores una, quàm alia, & una diverſa ab alia; & ſecundùm quòd probavimus hoc Sacramentum per Artem, poſſunt etiam probari alia Sacramenta.

SECUNDA QUÆSTIO. C.

Quid eſt Sacramentum Altaris?

SOLUTIO. *Camera.* C. E. H.

1. SAcrum Sacramentum Altaris eſt illud Sacramentum ſive Signum bonæ Gratiæ, in quo Poteſtas hominis habet tantam Virtutem, quantam DEUS illi poteſt dare, & homo recipere; & ideo eſt hoc Sacramentum in tanta Poteſtate Virtutis, quòd non poſſit eſſe major, quoniam homo cum Poteſtate DEI habet tantam Virtutem, quòd Panem tranſubſtantiet in Corpus JESU Chriſti, & Vinum in ejus Sanguinem, & efficiat, quòd accidentia Panîs & Vini ſuſtententur ſinè proprio ſubjecto, & ſinè multiplicatione Corporis Chriſti & ejus Sanguinis.

2. C. E. T. C. Sacramentum Altaris eſt illud Subjectum, in quo Poteſtas DEI & Hominis habent ita magnam Concordantiam, quòd non poſſint habere majorem, quia ratione magnæ Concordantiæ, quam habent, efficit homo de Pane Carnem JESU Chriſti, &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& de Vino Sanguinem hìc inter nos, Christo existente in Cœlo & in nobis, & Carne existente in Hostia, & consecrato Sanguine existente Sanguine in Calice & in Corpore, ita, quòd Differentia loci ibi non potest contradicere; & istud tale Opus tam potens fit ratione magnæ Concordantiæ, quæ est inter Potestatem DEI & Potestatem hominis.

3. C. E. T. E. Sacramentum Altaris est illa Sanctitas, in qua Potestas hominis principiat majorem Magnitudinem Bonitatis, Durationis, Potestatis &c., quàm in ulla alia sanctitate, quia Potestas hominis est tanta in illa sanctitate, quòd in nulla alia sanctitate possit principiare tantam Magnitudinem Bonitatis &c., quanta est principiare de Pane Christum, & quidem Christum jam principiatum, & de Vino principiare Sanguinem, & Sanguinem jam principiatum, quod est majus & sanctius Principium & Sacramentum Sanctitatis, quod hìc inter nos possit considerari.

4. C. E. T. H. Sacramentum Altaris est illud Opus, in quo homo habet majorem Potestatem, quàm in ullo alio opere; quia major Potestas, quam homo potest habere, est in utendo Potestate DEI cum Majoritate suæ Potestatis, sicut Potestas hominis, quæ est major, quæ possit esse, quando cum Potestate DEI facit majus & sanctius Opus in majori Potestate DEI & hominis.

5. C. H. T. C. Sacramentum Altaris est illud Miraculum, in quo apparet tanta Concordantia increatæ & creatæ Virtutis, quòd per nullam aliam Concordantiam DEI & hominis Fides altiùs possit exaltari in Magnitudine Virtutis & Concordantiæ; nam, quæ Fides potest esse major, quàm credere, quòd Panis convertatur in Corpus Christi, & Vinum in Sanguinem, vidente & tangente homine accidentia Panîs & Vini, & non vidente & tangente accidentia Corporis Christi, & quòd Christus, qui est in Cœlo, existat in tam parva quantitate, sicut est Hostia, & quòd in uno & eodem tempore sit in Cœlo & in terra? quæ Virtus Fidei igitur potest esse major, quàm ista?

6. C. H. T. E. Sacramentum Altaris est illa Virtus, in qua homines magìs possunt mirari, & principiare magnam Spem, ex eo, quòd Christus, qui est DEUS & Homo, tantum se humiliaverit inter nos, & nobis dederit tam magnam Virtutem, quòd de Pane & Vino se permittat principiari, tractari & recipi, & nobíscum, qui sumus peccatores, participare, & cum se ipso mundare nostra peccata; unde, cùm hoc ita sit, quis est ille peccator, in quo Desperatio possit principiari, aut aliquod tale Vitium?

7. C. H. T. H. Sacramentum Altaris est ille Thesaurus, in quo est major Magnitudo Virtutis, quæ possit esse inter nos, & per quem nos possumus habere majorem Charitatem, quàm per ullum aliud Sacramentum; nam Christus habet tam magnam Charitatem erga nos, quòd toties ipsum possimus habere, quoties ipsum volumus habere & recipere, & sumendo ejus Corpus & Sanguinem, sumimus ejus Animam conjunctam cum illo Corpore, & sumendo ejus Humanitatem sumimus ejus Deitatem, quæ illi Humanitati est conjuncta, & quando sumus infirmi, ipse venit ad nos, & quanta est ejus Virtus, tantum se nobis tribuit; unde, cùm hoc ita sit, quæ Charitas igitur potest esse major, quàm ista?

8. C. T. C. E. Sacramentum Altaris est illud Medium, in quo est tanta Concordantia principiandi, quòd nullum aliud Medium possit esse majus inter DEUM & nos in principiare, magnificare & concordare, quia Sacramentum Altaris est illud Medium cum tanta Concordantia principiativi & principiabilîs, quòd homo in illo principiet existere Christi, qui in Cœlo est, in quantum facit, quòd existat in Sacramento, & nobíscum participet, & nos ipsi cum illo facimus, quòd mundemur, & præparemur, ut ad cœlestem gloriam perveniamus. Unde, cùm hoc Sacramentum sit tam nobile Medium, malè faciunt illi, qui tenent Præbendas, & non sunt Presbyteri, quia nolunt principiare tale Medium, nec cum illo frequenter habere magnam Concordantiam.

9. C. T. C. H. Sacramentum Altaris est ille Cibus, in quo homo habet majus sustentare, magnificare & concordare: quia in illo Sacramento est corporalis & spiritualis cibus in majori Concordantia concordativi & concordabilîs, magnificativi & magnificabilîs, sustentativi & sustentabilîs; & ideo malè faciunt homines peccatores, qui existentes in peccato de tali Cibo volunt comedere.

10. C. T. E. H. Sacramentum Altaris est illud Complementum, in quo Magnitudo hominis habet majus Principium hìc inter nos; quoniam tam magnum Principium habet homo in magnificare transubstanti-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ando Panem in Corpus Chriſti, & Vinum in Sanguinem, quòd non poteſt habere majus magnificabile, nec ipſe poteſt eſſe majus magnificativum. Et ideo bene faciunt illi, qui plùs diligunt Magnitudinem Sacramenti, quàm Magnitudinem Præbendæ, quam accipiunt ratione adminiſtrandi Sacramentum.

11. E. H. T. C. Sacramentum Altaris eſt illud Templum, in quo Poteſtas & Virtus habent Concordantiam in concordando DEUM & hominem, Poteſtate DEI intrante in Virtutem hominis, & Poteſtate hominis in Virtutem DEI; & iſte introitus habet tam potentem & tam virtuoſam Concordantiam, quòd in illo Templo DEUS ſe ponat in homine, & homo ſe ponat in Homine Chriſto. Unde, cùm hoc ita ſit, in quo Templo meliùs poteſt exiſtere amare hominis? & in quo Templo poteſt eſſe tam bonum comedere?

12. E. H. T. E. Sacramentum Altaris eſt illa Similitudo, in qua meliùs apparet Incarnatio Filii DEI, quia in Sacramento Altaris principiat Virtus Poteſtatis, in quantum Virtus Verborum de Pane facit Carnem, & de Vino Sanguinem; & iſta Virtus Poteſtatis eſt Principium, in quo ſignificantur Verba, quæ Angelus Gabriel dixit noſtræ Dominæ, & Conceptus, quem habuit noſtra Domina, per quem factus eſt DEUS Homo; unde, cùm hoc ita ſit, quàm beati & felices ſunt illi, in quibus eſt Character tam virtuoſæ Similitudinis, ſuppoſito tamen, quòd cum illo Charactere virtuosè principient Poteſtatem, quam habent in principiando.

13. E. H. T. H. Sacramentum Altaris eſt illud Exemplum, in quo poteſtas habet majorem Virtutem, quàm in ullo alio exemplo, quod ſit inter nos, quia in illo Exemplo Sacramenti ſignificatur, quòd Poteſtas DEI habeat tam magnam Virtutem, quòd poſſit creare de nihilo, & reſuſcitare homines, & peccatoribus parcere, & quòd velit reſuſcitare homines, & peccatoribus parcere, poſtquam in hoc Sacramento dat homini majorem Poteſtatem Virtutis, quam poteſt dare, quam Virtutem illi tribuit in illo Sacramento; unde, cùm hoc ita ſit, malè faciunt illi, qui iſtud tam nobile Exemplum, quod habent, non manifeſtant Infidelibus.

14. E. T. C. E. Sacramentum Altaris eſt ille Ordo, in quo Poteſtas poteſt principiare concordare DEI & hominis in majori concordare & poſſificare, principiare & ordinare; nam nemo eſt inter nos & DEUM, qui poſſit altiùs extollere concordare, poſſificare & ordinare; & ideo vult DEUS, quòd ad illud Sacramentum ſint ordinati homines, qui habeant Ordinem, in quo ipſum poſſint principiare, concordare, poſſificare & ordinare.

15. E. T. C. H. Sacramentum Altaris eſt major Concordantia, quæ poteſt eſſe inter Poteſtatem DEI & hominis, quia tanta eſt illa Concordantia ambarum, quòd homo cum Poteſtate DEI in Sacramento ſuperet tempus, locum, quantitatem & motum, quia nullum iſtorum poteſt reſiſtere Poteſtati hominis; & ideo nobilior Poteſtas, quam homo poſſit habere in hoc Mundo, & illa, in qua Sancta Trinitas magìs ſignificatur, eſt in Sacramento Altaris.

16. E. T. E. H. Sacramentum eſt Teſtimonium Sanctitatis, & Sacramentum Altaris eſt illud, quod eſt majus Teſtimonium ſanctitatis in principiando & poſſificando, quia in nullo alio Sacramento eſt tam magnum principiare & poſſificare, ſicut in Sacramento Altaris; & ideo eſt majus, quàm omne aliud Sacramentum.

17. H. T. C. E. Sacramentum Altaris, quod definimus, eſt illud Donum, in quo Concordantia & Principium habent Virtutem in tribuendo Chriſtum homini, & hominem Chriſto; & ideo ſunt mali & vitioſi illi homines, qui illud Donum nolunt recipere nec principiare, ut plures homines recipiant illud Donum.

18. H. T. C. H. Sacramentum Altaris eſt illud Subjectum, in quo Virtus DEI & hominis habent majorem Concordantiam, quàm in ullo alio ſubjecto, quia Virtus DEI & hominis habent tantam Concordantiam in illo Sacramento, quòd homo cum Virtute DEI & cum ſua faciat majorem Tranſubſtantiationem de Virtute in Virtutem, & de Concordantia in Concordantiam, quàm ſit omnis alia tranſubſtantiatio, quæ eſt in creatis rebus; & ideo eſt creatura magìs virtuoſa in illo Subjecto, quàm in omni alio, & in ipſo habet majorem Concordantiam cum Virtute.

19. H. T. E. H. Sacramentum Altaris eſt illud Ædificium, in quo Principium hominis habet majorem Virtutem, quàm in omni alio ædificio, quia ædificat de Pane Carnem Chriſti, & de Vino Sanguinem Chriſti, & ædificium Panîs & Vini eſt majoris

(c) 2006 Ministerio de Cultura

joris Virtutis, quam accidentia per se possint habere sinè naturali subjecto; & ideo in illo ædificio est melius agere & existere, quàm in omni alio.

20. T. C. E. H. Sacramentum Altaris est ille Portus, in quo principiat major Concordantia DEI & hominis, quia in Sacramento Altaris principiat tam magna Concordantia DEI & hominis, quòd homo stet securus à majori periculo, quod possit esse in homine, quia in illo Portu est homo in tanta securitate, quòd nullum peccatum potest contra hominem.

TERTIA QUÆSTIO. D.

De quo est Sacramentum Altaris?

SOLUTIO. *Camera.* D. E. H.

1. REsponsionem hujus Quæstionis convenit fieri secundùm Regulam de D., in qua datur modus ad respondendum ad hanc Quæstionem sic, quòd Sacramentum Altaris sit de potente Virtute Presbyteri, quæ durat, & quæ oritur de Verbis ordinatis & appropriatis ad constituendum hoc Sacramentum, & est de potente & durante Virtute DEI, & ambæ Virtutes sunt tanquam agens, quod producit Sacramentum de illa materia, quæ dimittit accidentia Panîs & Vini, & est transubstantiata & informata in Corpus JESU Christi, & Finis Sacramenti est de participatione, quam DEUS vult habere nobíscum in Duratione, Potestate & Virtute ipsius & nostra in illo Sacramento.

2. D. E. T. D. Sacramentum Altaris est de illa Materia, quæ dimittit accidentia Panîs & Vini sinè corruptione suî ipsius & ipsorum accidentium, & assumit accidentia JESU Christi sinè corruptione ipsius Christi & suorum accidentium, & hoc cum Concordantia durandi & possificandi sinè Contrarietate; & ideo non potest resistere in illo Sacramento cursus naturæ.

3. D. E. T. E. Sacramentum Altaris est de durare & possificare in principiando sacrificare de Pane Carnem, & de Vino Sanguinem, non tamen ita carnem de pane, sicut panis principiatur de farina & aqua, quia sic esset multiplicatio in Corpore Christi; sed sic de Pane Carnem, sicut imaginari de sentire, & intelligere de imaginari, quod imaginari non est de essentia ipsius sentire, in quantum est per sentire, & non posset esse sinè sentire: & hoc idem est de intelligere, & similiter de Transubstantiatione Vini in Sanguinem; & ista Transubstantiatio de Pane in Carnem & de Vino in Sanguinem non est de phantasticis Principiis, sed de realibus Principiis durabilibus & possificabilibus in illo ipso Sacramento.

4. D. E. T. H. Sacramentum Altaris est de majori durare & possificare, quo homo potest uti, quia homo non potest habere majorem Potestatem, quàm, quòd Panem transubstantiet in Carnem Christi, & Vinum in Sanguinem Christi, & ipsorum accidentia faciat per se durare: nam minor Potestas, quam homo habet secundùm cursum naturæ, est, quòd de pane transubstantiet vegetando in se ipso carnem, comedendo illum panem, & hoc idem de vino in ejus sanguinem; sed quia DEUS vult participare nobíscum in majori possificare & durare, dat homini majorem Potestatem, quam illi potest dare, ut cum illo meliùs possit participare, sinè qua participatione homo non posset recipere à DEO majorem Potestatem, quam ei potest dare; igitur hoc Sacramentum est de illa Transubstantiatione, quam diximus, in qua homo utitur majori Potestate, quam potest à DEO recipere. Et ideo malè faciunt illi Sacerdotes, in quantum evitant illam participationem DEI, non conficiendo toties illud Sacramentum, quoties illud possunt conficere.

5. D. H. T. D. Sacramentum Altaris est de illa Virtute & Duratione, in quibus cursus naturæ est magìs obediens Virtuti DEI & Virtuti hominis, ita, quòd in illa obedientia Contrarietas non possit durare nec existere; & ideo faciunt in illo Sacramento ambæ Virtutes id, quod illi Sacramento convenit, ita, quòd natura loci, temporis, motûs, successionis, alterationis, quantitatis, & sic de aliis, non possint resistere illis Virtutibus.

6. D. H. T. E. Sacramentum Altaris est de illis Virtutibus & Principiis, in quibus Virtus facit durare accidentia Panîs & Vini per se ipsa, & quia accidentia existunt separata à subst antia Panîs & Vini, non possunt esse Principia necessaria Sacramento, quod sustentatur in Subjecto, quod dimittunt accidentia, & est transubstantiatum in Corpus Christi.

7. D. H. T. H. Sacramentum Altaris est de majori Virtute, quæ possit durare in operatione hominis, & de majori Virtute, cum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

qua DEUS poſſit juvare hominem; & ideo eſt Sacramentum de illis duabus majoribus Virtutibus, quas diximus, quod Sacramentum eſt ideo de ipſis duabus Virtutibus, ut ſit Speculum, in quo manifeſtetur major Virtus, quam homo poteſt recipere à DEO in auxilio operandi.

8. D. T. D. E. Calefacere non eſt de eſſentia calefactivi & calefactibilîs, quæ ſunt ſubſtantialia entia, ſed eſt de accidentibus amborum, quæ ſunt ejus Principia, ut in illis calefacere poſſit durare: & illud calefacere eſt de contrariari, quando eſt de igne & de aqua: ſed, in quantum eſt de igne & de aëre, eſt de concordare; per hanc ſimilitudinem poteſt homo conſiderare hoc, de quo eſt Sacramentum, videlicet de Principiis, quæ ſunt in concordare ſinè contrariari: & ideo non poteſt Contrarietas in illis durare nec exiſtere, quia Contrarietas non poteſt reſiſtere Tranſubſtantiationi Panîs & Vini in Chriſtum, qui ita deſtituit accidentia Panîs & Vini, ſicut, ſi ignis & aër dimitterent calefacere, & aër eſſet tranſubſtantiatus in ignem, & indutus accidentibus ignîs.

9. D. T. D. H. Major Duratio, quæ ſit, eſt de concordare, in quo non ſit contrariari, & hæc eſt maximè Duratio Patris, Filii & Sancti Spiritûs, quæ eſt de concordare, in quo non eſt contrariari; igitur Sacramentum Altaris eſt de hujusmodi majori concordare, ut ſit illud Objectum, in quo poſſimus contemplari ſupremum concordare, & in quo tanquam in Speculo poſſimus conſiderare concordare ſinè contrariari accidentium in ſubjecto, in quo eſt concordare tranſubſtantiandi in tanta Majoritate durandi, quòd Minoritas ipſi non poſſit contradicere.

10. D. T. E. H. Chriſtus eſt de Divina & Humana Natura, & ſua Humanitas eſt de Humanis & Divinis Principiis: de Humanis, in quantum eſt de Anima & Corpore: de Divinis, in quantum eſt ſuſtentata in Æternitate DEI, & eſt Homo in Perſona Filii, qui eſt DEUS, & ſic eſt de DEO; in quantum eſt Homo in DEO, & eſt Homo, in quantum eſt de Humanis Principiis: & Finis, quare Homo eſt, eſt, ut DEUS ſit Homo, & ideo Homo eſt de DEO; igitur Sacramentum Altaris eſt de iſta cognitione, videlicet ut homo in hoc Sacramento cognoſcat, quomodo DEUS ſit Homo, & Homo ſit DEUS, quam cognitionem homo poteſt haberein Sacramento: nam, ſicut Humanitas eſt conjuncta DEO, ſinè hoc, quòd Deitas inde recipiat multiplicationem nec alterationem, ſic quoad iſtum paſſum Chriſtus aſſumit Carnem & Sanguinem in Sacramento ſinè augmentatione & mutatione ſuî ipſius; & ideo eſt hoc Sacramentum, ut ſit illa major demonſtratio Durationis, quæ eſt in Sacramento, cum qua cognoſcatur Duratio, quæ eſt in Incarnatione, in quantum Filius non aſſumit multiplicationem.

11. E. H. T. D. Sacramentum Altaris eſt Oculus Fidei, Spei & Charitatis, in quantum cum Sacramento manifeſtatur tam potens Virtus, quòd poſſit contra naturam & peccatum: quia, ſi humana Virtus cum Poteſtate DEI poteſt facere tam altum Opus ſupra naturam, cui natura non poteſt reſiſtere, quantò magìs igitur DEUS cum ſua Virtute poteſt reſuſcitare homines, & dimittere peccata, & homines adjuvare, qui pro amore ipſius laborant in hoc Mundo, & ſunt induti Charitate?

12. E. H. T. E. Corpus Chriſti, quod eſt in Cœlo, non eſt tranſubſtantiabile in Carnem & in Sanguinem, quia jam eſt de Carne & Sanguine, ſed Panis & Vinum tantùm ſunt tranſubſtantiabilia in Carnem & Sanguinem Chriſti; & ideo eſt iſtud Sacramentum de iſto Principio Poteſtatis & Virtutis, quod eſt Tranſubſtantiatio de Pane in Carnem, & de Vino in Sanguinem, & non de Chriſto in Carnem & Sanguinem.

13. E. H. T. H. Sacramentum Altaris eſt de majori Virtute, quæ ſit in Poteſtate humani intellectûs, ut ipſe intellectus poſſit habere illam majorem Virtutem in Sacramento, ratione cujus (ſupponendo, quòd ipſum ſit verum) intelligit majorem Virtutem & majorem Poteſtatem, quam homo poteſt habere de DEO; & ideo DEUS, ut poſſit tribuere illam majorem cognitionem humano intellectui, ordinavit, quòd in ſancta Eccleſia ſit Sacramentum Altaris, & hoc idem de aliis Sacramentis, ad quæ intelligenda humanus intellectus ſe exaltat.

14. E. T. D. E. In Sacramento Altaris Subſtantia Panîs & Vini dimittit accidentia ſinè corruptione, & ideo eſt hoc Sacramentum de illis Principiis, quæ de una ſubſtantia poſſunt tranſire in aliam ſinè corruptione ſubſtantiæ & accidentium; unde, quando accidentia, quæ dimittit, corrumpuntur, ſubſtantia revertitur in ſpeciem, in qua ſolebat eſſe, & eſt corruptibilis ſub illis primis accidentibus: & convenit, quòd ipſa revertatur ad

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ad illa, quia sunt viciniora & propinquiora ipsi substantiæ, & de hoc habemus experientiam, in quantum homo naturaliter potest vivere de illis primis Principiis tunc, quando Sacramentum est finitum.

15. E.T.D.H. Sacramentum Altaris est de illis Signis & de illa Sanctitate, in quibus Potestas hominis magìs potest resistere naturæ, & habere Concordantiam cum Potestate DEI; ista Signa apparent in hoc Sacramento, in quo Potestas hominis habet majorem Sanctitatem, quam homo potest habere, ut cum illa Sanctitate serviat DEO, & ipsum honoret, & contempletur ejus Potestatem.

16. E.T.E.H. Sacramentum Altaris est de Potestate DEI & de Potestate hominis, quia ipsæ possunt illud principiare, & de potentia perducere ad actum,& ideo est de majori principiare, quod de potentia possit devenire in actum.

17. H.T.D.E. Sacramentum Altaris est de virtuosis Principiis, quibus Contrarietas Vitiorum non potest contradicere,& ideo non est Contrarietas in Sacramento,quamvìs existentes in peccato & recipientes illud injuriosè contradicant Fini Principiorum ipsius.

18. H.T.D.H. Sacramentum Altaris non est de corporalibus sensibus, quia non est sensibile, & est de corporalibus rebus, in quantum est de Carne & Sanguine; & non est de imaginatione, quia Transubstantiatio non potest imaginari, & est de imaginatione, in quantum imaginatio est de corporalibus rebus, quia Caro & Sanguis sunt imaginabiles res: igitur est Sacramentum de majori Virtute, quæ existit supra sentire & imaginari, cui Virtuti imaginari & sentire non possunt resistere, & illa major Virtus est de intellectuali intelligere & amare, quia Virtus DEI intelligit illud Sacramentum, & Voluntas amat ipsum; & ideo potest homo amare & intelligere illud Sacramentum.

19. H.T.E.H. Sacramentum Altaris est de majoribus Principiis, quæ sint in virtuoso homine, & ideo effectivè est de intelligere & velle hominis,qui vult & intelligit illud Sacramentum, & est de Transubstantiatione Panîs & Vini: & istud esse habet Sacramentum in conjunctione majorum Principiorum, quæ homo potest habere in sensuali & intellectuali Virtute & in illa Transubstantiatione; sed, postquam Sacramentum est factum, est de suis propriis Principiis, & dimittit Principia hominis; & quando Hostia est consumpta, non habet subjectum, in quo possit sustentari, sed ejus Virtus majorificat Virtutem illorum, qui dignè recipiunt illud Sacramentum.

20. T.D.E.H. Elementativa Potentia est essentialiter de quatuor elementis, & secundùm majorem Finem est de vegetativa potentia, & vegetativa potentia est de essentiali vegetativo, vegetabili & vegetare; & adhuc secundùm majorem Finem est de sensitiva potentia, quæ est de rationali potentia secundùm majorem Finem; igitur Principia elementativæ potentiæ sunt de Fine vegetativæ, & sic per ordinem usque ad Finem rationativæ; & proper hoc est Sacramentum de Fine Incarnationis Filii DEI, in quo creata Principia sunt in majori Concordantia, quàm in ulla alia creatura, & illud Sacramentum est Imago Incarnationis Filii DEI, quæ significatur in illa Imagine.

QUARTA QUÆSTIO. E.

Quare est Sacramentum Altaris?

SOLUTIO. *Camera.* E.F.H.

1. AD hanc Quæstionem convenit respondere secundùm Regulam de E., quia in ipsa apparet modus responsionis; etiam habetur responsio secundùm significata ipsorum E. F. H., videlicet, quòd Sacramentum Altaris ideo sit, ut noster Intellectus habeat valde virtuosam Potestatem in intelligendo valde virtuosam Potestatem, quam DEUS habet in creaturis, quæ illi sunt multùm obedientes, ût apparet in ipso Sacramento; nam quæ Potestas potest magìs virtuosè existere supra creaturam,aut quomodo creatura potest esse magìs obediens suo Creatori, quàm est, quando de Pane & Vino fit Transubstantiatio in Carnem & in Sanguinem Christi in tot locis & in uno tempore, & quòd non sit, nisi unus Christus tantùm? igitur hoc Sacramentum ideo est, ut humanus Intellectus exaltetur ad intelligendum magnam Potestatem & magnam Virtutem, quam DEUS habet in Creaturis.

2. E.F.T.E. Panis est ideo, quia est de farina & aqua, & vinum est ideo, quia racemus est pressus, & id, quod effluxit, conservatur, & sic de aliis artificialibus Principiis; sic Sacramentum Altaris est ideo, quia est de artificialibus specialibus & ipsi appropriatis Principiis, sicut pinsere est appropriatum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ipſi pani, & vino premere racemos, & iſtud artificium intelligit humanus Intellectus, quòd ſit altior & nobilior artificiata Poteſtas, quia habet nobiliora Principia, quæ poſſunt eſſe; &, ſi iſtud artificium non eſſet, humano Intellectui non eſſet datum nobilius artificium, quod eſt intelligibile, & intelligibile deficeretPrincipio in nobiliori artificiabilitate, in qua ejus nobilior intelligibilitas eſſet otioſa.

3. E. F. T. F. Sacramentum Altaris eſt ideo, ut Poteſtas noſtri Intellectûs nutriatur ad intelligendum altitudines objectorum, quæ ſunt valde difficilia ad intelligendum, & quæ non poſſunt intelligi ſinè Medio, quod adjuvet ad exaltandum Intellectum, & quod Intellectus intelligat ſupra ſe ipſum ſecundùm Poteſtatem ſupremi Objecti, quod eſt DEUS: ſicut in Sacramento, in quo non poſſumus intelligere ſecundùm naturam noſtri Intellectûs, quòd accidentia poſſint ſuſtentari in ſe ipſis, nec quòd de Pane ſit Caro ſinè corruptione, & de Vino Sanguis, & ſic de aliis proprietatibus, quæ ſunt ſupra naturam; igitur hoc Sacramentum eſt, ut ſit ſubjectum, in quo intelligamus opera DEI ſupra Poteſtatem naturæ.

4. E. F. T. H. Major paſſibilitas, quam natura poteſt ſuſtinere ſub Poteſtate DEI, eſt in Sacramento Altaris; unde, ſicut natura panîs & vini, loci, temporis, motûs & omnium aliorum accidentium habet majorem paſſionem in Sacramento, quæ poſſit eſſe, ſic patitur humanus Intellectus majorem captivitatem & vim, quam poſſit pati, in credendo, quòd hoc Sacramentum ſit verum: unde, quantò major eſt ſua captivitas, tantò magìs ſupponit, quòd Poteſtas DEI ſit major: igitur eſt hoc Sacramentum ideo, ut humanus Intellectus poſſit ſupponere ſupra ſe ipſum, quòd Poteſtas DEI ſit in majori Majoritate, & ipſe in Minoritate; ex hac ſuppoſitione oritur Fides, Spes & Charitas cum gratia DEI, in qua humanus Intellectus ſanctificatur.

5. E. H. T. E. Sunt multæ rationes, propter quas hoc Sacramentum eſt, quia eſt Principium multis Virtutibus, quas homo per hoc Sacramentum poteſt habere: ſicut Virtutem Orationis in Eccleſia, ubi fit Sacramentum, quia ille, qui conficit Sacramentum, habet virtuoſam Poteſtatem in orando DEUM, & ſimiliter illi, qui ſunt in Eccleſia; & de hoc Sacramento vivit Anima cujuslibet, ſi virtuosè habet Fidem & Spem in illo Sacramento, & corpus vivit in purificatione, in quantum ſentit accidentia Panîs & Vini & Verborum, cum quibus Sacerdos ſanctificat hoc Sacramentum; unde propter has rationes & plures alias eſt hoc ſanctum Sacramentum conſtitutum in ſancta Eccleſia DEI.

6. E. H. T. F. Poteſtas DEI eſt virtuoſa, & Poteſtas hominis eſt virtuoſa, in quantum poteſt uti Virtute, & vitioſa, in quantum poteſt peccare; & ideo eſt Sacramentum Altaris, ut ſit Medium inter DEUM & hominem, & ut de ipſo Poteſtas hominis (qui, in quantum peccat, habet infirmam Poteſtatem) recipiat Virtutem & ſanitatem in honorando & amando DEUM & ſerviendo illi, & in reſiſtendo Vitiis, & in acquirendo Virtutes.

7. E. H. T. H. In Sacramento Altaris habet Poteſtas hominis majorem Virtutem, quæ poſſit haberi in hoc Mundo; & hoc eſt ideo, quia in nulla alia re poteſt tantum participare cum Poteſtate DEI, quantum participat in hoc Sacramento; igitur hoc Sacramentum eſt ideo, ut Poteſtas hominis poſſit habere majorem Virtutem, quam poteſt habere in hoc Mundo, cum quo Sacramento ſatisfacit DEUS illi majori poſſificabilitati, quæ poteſt haberi in hoc mundo.

8. E. T. E. F. Homo habet voluntatem, in qua poteſt principiare amare, quod eſt Medium inter amativum & amabile; igitur Sacramentum Altaris eſt ideo, quia homini eſt ratio amandi Poteſtatem DEI ſupra ſe ipſum; nam hoc Sacramentum eſt ſic Medium & Principium voluntati hominis, quòd amet Poteſtatem DEI ſupra ſuum amare, ſicut humano intellectui, quòd intelligat Poteſtatem DEI ſupra ſuum intelligere.

9. E. T. E. H. Majus placitum, quod homo poteſt facere DEO, eſt, quòd procuret ejus honorem, & moriatur pro ejus amore, & manifeſtet & declaret majorem Poteſtatem, quam DEUS habet in ſe ipſo & in creaturis; & omnes iſtæ Majoritates ſignificantur in Principiis Sacramenti Altaris, DEO principiante de Pane Carnem, & de Vino Sanguinem ſinè quantitate, colore & ſinè aliquo accidente, ad ſignificandum, quòd DEUS Pater principiet DEUM Filium ſinè aliquo accidente, & DEUS Pater & DEUS Filius ſpirent DEUM Sanctum Spiritum ſub uno Principio, ſicut de Carne & Sanguine principiatur unum Sacramentum; & hoc idem de intellectu & voluntate hominis, qui

ſe

(c) 2006 Ministerio de Cultura

se ipsos mortificant in majori mortificatione, quâ possunt, exaltando Potestatem DEI in Majoritate, & se ipsos in Minoritate, ex qua exaltatione & humiliatione habent majus Principium in hoc Sacramento, quàm in ullo alio subjecto, & habent majus Principium ad tractandum & amandum honorem DEI inter Infideles, prædicando illis ex ejus amore Evangelium & Fidem; ideo igitur hoc Sacramentum est, ut homo possit habere istud majus Principium, quod diximus.

10. E. T. F. H. In Potestate hominis est possificare, quod est Medium inter possificativum & possificabile, unde, secundùm quòd possificativum & possificabile sunt majora, est majus possificare amborum: & in Sacramento Altaris est Potestas hominis possificativa in Minoritate simpliciter per se ipsam, & Potestas DEI in Majoritate: & ideo est hoc Sacramentum, ut Potestas DEI exaltet Potestatem hominis in Majoritatem, in quam Majoritatem exaltat illam, in quantum illi dat majorem Potestatem, quam illi potest dare supra Potestatem naturæ; & hoc facit ideo, ut homo habeat Medium ad attingendum majorem possificabilitatem, per quam possit habere majorem possificativitatem, & de ambobus majus possificare; & hoc homo non posset habere sinè Sacramento Altaris.

11. F. H. T. E. Ad principiandum intelligere convenit principiare Virtutem, ut intelligere sit virtuosum; igitur hoc Sacramentum est ideo, ut sit Subjectum, in quo humanus Intellectus principiet virtuosum intelligere, dum in hoc Sacramento intelligit illa tam alta Principia, de quibus est hoc Sacramentum.

12. F. H. T. F. In Sapientia hominis est intelligere, quod est Medium inter intellectivum & intelligibile; istud Medium est virtuosum secundùm Virtutem intellectivi & Virtutem ipsius intelligibilis; igitur hoc Sacramentum est ideo, ut sit subjectum virtuoso intellectivo, intelligibili & intelligere: nam quis posset narrare Virtutem, quæ est in hoc Sacramento? & cum qua alia Virtute posset homo tantum elevare suum Intellectum ad intelligendum virtuosè?

13. F. H. T. H. Major Virtus, quam humanus Intellectus potest habere in intelligendo vel credendo, est in Sacramento Altaris; igitur ideo est hoc Sacramentum, ut humanus Intellectus possit habere majorem Virtutem, quæ illi convenit, ad intelligendum & credendum; & si non esset, Virtus DEI deficeret Majoritati intelligibilitatis & Fidei; qui defectus est impossibilis.

14. F. T. E. F. Principiare est Medium inter principiativum & principiabile, & in Sacramento Altaris sunt DEUS & Homo principiativi, & hoc Sacramentum est principiabile, & principiare est de natura omnium trium; istud principiare est intelligibile in tam alta principiabilitate & principiativitate, quòd hìc inter nos intellectivitas hominis non possit altiùs ascendere; igitur hoc Sacramentum est ideo, ut sit scala, per quam humanus Intellectus possit exaltare suam intellectivitatem ad Principia altæ intelligibilitatis Incarnationis Filii DEI, & ut ab illa magìs ascendat sursùm ad intelligendum Trinitatem DEI secundùm ejus excellentissimam intelligibilitatem.

15. F. T. E. H. DEUS principiavit Mundum intelligendo Mundum, & sicut illum principiavit intelligendo, sic principiavit illum amando; & quia ejus Sapientia & Voluntas non sunt in Minoritate, principiârunt Mundum cum Majoritate intelligendi & amandi; & de hac natura principiandi ordinavit DEUS Sacramentum Altaris hìc inter nos ideo, ut sit Principium naturæ majoris amare & intelligere, & majoris principiare, bonificare, magnificare, perseverare & aliorum, quæ conveniunt majori honestati amandi & intelligendi; & ideo malè faciunt illi, qui hoc Sacramentum intelligunt contra naturam majoris principiare, amare & intelligere.

16. F. T. F. H. Major utilitas, quam homo hìc inter nos potest intelligere, est in intelligendo hoc Sacramentum in Intelligere DEI & in ejus Voluntate, & sic de ejus Potestate & aliis ejus Dignitatibus; quia cum illo intelligere homo exercet & nutrit suum Intellectum ad intelligendum majus intelligere, & suam Voluntatem ad amandum majus amare; & suam Potestatem ad majus possificare, & sic de aliis similitudinibus, quas homo habet de DEO, secundùm quòd illas potest habere; igitur hoc Sacramentum est ideo, ut homo cum illo & per illud possit uti supradictâ Majoritate, & se ipsum de illo & cum illo nutrire in amando & honorando DEUM & serviendo illi.

17. H. T. E. F. Virtus existit in Medio & in extremitatibus, ut sit in principiativo, principiabili & principiare, & ut omnia tria sint

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſint in Virtute: & ideo poteſt nullus homo cum Vitio principiare Virtutem, nec cum Virtute principiare Vitium; igitur Sacramentum Altaris eſt ideo, ut ſit Medium, ratione cujus omnia noſtra Principia in Virtute ſanctificentur & principientur in illo Sacramento, quia ex illo accipit noſtra Virtus Sanctitatem & Principium.

18. H. T. E. H. Secundùm quòd Virtus habet majora Principia, poteſt eſſe major participatio hìc inferiùs inter nos & DEUM: nam nulla Virtus hìc inferiùs habet majora Principia, quàm Virtus Sacramenti Altaris; & ideo Sacramentum Altaris eſt, ut DEUS in illo nobíscum participet in majori Virtute intelligendi, amandi & memorandi.

19. H. T. F. H. DEUS eſt dives, & nos ſumus pauperes, DEUS eſt fortis, & nos ſumus fragiles, DEUS eſt juſtus, & nos ſumus peccatores, DEUS eſt altiſſimus, & nos ſumus infimi; & ideo indigemus dono DEI ac fortitudine, miſericordiâ, indulgentiâ, humilitate & pietate: igitur ideo eſt Sacramentum Altaris, ut ſit Medium & majus Medium donandi, fortificandi, indulgendi & humiliandi, & à noſtris immunditiis ſanandi, & ponendi nos in via amandi, intelligendi & memorandi DEUM, & faciendi, ut ab Infidelibus cognoſcatur, ametur, honoretur & illi ſerviatur, ut DEUS in hoc Sacramento cum ipſis ad Sanctam Catholicam Fidem converſis poſſit participare, ſicut nobíscum participat, qui ſumus fideles Chriſtiani.

20. T. E. F. H. Majus Medium, quod ſit in voluntate hominis, eſt amare, & majus Medium, quod ſit in veritate voluntatis, eſt verificare, & majus Medium, quod ſit in gloria voluntatis, eſt gloriari; igitur eſt Sacramentum Altaris ideo, ut voluntas hominis in hoc Sacramento poſſit habere Majoritatem amandi, verificandi & gloriandi in honorando noſtrum Dominum DEUM & illi ſerviendo, qui divinaliter & humanaliter nobíscum vult participare in hoc Sacramento.

Dedimus viginti Rationes, per quas reſpondimus ad Quæſtionem, & poſſemus adhuc dare plures alias Rationes, quas omnes enarrare eſſet nimis longum; & ſi aliquis adhuc habet dubium in hoc Sacramento, intelligat bene hoc, quod de illo dictum eſt: quia, ſi hoc bene intelligat, convertet ſuum dubium in intelligere, & ſuum odire in amare, & ſuam triſtitiam in gaudium.

QUINTA QUÆSTIO. F.

De Quantitate in Sacramento Altaris.

SOLUTIO. *Camera.* C. F. H.

1. JESUS Chriſtus, in quantum Homo, habet Quantitatem, & ſua Quantitas eſt in Sacramento Altaris, quam Quantitatem aſſumit illa ſubſtantia, quæ dimittit Quantitatem Panîs & Vini, ad ſignificandum magnam Sapientiam & Virtutem Deitatis in illo Sacramento, in hoc, quòd in hoc Sacramento fiat transmutatio de Pane in Carnem, & de Vino in Sanguinem ſinè multiplicatione ſimplicis & compoſitæ, continuæ & discretæ Quantitatis, ſic, quòd nulla Species Quantitatis multiplicetur in Corpore Chriſti in illa Tranſubſtantiatione Sacramenti, & hoc eſt intelligibile in Magnitudine Virtutis DEI, in hoc, quòd Subſtantia, quæ dimittit Quantitatem Panîs & Vini, non eſt alia ſubſtantia, quàm Subſtantia JESU Chriſti.

2. C. F. T. C. In Sacramento Altaris eſt Quantitas Verborum, ſed Sacramentum non eſt de illis, & ideo non aſſumit Quantitatem eorum, ſed inde aſſumit Concordantiam ſuſtentatam in Sapientia JESU Chriſti & in ejus Magnitudine, in qua exiſtit Quantitas Concordantiæ, & quidem exiſtit ſic Concordantia JESU Chriſti, ſicut Subſtantia Panîs & Vini tranſubſtantiata exiſtit Subſtantia JESU Chriſti.

3. C. F. T. F. In Intellectu eſt intellectivum, intelligibile, & intelligere, & intelligere eſt in Medio intellectivi & intelligibilîs, & omnia iſta tria habent intellectualem continuam & diſcretam, ſimplicem, & non compoſitam Quantitatem; & iſta Quantitas eſt in Intellectu Sacerdotis, qui conficit Sacramentum Altaris, quam Quantitatem non aſſumit Sacramentum, ſicut non aſſumit Quantitatem Panîs & Vini, & Magnitudo, quæ ſequitur per illam Quantitatem, eſt Magnitudo Sacramenti, quæ ratione Sacramenti aſſumit Magnitudinem Chriſti; & quia in Tranſubſtantiatione tranſubſtantiata Subſtantia convertitur in Corpus Chriſti, illa Magnitudo convertitur ſinè Quantitate in Magnitudinem Chriſti.

4. C. F. T. H. In Sacramento Altaris eſt Majoritas, quia major eſt Tranſubſtantiatio Panîs in Carnem, quàm Vini in Sanguinem, in quantum panis habet plus entitatis, quàm

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quàm vinum; tamen, quantum ad substantiam Transubstantiationis, ibi non est Majoritas; nam in Christo Transubstantiatio est æqualis, & Majoritas Quantitatis est in Corpore Christi, quod est majus in Quantitate, quàm Sanguis; & ideo est similitudo in hoc Sacramento, in qua est intelligibilis Magnitudo Christi & Sacramenti.

5. C. H. T. C. In Sacramento Altaris est Quantitas Concordantiæ Magnitudinis & Virtutis, quia DEUS & Presbyter habent Concordantiam, & Panis & Vinum, ex quibus fit Sacramentum Altaris; & ista Concordantia est in Magnitudine Virtutis & in Corpore Christi, & in Quantitate illius, ad quam transit Concordantia illius Magnitudinis & Virtutis sinè Quantitate, quæ non convenit Sacramento; & ideo non assumit Corpus Christi in illo Sacramento multiplicationem, & Magnitudo multiplicationis cum Quantitate est sustentata in Concordantia Magnitudinis Virtutis multiplicatæ in Presbytero, qui conficit hoc Sacramentum, & in omnibus illis, qui habent Concordantiam cum Sacramento; & ideo mundat Sacramentum & multiplicat Virtutem & Sanctitatem in omnibus illis, qui illud sanctè recipiunt.

6. C. H. T. F. In Sacramento Altaris est Magnitudo corporalîs & spiritualîs Virtutis, & inter istas duas Magnitudines est Medium compositum de ambabus Virtutibus in ipso quantificatis, & ipsum quantificatur in illis; quia fit unum Sacramentum, in quantum de uno Corpore Christi, & sunt multa Sacramenta, in quantum fiunt in pluribus locis, & illa Quantitas non transit in Sacramentum, sicut in illud non transit Quantitas Panîs & Vini.

7. C. H. T. H. In Sacramento Altaris est major Magnitudo Virtutis ex parte DEI, quàm ex parte Presbyteri, quia Magnitudo DEI est activa, & Magnitudo Presbyteri est passiva: nam Presbyter conficit hoc Sacramentum non in sua Virtute, sed in Virtute DEI & in ejus Magnitudine, & non in sua Magnitudine, & ideo nec Virtus nec Magnitudo Presbyteri transeunt in Sacramentum cum Quantitate, quia hoc non est de ejus Virtute; igitur hoc Sacramentum transcendit Virtutem Panîs & Vini sinè Quantitate Panîs & Vini.

8. C. T. C. F. Corporales sensus attingunt in hoc Sacramento figuram Sacramenti, & attingunt illam cum Quantitate coloris, saporis, ponderositatis, circularitatis, triangularitatis & quadrangularitatis, sed non possunt attingere Magnitudinem, Concordantiam & Medium, quæ sunt de Essentia Sacramenti, quia sunt intra Sacramentum, ubi sunt insensibilia; & ideo non possunt corporales sensus in Sacramento attingere Quantitatem, sed attingunt extrà in accidentibus similitudinem Quantitatis intrà, quæ accidentia non sunt de Essentia Sacramenti, & intrinseca Quantitas sustentatur in Corpore Christi.

9. C. T. C. H. In Sacramento Altaris est magna Concordantia Panîs & Vini, sed est major Concordantia Verborum & Conceptûs Presbyteri, per quem fit Sacramentum; & etiam est major illa Concordantia, quæ est Carnis & Sanguinis in existendo conjuncta in Corpore JESU Christi & de ejus Essentia, quàm Concordantia Verborum & Conceptûs Presbyteri: & ideo non transit in istam Majoritatem Quantitas Panîs & Vini nec Verborum nec Intentionis, quæ sit de Essentia Sacramenti, sed major Quantitas existit in Concordantia Carnis, quæ est de Essentia Corporis Christi.

10. C. T. F. H. In Sacramento Altaris est Magnitudo DEI sinè Medio, quod habeat Quantitatem, quia ejus magnificare existens in Medio magnificativi & magnificabilîs non habet Quantitatem, & Magnitudo, quam Presbyter habet in Sacramento, habet quantificatum Medium, & magnificare DEI est majus, quàm magnificare Presbyteri; & hæc Majoritas, quæ provenit ex parte DEI, non provenit cum Quantitate, & Majoritas, quæ est ex parte Presbyteri, est induta de Quantitate, de qua non est Sacramentum; quia, si esset, esset de essentia Presbyteri, sicut in Resurrectione, in qua non erit Quantitas, quæ sit de Essentia DEI, sed erit de essentia hominis, qui resurget.

11. F. H. T. C. Sol influit suam Virtutem in hæc inferiora & suam Concordantiam & suum naturalem Instinctum, sic, quòd de se ipso non removeat nec disjungat Quantitatem ejus, quod diximus, & sic descendit ejus Virtus in hæc inferiora sinè Quantitate Solis; similiter & multò meliùs Sacramentum Altaris non transit cum Quantitate Panîs & Vini in Corpus Christi, & Virtus Sacramenti transit, & completur finis Ordinis Sacramenti.

12. F. H. T. F. In Sacramento Altaris est Virtus intelligendi, quia Christus illud intelligit:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

telligit: & in quantum illud intelligit, eſt Sacramentum virtuoſum, & eſt in intelligere Chriſti ſinè phantaſtico Medio multiplicato cum phantaſtica Quantitate compoſita de phantaſticis ſpeciebus, quia Chriſtus non habet neceſſe multiplicare ſpecies in objectis, quæ recipit.

13. F.H.T.H. Sapientia Chriſti intelligit majorem Virtutem in uno homine, quàm in alio, & non multiplicatur in ejus intelligere Quantitas majoris Virtutis nec minoris; & ideo eſt Sacramentum Altaris ad ſignificandum, quòd Intellectus Chriſti non multiplicet Majoritatem Quantitatis: ſicut in Virtute Sacramenti, in quo Chriſtus intelligit Virtutem ſuæ operationis majorem, quàm ſit Virtus, quam Presbyter habet in conficiendo illud Sacramentum, ita, quòd Intellectus Chriſti non ſit major in intelligendo ſuam operationem, quàm operationem Presbyteri.

14. F. T. C. F. Conſecrata Hoſtia habet Medium in centro quantificatum ſecundùm illud ſpatium, quod exiſtit à circulo usque ad centrum, & eſt illa Quantitas panîs, quæ ſolebat eſſe, antequam fuerat Sacramentum, & eſt ſic ſuſtentata in Sacramento, ſicut eſt phantaſticum intelligere in intellectu Presbyteri (qui intelligit Sacramentum, vel qui illud credit) ita, quòd illud phantaſticum intelligere non ſit de Intellectu; unde, ſicut illud intelligere non majorificat cum Quantitate Intellectum, nec centrum illùm circulum, quem diximus, ita in hoc Sacramento non multiplicatur cum Tranſubſtantiatione Corpus Chriſti, quia Subſtantia Panîs dimittit totum ſuum circulum in illo Sacramento, in quantum dimittit totam Quantitatem Panîs.

15. F. T. C. H. Ex conſecratis Hoſtiis una eſt major, quàm alia, in accidentibus Panîs & Vini, & in Sapientia unius hominis & alterius, ſed non in Concordantia Carnis & Sanguinis Chriſti; & ideo eſt Quantitas objectabilis in accidentibus ſecundùm Majoritatem & Minoritatem, & hoc idem in intelligibilitate hominum aut in credulitate illorum; & illa major & minor Quantitas repræſentat intellectivitati Quantitatem intrinſecè ſuſtentatam in Corpore Chriſti.

16. F. T. F. H. In conſecratâ Hoſtia ſecundùm naturam Quantitatis Panîs poteſt una pars eſſe major, quàm alia, & poteſt eſſe Medium inter unam partem & aliam; ſed, quia ſubſtantia Panîs dimittit totam Quantitatem Panîs, tunc, quando dimittit totam ſpeciem Panîs, hoc, quod eſt Quantitas Panîs, non poteſt majorificare nec ponere Medium in ſubſtantia, quæ dimiſit ſpeciem Panîs, & hoc eſt intelligibile.

17. H. T. C. F. Chriſtus habet majus caput, quàm manum, & naturaliter habet majorem Concordantiam Virtutis in capite, quàm in manu; & iſta major Concordantia non multiplicat Quantitatem in Sacramento, nec Sacramentum in Chriſto; & ideo non poteſt eſſe Medium in Sacramento, quod ſit ſubjectum ſucceſſioni intra Sacramentum: ſed extra Sacramentum figuraliter eſt Medium ſubjectum ſucceſſioni & Quantitati cum motu Verborum, quæ in tempore multiplicant Quantitatem & ſucceſſionem, & cum tactu manuum, quæ movent conſecratam Hoſtiam de uno loco in alium.

18. H. T. C. H. Sacramentum habet majorem Concordantiam Virtutis in voluntate hominis, qui illud recipit, quàm in corpore illius hominis; & hoc eſt ideo, quia Chriſtus eſt propinquior homini, qui amat Sacramentum, per amare, quàm corpori, quod ſentit accidentia, quibus Sacramentum eſt ſpoliatum; & ex iſta majori Concordantia Virtutis non ſequitur in amare ipſius Chriſti Quantitas Virtutis, quæ ſit major per Sacramentum, quàm ſinè Sacramento, ſed ſequitur in amare ipſius hominis, qui amat Sacramentum.

19. H. T. F. H. In JESU Chriſto eſt Divina & Humana Virtus in una Perſona, in quâ Divina Virtus eſt major, quàm Humana, & Humana Natura eſt quanta in illa Perſona, in quantum in Divina Perſona eſt ſuſtentatus Homo habens Quantitatem, quæ Quantitas non multiplicat in Divina Perſona aliquam mutationem, nec ponit in illa accidens; à ſimili fit in Sacramento Altaris, quia Humana Natura Chriſti ſuſtentata in Infinitate Divinæ Perſonæ infinitæ in extenſitate, Æternitate, Magnitudine & Bonitate non poteſt recipere Quantitatem ejus, quod diximus, in Sacramento; ſed per tale Medium multiplicatur Quantitas in Virtute illius, qui illud conficit vel recipit ſeu adorat.

20. T. C. F. H. In JESU Chriſto habent Deitas & Humanitas majorem Concordantiam, quàm in Pane Quantitas, color, ponderoſitas & ſapor, quia eſt major conjunctio Divinæ & Humanæ Naturæ, quàm ſit illa participatio, quam accidentia habent in Pane;

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Pane; & ideo non habent in Sacramento Altaris Quantitas &c. Panîs & Vini Majoritatem nec Concordantiam, cum quibus possint impedire hoc Sacramentum; quod non posset esse, si in illo remaneret Quantitas Panîs & Vini, & hoc, quod transubstantiatum est, esset indutum aliâ Quantitate, quàm Quantitate Christi tantùm.

Sunt Multæ Utilitates, quæ ex hoc, quod est tractatum de Quantitate, proveniunt, & provenire possunt, *& multa Secreta Naturæ revelantur in illo*, & Intellectus multùm exaltatur in illo ad intelligendum Operationem DEI.

SEXTA QUÆSTIO. G.

De Qualitate in Sacramento Altaris.

SOLUTIO. *Camera.* E. G. H.

1. IN artificialibus operibus est *quale*, quod est possificans, virtuificans & amans: sicut faber ferrarius in clavo possificat amatum, & cum Virtute ignîs dat Virtutem aquæ, ut mollificetur in ferro, ex quo fit clavus; à simili in Sacramento Altaris sunt Potestas & Voluntas DEI virtuosæ quales, quæ dant Virtutem Verbis, cum quibus Sacerdos conficit Sacramentum, cui Sacerdoti est appropriata Qualitas Potestatis, Voluntatis & Virtutis per Verba, vi quorum substantia Panîs qualificatur sub Qualitatibus Corporis Christi dimissis primis accidentibus, quæ sustentantur phantasticè in Potestate, Virtute & Appetitu sensûs (ita loquendo) & in phantasia existit sensitiva infirma, quia illi appropriantur extraneæ Qualitates, quæ non sunt de sua natura, nec sunt aliquid secundùm realitatem.

2. E. G. T. E. In elementato est calor propria Qualitas ignîs, & in aëre est appropriata Qualitas, & in aqua est contraria Qualitas, in terra verò concordans, & in se ipsa est una per se ipsam; à simili in Sacramento Altaris est propria Qualitas, quæ principiat appropriatam Qualitatem in Concordantia Voluntatis & Potestatis DEI & in contraria natura accidentium, quæ relinquit transubstantiata Substantia Panîs in contrariis subjectis, videlicet corporalibus sensibus, qui attingunt accidentia illius Substantiæ (quæ fuit panis) conjuncta cum transubstantiata Substantia, quæ assumit accidentia Corporis Christi cum Qualitate Divinæ Potestatis & Voluntatis, quæ est propria in Sacramento, & appropriatè principiata in Principiis Sacramenti, & ipsa existit una per se ipsam.

3. E. G. T. G. In vegetativa sunt propriæ & appropriatæ Qualitates, sicut digestiva, quæ est qualis in operando, & est qualis in esse operata, & Finis hujus Qualitatis est operatum productum de Potestate & naturali Appetitu per digestionem; simili modo in Sacramento sunt Potestas & Voluntas quales operando secundùm suas proprietates, videlicet operante Potestate per Voluntatem, & Voluntate per Potestatem appropriatas Qualitates sustentatas in Verbis & in Sacramento Altaris, cujus Finis est participatio, quam Potestas & Voluntas DEI habent in Sacramento cum nostris passivis Qualitatibus.

4. E. G. T. H. In visiva potentia est unum quale majus, quàm alterum, cum Majoritate naturalis Potestatis & Appetitûs, sicut visivum, quod est majus, quàm visibile; simili modo in Sacramento Altaris est unum quale majus, quàm alterum: sicut Potestas DEI, quæ est major, quàm creata naturalis Potestas, & Divina Voluntas major, quàm creatus naturalis Appetitus; & ista Majoritas significatur in hoc Sacramento, in quo visivum attingit colorem panîs extra substantiam, in qua color panîs non sustentatur, & ille color panîs est color panîs in visibilitate coloris panîs sustentati in visitivitate per similitudinem coloris panîs sinè realitate coloris panîs.

5. E. H. T. E. In auditiva potentia audit sacerdos Verba, in quantum dicit: *Hoc est Corpus meum*, & tunc principiat Sacramentum Altaris cum Virtute Divinæ Potestatis, & cum Virtute Potestatis Verborum, quæ Verba sunt ipsius sacerdotis; unde, in quantum dicit, quòd sit suum Corpus, dicit Corpus, quod non est suum, sed est qualificatum de ejus Verbis, & audibile non est illud quale, quod est Corpus, quia illud quale est Corpus Christi, & non sacerdotis: & ideo inter auditivum & audibile principiat Qualitas unum quale, quod non est illud audibile, de Potestate & Virtute, quæ sustentantur in auditivitate & audibilitate, ut fiat Sacramentum: igitur in hoc Sacramento deficiunt auditivum & audibile secundùm propriam Qualitatem naturalis Potestatis & Virtutis, sed non deficiunt in Qualitate appropriata Presbytero, Verbis & voci per Divinam Potestatem & Voluntatem.

6. E. H. T. G. In odorativa potentia est

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Poteſtas & Virtus odorandi, quod odorare eſt Finis naturalîs Poteſtatis & Virtutis, ut odor non ſit otioſus in odorativo & odorabili, nec ambo in odorare; ſimili modo in Sacramento Altaris odor Panîs & Vini ſuſtentantur in odorativo & in odorabilitate naturalîs Poteſtatis & Virtutis, ſed non in Pane & Vino, quia confecto Sacramento facta eſt Tranſubſtantiatio SubſtantiæPanîs & Vini, quæ erat Finis illius odoris, qui remanet ſupra naturalem Virtutem & Poteſtatem, cui odori eſt appropriatum extraneum objectum, & tranſubſtantiata Subſtantia accipit naturalem odorem ſuſtentatum in Corpore Chriſti.

7. E. H. T. H. In guſtare eſt guſtativum activa Qualitas, & guſtabile paſſiva Qualitas, ſed Qualitas eſt una in ſeipſa, & eſt multis modis in guſtare; ſimili modo in Sacramento Altaris eſt guſtativum & guſtabile, guſtativum eſt Presbyter, & guſtabile eſt ſapor, qui fuit Panîs & Vini, antequam fuiſſet Sacramentum, & guſtabilitas eſt contra naturalem Poteſtatem & Virtutem, ſicut ſapor dulcîs pomi, qui guſtatur in amaritudine ſuſtentata in infirmitate guſtativi, in qua infirmitate amara guſtabilitas eſt ſuſtentata contra Poteſtatem & Virtutem dulcis ſaporis, qui eſt propria Qualitas pomi; igitur in hoc Sacramento eſt Divina Poteſtas & Virtus major, quàm naturalis Poteſtas & Virtus.

8. E. T. E. G. In tactu eſt activa & paſſiva Qualitas, & activa Qualitas principiat paſſivam Qualitatem de naturali Poteſtate, ut tangere ſit Finis ambarum Qualitatum: ſed, quando contingit, quòd in tangere activa Qualitas principiet paſſivam Qualitatem contra naturalem Poteſtatem, non eſt tangere Finis illius paſſivæ Qualitatis ſecundùm naturalem curſum; à ſimili in Sacramento Altaris non eſt tangere Finis Corporis Chriſti, quia tactus non tangit Corpus Chriſti, quod non eſt tangibile ſub tangibilitate Panîs & Vini, poſtquam jam facta eſt Tranſubſtantiatio; ſed Finis tangibilitatis Panîs & Vini eſt ſuſtentatus in tangere, & ſimiliter tangibilitas, & tangere ſuſtentatur in tactivo, quod tangit accidentia, quæ erant Panîs & Vini, contra naturalem Poteſtatem per Divinam Poteſtatem & per Verba appropriata illi tangere.

9. E. T. E. H. In imaginativa potentia eſt imaginari, quod eſt principiatum de imaginativo & imaginabili per naturalem Poteſtatem: ſed, quando contingit, quòd imaginativum habeat innaturale imaginabile, quod eſt principiatum per ſupernaturalem Poteſtatem, tunc imaginativum non habet naturale imaginari, ſed innaturale, quia habet innaturale imaginabile, in cujus imaginabilitate exiſtit intelligibilitas cum Majoritate ſupra naturalem curſum; ſimili modo in Sacramento Altaris exiſtit intelligibilitas per Divinam Poteſtatem, quæ intelligitur ſupra imaginabilitatem cum Majoritate, & in imaginativo ſuſtentantur paſſibiles imaginabilitates accidentium Panîs & Vini, & non imaginabilitas Subſtantiæ Panîs & Vini tranſubſtantiatæ in Corpus Chriſti.

10. E. T. G. H. In memorativa potentia eſt memorare de memorativo & memorabili poſſificatum & completum cum naturali Majoritate: ſed, quando memorativum obliviſcitur naturale objectum, talis oblivio eſt paſſiva Qualitas appropriata privationi memorandi contra naturalem appetitum, & memorativum non eſt memorativum, in quantum obliviſcitur, ſed eſt memorativum ſecundùm naturalem Poteſtatem; ſimili modo in Sacramento Altaris memoria eſt memorativa, & habet proprium memorabile, quod eſt de ſua eſſentia, in quo memorat Majoritatem Divinæ Poteſtatis, quæ eſt Finis creatæ naturalis Poteſtatis: & ideo memorat in Sacramento ſupra curſum naturæ: ſed, quando habet appetitum in memorando hoc Sacramentum ſecundùm naturalem Poteſtatem, tunc ſuum memorare deſcendit de Majoritate in Minoritatem & in oblivionem, in qua Minoritate & oblivione non poteſt memorare hoc Sacramentum.

11. G. H. T. E. Voluntas eſt majus Principium in intellectiva potentia per intellectivitatem, quàm per intelligibilitatem: & hoc ideo, quia intellectivitas eſt majus Principium, quàm intelligibilitas; ſimili modo in Sacramento Altaris eſt Voluntas DEI majus Principium, quàm color & ſapor Panîs & Vini, qui non ſunt de Eſſentia Sacramenti, quia ejus amabilitas habet majorem Virtutem in intellectivitate, quàm color & ſapor Panîs & Vini in ſenſitivitate, in qua Virtus coloris & ſaporis ſuſtentatur.

12. G. H. T. G. In humana Voluntate eſt amare de amativo & amabili, in quo amare Finis amativi eſt Finis amabilîs; & ideo eſt Virtus amativi Finis Virtutis amabilîs, & hoc

(c) 2006 Ministerio de Cultura

hoc secundùm naturalem cursum : sed secundùm supernaturalem cursum, si amabile est DEUS, sequitur contrarium, quod fit ex Virtute objecti, quod est Finis amativitatis & Virtutis illius; simili modo in Sacramento Altaris est illius amabilitas Finis naturalîs operationis in Virtute, quæ est supra naturam, sicut amabilitas Transubstantiationis Substantiæ Panîs & Vini, & separationis accidentium, quæ relinquuntur in Virtute corporalium sensuum, qui illa attingunt extra cursum naturæ per Amativitatem DEI & Virtutem illius.

13. G. H. T. H. Virtus Solis habet majorem appetitivitatem in luciditate, quàm Virtus Lunæ, & ideo est Virtus Solis major in appetibilitate Solis, quàm Lunæ; simili modo in Sacramento Altaris habet illius amabilitas majorem Virtutem in Voluntate, quàm color Panîs & Vini in sensitivitate & in sensibilitate; propter quam majorem amabilitatem hoc Sacramentum est supra naturalem cursum.

14. G. T. E. G. In Deitate amativum & amabile principiant amare de se ipsis tali modo, quòd Finis sit Principium in amativo, amabili & amare, & quòd Principium quiescat in Fine omnium trium; simili modo in Sacramento Altaris amativum, quod est DEUS, est Principium amabilitatis Sacramenti, & amare est de ambobus, in quo Sacramentum sustentatur; & ideo convenit, quòd Finis Sacramenti sit majus Principium, quàm naturale Principium sustentatum in colore & sapore Panîs & Vini, quod Principium non est de Essentia Sacramenti, quia ejus Essentia est de Transubstantiatione illius Substantiæ, quæ dimittit accidentia Panîs & Vini, & assumit illa, quæ sunt Corporis Christi.

15. G. T. E. H. Voluntas DEI est major in Principio, quàm naturalis Appetitus, quia Voluntas DEI principiat cum Majoritate, & naturalis Appetitus cum Minoritate; & ideo, ut hoc videretur, ordinavit DEUS Sacramentum Altaris, ut sua amativitas principiet majorem amabilitatem, quàm sit naturalis amabilitas.

16. G. T. G. H. Nullus major Finis potest resistere Divinæ Voluntati, quia in illa est major Finis magìs amabilis, quàm minor; & propter hanc naturam ordinavit DEUS Sacramentum Altaris, ut in ipso major Finis sit amabilis: qui major Finis est tantum amabilis, quòd Substantia Panîs & Vini dimittat suas proprias Qualitates, & accipiat alias Qualitates, in quibus est magìs amabilis, quàm in suis primis Qualitatibus.

17. H. T. E. G. Charitas est Virtus, in qua amare principiat: & Fides est Virtus, in qua credere principiat: & Spes est Virtus, in qua sperare principiat, sed Finis credendi & sperandi sustentatur in Fine amandi; simili modo in Sacramento Altaris est Transubstantiatio Substantiæ virtuosum Principium, quod quiescit in Fine credendi & sperandi per Virtutem amandi.

18. H. T. E. H. Major Virtus existit in majori Principio; & ideo est major Virtus in Sacramento Altaris per transubstantiare, & minor per sentire saporem & colorem Panîs & Vini: undè sequitur, quòd in hoc Sacramento sit Principium supra naturalem cursum majus, & minus per cursum naturæ.

19. H. T. G. H. Si Finis Virtutis non esset in Majoritate operandi, esset in Minoritate operandi, & non esset aliquod opus supra naturalem cursum; igitur Sacramentum Altaris est, ut sit Subjectum, in quo Virtus sit in Majoritate operandi, in qua est supra naturalem cursum.

20. T. E. G. H. DEUS est Principium & Finis in creare, & ideo est Majoritas Principii & Finîs in Creativo, & Minoritas amborum est in creabili; igitur ordinavit DEUS Sacramentum Altaris, in quo significatur major Finis, qui potest principiari in creaturis supra naturalem cursum.

SEPTIMA QUÆSTIO. H.

De Tempore in Sacramento Altaris.

SOLUTIO. *Camera.* C. F. H.

1. TEmpus est una pars Mundi, & est simplex & indivisibile in se ipso, sed propter multitudinem partium Mundi, quæ in ipso sunt temporificatæ, habet plures modos in partibus, in quibus sustentatur, sicut in motu, in quo sunt multi modi, videlicet motivum, mobile & movere; istud universale Tempus est unum, & ejus Virtus est magna & ejus naturalis instinctus est magnus, in qua Virtute Sacramentum Altaris est unum, & non plura; sed, sicut Tempus est unum indivisibile *nunc*, & habet plures modos in partibus, in quibus sustentatur, ita Sacramentum Altaris est unum indivisibile, & habet plures modos in pluribus modis Temporis, in quo est temporificatum cum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

valde magna Magnitudine Virtutis, quam attingit Sapientia DEI, & attingunt illi, qui habent notitiam hujus Sacramenti, quoniam in uno eodem Sacramento & in uno *nunc* ſunt plura Sacramenta in pluribus locis, & eſt ſemper unus Chriſtus, & unum Sacramentum.

2. C. F. T. C. Divina Sapientia attingit magnam Concordantiam Temporis & motûs, quia unum non poteſt eſſe ſinè altero, & in Magnitudine unius eſt Magnitudo alterius: & ideo habet Tempus in ſe ipſo motum, & motus habet in ſe ipſo Tempus; ſimili modo eſt de Concordantia Temporis & Sacramenti Altaris, in quâ attingit Sapientia DEI, quòd hoc Sacramentum ſit in Tempore, & Tempus ſit in hoc Sacramento ſinè ſucceſſione motûs, quia in uno *nunc* movetur hoc Sacramentum de potentia in actum, quamvis ſit ſucceſſio in modis Temporis & hujus Sacramenti ſecundùm partes, in quibus ſuſtentantur.

3. C. F. T. F. Illud *nunc* eſt Medium in Magnitudine Temporis, quod exiſtit inter præteritum & futurum, & eſt poſſeſſivè amborum, ut poſſit eſſe in ſuſtentatione motûs, & hoc attingit humanus Intellectus; ſimili modo Sacramentum Altaris eſt in Medio ſucceſſionis motûs & Temporis; & hoc attingit humanus Intellectus.

4. C. F. T. H. Sacramentum Altaris eſt tantum in Magnitudine Temporis, quòd Magnitudo Temporis non poſſit eſſe in majori Intelligibilitate, quàm ſit in hoc Sacramento: quia ſinè diverſitatibus locorum, in quibus fit Sacramentum, ſunt plura Sacramenta, ſed, quia in quolibet loco non eſt, niſi unum *nunc*, & non plura, in unitate illius *nunc* omnia Sacramenta non ſunt, niſi unum Sacramentum tantùm, & hoc intelligit humanus Intellectus per unitatem iſtius *nunc*; ſed quando ignorat majorem Magnitudinem Temporis, tunc incipit dubitare & admirari, quòd multa Sacramenta poſſint eſſe in uno Tempore, & in uno eodem loco unum Sacramentum.

5. C. H. T. C. Virtus Temporis eſt in Concordantia Sacramenti Altaris, & Virtus hujus Sacramenti eſt in Concordantia Temporis, & ideo eſt Virtus amborum in valde magna Concordantia, per quam eſt valde remota à Parvitate & Contrarietate Temporis & hujus Sacramenti, quia eſt tanta Concordantia Temporis & Sacramenti, quòd nulla Contrarietas poteſt minorificare eorum Virtutem, nec ponere Vitium in Magnitudine amborum.

6. C. H. T. F. In Tempore conjungunt-tur temporificativum & temporificabile in temporificare, quod eſt unum *nunc* ſecundùm Virtutem & Magnitudinem Temporis, & extremitates ipſius temporificare, videlicet temporificativum & temporificabile non ſunt de eſſentia ipſius *nunc*, quia, ſi eſſent, *nunc* eſſet diviſibile & corruptibile; ſimili modo poteſt homo conſiderare Sacramentum Altaris, quia Presbyter producit illud de Virtute & de Magnitudine in conjunctione Verborum & Subſtantiæ Panîs & Vini, illâ conjunctione exiſtente in Medio temporificatâ & temporificabili, ſed Sacramentum non eſt in duabus extremitatibus, quia exiſteret in ſubſtantia Panîs & Vini, & in Verbis, quæ dicit Presbyter, & non exiſteret in Medio nec in *nunc*: & hoc eſſet Vitium contra magnam Virtutem Temporis & Sacramenti; igitur hoc Sacramentum ita exiſtit in Medio magnæ Virtutis, quòd non exiſtat in extremitatibus, cùm exiſtat in *nunc* in Medio temporificativi & temporificabilîs.

7. C. H. T. H. Majorem Magnitudinem Virtutis, quam homo poſſit habere, habet Presbyter in producendo Sacramentum Altaris, quia in nulla alia Virtute poteſt habere tam magnum producere, nec poteſt Tempus in ulla alia operatione Presbytero concedere tam magnam Virtutem: & ideo deberet Presbyter in illo Tempore, quo producit hoc Sacramentum, habere majorem Magnitudinem, quam poſſit habere, in Virtute memorandi, intelligendi & amandi hoc Sacramentum.

8. C. T. C. F. Sunt multi Presbyteri, qui habent Tempus producendi Sacramentum Altaris, & opus ipſorum poteſt eſſe valde magnum in Concordantia DEI & ſuî ipſorum, Sacramento exiſtente Medio in illa Concordantia; ſed, quia nolunt producere hoc Sacramentum in Tempore, in quo poſſunt, eſt Medium in Contrarietate, ſicut eſſet in Concordantia, ſi producerent hoc Sacramentum. Et hæc verba ſunt valde pertimeſcenda illis, qui ſunt contra Magnitudinem Sacramenti & Temporis.

9. C. T. C. H. Majorem Concordantiam, quam homo poteſt habere cum Tempore, poteſt habere in Sacramento Altaris, & hoc ratione Magnitudinis Sacramenti & Temporis; igitur ſequitur, quòd major Con-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Contrarietas, quam homo possit habere cum Tempore, sit tunc, quando contradicit, hoc Sacramentum esse in Tempore, & Tempus esse in Sacramento; illi verò, qui hoc Sacramentum sumunt indignè, sunt illi, qui ponunt majorem Contrarietatem Temporis & Sacramenti, quæ possit esse.

10. C. T. F. H. Convenit, quòd major Magnitudo, quæ possit esse Temporis in Sacramento Altaris, & Sacramenti in Tempore, sustentetur in majori Medio, quod possit esse inter Tempus & hoc Sacramentum; majus Medium autem, quod homo potest habere inter Tempus & hoc Sacramentum, est illa influentia, quam homo recipit à DEO in hoc Sacramento, & illa refluentia, quam homo reddit DEO per memorare, intelligere & amare hoc Sacramentum; unde, cùm hoc ita sit, quare aliquis vult esse Presbyter ideo, ut habeat honorem & abundantiam temporalium rerum? vel quare non facit semper omne id, quod potest, ad honorandum hoc Sacramentum, cui facit majus dedecus & irreverentiam, quam potest, tunc, quando hoc Sacramentum ideo conficit, ut sit dives & honoretur.

11. F. H. T. C. Substantia Panîs in Sacramento Altaris in illo Tempore, quo dimittit accidentia Panîs, dimittit elementalem potentiam, quæ erat induta specie Panîs, & illa potentia est subjectum accidentibus (quæ fuerunt Panîs) & generationi & corruptioni eorum; & ideo in illo Tempore, quo est consumptum hoc Sacramentum, posset homo per magnam Concordantiam Virtutis & naturalis instinctûs corporaliter vivere de illa elementali potentia & de accidentibus sustentatis in ea extra speciem Panîs: de Sacramento autem potest vivere rationalis Anima cum Concordantia Virtutis in memorando & intelligendo & amando illud Sacramentum.

12. F. H. T. F. Humanus Intellectus habet Virtutem in intelligendo Sacramentum Altaris, quia intelligendo illud intelligit influentiam & refluentiam, quæ in illo Sacramento virtuosè fiunt: & ideo Virtus induit & ornat intelligere, quod intelligit hoc Sacramentum in uno *nunc* sinè aliquo motu influentiæ & refluentiæ, unde constitutum est hoc Sacramentum.

13. F. H. T. H. *Nunc* simpliciter consideratum non habet in se Majoritatem Virtutis, nec Minoritatem, sed consideratâ ejus influentiâ in motu, est ejus Virtus & naturalis Instinctus major in uno motu, quàm in alio; à simili Sacramentum Altaris secundùm suam simplicem unitatem non habet majorem Virtutem in uno Tempore, quàm in alio.

14. F. T. C. F. Intelligere est Medium intellectivi & intelligibilîs, in quo ambo conjunguntur & concordant, & intelligere & concordare existunt in uno *nunc*, & intelligibilitas, quæ non existit tota in illo intelligere, non est in illo *nunc*, sed est in potentia; simili modo Sacramentum Altaris non existens in *nunc* existit in potentia, quæ potentia existit in illo *nunc*, in quo sustentantur Verba Sacramenti, & substantia Panîs & Vini.

15. F. T. C. H. Majorem Concordantiam, quam humanus Intellectus potest intelligere inter corpus & animam, potest intelligere in Sacramento Altaris in illo Tempore, quo intelligit hoc Sacramentum, quia Substantia Panîs dimittit accidentia illo Tempore, quo fit Transubstantiatio; & ideo intelligit Intellectus illam Transubstantiationem sinè ulla corporali imaginatione, in tantum, quòd intelligat corporale objectum sinè imaginari, quod intelligere non potest habere aliquod aliud objectum, quod non sit Sacramentum.

16. F. T. F. H. In Sacramento Altaris remanet naturalis Instinctus in accidentibus & in elementali potentia in illo Tempore, quo facta est Transubstantiatio, & Instinctus supra naturam remanet in Transubstantiatione; & ideo est major Instinctus, qui est supra naturam in Sacramento, quàm naturalis Instinctus.

17. H. T. C. F. Concordantia Virtutis est in Medio conjuncto de concordativo & concordabili; & ideo in illo Tempore, quo Concordantia Virtutis est in illo Medio, existit Tempus in virtuoso subjecto, & illud subjectum est virtuosè temporificatum; simili modo possumus considerare Sacramentum Altaris, in quo virtuosè existit Tempus, & Sacramentum in illo virtuosè temporificatur.

18. H. T. C. H. Major Concordantia corporalis Virtutis existit in Sacramento Altaris in illo Tempore, quo homo illud virtuosè producit vel recipit, quia illa Concordantia est de Corpore transubstantiato in aliam speciem, quæ non est Panis & Vinum, sed est Corpus JESU Christi, & est de corpore illius, qui recipit Sacramentum; & de ista majori

(c) 2006 Ministerio de Cultura

majori Concordantia oritur major corporalis Virtus, quæ poſſit exiſtere in Tempore, & Tempus in illa.

19. H. T. F. H. Nulla Virtus major, quàm altera, poteſt exiſtere ſinè Medio virtuificativi & proprii virtuificabilîs, ſed Virtus, quæ eſt minor, quàm alia, poteſt eſſe de Medio virtuificativi & extranei virtuificabilîs, quod non ſit de ejus eſſentia : & ideo exiſtit Tempus cum majori Virtute in proprio virtuificabili, quàm in extraneo; unde ſimilem conſiderationem poſſumus habere de majori Virtute in Sacramento Altaris, in quo Tempus eſt cum majori Virtute in extraneo virtuificabili ſupernaturaliter, quàm in proprio virtuificabili virtuificato ſecundùm naturalem curſum.

20. T.C.F.H. Major Concordantia, quæ ſit inter DEUM & hominem, exiſtit in Chriſto, qui eſt Medium inter DEUM & alios homines: & ideo exiſtit in ipſo Tempus in majori Concordantia, quæ poſſit eſſe inter Cauſam & Effectum; unde in Sacramento Altaris nihil poteſt Contrarietas contra Tempus neque contra majorem Concordantiam.

OCTAVA QUÆSTIO. I.

Ubi eſt Sacramentum Altaris?

SOLUTIO. *Camera.* C.E.I.

1. LOcus eſt una pars Mundi, per quam una pars Mundi poteſt locari in alia, & iſte Locus eſt indiviſibilis & ſimplex, ſed ejus modi ſunt plures & compoſiti unus cum alio: quapropter ſecundùm ejus ſimplicitatem & modos volumus inquirere Sacramentum Altaris per Magnitudinem, Poteſtatem & Veritatem, videlicet, quòd Magnitudo Sacramenti ſit magna in Poteſtate & in Veritate, & Poteſtas ſit potens in Magnitudine & in Veritate, & Veritas ſit vera in Magnitudine & Poteſtate; & ideo poteſt eſſe Sacramentum Altaris in multis Locis in uno eodem tempore, ita, quòd multitudo Locorum non poſſit dividere nec ſeparare Unitatem Sacramenti, quod eſt unum in quolibet Loco, & eſt unum in ſe ipſo, ita, quòd non ſint multa Sacramenta Altaris : & hoc eſt verum per Magnitudinem Poteſtatis, & per Poteſtatem Magnitudinis, & natura Loci non poteſt ibi contradicere.

2. C.E.T.C. JESUS Chriſtus eſt in Cœlo, & ſecundùm Sacramentum Altaris eſt in terra in multis Locis, ſecundùm quòd Sacramenta ſunt multa per naturam Loci, ſed Sacramentum eſt unum, ſicut unum Corpus Chriſti : & hoc eſt propter Concordantiam Magnitudinis & Poteſtatis, quia eſt magna Poteſtas, quòd unum Corpus poſſit eſſe in multis Locis in uno eodem tempore.

3. C.E.T.E. In Sacramento Altaris eſt Principium, quod eſt de Magnitudine & Poteſtate, ſicut Principium Tranſubſtantiationis Subſtantiæ Panîs, quod eſt principiatum de Magnitudine & Poteſtate; & ideo non poteſt ei Locus contradicere : quia, ſi poſſet, non eſſet principiatum per Magnitudinem & Poteſtatem; poteſt igitur Sacramentum Altaris principiari in uno eodem tempore in multis Locis, & poteſt eſſe in uno Principio per Magnitudinem Poteſtatis ſuſtentatam in magno potenti Principio, ipſo Principio ſuſtentato in illa.

4. C.E.T.I. In Sacramento Altaris eſt major Æqualitas Magnitudinis & Poteſtatis, quàm inter unum Locum & alium; & ideo eſt Æqualitas major ſecundùm Sacramentum, quàm ſecundùm Locum; per quam majorem Æqualitatem poteſt Corpus Chriſti uno & eodem tempore eſſe in Cœlo, & in terra.

5. C.I.T.C. Accidentia, quæ Subſtantia Panîs dimittit tunc, quando tranſubſtantiatur in Corpus Chriſti, collocantur in elementali potentia, quam Subſtantia Panîs dimittit; & in illa elementali potentia collocatur tranſubſtantiata Subſtantia; & ideo Corpus Chriſti, quod eſt in Cœlo, eſt collocatum in illa elementali potentia, quæ eſt in terra, ita, quòd Corpus Chriſti non moveatur de Cœlo; & hoc eſt ideo, ut Veritas poſſit eſſe in magna Concordantia Chriſti & elementorum, quæ ſunt in terra.

6. C.I.T.E. Quemadmodum in Magnitudine eſt magnum principiare, ita eſt in Magnitudine magnum verificare, unde ſequitur, quòd ſit magnum collocare, ut ſit magnum principiare & verificare in collocare; igitur eſt magnum principiare in verificare & in magno collocare, Corpore Chriſti exiſtente collocato in Cœlo, & in multis Locis in terra.

7. C.I.T.I. Subſtantia Panîs tranſubſtantiata non eſt collocata in accidentibus; quæ dimittit, quia non eſt conjuncta cum illis: quia, ſi cum illis eſſet conjuncta, & illa cum ipsâ, comprehenderet & terminaret ipſam quantitas Panîs in tam parvo Loco, quòd Corpus Chriſti, ibi non poſſet recipi; ſed,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sed, quia est conjuncta cum quantitate Corporis Christi,& quia est transubstantiata per Æqualitatem Magnitudinis & Veritatis,potest recipi in illo Loco, in quo quantitas, quæ solebat esse Panîs, est terminata & comprehensa.

8. C. T. C. E. Magnitudo Principii & Concordantiæ est, quòd unum Principium & una Concordantia possit esse uno eodem tempore in pluribus Locis, sicut calor ignîs, qui uno eodem tempore existit in Loco, ubi est ignis, & in Loco, ubi est aër: & hoc idem de Concordantia, quæ est de calore ignîs & aëris, qui calor per magnam Concordantiam principiat unum idem calefacere in Loco, ubi est ignis, & in Loco, ubi est aër; & hoc est ideo possibile, quia ignis existit in Loco aëris, & aër in Loco ignîs: igitur ignis & aër habent magnam Concordantiam & magnum principiare in uno eodem Loco; similiter possumus considerare Locum in Sacramento Altaris per Magnitudinem principiandi & concordandi, videlicet, quòd Deitas sit in omni Loco & extra Locum,in quantum comprehendit omnem Locum: & quia Deitas, quæ est Filius, est una Persona cum Humanitate Christi, per Deitatem, quæ est in Cœlo & in terra, potest Corpus Christi uno eodem tempore esse in Cœlo & in terra, ita, quòd Locus ibi non possit contradicere.

9. C. T. C. I. Magnitudo Æqualitatis est, quòd Æqualitas habeat in se ipsa Concordantiam, & quòd sit de Concordantia, & Concordantia de illa; & ista Magnitudo Æqualitatis existit in Sacramento Altaris in Corpore Christi, quod est in Cœlo & in Loco, qui est in terra, ubi fit Sacramentum; hoc autem non posset esse, si Substantia Panîs non dimitteret omnia accidentia Panîs tunc, quando transubstantiatur in Corpus Christi, per quam transubstantiatam Substantiam Christus est ita magnus in terra, ubi fit hoc Sacramentum, sicut est in Cœlo, & habet tantam Concordantiam & Æqualitatem in illo Loco, ubi fit Sacramentum, quantam habet in Cœlo.

10. C. T. E. I. Sacerdos principiat Sacramentum Altaris cum Substantia Panîs & Vini, Pane existente in uno Loco, & Vino in alio,& per Æqualitatem Transubstantiationis Panîs in Carnem, & Vini in Sanguinem existit hoc Sacramentum æqualiter principiatum in Loco, ubi est Corpus, & in Loco, ubi est Sanguis, licèt Corpus sit principiatum in uno Loco & in uno *nunc*, & Sanguis in alio Loco & in alio *nunc*; & ista Æqualitas est per Magnitudinem principiandi & æqualificandi, & per extensitatem Deitatis,quæ existit in omni Loco.

11. E. I. T. C. Visiva potentia secundùm Differentiam Locorum attingit unum Sacramentum Altaris in uno Loco, & aliud in alio, & per Concordantiam, quæ est in illa & in imaginativa, recipit imaginativa distinctas species diversorum Locorum & diversorum Sacramentorum: & ideo supponit, quòd unum Corpus non possit esse uno & eodem tempore in multis Locis; & hanc suppositionem vult verificare intellectui, videlicet quòd Corpus Christi uno tempore non possit esse in multis Locis; sed intellectus considerat Concordantiam, quam Potestas DEI & Veritas habent in uno Sacramento, ita, quòd sit unum Sacramentum in multis Locis uno & eodem tempore per Potestatem & Veritatem DEI, & ideo intelligit, quòd illæ species imaginationis sint phantasticæ, & non veræ.

12. E. I. T. E. Verba, cum quibus Sacerdos principiat Sacramentum Altaris, sunt una eadem, & est una Potestas, & est una Veritas, ita, quòd diversitas Locorum non Differentiet nec multiplicet illam unitatem; & ideo est unum Sacramentum,quamvìs sit in multis Locis, sicut sunt una eadem Verba, & una Potestas, Veritas & Principium Sacramenti, quamvìs in multis Locis.

13. E. I. T. I. In Sacramento Altaris Substantia Panîs est transubstantiata per esse possificatam &verificatam,& hoc æqualiter, & est separata à suppositо, quod erat panis, per hoc, quia dimittit accidentia Panîs & Locum occupatum per substantiam panîs: & ideo transit illa transubstantiata Substantia in Corpus Christi sinè Loco panîs; ex quo sequitur, quòd diversa Loca non impediant illam Substantiam in essendo unum Sacramentum in multis Locis per unum idem *nunc*.

14. E. T. C. E. In Sacramento Altaris facit Sacerdos tres partes de Corpore Christi, quod existit in partibus secundùm diversitates Locorum: & ideo quælibet est pars, in quantum una pars locata est in uno Loco, & alia in alio; sed non est pars, in quantum Potestas & Concordantia habent unum Principium in essendo unum Sacramentum.

15. E. T. C. I. In Sacramento Altaris dimittit transubstantiata substantia vegetabi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

litatem panîs sustentatam in elementali potentia, & in illo Loco, in quo ipsam dimittit, remanet transubstantiata Substantia non conjuncta cum vegetabili potentia panîs; unde, sicut plures Concordantiæ & Potestates corporales possunt esse æqualiter in uno Loco, sic unum corpus potest esse æqualiter in uno tempore in multis Locis: quia, si non esset, Potestas non esset æqualis in Concordantia multorum in uno, & unius in multis, quod est impossibile.

16. E. T. E. I. In Potestate DEI æqualiter sunt principiare & possificare: & ista Æqualitas est subjectum unitati cujuslibet Sacramenti Altaris; & ideo potest Potestas DEI principiare hoc Sacramentum in multis Locis, sicut in multis Locis illud potest possificare, & ratione Æqualitatis potest facere, quòd ipsum uno eodem tempore sit unum in multis Altaribus.

17. I. T. C. E. Sacramentum Altaris est verum per Veritatem, & est principiatum per Principium, & concordatum per Concordantiam, & est unum per Unitatem, ut sit Unitas in illo Principio Sacramenti; igitur sequitur, quòd unum Sacramentum possit esse in multis Locis uno eodem tempore, ut Unitas Sacramenti habeat Concordantiam cum uno Principio & cum una Veritate, ex quibus Sacramentum est constitutum.

18. I. T. C. I. Est una Veritas Sacramenti Altaris, & est una Concordantia hujus Sacramenti, & ideo sunt Veritas & Concordantia æquales in Sacramento per Unitatem; unde sequitur, quòd plura diversa Loca non dividant Unitatem Sacramenti, sed multiplicent modos illius subjectatos in diversis *nunc* per modos multorum Locorum, Verborum & Virtutum, quia quidam homines conficiunt hoc Sacramentum cum prolixis Verbis, & alii cum abbreviatis: quidam cum devotione, & alii sinè devotione: quidam in uno loco, & alii in alio, tamen remanet semper Unitas Sacramenti per Æqualitatem unius Veritatis & unius Concordantiæ, quæ sunt in hoc Sacramento.

19. I. T. E. I. Veritas non potest principiare extra Principium, nec esse æqualis extra Æqualitatem; simili modo Sacramentum Altaris non potest esse unum extra Unitatem, & hanc Unitatem non destruit principiare, nec verificare, nec æqualificare in diversis Locis, quia diversitas Locorum non est de Essentia Sacramenti.

20. T. C. E. I. In Sacramento Altaris Concordantia & Principium sunt æqualia per Unitatem hujus Sacramenti, quia Concordantia principiat in Principio, & Principium concordat in Concordantia, & de ista Æqualitate est Sacramentum, & non de Concordantia diversorum Locorum, in quibus fit Sacramentum, nec de Principiis illorum; & ideo non potest essentia ipsorum destruere Unitatem, quam Concordantia habet in principiare, & quam Principium habet in concordare, nec quam Æqualitas habet in æqualificare, in qua Unitas est de Essentia Sacramenti.

Diximus, quomodo Sacramentum Altaris in uno Loco possit uno eodem tempore esse in diversis Locis secundùm naturam principiorum, quæ diximus; quæ natura non est sensibilis nec imaginabilis in Sacramento, sed est intelligibilis supra naturalem cursum, in qua supernaturalitate factum est Sacramentum.

NONA QUÆSTIO. K.

Quomodo fit Sacramentum Altaris?

SOLUTIO. *Camera.* E. G. K.

1. VOluntas & Gloria habent Modum per Potestatem, & Potestas habet Modum per Voluntatem & Gloriam, & Gloria per Potestatem & Voluntatem, & quælibet habet Modum per se ipsam: sicut Potestas, quæ habet Modum per possificativum, possificabile & possificare, & Voluntas per amativum, amabile & amare, & Gloria per gloriativum, gloriabile & gloriari; igitur possumus considerare Modum Sacramenti Altaris secundùm Modum istorum trium principiorum: nam in hoc Sacramento amat Voluntas glorioſam Potestatem, & glorioſa Potestas amat, quòd Humanitas Christi habeat delectationem in hoc Sacramento, in quo habet Modum magnæ Potestatis & Voluntatis, sicut cum Substantia Panîs & Vini sacrificare, sanctificare & tractare Corpus Christi, & illud recipere per modum possificandi, amandi & gloriandi.

2. E. G. T. E. Potestas DEI potest in Sacramento Altaris, & Virtus Verborum potest, & Voluntas DEI amat illud possificare; & ideo cum Modo possificandi, amandi & loquendi movetur principiare, per cujus Modum movetur Sacramentum in amare, possificare & loqui in tantum, quòd sequatur illud, quod Voluntas vult, & id, quod Potestas potest in amare & principiare.

E. G. T. G.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

3. E. G. T. G. Potestas & Voluntas in Sacramento Altaris habent Modum in complere & finire per Modum unitatis, in qua sunt, quia in DEO Potestas & Voluntas sunt unum idem numero: ex quo sequitur, quòd Voluntas velit omne id, quod Potestas potest, & Potestas possit omne id, quod Voluntas vult, & per talem Modum complendi habet Sacramentum Modum in existendo id, quod est.

4. E. G. T. K. In Sacramento Altaris habent Potestas & Voluntas DEI Modum in majorificando Substantiam Panîs, in quantum ipsam removent à Minoritate, & illam denudant à quantitate, colore & sapore panîs, & illi tribuunt quantitatem Corporis Christi; & hoc idem de Substantia Vini.

5. E. K. T. E. Potestas DEI principiat Sacramentum Altaris in delectatione, ut homines habeant Modum in delectatione magnæ Potestatis DEI, quæ se ipsam tribuit Presbytero, ut de Substantia Panîs possit principiare Substantiam principiatam de Humanitate in Deitate; quia maxima delectatio, quam homo potest habere in præsenti vita, est, quòd possit habere Modum in deificare & humanificare, & illam Deitatem & Humanitatem tractare & recipere, principiando illam per Modum sacrificandi.

6. E. K. T. G. Modus Sacramenti Altaris est Figura, quæ significat Modum Incarnationis: nam, sicut Substantia Panîs transubstantiatur in Substantiam Corporis Christi sustentata cum Modo possificandi, gloriandi & complendi, & illa transubstantiata Substantia est Corpus Christi, sic Humanitas Christi est sustentata in Deitate, & ipsa est Deitas, & Deitas est ipsa, & hoc per Modum possificandi, gloriandi & complendi.

7. E. K. T. K. Modus, qui est in Sacramento Altaris, per quem est id, quod est, consistit in majorificando Minoritatem in Modo possificandi & in Modo gloriandi: sicut transubstantiata Substantia, quæ habebat Modum Minoritatis, illâ existente indutâ specie Panîs, antequam esset transubstantiata in Corpus Christi, in quo est induta Majoritate.

8. E. T. E. G. In Sacramento Altaris est Modus possificandi, principiandi & complendi, quia Potestas data homini habet Modum principiandi & complendi secundùm Modum, quo data est, & principiat & complet hoc Sacramentum secundùm illum Modum: sicut Potestas DEI dat Principium in Modo Verborum, & in Modo procurationis & locumtenentiæ cum Sacerdote, quando is cum Modo, qui illi est datus, principiat per Verba hoc Sacramentum, & ipsum complet & perficit cum Modo complendi procurationem & Principium, quod illi est datum cum Modo Potestatis.

9. E. T. E. K. Sicut in Modo Bonitatis magnæ per Modum Magnitudinis sequitur bonum magnum, ita in Sacramento Altaris per Modum Potestatis principiatæ per Principium (videlicet Potestatis, quæ est data Presbytero) sequitur principiata Potestas, per quam Presbyter principiat hoc Sacramentum supra Modum naturæ, & removet illud Sacramentum à Minoritate Panîs & Vini.

10. E. T. G. K. Minoritas habet Modum minorificandi, & Finis habet Modum majorificandi, & Potestas habet Modum majorificandi in complendo, & habet Modum minorificandi extra Finem complendi; & omnes isti Modi existunt in Sacramento Altaris, & Sacramentum in illis, quia Minoritas in corporalibus sensibus cum Modo sensualitatis minorificat Sacramentum, in quantum significat, quòd ipsum sit impossibile: sed Finis majorificat illud, in quantum significat, quòd Potestas DEI omnia possit per Modum Finîs; & Potestas mali Presbyteri potest hoc Sacramentum minorificare contra Finem per Modum peccati.

11. G. K. T. E. Amare in Voluntate est principiatum de amativo & amabili, & gloriari in Gloria est principiatum de gloriativo & gloriabili; & iste Modus principiandi est in Sacramento Altaris, quia de Divina Voluntate principiat illud, in quantum est amabile, & principiat in illo, in quantum Presbyter per illud est gloriabilis; & ideo habet Presbyter Modum in illo, quando illud principiat cum gloriari & amare.

12. G. K. T. G. In Voluntate est amare Finis amativi & amabilîs, & ideo existit Modus amativi & amabilîs in Modo amandi, & Finis amandi existit in Modo amativi & amabilîs; & hoc idem de Modo Gloriæ. Unde secundùm istos Modos significatur Modus Sacramenti Altaris & illius, qui conficit hoc Sacramentum, quia Modus Presbyteri consistit in Fine Sacramenti; igitur convenit, quòd illi Presbyteri habeant pœnam, qui in se ipsis non habent Modum secundùm Finem Sacramenti.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

13. G. K. T. K. In vegetativa Potentia eſt Modus, quo elementatum in uno tempore eſt vegetatum ſub una ſpecie, & in alio tempore ſub alia: ſicut in ſpecie frumenti, in qua elementa ſunt vegetata, & quando ſubſtantia illius frumenti tranſubſtantiatur in carnem per Modum vegetationis, ſunt elementa vegetata ſub ſpecie carnis, & dimittunt ſpeciem frumenti; iſte Modus in vegetatione eſt figura, in qua repræſentatur Modus Sacramenti Altaris, cujus Modus eſt, quòd elementatum, quod eſt ſub ſpecie ſubſtantiati Panîs, tranſubſtantietur in Subſtantiam, quæ exiſtat ſub ſpecie Carnis, & hoc ſecundùm Modum amandi, delectandi & removendi Minoritatem ab illo elementato tranſubſtantiato in Corpus Chriſti.

14. G. T. E. G. Voluntas habet Modum in principiando & amando ſecundùm Modum Finîs; ſed, quando principiare & amare eſt extra Modum Finîs, non habet Modum in principiando amare; ſecundùm hanc ſimilitudinem poſſumus conſiderare Modum Sacramenti Altaris, in quo Voluntas DEI habet Modum in principiando ipſum ſecundùm Modum Finîs, per quem habeat Modum, quomodo poſſit participare nobíscum: ſed in malo Presbytero non eſt Modus in principiando illud ſecundùm Finem amandi, quia malus modus peccandi ipſum facit indignum in principiando Sacramentum contra Finem amandi.

15. G. T. E. K. Quando Voluntas habet Modum in principiando Sacramentum Altaris, ſi habet Modum in amando, non habet Modum in principiando illud cum minorificare; ſed, ſi non habet Modum amandi, principiat Sacramentum cum Minoritate contra Modum Majoritatis, & contra Modum principiandi & amandi: & ideo mali Sacerdotes peccatores habent pejorem Modum amandi, quàm cæteri homines.

16. G. T. G. K. Minus amare eſt contra Finem majoris amare, ſi minus amare non habet Modum, ut ſit propter majorem Finem amandi, ergo Voluntas poterit eſſe in majori & minori Fine amandi, dummodò in ea ſit Finis concordandi, quem Modum poſſumus conſiderare in Sacramento Altaris, ut Voluntas ſit in illo in majori Fine amandi.

17. K. T. E. G. Finis, propter quem homo eſt principiatus, eſt, ut det Gloriam DEO in ſuo memorare, intelligere & amare honorando DEUM; & ideo DEUS voluit in Sacramento Altaris principiare & in ipſo ponere Modum, ut homo in Sacramento poſſit habere Modum in magno Fine & in magno principiare & in magno gloriari, per quam Magnitudinem habet Modum habendi magnam Spem & magnam Charitatem, magnam Fidem, magnam Juſtitiam & alias Virtutes.

18. K. T. E. K. Sicut Principium habet Modum eſſendi minus per Minoritatem, ſic habet Modum eſſendi glorioſum per gloriam; & per iſtum modum poſſumus conſiderare Modum Sacramenti Altaris ſuſtentatum in Modo principiandi glorioſum per Gloriam, hoc eſt, elementatum tranſubſtantiatum in elementatum indutum Corporalitate Chriſti, ita, quòd Modus Minoritatis ibi non poſſit reſiſtere.

19. K. T. G. K. In Sacramento Altaris eſt unus Finis, qui eſt minor, quàm alius: ſicut Finis Presbyteri, qui eſt minor Finis, quàm Finis Sacramenti, quia ejus miniſtratio eſt ideo, ut ſit hoc Sacramentum, iſto Modo eſt de Fine Minoritatis & Majoritatis: ſimiliter de Modo Finîs per Gloriam ſuſtentatur Modus hujus Sacramenti; & ideo Presbyter, qui ſequitur illum Modum, eſt bonus; & ille, qui non ſequitur illum, eſt malus.

20. T. E. G. K. Principium habet priùs Modum in principiando propter Finem, quàm propter Minoritatem; & hoc eſt ideo, quia habet quietem in Fine, & in Minoritate eſt propè *non eſſe;* & per iſtum Modum poſſumus conſiderare Modum Sacramenti Altaris, in quo Principium habet Modum propter Finem principiandi hoc Sacramentum & Minoritates accidentium Panîs & Vini, quæ minorificantur, quando ſubſtantia tranſubſtantiatur, quam minorificationem accidentia habent, ut non exiſtant in proprio ſubjecto, ideo, quia in corporalibus ſenſibus ſunt contra Finem Sacramenti, & contra Principia illius.

DECIMA QUÆSTIO. K.

Cum quo fit Sacramentum Altaris?

SOLUTIO. *Camera.* B. E. K.

1. IN Sacramento Altaris eſt Bonitas ratio bono, quòd agat bonum, & ideo bonum cum illa ratione poteſt agere glorioſum & potens bonum; igitur hoc Sacramentum fit cum ratione Bonitatis, Poteſtatis & Gloriæ, &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& Factor est DEUS & Presbyter, qui cum ratione, quam diximus, conficiunt hoc Sacramentum.

2. B. E. T. B. In Sacramento Altaris est Differentia inter unam Bonitatem & aliam, & inter unam Potestatem & aliam, hoc est, inter Bonitatem & Potestatem DEI, & inter Bonitatem & Potestatem Presbyteri & Verborum, & Bonitatem & Potestatem Sacramenti; igitur Presbyter cum Potestate & Virtute Verborum conficit hoc Sacramentum, & Sacramentum est cum accidentibus Panîs & Vini, quæ dimittit, & cum accidentibus, quæ substantia sumit à Corpore Christi, & cum Transubstantiatione substantiæ.

3. B. E. T. E. Sacramentum Altaris fit cum modo officii, quod datum est Presbytero cum Bonitate, Potestate & Principio; nam, sicut bonum agit bonum per Bonitatem, & potens agit possificatum per Potestatem, & principians agit principiatum per Principium, ita Presbyter conficit Sacramentum per suum officium, cum quo officio conficit hoc Sacramentum.

4. B. E. T. K. In essentia Bonitatis producit bonificativum bonificabile, & ambo producunt bonificare, & suppositum, quod est bonum per Bonitatem, & potens per Potestatem, producit cum bonificativo bonificabile, & producit cum bonificativo & bonificabili bonificare, ita, quòd Minoritas ibi non potest contradicere; simili modo possumus considerare id, cum quo fit Sacramentum Altaris, quia Presbyter, quantum ad suum officium, est bonus & potens, quam Bonitatem & Potestatem habet cum Charactere, quem habet ab officio, cum quo conficit hoc Sacramentum per Bonitatem & Potestatem, cum quibus vincit in hoc Sacramento naturalẽ cursum Bonitatis & Potestatis, quæ sunt minores, quàm illa Bonitas & Potestas, quæ sunt supra naturam, quæ dantur Presbytero, ut cum illis conficiat Sacramentum.

5. B. K. T. B. In Sacramento Altaris est Differentia inter Bonitatem & Gloriam, quia in hoc Sacramento alia Ratio est Bonitas, & alia Ratio est Gloria; & ideo Presbyter conficit hoc Sacramentum cum Differentia, quam diximus, quia per Differentiam Bonitatis & Gloriæ habet modum secundùm suum officium, cum quo conficit Sacramentum, & facit illud bonificando & glorificando Transubstantiationem Panîs in Carnem, & Vini in Sanguinem; & ideo debet Presbyter in hoc Sacramento habere bonum & glorioſum memorare, intelligere & amare.

6. B. K. T. E. In Sacramento Altaris sunt multa bona Principia, quæ in ipso quiescunt, nam DEUS dat in hoc Sacramento tantam Bonitatem Presbytero, quòd cum illa principiet & faciat majus bonum, quod potest facere, & quod à DEO potest recipere, quia nullus homo potest facere plus boni nec tantum bonum, quàm est facere de Pane Carnem Christi, & de Vino Sanguinem Christi, qui Christus est unum Suppositum, quod est DEUS & Homo: igitur Presbyter conficit hoc Sacramentum cum quiete suorum Principiorum, quæ quiescunt in Sacramento, quia non possunt extendi ultra in majori nec in tam magna Bonitate, sicut est Bonitas Sacramenti: & ideo malè faciunt illi Presbyteri, qui magìs amant Bonitatem in denariis, honore & deliciis, quàm in Sacramento.

7. B. K. T. K. Gloria est bona per Bonitatem, & ideo, quando glorians producit gloriatum, producit in illo bonum cum Bonitate suæ Gloriæ; sed, quando Gloria est in Minoritate Bonitatis, producit Minoritatem in illo bono cum Minoritate Bonitatis; & ideo Gloria est minor cum Minoritate Bonitatis; igitur secundùm hoc, quod diximus, possumus considerare, cum quo Presbyter producat Sacramentum Altaris, videlicet, quòd producat illud cum minori Gloria & Bonitate; & quando Presbyter est malus, producit cum Sacramento majorem pœnam & malum sustentata in suo memorare, intelligere & amare: unde, cùm hoc ita sit, quis poterit considerare magnam pœnam, quam malus Presbyter habebit in inferno?

8. B. T. B. E. In Sacramento Altaris est Differentia inter unum Principium & aliud, & ideo conficit Presbyter cum una Bonitate hoc Sacramentum per unum modum, & cum alia Bonitate per alium: sicut cum Bonitate DEI, cum qua bonificat Sacramentum, & cum Virtute Verborum, quæ est bona, cum qua producit bonum & virtuosum Sacramentum; & propter hoc malus Presbyter non potest producere malum nec vitiosum Sacramentum cum suo peccato & pravitate, quia non sunt Principia Sacramenti, nec de ejus essentia.

9. B. T. B. K. Bonitas habet Differentiam inter bonificativum, bonificabile & bonificare, & cum illa Differentia potest in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſe ipſa habere eſſentiale bonificativum, bonificabile & bonificare, & poteſt ſuſtentari in illis, & ſinè Differentia non poſſet illa habere, nec haberet, in quo ſuſtentaretur: igitur eſſet Bonitas in Minoritate & otioſitate cum privatione Differentiæ; unde ſecundùm hæc verba poſſumus conſiderare id, cum quo eſt Sacramentum Altaris, videlicet cum bonificativo, quod eſt Bonitas Chriſti, & cum bonificabili, quod eſt Subſtantia Panîs & Vini, & cum bonificare ſuſtentato in Subſtantia Panîs & Vini & in Corpore Chriſti, cum quo bonificare producit Presbyter extrinſecum bonificabile in intrinſeco bonificabili.

10. B. T. E. K. Sacerdos non principiat in Sacramento Altaris Minoritatem in Bonitate, quæ ſit in Majoritate, cùm Majoritas & Minoritas ſibi invicem contrarientur, in qua Contrarietate non eſſent, ſi cum minori Bonitate poſſet principiari major Bonitas; igitur principiat Sacerdos hoc Sacramentum cum majori Bonitate, ſcilicet cum Bonitate DEI, & poſtea principiat illud cum minori Bonitate influxa per majorem, ſcilicet per Bonitatem Panîs & Vini & Verborum & ſuî ipſius & ſui officii; ſed, ſi Sacerdos eſt malus, principiat in Sacramento cum ſua malitia ſuum malum.

11. E. K. T. B. Quidam homines movent alios cum Poteſtate voluntatis ad quietem ſuæ voluntatis, ſicut Dominus movet ſervum, in quantum ipſum facit ire de uno loco in alium, vel ſicut amicus movet ſuum amare ad ſuum amatum, ut habeat quietem in ſuo amare; & in tali motu eſt Differentia inter unam Poteſtatem & aliam, & quædam ipſarum eſt Poteſtas voluntatis Domini, & alia eſt Poteſtas voluntatis ſervi, qui ſe ipſum movet cum ſuo velle ad quietem voluntatis ſui Domini; ſimili modo poſſumus conſiderare Sacramentum Altaris, in quo movetur cum Poteſtate DEI Poteſtas Sacerdotis, & Virtus Verborum Sacramenti ſupra curſum naturæ cum Divina Poteſtate.

12. E. K. T. E. JESUS Chriſtus principiavit Principium Sacramenti Altaris cum Verbis, quæ dixit tunc, quando dixit: *Hoc eſt Corpus meum:* & *Hic eſt Sanguis meus:* cum illis Verbis principiat Sacerdos hoc Sacramentum, & cum Poteſtate illorum habet quietem in Poteſtate Verborum, quæ Sacerdos dicit in Sacramento.

13. E. K. T. K. Poteſtas hominis poteſt ſupra Minoritatem Poteſtatis cum Majoritate Poteſtatis, & poteſt cum Poteſtate Gloriæ ſupra Poteſtatem Pœnæ; ſimili modo eſt de Poteſtate Sacramenti Altaris, cum qua Sacerdos poteſt cum Poteſtate, quæ eſt ſupra naturam, ſupra naturalem Poteſtatem, & cum ſpirituali Poteſtate habet quietem ſupra corporalem Poteſtatem, & cum majori Poteſtate movet minorem Poteſtatem ad majorem quietem.

14. E. T. B. E. Una Poteſtas principiat aliam Poteſtatem cum Differentia, quia nulla Poteſtas poteſt ſinè Differentia principiare aliam Poteſtatem; ſimili modo in Sacramento Altaris una Poteſtas principiat aliam Poteſtatem cum Differentia, ſicut Poteſtas DEI, quæ differt à Poteſtate, quam Sacerdos habet in conficiendo Sacramentum ſupra naturalem curſum, quia nulla alia Poteſtas poteſt ſupra naturalem curſum, niſi Poteſtas DEI.

15. E. T. B. K. Cum quantò majori Differentia actionis & paſſionis Poteſtas eſt, tantò magìs eſt remota à minori Poteſtate Differentiæ; & ideo in Sacramento Altaris cum majori Poteſtate Differentiæ, quæ ſit inter Poteſtatem DEI & Sacerdotis, eſt magìs remota à Minoritate Poteſtatis Presbyteri cum majori Poteſtate Differentiæ, cum qua major Poteſtate Differentiæ, quæ eſt ſupra naturam, Poteſtas Presbyteri eſt remota à Minoritate naturalis Poteſtatis.

16. E. T. E. K. Nulla Poteſtas poteſt principiare cum Minoritate contra Majoritatem Poteſtatis, quia major Poteſtas cum ſua Majoritate principiat minorem; & hoc apparet in Sacramento Altaris, in quo major Poteſtas principiat minorem cum ſua Majoritate: ſicut Poteſtas DEI, quæ principiat Poteſtatem, quæ eſt ſupra naturalem curſum, cum qua ſuperat naturalem Poteſtatem, ut cum illa ſuperatione cognoſcatur Magnitudo Divinæ Poteſtatis & ejus magna Bonitas & magna Voluntas, quam DEUS habet in participando nobíscum cum Poteſtate, quæ eſt ſupra naturalem curſum, ſinè qua non poſſet participare nobíscũ, nec nos cum ipſo.

17. K. T. B. E. Principiativum principiat cum Differentia principiabile, & cum Differentia principiativi & principiabilîs principiat principiare; & ideo convenit, quòd ſit Differentia inter Principia, quæ ſunt de eſſentia Principii, & convenit, quòd Principium ſit in Differentia, poſtquam cum ea eſt principiatum principiabile & principiare;

(c) 2006 Ministerio de Cultura

re; hoc idem sequitur de Principio in Gloria; & per talem considerationem possumus considerare, cum quo Sacramentum Altaris sit principiatum in Differentia, & cum quo Differentia sit in Principio, & cum quo Sacerdos habeat Gloriam in Sacramento.

18. K. T. B. K. In Sacramento Altaris est Differentia inter unam Gloriam & aliam, & inter unam Minoritatem & aliam, quia est una Gloria, cum qua Sacerdos movet aliam Gloriam, sicut Gloria DEI, cum quâ Sacerdos secundùm Finem movet Gloriam sui memorare, intelligere & amare, & cum Minoritate accidentium Panîs & Vini movet phantasticas similitudines sustentatas in corporalibus sensibus.

19. K. T. E. K. Bonus Sacerdos principiat cum Sacramento Altaris Sanctitatem, cum qua habet quietem in Gloria DEI, & cum Sacramento elongat se à Minoritate memorandi, intelligendi & amandi, quia ita magnum est opus, quod est in hoc Sacramento, quòd cum illa memorata, intellecta & amata Magnitudine Sacerdos vilipendat vanitates & minoritates hujus præsentis vitæ.

20. T. B. E. K. Differentia est unum generale Principium, cum quo omnes res differunt aliæ ab aliis, & Minoritas similiter est generale Principium, cum quo quædam res sunt minores, quàm aliæ; simili modo Sacramentum Altaris est unum generale Principium, cum quo Sacerdos altiùs ascendit supra naturalem cursum, quàm cum ullo alio Sacramento, & magìs distat cum illo à minoribus rebus, quàm cum ullo alio Sacramento; & hoc idem de DEO, qui cum Sacramento Altaris principiat majorem Virtutem & majores res in Differentia & in Principio, quàm cum ullo alio Sacramento.

Diximus de Sacramento Altaris secundùm decem Regulas, *& per modum, secundùm quem diximus de Sacramento, potest homo habere cognitionem de Secretis, quæ sunt supra naturalem cursum.*

QUÆSTIO VI.

De Originali Peccato.

PRIMA QUÆSTIO. B.

Utrùm sit Originale Peccatum, vel non?

SOLUTIO. *Camera.* B. E. H.

1. ANtequam Adam peccâsset, totum humanum Genus fuit in Adam in potentia cum bona & virtuosa Potestate; nam antequam ipse peccâsset, non erat aliquid, per quod Potestas esset mala nec vitiosa; igitur erat humanum Genus in bona & virtuosa potentia in Adam, antequam peccâsset; sed, quando peccavit, totum humanum Genus fuit in illa potentia cum mala & vitiosa Potestate; quia, si in illo non sic existeret, non posset esse alteratio de bono in malum, nec de Virtute in Vitium, & in humano Genere esset amissa libertas Potestatis, cujus privatio principiâsset in humano genere, antequam Adam peccâsset, per Malitiam & Vitium, quæ essent creaturæ in humano Genere; quod est impossibile: igitur fuit humanum Genus corruptum in potentia tunc, quando Adam peccavit; quam corruptionem vocamus Originale Peccatum.

2. B. E. T. B. Inter bonum & malum est Differentia, quæ est in Potestate faciendi bonum & malum; totum humanum Genus erat in Adam in Potestate boni, antequam peccâsset, & non erat in Potestate mali, scilicet mali culpæ, de quo intendimus tractare: cùm verò peccavit, fuit humanum Genus in Potestate mali sustentatâ in potentia in Adam; quia, si non, non esset Differentia inter bonum & malum, quia non haberet, in quo sustentaretur, nec posset esse inter Potestatem boni & mali; quod est impossibile: per quam impossibilitatem probatur, quòd sit Originale Peccatum.

3. B. E. T. E. Antequam Adam peccâsset, fuit in illo principiata bona Potestas, in qua bona Potestate fuit in potentia omnis bona naturalis Potestas humani Generis: igitur bona Potestas humani Generis fuit principiata per creationem in potentia sustentata in Adam & in ipso principiata per Bonitatem, Potestatem & Principium; sed, quando Adam peccavit, principiavit in illa potentia malum, quod est privatio boni, quod vocamus Originale Peccatum: & si non principiâsset malum in illa potentia, non esset potentia, in qua sustentaretur humanum Genus de essentia & de natura Adæ, & in Adam fuisset amissa paternitas & filiatio in suis filiis; quod est impossibile & contra naturalem cursum: ergo probatum est, quòd sit Originale Peccatum.

4. B. E. T. H. Major Bonitas, quæ est creata, fuit creata in Adam, & hoc idem de majori Potestate; tamen intendimus dicere de corporali Bonitate & Potestate; igitur exaltavit DEUS totum humanum Genus in Adam per creationem Bonitatis, Potestatis &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& Majoritatis ſupra omnem aliam corporalem Bonitatem, Poteſtatem & Majoritatem; & ideo ſignificatur, quòd ſit Originale Peccatum; nam, ſi non eſſet, Divina Poteſtas, quæ eſt bona, & major, quàm omnis alia Poteſtas, non poſſet tantum in Adam deprimere humanum Genus in Majoritate mali per Juſtitiam, quantum illud potuit in Adam exaltare per Bonitatem & Gratiam; quod eſt impoſſibile & contra Poteſtatem Juſtitiæ DEI; quæ Contrarietas eſt impoſſibilis.

5. B. H. T. B. Totum humanum Genus erat in Differentia Bonitatis & Virtutis in Adam, antequam peccâſſet, & ideo erant in toto humano Genere Bonitas & Virtus differentes per Differentiam, quæ Differentia Bonitatis & Virtutis erat in Concordantia; ſed, quando Adam peccavit, fuit in Contrarietate: quia, ſi non fuiſſet, peccatum non eſſet Vitium nec malum, quod eſt impoſſibile: igitur Differentia, poſtquam Adam peccavit, fuit in Contrarietate, & illa Contrarietas fuit extenſa in totum humanum Genus per totam illam potentiam, in qua totum humanum Genus ſuſtentabatur: ergo eſt probatum, quòd ſit Originale Peccatum.

6. B. H. T. E. In Principio, antequam Adam peccavit, fuit Bonitas principiata in Virtute, & Virtus fuit principiata in Bonitate, & ideo non potuerunt principiare Vitium nec malum, quia non habebant ſubjectum, in quo principiarentur; & ſi haberent, Bonitas eſſet principiata in Virtute, Vitio & malo, & Virtus eſſet principiata in Bonitate, Vitio & malo, & malum eſſet principiatum in Bonitate, Virtute & Vitio, & hoc idem de Vitio, quod eſſet principiatum in omnibus tribus: unde ſequeretur, quòd Principium foret principiatum in contrariis, & hoc eſt contra Bonitatem & Virtutem DEI, quæ principiavit Principium in Bonitate & Virtute, & è converſo illa in ipſo; igitur humanum Genus fuit principiatum in Bonitate & Virtute per illam potentiam, in qua ſuſtentabatur, & quæ erat ſuſtentata in Adam, qui, quando peccavit, principiavit Peccatum, Vitium & malum ſuſtentata in potentia ſubjecta humano generi, quod non poſſet eſſe, ſi Originale Peccatum non eſſet.

7. B. H. T. H. Antequam Adam peccaverat, erat ejus Virtus in majori corporali Bonitate, in qua ſuſtentabatur major Virtus boni per totum humanum Genus ſuſtentatum in potentia; ſed, quando Adam peccavit, fuit ejus naturalis corporalis Bonitas in minori Virtute: quia, ſi non ita eſſet, peccatum non fuiſſet occaſio Minoritati boni, quod eſt impoſſibile; igitur humanum Genus ante peccatum erat in Adam in majori Virtute boni, & poſt peccatum fuit in Minoritate boni, quæ Minoritas eſt occaſio Originalis Peccati.

8. B. T. B. E. Principia Adæ ſunt rationalis Anima & ſenſibile corpus, & de illis fuit principiatus homo, & illa fuerunt principiata in Differentia & Bonitate: in Differentia, quia Anima & corpus differunt: in Bonitate, quia Anima & corpus ſunt bona, & per conſequens fuerunt principiata in Concordantia; quia, ſi non, eſſent principiata in Contrarietate, cujus Principium eſt impoſſibile, ut Differentia & Bonitas ſint principiatæ in Concordantia, in qua totum humanum Genus eſt principiatum; unde, poſtquam Adam peccavit, fuit principiata Contrarietas Animæ & corporis, quia, ſi non, corpus non contrariaretur Animæ per malum, nec Anima corpori per bonum: igitur malum principiavit in corporali natura humani Generis, & non in ſpirituali natura Animarum filiorum Adæ, cùm Animæ illorum non ſint de eſſentia Animæ Adæ. Unde, ſi non eſſet Originale Peccatum, natura hominum non eſſet contraria rationalibus Animabus, & fuiſſet Differentia inter corporalem naturam filiorum Adæ & corporalem naturam ipſius Adæ, quod eſt impoſſibile: igitur Originale Peccatum eſt, & accidentaliter eſt principiatum in Animabus hominum per corporalem malitiam; & quia Anima & corpus conſtituunt hominem, exiſtit Originale Peccatum in totalitate hominis, & ſecundùm partem tantùm exiſtit in corpore: igitur Originale Peccatum eſt in omnibus Animabus filiorum Adæ, qui non credunt in Chriſtum, qui deſtruxit hoc peccatum in illis, qui credunt in ipſum: & ſi peeccatum non poſſet principiare in Anima, non principiaret in totalitate hominis, ex quo ſequeretur, quòd illi, qui ſunt contra Chriſtum, credendo falſitates & errores de ipſo, ſi haberent bonam intentionem, ſalvarentur, & deſtrueretur reſurrectio & perpetuitas humanitatis, & daretur Gloria ſinè ſatisfactione mali in bono; & hoc eſt contra Juſtitiam & Bonitatem DEI: igitur Originale Peccatum eſt, propter quod Originale Peccatum ſtatutum eſt, quòd illi, qui habent bonam intentionem, poſtquam de Chriſto credunt errores, & de illo habent fal-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

falsam opinionem, non habeant salvationem.

9. B. T. B. H. Inter Bonitatem & Majoritatem est Differentia, quia una Bonitas sinè Differentia non esset major, quàm alia; in hac Differentia Bonitatis & Majoritatis existebat humanum Genus in potentia in Adam, & ideo in humana specie est una Bonitas major, quàm alia: sicut Bonitas Animæ, quæ est major, quàm Bonitas corporis: & Bonitas sensitivæ major, quàm Bonitas vegetativæ; & ista Majoritas Bonitatis in sensitiva & vegetativa, quæ est in humano Genere, est filia Majoritatis Bonitatis sensitivæ Adæ, quæ est major, quàm Bonitas vegetativæ illius; & quia Adam peccavit per sensitivam Bonitatem, & non per vegetativam, fuit ejus sensitiva major in malo culpæ, quàm vegetativa; & quia vegetativa & sensitiva sunt potentiæ invicem mixtæ, ut sint corpus, est vegetativa in Originali Peccato, quia de qualibet Anima & de quolibet corpore sequitur homo, in quo homine Anima illius est in Originali Peccato, & non simpliciter per se ipsam, cùm non sit de Anima Adæ.

10. B. T. E. H. Majus corporale bonum fuit principiatum in Adam & de Adam, quia totum humanum Genus fuit in eo principiatum in potentia, & fuit principiatum de ejus essentia; illud Principium igitur, antequam Adam peccaverat, erat in Majoritate corporalis boni, sed postquam peccavit, convénit, quòd esset in Majoritate corporalis mali: quia, si non esset, non posset Majoritas esse subjectum perversionis de bono in malum, cui perversioni esset Minòritas subjectum, in qua esset malum principiatum particulariter per Peccatum; & hoc est impossibile, ut Majoritas boni possit perverti de bono in malum, postquam Adam peccavit, in ejus tota essentia & totalitate: ergo probatum est, quòd sit Originale Peccatum.

11. E. H. T. B. Potestas est in Virtute differens per Differentiam, quia una Potestas est virtuosa activè, & alia est virtuosa passivè; & ideo est Differentia virtuosa potentia, quæ erat in Virtute in Adam, antequam peccaverat, sed, postquam peccavit, fuit in Vitio activè per Adam, & passivè per humanum Genus subjectum passivæ qualitati Differentiæ; igitur fuit conveniens, quòd esset Originale Peccatum, ut passiva qualitas Differentiæ haberet subjectum, in quo posset existere: & etiam, quia, si non haberet subjectum, non posset activa qualitas Adæ esse generalis, postquam non esset generale subjectum, in quo posset produci generale Peccatum: ergo est Originale Peccatum.

12. E. H. T. E. Potestas Adæ fuit principiata in generali Virtute, antequam peccaverat, quia tota Virtus humani Generis fuit principiata in illo in potentia; sed, postquam peccavit, convénit, quòd Peccatum esset principiatum in generali Vitio, pervertens illam generalem Virtutem in generale Vitium, quæ perversio ideo fuit, quia Virtus humani Generis fuit de Virtute Adæ; quia, si perversio non fuisset generalis, generalis Potestas humani Generis non fuisset principiata in generali Potentia; quod est impossibile: per quam impossibilitatem probatum est, quòd sit Originale Peccatum.

13. E. H. T. H. Si generale Peccatum non esset, posset nullus homo peccare, quia non haberet libertatem, per quam posset peccare; nam generalis Virtus haberet Potestatem per suam generalitatem, & specialis Virtus per suam specialitatem contra Potestatem peccandi, & speciale Vitium non esset sub generali Vitio; unde sequeretur, quòd Majoritas esset in Potestate Virtutis, & Minoritas in Potestate Vitii, quæ Majoritas non sineret Minoritatem devenire in actum; sed quia actuale peccatum est, sequitur, quòd sit Generale Peccatum, ut Majoritas sit æquale subjectum libertati Potestatis peccandi & non peccandi.

14. E. T. B. E. Potestas Adæ fuit principiata in Differentia, quæ est inter actualitatem & potentialitatem, quia per Differentiam est una Potestas actualis, & alia potentialis: sicut in Adam, in quo fuit actualis, & in humano Genere fuit potentialis; unde, quando Adam peccavit, fuit ejus Peccatum actuale, de qua actualitate fuit ortum generale Peccatum in tota potentiali Potestate humani Generis: & ideo generale Peccatum fuit principiatum in actuali Potestate & in Differentia amborum; at, si Originale Peccatum non fuisset ortum de actuali, non posset esse Differentia inter actuale & potentiale Peccatum, si Peccatum in Adam esset creatum & principiatum potentialiter, cujus creatio est impossibilis: ergo generale Peccatū est ortum de actuali peccato.

15. E. T. B. H. Inter actualem & potentialem Potestatem sunt Differentia & Majoritas: Differentia est in illis cum Majoritate, quia actualis Potestas est major, quàm potentialis: Majoritas autem est in illis cum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Differentia, quia eſt alia Poteſtas, quæ eſt in potentia, & alia, quæ eſt in actu; & ideo conveniebat, quòd actualis Poteſtas eſſet priùs, quàm potentialis; nam, ſi hoc non eſſet ita, eſſet priùs Minoritas, quàm Majoritas; & hoc eſt impoſſibile ſecundùm naturalem curſum: per quam impoſſibilitatem ſignificatur, quòd actuale Peccatum Adæ priùs fuerit, quàm potentiale Peccatum, & quòd Adam actualiter potuerit peccare ſinè generali potentialitate peccandi, & hoc ideo, quia eſt productus homo de hoc, quod non erat, & per hanc naturam potuit ſe inclinare ad peccandum: unde, ſi Originale Peccatum non eſſet, tamen deſcendentes ab Adam poſſent actualiter peccare ſinè generali potentialitate peccandi, quod eſt impoſſibile, quia ſunt deſcendentes ab Adam, qui erat homo non productus ab homine; igitur eſt Originale Peccatum, quod eſt potentialitas peccandi in deſcendentibus ab Adam; & propter illam potentialitatem peccandi deſcendentes ab Adam habent libertatem, per quam poſſunt peccare, quæ potentialitas eſt ſubjectum libertati peccandi in filiis Adæ.

16. E. T. E. H. DEUS creavit Mundum de nihilo, & creavit Adam de aliquibus partibus Mundi, & creavit filios Adæ de corporalibus partibus ejusdem, in quibus fuit humanum Genus principiatum in potentia, antequam eſſet actu; & ideo Poteſtas Adæ antè fuit in actu, quàm Poteſtas humani Generis, per quam anterioritatem ejus Poteſtas priùs fuit in Majoritate, quàm Poteſtas humani Generis, in qua actuali Poteſtate fuit principiata Poteſtas humani Generis potentialiter; unde, ſi non eſſet Peccatum Originale, potentialis Poteſtas humani Generis non eſſet principiata in ſupradicta actuali Poteſtate; quod eſt impoſſibile: igitur Originale Peccatum fuit principiatum in Poteſtate Adæ, qui fuit habituatus & indutus Peccato tunc, quando ipſe peccavit.

17. H. T. B. E. Virtus eſt Principium per Principium, & eſt de Principiis differentibus per Differentiam & per Principium, quæ ſunt virtuificativum, virtuificabile & virtuificare; in iſta ſubſtantiali Virtute, quæ fuit producta in Adam, fuit principiata & ſuſtentata Virtus humani Generis; unde, ſicut iſta corporalis Virtus, quæ eſt in humano Genere, eſt generalis in ipſo, & eſt de Virtute Adæ, ſic convénit, quòd eſſet generale Vitium in humano Genere de illo Vitio, quod fuit in Adam tunc, quando peccavit; quia, ſi non fuiſſet generale Vitium, non eſſet Differentia inter Virtutem, quæ fuit in Adam, antequam peccaverat, & Vitium, quod fuit in eo tunc, quando peccavit; quod eſt impoſſibile: per quam impoſſibilitatem ſignificatur, quòd generale Vitium fuerit principiatum in humano Genere productum de ſpeciali Vitio Adæ.

18. H. T. B. H. Corpus Adæ fuit qualificatum per caliditatem, frigiditatem, humiditatem & ſiccitatem, & Contrarietas iſtarum qualitatum erat in potentia, antequam Adam peccaverat, & poſtquam peccavit, fuit in actu, & ejus corpus fuit corruptibile; & ab iſta corruptibilitate fuit derivata corruptibilitas & mortalitas humani Generis; ſimili modo à Peccato Adæ derivatum eſt univerſale Peccatum; quia, ſi non eſſet, eſſent filii Adæ corruptibiles & mortales naturaliter ſinè culpa, quod eſt impoſſibile & contra Majoritatem Virtutis & Differentiæ: ergo Originale Peccatum eſt.

19. H. T. E. H. Majus Principium corporalis Virtutis fuit principiatum in Adam, & poſtquam peccavit, fuit principiatum in ipſo majus Principium Peccati; hoc majus Principium Peccati non potuit in illo principiari ſinè Originali Peccato, quia Majoritas non habuiſſet, in quo eſſet principiata, nec Contrarietas eſſet ſuſtentata in Majoritate Virtutis, nec in Majoritate Vitii, quod eſt impoſſibile; ergo Orginale Peccatum eſt.

20. T. B. E. H. Differentia eſt Principium per Principium, & eſt major per Majoritatem, & ideo ſuſtentatur Differentia per ſe ipſam & per Principium & per Majoritatem in differentibus Principiis, quæ ſunt de ejus eſſentia, videlicet in differentiativo, differentiabili & differentiare, & per iſta eſt major, quàm per illa Principia, quæ non ſunt de ejus eſſentia; & iſta natura Differentiæ, Principii & Majoritatis fuit producta in Adam per creationem, & in humano Genere per ſucceſſionem; & ideo ſignificatur, quòd Originale Peccatum ſucceſſivè ſit à Peccato Adæ: quia, ſi Originale Peccatum non fuiſſet, Differentia, Principium & Majoritas non haberent, in quo ſuſtentarentur in humano Genere.

Probavimus, quòd ſit Originale Peccatum, deinceps volumus loqui de actuali Peccato.

SECUN-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

SECUNDA QUÆSTIO. C.

Quid est Peccatum?

SOLUTIO. *Camera.* C.F.G.

1. PEccatum est nihil in se ipso, quia, si per se esset aliquid, esset creatura producta per Magnitudinem, Sapientiam & Voluntatem DEI; quod est impossibile: sed Peccatum est id, quod sustentatur contra Magnitudinem Sapientiæ & Voluntatis; & ideo homines peccatores sunt parvi in intelligere & amare.

2. C.F.T.C. Peccatum est id, quod est contra Magnitudinem intellectivi, intelligibilîs & intelligere; & ideo per illam Contrarietatem diligunt homines peccatores parvitatem intellectivi, intelligibilîs & intelligere; & ideo est Peccatum id, per quod homines contra interiores formas faciunt parvas res in exterioribus formis: sicut avaritia, quæ est contra Magnitudinem intellectivi & intelligibilîs interiùs, & habet Concordantiam cum parvitate intellectivi, intelligibilîs & intelligere: unde avari homines magìs amant exteriores formas, quàm interiores formas.

3. C.F.T.F. Peccatum est id, per quod destruitur Magnitudo influitivi & refluibilîs & Conjunctio amborum in intelligere influxo & refluxo de influitivo & refluibili: sicut luxuria, quæ est Peccatum, in quantum destruit Magnitudinem intellectivi, intelligibilîs & intelligere, quæ Magnitudo sustentatur in castitate, quæ est Virtus, per quam honestas est in intelligere derivato de intellectivo & intelligibili.

4. C.F.T.G. Peccatum est id, quod est contra Finem intellectivi, intelligibilîs & intelligere, & contra Magnitudinem illorum: sicut gula, quæ est Peccatum, quia est contra Finem temperantiæ & contra Magnitudinem illius sustentatam in Magnitudine intellectivitatis, intelligibilitatis & intelligere.

5. C.G.T.C. Peccatum est id, per quod Voluntas est magìs remota à Concordantia amativi, amabilîs & amare: sicut superbia, quæ est Peccatum, quia est contra Magnitudinem amativitatis, amabilitatis & amare, ex qua nascitur humilitas, quæ humiliat magnos & superbos homines ad amandum parva & humilia, ut Magnitudo ipsorum amare extendatur in magnas & in parvas amabilitates.

6. C.G.T.F. Peccatum est id, per quod Magnitudo Voluntatis privatur Conjunctione amativitatis, amabilitatis & amare: sicut acedia, quæ est Peccatum, quia est contra Magnitudinem amativitatis, amabilitatis & amare, nam per acediam odiunt homines Magnitudinem boni, & amant Magnitudinem mali & otiosítates.

7. C.G.T.G. Finis Voluntatis est Magnitudo amativi, amabilîs & amare; unde Peccatum est id, quod est contra Finem Voluntatis: sicut invidia, quæ est Peccatum, quia facit amare parvas amabilitates contra magnas amabilitates; & ideo invidiosi homines magìs amant exteriores res, quæ sunt parvæ, quàm Magnitudinem Voluntatis & Finem amandi.

8. C.T.C.F. Concordantia sustentata in Magnitudine ipsius magnificare conjuncti de magnificativo & magnificabili est Virtus, contra quam est Peccatum id, per quod destruitur illa magna Concordantia in patientia, quæ est Virtus, contra quam est ira, quæ est Peccatum, & ideo homines habituati & vestiti irâ non habent Concordantiam in Magnitudine magnificativi, magnificabilîs & magnificare, à qua Magnitudine oritur patientia influxa de omnibus tribus contra impatientiam.

9. C.T.C.G. Magnitudo & Finis concordant inter se per Concordantiam, ita, quòd Finis sit magnus, & Magnitudo sit completa de magnificativo, magnificabili & magnificare, in quibus sit Concordantia; igitur Peccatum est id, quod est contra Concordantiam Magnitudinis & Finîs, sicut injuria, quæ est Peccatum, quia est contra Finem magnæ Concordantiæ, & ideo injuriosi homines non possunt habere quietem.

10. C.T.F.G. Magnificare est fortificare per Finem magnificativi & magnificabilîs, & magnificativum & magnificabile fortificantur per Finem ipsius magnificare, quod procedit de ambobus, quod fortificare est per fortitudinem, quæ est Virtus, & privatio fortitudinis est Peccatum, quia est contra Finem ipsius magnificare & magnificativi & magnificabilîs.

11. F.G.T.C. Peccatum est id, per quod Intellectus & Voluntas vitiosi hominis sunt contra Sapientiam & Voluntatem DEI: sicut Saracenus, qui non credit, quòd in DEO sit Trinitas, & ideo non credit, quòd Sapientia & Voluntas DEI habeant Concordantiam, quia non possunt habere Concordan-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tiam sinè propriis personalibus Proprietatibus, ita, quòd in Sapientia sit intellectivum, intelligibile & intelligere, quæ sint in Voluntate amativum, amabile & amare, quæ sint in Sapientia intellectivum, intelligibile & intelligere; igitur Peccatum est id, quod est contra Fidem, & est id, per quod homo est magìs remotus ab amore DEI.

12. F. G. T. F. Spes est virtus, per quam Sapientia hominis intelligit in DEO magnum amare conjungens amativum & amabile; & ideo spes est virtus, quia facit homines sperare magnam influentiam divini amoris; igitur Peccatum est contrarium ejus, per quod spes est virtus: sicut homo, qui desperat de amore DEI & de ejus influentia, ideo, quia Sapientia DEI cum magna Justitia intelligit defectus hominum.

13. F. G. T. G. Charitas est virtus, ideo, quia est Finis intelligendi & amandi; igitur Peccatum est id, per quod homo est contra Finem amandi & intelligendi; & ideo homines non habentes charitatem odiunt amare amabiles res, & amant res, quæ non sunt dignæ amari.

14. F. T. C. F. Peccatum est id, quod est contra veritatem in homine, qui intelligit illam veritatem, & dicit contrarium illius; & ideo illa Contrarietas est Peccatum, quia per ipsum non conjungitur verificare nec intelligere influxa per Concordantiam veritatis & Sapientiæ.

15. F. T. C. G. Peccatum est id, per quod homines ponunt Contrarietatem inter primam & secundam intentionem, intelligentes primam intentionem, ut intelligant secundam, & plùs amant secundam intentionem, quàm primam: sicut homo, qui plùs diligit Finem comedendi, quàm Finem intelligendi, & plùs Finem vivendi, quàm Finem amandi; iste homo pervertit intentiones Finium, quia de prima intentione facit secundam, & de secunda primam; & ista perversio est Peccatum, & Peccatum est illa perversio.

16. F. T. F. G. Si in Sapientia non esset Finis intellectivi, intelligibilîs & intelligere, esset vacua, & non haberet, de quo esset plena; & si in Fine non esset finire, quod esset Medium inter finitivum & finibile, Finis non esset subjectum, in quo posset quiescere intelligere intellectivi & intelligibilîs; igitur Peccatum est id, per quod Sapientia est evacuabilis accidentaliter in operibus hominum, qui destruunt complere finitivi & finibilîs.

17. G. T. C. F. In Voluntate est amare, quod est Medium, in quo concordant amativum & amabile; igitur Peccatum est id, quod destruit illud Medium; & ideo Peccatum est, quia amativum & amabile non habent in Voluntate, in quo possint concordare, & quia homines peccatores volunt concordare amativum & odibile, de quibus non potest esse concordare.

18. G. T. C. G. Est Concordantia inter dominum & subditum propter Finem amandi, & ideo subditus obedit suo domino, & dominus amat suum subditum; igitur Peccatum est id, quod destruit Finem domini & subditi & Concordantiam amborum.

19. G. T. F. G. Principium amoris non potest transire sinè Medio ad amatum, quod est Finis amandi; igitur Peccatum est id, quod est contra Finem illius Medii, & Peccatum est ideo, quia facit Voluntatem stare otiosam & sinè amare, per quam otiositatem & privationem amandi est infirma natura Voluntatis.

20. T. C. F. G. DEUS ideo creavit omnia, ut amaretur, cognosceretur, honoraretur & illi serviretur, & ideo fuit in creatione Concordantia cum concordare, quod concordaret Creatorem & creabile in Fine amborum; igitur Peccatum est id, quod est contra creare & contra Finem Creatoris & creabilîs & contra Concordantiam amborum.

Definivimus Peccatum secundùm intrinseca principia, & non potest definiri secundùm extrinseca principia visibilia & communia Virtuti & Peccato, sicut occidere hominem, quod potest esse Virtus & Peccatum.

TERTIA QUÆSTIO. D.

De quo est Peccatum?

SOLUTIO. *Camera.* B. D. E.

1. PEccatum non est de se ipso, quia, si esset de se ipso, esset creatura contra Bonitatem, Durationem & Potestatem DEI, cùm Peccatum sit malum & non dignum, quòd sit durabile, nec quòd habeat aliquam naturalem Potestatem: igitur Peccatum non est de se ipso, ergo est ab alio possessum contra Bonitatem Potestatis & Durationis: igitur est contra illam rationem, per quam Bonitas est ratio bono, quòd agat bonum, & contra Potestatem, per quam illud potest agere,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gere, & contra Durationem, per quam illud bonum potest durare.

2. B. D. T. B. Inter bonum & malum est Differentia, & ideo est alia Durabilitas boni, & est alia Durabilitas mali; tamen intendimus loqui *de Malo Culpæ in toto isto Capite*. Peccatum igitur est de illa Durabilitate mali, & non potest esse de illa Durabilitate boni: quia, si esset, esset bonum; & quia Peccatum est de Durabilitate mali, ideo Peccatum est malum, & non potest esse bonum: nam, si esset, non esset Differentia inter bonum & malum; & ideo homines peccatores, quia Peccatum est malum, sunt cum Peccato contra Durabilitatem boni, & sustentant, quantum possunt, Durabilitatem mali.

3. B. D. T. D. Contrarietas est contra Durationem Bonitatis, & ideo est Peccatum de illa Contrarietate, quæ contradicit Durationi Bonitatis, propter quod non est dignum, quòd sit durabile: quia, si esset, Bonitas non esset digna, quòd esset durabilis.

4. B. D. T. E. Peccatum non fuit principiatum in creatione; quia, si esset, Bonitas & Duratio, quæ fuerunt principiatæ in creatione, fuissent principiatæ in Peccato & cum Peccato, quod est impossibile; igitur est de Principiis, quæ sunt extra creationem, sustentatis in phantastica ratione hominis, & ab ea productis & principiatis contra Durationem Bonitatis.

5. B. E. T. B. In Potestate est Differentia, nam est alia Potestas, per quam homo potest facere bonum, & est alia, per quam homo potest facere malum: de illa Potestate autem, per quam homo potest facere malum, est Peccatum; & ideo non habent homines cum Peccato Potestatem, quòd faciant bonum: quia, si illud possent facere, non esset Differentia inter supradictas Potestates, nec inter bonum & malum.

6. B. E. T. D. In Potestate est Contrarietas, quia alia Potestas est illa, per quam homo facit bonum, & alia est illa, per quam homo facit malum: & ideo sunt ambæ Potestates contrariæ per Contrarietatem; & quia Peccatum est contra illud bonum, est Peccatum de illa Potestate, quæ est contra illam Potestatem, per quam homo facit bonum; propter quod homines peccatores cum Potestate, de qua est Peccatum, resistunt Potestati, per quam possunt facere bonum.

7. B. E. T. E. Bonitas habet tria Principia in Potestate, quæ illi sunt coëssentialia, videlicet bonificativum, bonificabile & bonificare, & possunt per Potestatem esse hoc, quod sunt, & possunt esse Principia per Principium; unde, sicut ista tria Principia Bonitatis sunt de Potestate, in quantum per Potestatem possunt esse hoc, quod sunt, sic Peccatum est de tribus Principiis, videlicet malificativo, malificabili & malificare, & est de mala Potestate, in quantum illa mala Potestas potest esse hoc, quod est.

8. B. T. B. D. Differentia non potest esse in Bonitate cum Contrarietate, quæ sit de bonificativo, bonificabili & bonificare, quæ sunt de essentia Bonitatis; nam, sicut in illis non potest esse Contrarietas, sic nec in illis potest esse Differentia cum Contrarietate, & hoc ideo, quia in illis est Concordantia, & quia sunt eædem per essentiam Bonitatis; igitur per hæc verba est significatum id, de quo sit Peccatum, videlicet, quòd peccatum sit de hoc, quod est contra Differentiam Bonitatis.

9. B. T. B. E. Principiativum, principiabile & principiare sunt de Principio, in quantum est essentia communis omnibus tribus, quæ essentia est de omnibus tribus, in quantum sustentatur per illa: etiam omnia tria sunt de Differentia, in quantum per ipsam differunt, & sunt de Bonitate, in quantum per ipsam sunt bona; igitur est Peccatum de contrario principiativi, principiabilis & principiare per Differentiam Bonitatis, quod contrarium sustentatur in principiativo, principiabili & principiare per Differentiam Malitiæ.

10. B. T. D. E. Principium est in Contrarietate, in quantum contrariativum, contrariabile & contrariari sunt Principia, quæ sunt de Principio contra Bonitatem; & ideo est Peccatum de illo Principio, de quo sunt in Contrarietate contra Bonitatem contrariativum, contrariabile & contrariari sustentata in phantasticis Principiis.

11. D. E. T. B. Duratio est de Potestate, in quantum existit per Potestatem, & Potestas est de Duratione, in quantum durat per Durationem, & ambæ sunt de Differentia, in quantum ambæ differunt per illam, & Differentia est de ambabus, in quantum potest durare: & sic quælibet ipsarum formarum est de alia; simili modo possumus considerare hoc, de quo est Peccatum, videlicet, quòd Peccatum sit de illa Potestate, per quam homo potest peccare, & sit de illa Durationе, per quam Peccatum durat, & sit de illa

(c) 2006 Ministerio de Cultura

illa Differentia, quæ differentiat Poteſtatem & Durationem, de quibus Peccatum eſt.

12. D. E. T. D. Homo eſt compoſitus de Anima & de corpore,& Anima eſt conjuncta de Poteſtate, Duratione & aliis ſpiritualibus formis: hoc idem de corpore, quod eſt conjunctum de Duratione, Poteſtate & aliis corporalibus formis : & de omnibus iſtis formis eſt homo unitus & compoſitus, & iſtæ formæ ſunt intra ſubſtantiam hominis, & ſecundùm naturalem appetitum requirunt ſuas ſimilitudines in operibus ad extrà, quas homo facit videndo, audiendo, odorando, guſtando & palpando, loquendo, memorando, intelligendo & amando, emendo, vendendo & ſic de aliis; ſed Contrarietas contradicit extrinſecis ſimilitudinibus contra intrinſecas formas, unde eſt poſita Contrarietas inter intrinſecas formas & extrinſecas formas, de qua Contrarietate eſt Peccatum; & ideo eſt Peccatum de illa Contrarietate, quia per illam Contrarietatem dicunt homines peccatores contra hoc, quod ſciunt, viderunt & audiverunt, & ſic de aliis, fortificando Poteſtatem & Durationem ejus, quod dicunt.

13. D. E. T. E. Affari poteſt eſſe & durare de affativo & affabili, de quibus affatus eſt, qui eſt *ſextus Senſus, qui noviter eſt inventus & cognitus*, & videre poteſt eſſe & durare de viſivo & viſibili, & intelligere de intellectivo & intelligibili, & amare de amativo & amabili; igitur iſti actus ſunt Principia ſupradictarum formarum, & ſecundùm quòd ſunt Principia ſupradictarum formarum, requirunt habitus exteriorum formarum, quibus potenter & duranter ornentur & induantur; igitur eſt Peccatum de illis Principiis, quæ impediunt illa ornamenta & veſtimenta, ſicut ſub habitu mendacii loqui contra hoc, quod videtur & intelligitur, & ſic de aliis.

14. D. T. B. D. Eſt Differentia inter Durationem, quæ eſt de Concordantia, & Durationem, quæ eſt de Contrarietate; & quia Duratio differens in ſuo durativo, durabili & durare per Concordantiam concordat cum *eſſe*, & Duratio differens in ſuo durativo, durabili & durare per Contrarietatem convenit cum *non eſſe*: & homo eſt creatus de *non eſſe*; inde patet, quòd Peccatum ſit de Duratione differente per Contrarietatem.

15. D. T. B. E. Inter Durationem & Principium eſt Differentia, quia Duratio eſt principiata per Principium, & Principium durat per Durationem; unde, ſi quis ſubtraheret Differentiam inter Durationem & Principium, ita, quòd non eſſet inter illa, ſequeretur unio & identitas Durationis & Principii, quæ eſſent unum & idem numero, & perderentur ſupradictæ rationes in creaturis, de qua perditione eſſet Peccatum; ſimili modo poteſt homo cognoſcere, de quo ſit Peccatum in aliis rebus, videlicet, quòd Peccatum ſit, quando homo ſubtrahit Medium de Differentia & Principio, per quam privationem ſunt Principia inornata & deformia, & deveniunt in corruptionem, quia non habent, de quo durent: ſicut inimicus, qui ſubtrahit amare de amico & amato, per cujus amare privationem amor amborum non poteſt durare; igitur Peccatum eſt de privatione illius amare & amoris.

16. D. T. D. E. Concordare durat in amare tunc, quando amare eſt principiatum in principiare amativi & amabilîs, & contrariari durat in odire tunc, quando principiat odire oditivi & odibilîs; & ideo eſt Peccatum de illis Principiis, quæ pervertunt amare in odire, & concordare in contrariari.

17. E. T. B. D. Peccatum non habet Poteſtatem per eſſentiam, quia per ſe non habet aliquam propriam eſſentiam : & ideo per ſe ipſum non poteſt contrariari; ſed, quia Poteſtas hominum differentiando per Differentiam movetur per Contrarietatem, quæ Contrarietas eſt contra Finem Poteſtatis, eſt Peccatum de illo motu, in quo Contrarietas movetur : ſicut Poteſtas injuſti hominis, qui movetur contra Poteſtatem juſtitiæ per injuriam.

18. E. T. B. E. Nulla Poteſtas poſſet principiare ſinè Differentia; igitur Principium eſt in Poteſtate per Differentiam : ſicut in hominibus Poteſtas peccandi, quam habent, non poſſet aliquid principiare ſinè Differentiare, per quod differentiare eſt alia Poteſtas, per quam poſſunt peccare, & eſt alia Poteſtas, per quam poſſunt agere bonum; igitur Peccatum eſt de Poteſtate, per quam homo poteſt peccare, quæ Poteſtas priùs eſt principiata, quàm Peccatum, ut Peccatum poſſit exiſtere in potentia, & ut homo habeat libertatem, & ut Peccatum, quando eſt in actu, ſit principiatum de illa potentia.

19. E. T. D. E. Contrarietas contradicit bonæ Poteſtati, quando contradicit bono principiare, & Concordantia Poteſtatis & boni contradicit malæ Poteſtati, quando contradicit malo principiare : & ideo exiſtit liber-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

libertas hominis inter talem Concordantiam & talem Contrarietatem; unde, quando homo se inclinat ad Contrarietatem, & dimittit Concordantiam, tunc liberè se inclinat ad malum principiare, quod est privatio boni Principii; & ideo est Peccatum de illa inclinatione & de illa libertate & de omni eo, quod illi inclinationi & illi libertati convenit.

20. T. B. D. E. In naturalibus rebus est Differentia, & in Differentia est Principium, & in Principio est Contrarietas, & per Differentiam sunt naturæ differentes, & per Principium sunt naturæ principiatæ, & per Contrarietatem sunt naturæ contrariæ; igitur Differentia illarum rerum est de universali Differentia, & Principium illarum est de universali Principio, & Contrarietas illarum est de universali Contrarietate; simili modo actuale Peccatum in multis hominibus est differentiatum per Differentiam de illa universali criminali culpa, quam probavimus in *primo Capite de Originali Peccato;* tamen dicimus de hoc Peccato, quòd sit de universali corporali culpa in Christianis, quia per illam deveniunt in corruptionem, & habent in hoc Mundo pœnas, labores & mortem, sed non est de universali spirituali culpa, nam de illa sunt redempti per Passionem JESU Christi & per Baptismum; & ideo Christiani peccatores habebunt majorem pœnam in Inferno, quàm Infideles, quorum actuale Peccatum est de generali corporali culpa & de spirituali accidentali.

Diximus, de quo sit Peccatum, & hoc, quod diximus, est valde utile illis, qui sibi volunt cavere à Peccato, quia magna provisio est, quando homo intelligit, unde proveniat & derivetur aliquid.

QUARTA QUÆSTIO. E.

Quare est Peccatum?

SOLUTIO. *Camera.* B. E. G.

1. PEccatum non habet essentiam, per quam sit, quia, si haberet essentiam, esset creatura creata per Divinam Bonitatem, Potestatem & Voluntatem, & sequeretur, quòd bonum produceret malum, & Potestas non posse, & Voluntas non velle, quod est impossibile, quia Peccatum est contrarium Bonitati; igitur Peccatum non est per se ipsum, quia non habet essentiam: ergo est per aliud, & sic est per aliud, sicut bonificare est per Bonitatem, & possificare per Potestatem, & amare per Voluntatem.

2. B. E. T. B. Inter Bonitatem & Peccatum est Differentia, quæ Differentia est in contraria Potestate amborum, hoc est, quòd Potestas Bonitatis sit ratio bono, quòd possit agere bonum, & Potestas mali sit ratio homini, quòd possit agere malum; per quam Potestatem, quam homo habet in agendo malum, est Peccatum id, quod est.

3. B. E. T. E. Bonificare est ideo, quia est principiatum de bonificativo & bonificabili; & possificare est ideo, quia est principiatum de possificativo & possificabili; simili modo peccare est ideo, quia est principiatum de peccativo & peccabili; non tamen dicimus, quòd peccabile sit creatura nec reale ens, sed est figura producta per rationalem Animam, quæ in sua ratione principiat contra rationem Bonitatis peccabile de peccativitate, quæ est phantastica figura, & non realis, & de ambabus figuris principiat peccare sustentatum in possificare.

4. B. E. T. G. Peccatum est ideo hoc, quod est, quia mutat Finem Bonitatis in malum, & bonam Potestatem in malam Potestatem: sicut bonus homo habet bonam Potestatem in agendo bonum, & pervertit se in malum, in quantum bonam Potestatem pervertit in malam; non tamen dicimus, quòd bona realis naturalis Potestas, quæ est intra substantiam hominis, & quæ est pars illius, pervertatur in malam realem naturalem Potestatem, sed quòd homo se induat phantasticâ figurâ in suis operibus ratione malæ Potestatis sustentatæ in phantastica ratione, quæ non est de essentia substantiæ.

5. B. G. T. B. Secundùm cursum naturæ Voluntas, in quantum est creatura, est bona, sed extra cursum naturæ est mala per Peccatum; & ideo differentiat Differentia realem Voluntatem (quæ naturaliter est bona) à phantastica Voluntate habituata & vestita Peccato per mala opera Voluntatis; & illud Peccatum ideo est hoc, quod est, quia Voluntas induit suum velle malis operibus contra rationem Bonitatis.

6. B. G. T. E. Bonitas est amabilis in Voluntate, ut amare Voluntatis sit bonum, & ut Bonitas ametur, quia est bona, & ut Voluntas sit bona per Bonitatem; sed, quia homo non amat Bonitatem ideo, quia est bona, nec amat Bonitatem ideo, ut habeat bonum amare, nec ut sua Voluntas sit bona, ideo principiat Peccatum per contrarium amare contrarium Bonitati, in quantum

amat

(c) 2006 Ministerio de Cultura

amat Bonitatem propter aliud, & non propter ſe ipſam, nec amat Bonitatem, ut habeat bonum amare, nec ut ſua Voluntas ſit bona; igitur eſt Peccatum ideo, quia eſt principiatum contra Bonitatem & contra Bonitatem amandi & Voluntatis.

7. B. G. T. G. Peccatum eſt ideo, quia Bonitati & Voluntati impedit quietem, quia per Peccatum non habent quietem in Fine, propter quem ſunt: ſicut avarus homo, qui plùs diligit Bonitatem divitiarum, quàm Bonitatem amandi: & ſicut hypocrita, qui plùs diligit vanam gloriam & honorem, quàm Finem Bonitatis amandi & ſanctitatis; & quia hoc fit per Peccatum, ideo Peccatum eſt id, quod eſt, per quod Peccatum divites avari homines non poſſunt ſaturari divitiis, nec hypocritæ vanigloriosi homines honoribus & honorificentiis.

8. B. T. B. E. Principium eſt bonum per Bonitatem, & Bonitas eſt principians per Principium: & ideo eſt Differentia id, quod eſt, quia facit formas differentes unam ab alia; ſimili modo eſt de Peccato, quod ideo eſt id, quod eſt, quia confundit formas & obſcurat illas: ſicut luxorioſus homo, qui non facit Differentiam inter Bonitatem Matrimonii & inter ſenſualem voluptatem.

9. B. T. B. G. Differentia differentiat Finem Bonitatis, in quantum ſe ponit inter bonificativum, bonificabile & bonificare, quia alius eſt Finis bonificativi, & alius bonificabilîs, & alius ipſius bonificare, & omnes tres Fines ſunt unus Finis Bonitatis, & per Differentiam eſt Bonitas per alium modum in Fine bonificativi, & per alium in Fine bonificabilîs, & per alium in Fine ipſius bonificare: & iſta creata Bonitas, ſecundùm quòd diximus, *ſignificat Trinitatem DEI;* & quia hìc inter nos Peccatum impedit hanc ſignificationem, ideo Peccatum eſt hoc, quod eſt.

10. B. T. E. G. Quia Peccatum non principiat per Finem Bonitatis, & deviat Bonitatem à ſuo Fine, ideo eſt principiatum, quia illa deviatio eſt principiata; igitur Peccatum eſt ideo, quia eſt principiatum de privatione Finîs Bonitatis, & quia Bonitatem privat bono, quòd non agat bonum: & ideo homines ſunt acedioſi.

11. E. G. T. B. Differentia differentiat Poteſtatem in Voluntate, quia per alium modum facit illam exiſtere in amativo, & per alium in amabili, & per alium in amare: & ideo differentiat Differentia Voluntatem ſecum ipſa & cum Poteſtate; & ſi quis ſubtraheret Differentiam & Poteſtatem à Voluntate, remaneret Voluntas vacua eſſentialibus concretis, videlicet amativo, amabili & amare, & non haberet, in quo ſuſtentaretur, & ſequeretur, quòd Voluntas non eſſet aliquid; igitur eſt Peccatum ideo, quia impedit lumen humani intellectûs, *per quod homo intelligit Trinitatem DEI, ùt ſuprà diximus.*

12. E. G. T. E. Principium principiat Poteſtatem in Voluntate, in quantum Voluntas habet Poteſtatem amativi, amabilîs & amare; nam omnia tria non poſſent eſſe Principia ſinè Principio Poteſtatis, quia Voluntas non poſſet habere in ſe principiativum, principiabile & principiare; ergo eſt Peccatum ideo, quia impedit Principium Poteſtatis in amativo, amabili & amare.

13. E. G. T. G. Finis Voluntatis eſt, quòd habeat Poteſtatem amandi, quod amare ſit ortum de amativo & amabili & ſuſtentatum in Voluntate; ſed, quia Peccatum impedit iſtum Finem & Voluntatem, ideo eſt hoc, quod eſt, & ſuum eſſe eſt per privationem Finîs in Voluntate.

14. E. T. B. E. Poteſtas non poteſt principiare ſinè eo, quòd differentiet unam rem ab alia, & unam rem per aliam, & unam rem cum alia; &, quia Peccatum impedit Differentiam in Poteſtate & in Principio, & impedit Poteſtatem & Principium in Differentia, ideo eſt id, quod eſt; dicimus tamen, quòd Peccatum non impediat, nec quòd ſit agens nec patiens, ſed quòd homo habituatus de Peccato ratione Peccati impediat Differentiam in Poteſtate & in Principio, & Principium & Poteſtatem in Differentia: ſicut homo, qui ratione Bonitatis non impedit bonum, imò producit illud; quapropter, quando dicimus, *quòd Peccatum impediat, hoc dicimus ſecundùm modum loquendi: ſicut, qui dicit, quòd Peccatum occidat Animam, quam homo occidit cum Peccato.*

15. E. T. B. G. Peccatum eſt ideo, ut cum ſuo phantaſtico intentionali Fine poſſit reſiſtere Differentiæ in ſuo reali Fine: ſicut in homine, in quo eſt Differentia Animæ & corporis, & homo eſt Finis amborum; & ideo efficit Peccatum, quòd homo non utatur naturâ rationalis Animæ nec corporali nec Fine amborum, ſed quòd utatur Fine ipſorum per contrariũ, ut ſit ſicut irrationalia animalia; & ideo peccatores homines ſunt in majori

(c) 2006 Ministerio de Cultura

majori quiete per sensualitatem, quàm per intellectualitatem, sed in justis hominibus est contrarium.

16. E. T. E. G. Finis Potestatis est, quòd possit principiare principiabile de se ipso, & quòd de ambobus possit esse principiatum principiare, & etiam, quòd principiabile remaneat principiatum & principiabile, ut remanere possit principians & principiare; igitur Peccatum est ideo, quia est contra Finem, quem diximus.

17. G. T. B. E. Voluntas sinè Differentia & Principio non potest amare, quia sinè Differentia non possent esse amativum, amabile & amare, & sinè Principio non posset esse amare de amativo & amabili, igitur est Differentia & Principium; sed Peccatum est ideo, ut Voluntas non possit amare amabile, sed odibile.

18. G. T. B. G. Differentia est amabilis in DEO, ut in Deitate Finis deificativi, deificabilîs & deificare sit amabilis, qui Finis non posset esse in DEO amabilis sinè Differentia omnium trium; igitur Peccatum est ideo, quia facit, quòd Voluntas Infidelium in DEO odiat Differentiam amativi, amabilîs & amare, & deificativi, deificabilîs & deificare.

19. G. T. E. G. Voluntas non posset esse in Fine sinè principiare ipsum amare, nec Finis posset esse amabilis sinè principiare ipsum amare; igitur Peccatum est ideo, quia est contra Principium amandi, & contra quietem Voluntatis, & contra amabilem Finem, & etiam, quia amare pervertit in odire.

20. T. B. E. G. Differentia est de Principio & de Fine: est de Principio, ut in Principio sustentetur in principiativo, principiabili & principiare: est de Fine, ut sustentetur in finitivo, finibili & finire, non tamen intendimus dicere de privativo Fine, sed de perfectivo Fine; etiam Principium est de Differentia & de Fine: est de Differentia, ut in ipsa sint Principia differentiativum, differentiabile & differentiare: est de Fine, ut in illo Fine sit principiatum de finitivo, finibili & finire: idem sequitur de Fine, qui est de Differentia & de Principio, ut in illo possint quiescere; igitur Peccatum est ideo, quia est contra Differentiam, ut non sit de Principio nec de Fine: & est ideo, quia contrariatur, ut Principium non sit de Differentia & Fine, & ut Finis non sit de Differentia nec de Principio.

Diximus, quare Peccatum sit, & per hoc, quod diximus, potest homo sibi cavere à Peccato, & habere cognitionem illius, per quod potest habere Virtutem; & hoc, quod diximus de Peccato, esset bonum ad prædicandum.

QUINTA QUÆSTIO. F.

De Quantitate Peccati.

SOLUTIO. *Camera.* C. F. G.

1. PEccatum non habet per se simplicem Quantitatem, quia, si illam haberet, haberet per se simplicem essentiam, in qua illa Quantitas sustentaretur; sed, quia Peccatum nihil est per se ipsum, non potest per se habere Quantitatem, sed, quia est sustentatum in alio, & in illo non posset sustentari sinè Quantitate, habet in alio compositam Quantitatem: sicut Quantitas composita de Magnitudine, Sapientia & Voluntate, quæ in acquisita Virtute habent compositam Quantitatem, videlicet in amando magnam intelligibilitatem, & in intelligendo magnam amabilitatem, unde sequitur magna Virtus amandi & intelligendi cum Quantitate magnæ amativitatis & intellectivitatis, & magni amare & intelligere.

2. C. F. T. C. Magnitudo Sapientiæ est, ut sit intelligibilis, & ut in se ipsa habeat Concordantiam essentialîs intellectivi, intelligibilîs & intelligere; hanc magnam Magnitudinem non posset habere creata Sapientia sinè Quantitate intelligibilitatis & Concordantiæ: nam, si ipsam haberet, non esset creatura, & esset infinita. Simili modo potest homo considerare Quantitatem Peccati, per quod Quantitas sustentatur in Contrarietate contra Magnitudinem intelligibilitatis & Concordantiæ.

3. C. F. T. F. Peccatum per se non habet Quantitatem in peccare, sed in quantum peccare est in Medio peccativi & peccabilîs contra Magnitudinem intelligendi, habet Quantitatem, in quantum est privatio magni intelligere.

4. C. F. T. G. Per Peccatum privatur Finis magni intelligere in hominibus peccatoribus, qui plùs amant intelligere parvas intelligibilitates, quàm magnas, in qua privatione magni intelligere est per Peccatum privatio Finîs magnæ intelligibilitatis & intellectivitatis in phantastica ratione hominis: & secundùm quòd illa privatio est magna, est magna Quantitas magni Peccati; & secundùm illam Quantitatem Peccati Ju-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſtitia DEI menſurat pœnam hominis peccatoris, & Miſericordia veniam eorum, qui pœnitent.

5. C. G. T. C. In Peccato habent Concordantiam peccativum, peccabile & peccare, ſed peccabile vocamus phantaſticam ſpeciem, & non reale ens, & ſimiliter peccare; unde, ſecundùm quòd illa ſpecies eſt magna in Voluntate, quæ amat Peccatum, eſt magna Quantitas Peccati, & menſurat amabilitatem & amativitatem & amare induta Peccato & circumſtantiis eorum, quæ pertinent ad Peccatum.

6. C. G. T. F. Peccatum eſt Medium, quod eſt inter DEUM & creaturam, quia non eſt DEUS, nec eſt creatura, & non participat cum DEO: nam, ſi cum illo participaret, non eſſet in DEO magna Voluntas: & participat cum homine, in quantum homo non habet magnum amorem erga DEUM: nam, ſi haberet magnum amorem erga DEUM, non participaret cum Peccato; igitur habet Peccatum ita magnam Quantitatem, ſicut eſt participatio, quam habet cum homine in amare.

7. C. G. T. G. Peccatum deviat à Fine, quem Magnitudo habet in amare & in amativo & in amabili; & ideo eſt ejus Quantitas de multis compoſitis Quantitatibus, ſcilicet de multis privationibus Magnitudinis, & ſecundùm quòd illæ privationes ſunt magnæ, eſt Quantitas Peccati magna vel parva.

8. C. T. C. F. In Magnitudine concordant concordativum & concordabile per concordare, & in Parvitate ſimiliter; ſed in Parvitate non poſſunt concordare magnificativum & magnificabile per magnificare; igitur eſt alia Quantitas ipſius magnificare, & alia ipſius concordare; poſtquam magnificare & concordare non poſſunt converti. Simili modo eſt de Quantitate Peccati & de Quantitate Virtutis, quæ non poſſunt converti; & poſſent converti, ſi Peccatum non haberet Quantitatem, nec ſimiliter Virtus: ſicut Magnitudo & Concordantia, quæ in DEO convertuntur ſinè Quantitate in unitate numeri.

9. C. T. C. G. In videre eſt Quantitas viſivi & viſibilîs, quia ſinè Quantitate unum videre non poſſet eſſe majus, quàm aliud, & omnia animalia æqualiter viderent, & hoc eſt impoſſibile ſecundùm naturalem curſum: igitur in videre eſt Quantitas, & ſimiliter de aliis ſenſibus. Simili modo eſt Quantitas in Peccato, quia, ſi non eſſet, omnia Peccata hominum eſſent æqualia, tam venialia, quàm mortalia, quod eſt impoſſibile & contra Finem magnæ Concordantiæ, cui unum Peccatum eſt magìs contrarium, quàm aliud; ſed, quia Peccatum eſt inſenſibile, quia non poteſt videri nec tangi, ideo apparet ſecundùm corporales ſenſus, quòd Peccatum non habeat Quantitatem, quam humanus Intellectus attingit in ſenſualibus imaginabilibus rebus, & in ſpiritualibus intelligibilibus rebus, ſecundùm quòd jam ſignificavimus in hoc, quod diximus de Peccato.

10. C. T. F. G. Illud Peccatum eſt majus, quod reſiſtit majori Fini intelligendi, & illud Peccatum eſt majus, quàm aliud, quod magìs reſiſtit, quòd DEUS non intelligatur: ſed non poſſet eſſe unum Peccatum majus, quàm aliud Peccatum, ſi Peccatum eſſet ſinè Quantitate, & Peccata eſſent æqualiter menſurata cum Quantitate & ſinè Quantitate: & hoc eſt contradictio & contra menſurationes, quæ ſunt in creaturis, quæ non poſſent eſſe ſinè Quantitate.

11. F. G. T. C. Sapientia intelligit Concordantiam inter amativum, amabile & amare cum Quantitate ſui intelligere, & cum Quantitate Concordantiæ, & cum Quantitate amativi, amabilîs & amare; &, quando in omnibus tribus intelligit magnam Concordantiam, tunc intelligit cum magna Quantitate intelligendi. Simili modo eſt de Quantitate Peccati, quæ eſt magna vel parva ſecundùm privationem magni intelligere vel parvi contra Concordantiam amativi, amabilîs & amare.

12. F. G. T. F. Sapientia intelligit Quantitatem numeri in Voluntate, videlicet ternarium numerum ſuſtentatum in amativo, amabili & amare, quod amare conjungit amativum & amabile cum Quantitate compoſita de omnibus tribus; & in hoc ternario numero eſt Quantitas Peccati, quando Intellectus intelligit & Voluntas diligit odibile, & odit amabile, quia Peccatum ſe extendit habitualiter per totum amare & odire, & multiplicatur Quantitas compoſita de peccato per totum ternarium numerum, quæ Quantitas phantaſticè objectatur in ſpecie Peccati producta per Intellectum & Voluntatem.

13. F. G. T. G. Sunt duæ Quantitates, una eſt realis, & altera eſt phantaſtica: realis eſt naturalis & eſſentialis: phantaſtica verò producitur in humana ratione, & poteſt ſuſtentari

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſtentari in Virtute vel in Peccato : in Virtute tunc, quando Voluntas amat Finem intellectivi, intelligibilîs & intelligere : in Peccato ſuſtentatur, quando odit, quòd realis intelligibilitas ſignificetur per phantaſticam Quantitatem ſuſtentatam in humana ratione.

14. F. T. C. F. In avaritia, quæ eſt Peccatum, eſt Quantitas, quia cum Quantitate illam multiplicat humanum intelligere in Concordantia Conjunctionis, quæ fit in intelligere producto per avarum hominem de exterioribus intelligibilitatibus; iſta Quantitas avaritiæ mortificatur cum Quantitate liberalitatis producta in Conjunctione ipſius intelligere cum Concordantia intelligibilitatis & intellectivitatis.

15. F. T. C. G. Intellectus intelligit Finem cum Quantitate in Concordantia, illo Fine ſuſtentato cum Quantitate in concordativo, concordabili & concordare ; & ideo, quando intelligit contrarium Finîs in Concordantia, tunc intelligit illam Contrarietatem cum Quantitate Peccati.

16. F. T. F. G. Intelligere eſt Medium intellectivi & intelligibilîs, & eſt Medium cum Fine ſuî ipſius & intellectivi & intelligibilîs: & ideo eſt intelligere habituatum virtuosâ & completâ Quantitate; ſed, quando accidit contrarium per Peccatum, tunc habituatur & veſtitur Quantitate Peccati.

17. G. T. C. F. Voluntas eſt major in concordare, quàm in contrariari; & hoc eſt ideo, quia ſuum amare eſt in Medio ſui amativi & ſui amabilîs; ſed, quando eſt in Contrarietate, ſuum odire disjungit & dividit Concordantiam amici & amati; & hoc totum fit cum Quantitate ſuſtentata in Virtute vel in Vitio.

18. G. T. C. G. Finis Voluntatis eſt in Concordantia amativi, amabilîs & amare, & exiſtit in illa cum Quantitate omnium trium compoſita cum Quantitate Finîs & Concordantiæ; ſed, quando eſt in Contrarietate amativi, amabilîs & amare, tunc illa Contrarietas exiſtit cum Quantitate Peccati compoſita de privatione Finîs & Concordantiæ privatæ amativo, amabili & amare.

19. G. T. F. G. In Medio Finîs Voluntatis eſt amare cum Fine amativi & amabilis, & illud Medium eſt ita propinquum amativo, ſicut amabili cum Quantitate tunc, quando amabile eſt de eſſentia Voluntatis; ſed, ſi non eſt de eſſentia Voluntatis, ſicut amabilitas denariorum, tunc eſt propinquius exteriori amabilitati, quàm naturali interiori amativo: & naturali creato amativo, quàm increatæ amabilitati, quod non poſſet eſſe ſinè Quantitate amabilitatis & amativitatis; ſimili modo poteſt homo conſiderare Quantitatem Peccati, per quod Peccatum amare removetur à naturali amabilitate, & appropinquatur innaturali amabilitati, & eſt propinquius naturali amativitati, quàm increatæ amabilitati.

20. T. C. F. G. Concordare, mediare & finire ſunt cum Quantitate ſub una Quantitate compoſita de Quantitate cujuslibet, & hoc in Virtute contra Peccatum; ſed, quando Quantitas pervertitur in Vitium, tunc Quantitas Peccati pervertitur de virtuoſa Quantitate in vitioſam.

Diximus de Quantitate Peccati, & per hoc, quod diximus, poteſt homo habere cognitionem modi, ſecundùm quem poſſumus diminuere Quantitatem Peccati, & multiplicare Quantitatem Virtutis.

SEXTA QUÆSTIO. G.

Quale eſt Peccatum?

SOLUTIO. *Camera.* C. E. G.

1. PEccatum non habet propriam Qualitatem, ſed appropriatam; nam, ſicut Voluntas eſt magna & potens per Magnitudinem & Poteſtatem, ſic Peccatum eſt magnum & potens per privatam magnam & potentem virtutem.

2. C. E. T. C. Avaritia eſt magnum & potens Peccatum, quia privat magnam Concordantiam DEI & hominis; & iſta Magnitudo & Poteſtas avaritiæ ſunt appropriatæ Qualitates contra Magnitudinem & Poteſtatem largitatis, cum qua homo concordat cum DEO, quam Concordantiam appropriat DEUS homini, ut habeat Charitatem & Spem in illo; ſed ille, qui ſibi appropriat avaritiam, eſt avarus homo, qui ſibi appropriat Poteſtatem Peccati; & habet magnam Poteſtatem peccandi tunc, quando non recipit à DEO Spem & Charitatem.

3. C. E. T. E. Magnitudo & Poteſtas Peccati ſunt Qualitates principiatæ in privata Magnitudine & Poteſtate virtutis; & quia virtus eſt multiplex, ejus privatio principiatur diverſis modis; & ideo eſt alia Magnitudo peccandi in avaritia, alia in luxuria, alia in ſuperbia, & ſic de aliis; & ſecundùm quòd privatio virtutis eſt magna,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſecundùm illam Magnitudinem Peccatum eſt magnum.

4. C. E. T. G. Finis Poteſtatis eſt, quòd ſit magnus, & ejus Magnitudo eſt, quòd in ſe habeat eſſentiale poſſificativum, poſſificabile & poſſificare; & iſte Finis naturaliter eſt intra ſubſtantiam hominis; ſed extra naturalem Finem ſubſtantiæ eſt alius Finis Poteſtatis, qui non eſt naturalis, qui eſt Magnitudo Poteſtatis, quando Poteſtas ipſam acquiſivit, per quem Finem eſt Poteſtas magna in virtute, poſſificando virtutem per Magnitudinem juſtitiæ, fortitudinis, prudentiæ & temperantiæ.

5. C. G. T. C. Magnitudo Voluntatis eſt, quòd habeat in ſe Concordantiam eſſentialium amativi, amabilîs & amare; iſta Concordantia eſt Qualitas appropriata Voluntati, quæ eſt intra ſubſtantiam, & de hac appropriata Qualitate oritur alia Qualitas extra Voluntatem, quam ipſa ſibi appropriat, ut ſit magna per virtutem juſtitiæ, fortitudinis, prudentiæ & temperantiæ; iſta virtus non eſt amoroſa nec magna, niſi informetur aliâ Qualitate appropriata per ſupremam Cauſam, quæ eſt ſuprema Virtus: & de his ambabus appropriatis Qualitatibus oritur Concordantia, quæ eſt inter Cauſam & effectum. Unde, quando contingit, quòd illa Concordantia deveniat in privationem, virtutes, quas homo ſibi appropriat, non ſunt meritoriæ, nec habent formam: ſed oritur Qualitas Peccati de illa privatione, & ſuſtentatur in Contrarietate, quæ eſt inter DEUM & effectum.

6. C. G. T. E. Magnitudo Voluntatis eſt, quòd habeat in ſe eſſentialia Principia, videlicet amativum, amabile & amare; & quia per talia Principia Voluntas eſt potens, magna & principiatrix, principiat homo in humana ſpecie per talem Voluntatem Magnitudines virtutum; ſed, quando contingit, quòd homo principiet contrarium velle per aliquod vitium vel vitia, tunc principiat homo vitioſè magnas & amabiles Qualitates Peccatorũ contra virtuoſas amabilitates.

7. C. G. T. G. Magnitudo Voluntatis eſt ſecundùm Finem ſui velle; nam, ſi velle habet magnum Finem, eſt Voluntas magna in illo Fine: ſicut Voluntas, quæ amat virtutem, ut cum illa poſſit amare DEUM; ſed, ſi Finis ipſius velle non eſt magnus, non eſt magna Voluntas in amando: ſicut homo, qui amat virtutes propter felicitatem hujus Mundi, & ut inde laudetur & honoretur ab hominibus. De iſto minori Fine oritur Qualitas Peccati, quæ deformat & deſtruit illum Finem, quem Voluntas habet in amare, quod amare fuit in Philoſophis, qui dilexerunt virtutes ſecundùm Finem hujus Mundi.

8. C. T. C. E. Concordantia non eſt magna ſinè magnis Principiis; vocamus autem magna Principia illa, quæ ſunt de eſſentialibus concretis Principii ſuſtentati in illis, quæ ſunt eſſentiale principiativum, eſſentiale principiabile & eſſentiale principiare, & Magnitudo & Concordantia iſtorum ſunt Qualitates illis appropriatæ, ut ſint magna & concordantia, & ut ſub eorum rationibus homo principiet magnas virtutes in magna Concordantia omnium trium; ſed, quando homo principiat contrarium illarum rationum, principiat magnas contrariabiles Qualitates peccatorum.

9. C. T. C. G. Magnitudo & Concordantia ideo intrant in Finem, ut in illo magnificativum, magnificabile & magnificare habeant quietem; ſed Concordantiam ipſorum trium devincit homo cum Peccato & cum magna Contrarietate, & ejicit Magnitudinem & Concordantiam, ut non habeant quietem in Fine; iſta magna Contrarietas eſt de magnificativo, & de non magnificabili ſecundùm Finem Concordantiæ.

10. C. T. E. G. DEUS principiavit hominem cum Magnitudine Finîs, & ideo ordinavit, quòd homo cum Magnitudine Finîs principiet hoc, quod principiat: & has Qualitates appropriavit DEUS homini, ut in ipſis revelentur & cognoſcantur eſſentiales Qualitates, quas DEUS habet in ſe ipſo. Unde, quando contingit, quòd homo contra Magnitudinem Finîs principiet hoc, quod principiat, tunc principiat cum Qualitatibus Peccati, per quas „occultantur & „non cognoſcuntur ab hominibus peccato„ribus propriæ eſſentiales Qualitates DEI; „& propter hoc ſunt homines peccatores in „tenebris in hoc Mundo & in alio„.

11. E. G. T. C. Ut Voluntas poſſit habere Concordantiam in ſe ipſa, amat habere in ſe ipſa unum quale amans concordans, & aliud quale amabile concordabile, & aliud quale amare concordare: & per iſtum modum eſt Qualitas induta Qualitate omnium trium, & Qualitate Poteſtatis in Concordantia; ſed de corruptione illorum indumentorum ſeu habituum ſunt poſſitæ Qualitates Peccatorũ ſuſtentatæ in illa privatione.

E. G. T. E.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

12. E. G. T. E. Qualitas Peccati est phantastica, principiata & sustentata in humana ratione contra phantasticam Potestatem Voluntatis sustentatam in humana ratione, ut sit induta & habituata virtute; & has duas Qualitates, alteram Virtutis & alteram Peccati potest Voluntas accipere, quia habet libertatem in habituando suum velle unâ istarum: & si ipsum induit unâ Qualitate, potest illud spoliare aliâ, & induere aliâ; & de ista libera Potestate est principiata libertas, sed ex uno termino est principiata per Virtutem, & ex alio per Peccatum.

13. E. G. T. G. Finis Voluntatis non existit in Potestate peccandi, sed existit in Potestate agendi bonum, & Potestas, quam habet in peccando, est contra Finem illius Potestatis, quam habet in agendo bonum; & ideo convenit, quòd dentur differentes Potestates una ab alia per differentes Qualitates, in quarum una sit sustentata Qualitas agendi bonum, & in alia sit sustentata Qualitas agendi malum.

14. E. T. C. E. Caliditas & frigiditas sunt contrariæ Qualitates, & ideo sunt Potestates ambarum contraria Principia: unde, quando ignis principiat calefacere aquam, principiat contra aquam, & quando aqua principiat infrigidare ignem, principiat contra ignem, & ideo est aliud Principium contra aliud; simili modo est de virtuosis & vitiosis Qualitatibus, quia una principiat contra aliam; & ideo Potestas Peccati, quam homo habet, non potest principiare in creare, quod habet Concordantiam cum Potestate agendi bonum.

15. E. T. C. G. Ignis & aër habent Concordantiam in Fine calefaciendi, quia ignis calefacit aërem, ut in eo multiplicet suam propriam Qualitatem, & aër habet appetitum ad recipiendum illum calorem, ut multiplicet se in Potestate calefaciendi; contra istam similitudinem est Potestas Qualitatum, quæ invicem sunt contrariæ, quibusdam sustentatis in virtutibus, & quibusdam in vitiis, quia illæ, quæ sunt de vitiis, sunt contra Finem Potestatis & Concordantiæ, & illæ, quæ sunt de virtutibus, habent Concordantiam Finîs & Potestatis.

16. E. T. E. G. Si in Potestate possificativum non esset unum quale, & possificabile aliud quale, & possificare aliud quale, non posset esse in Potestate Finis nec Principium: & ideo, ut in illa sint Principium & Finis, est Potestas qualificata & induta Qualitatibus, quæ sunt de Principio & de Fine & de suis propriis Qualitatibus; contrario modo est de Peccato, quod in humana ratione phantasticè qualificatum est contra dictas Qualitates, ita, quòd sit quale, in quantum possificativum principiat contra Finem possificabilîs & possificare, quod Principium est unum quale possificabile qualificatum de peccabili, & aliud quale qualificatum de peccare.

17. G. T. C. E. In volitiva potentia amativum, amabile & amare sunt Principia, & amativum est indutum concordativâ Qualitate, & amabile concordabili Qualitate, & amare Qualitate ipsius concordare; secundùm hanc considerationem potest homo considerare Qualitates Peccati, quæ sustentantur in Voluntate, cùm Concordantia est subtracta à prædictis Principiis, & Contrarietas est posita in ipsis.

18. G. T. C. G. Si Qualitates non essent, non possent esse in Voluntate qualia, scilicet amativum, amabile & amare: &, si non esset Concordantia, non possent esse illa qualia concordantia in Voluntate: &, si non esset Finis, Qualitates Voluntatis non haberent, in quo possent quiescere; igitur Qualitates Peccati sunt quales contra Finem illorum qualium, quæ diximus.

19. G. T. E. G. Qualitas ipsius amabilis est principiabilis propter Finem, & Qualitas ipsius odibilîs non habet Finem, propter quem sit principiabilis, & ideo principiat ejus principiabilitas contra Finem amabilitatis, quæ principiabilitas est Qualitas peccati; & ideo, quando homines peccatores principiant Peccatum, principiant illud sub forma alicujus amabilitatis, quæ est deformis Qualitas, per quam illorum opera sequuntur figuras contra formas, & non faciunt hoc, ad quod sunt, & faciunt contra hoc, ad quod sunt.

20. T. C. E. G. Albedo est Qualitas contra nigredinem, & hoc ideo, quia albedo habet inclinationem ad album, & nigredo ad nigrum: igitur sunt albedo & nigredo contrariæ Qualitates & contraria Principia, & habent contrarios Fines; & sub hac consideratione potest homo considerare Qualitates Virtutum & Peccatorum, quia Virtus habet inclinationem ad virtuosum, & Peccatum ad vitiosum: & secundùm quòd sunt plures Virtutes & plura Peccata, sunt etiam multæ Qualitates, & habent diversos modos & diversa subjecta; & ideo sunt virtuosi homines

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mines diversis modis boni, & homines peccatores diversis modis mali.

SEPTIMA QUÆSTIO. H.

De Tempore Peccati.

SOLUTIO. *Camera.* F. G. H.

1. PEccatum non est de essentia Temporis, quia, si esset, esset creatura; tamen accidentaliter sustentatur in Tempore & per medium: sicut in Sapientia, in qua intellectivum intelligit amabile & virtuosam amabilitatem, & Voluntas amat vitiosam amabilitatem, & in isto intelligere & amare sustentatur Peccatum, & per consequens in Temporalitate, cùm intelligere & amare non possint esse sinè Tempore.

2. F. G. T. F. Peccatum est in illo Tempore, quando Sapientia intelligit amabile, & intelligit odibile, & per tale intelligere præcipit Voluntati, quòd amet amabile objectum & odiat odibile, sed Voluntas præcipit Intellectui, quòd non intelligat amabile objectum, & quòd intelligat odibile objectum sub forma amabilitatis; de his duobus præceptis oritur Conjunctio intelligendi & amandi induta de Peccato, quod sustentatur in Tempore cum intelligere & amare.

3. F. G. T. G. Sunt duæ figuræ Temporis, videlicet præteritum & futurum, & forma temporis est una, videlicet præsens Tempus, & hæ duæ figuræ sunt phantasticæ sustentatæ in humano Intellectu: in præterito Tempore est Peccatum habituatum, quando Voluntas odivit Finem amabilitatis, amativitatis & amare: in futuro Tempore existit Peccatum in potentia: unde devenit in præsenti Tempore in actum.

4. F. G. T. H. In illo Tempore, quo Voluntas amat Peccatum cum Majoritate, & Intellectus intelligit Virtutem cum Minoritate, oritur conscientia intelligendi & amandi, quæ sustentatur in Peccato, & Peccatum in illa, quia Intellectus non intelligit Virtutem cum Majoritate, & Voluntas amat Peccatum cum Majoritate.

5. F. H. T. F. Virtus & Peccatum sunt contraria in intelligere, quod est Medium intellectivi & intelligibilîs; & illa Contrarietas est in illo Tempore, quo Intellectus intelligit Peccatum contra Virtutem: sicut homo peccator, qui intelligit, quòd sit in Peccato, & non facit, per quod intelligat, quòd sit in Virtute.

6. F. H. T. G. Nullus Intellectus habet Finem, in quo possit quiescere sinè Virtute, & ideo in illo Tempore, in quo Intellectus se inclinat ad quietem sinè Virtute, sustentatur Peccatum, quia Intellectus peccat, in quantum sinè Virtute habet appetitum ad quietem contra Finem sui intelligere.

7. F. H. T. H. Major Virtus non est contra majus intelligere, nec majus intelligere contra majorem Virtutem: & hoc est ideo, quia Majoritas Intellectûs & Virtutis non potest esse contra se ipsam; igitur Peccatum sustentatur in Intellectu illo Tempore, quo potest intelligere cum Majoritate Virtutis, & vult intelligere cum Minoritate Virtutis contra majus intelligere: sicut homines peccatores, qui, ut non habeant conscientiam, nolunt intelligere Peccatum, in quo sunt.

8. F. T. F. G. Intelligere est Medium intellectivi & intelligibilîs, & Finis intellectivi & intelligibilîs est intelligere; unde, quando intellectivum ponit Finem in extrinseca intelligibilitate contra intrinsecum intelligere, tunc perduntur æquales Mensuræ, & perditur Medium, & intellectivum peccat in illo Tempore, in quo sustentatur Peccatum.

9. F. T. F. H. Majus Medium, quod sit in Intellectu, est essentiale intelligere, quod est de essentia intellectivi & intelligibilîs; & istud majus Medium conservatur cum Majoritate intellectivitatis & intelligibilitatis; sed in illo Tempore, quo consummatum est accidentale intelligere, quod existit extrà, per majorem intelligibilitatem & per minorem intellectivitatem, perditur Majoritas minoris extrinseci intelligere: & ideo peccat intrinsecum intelligere, quia suam similitudinem non transmittit extrà cum Majoritate.

10. F. T. G. H. Major Finis est in majori intelligere, & majus intelligere est in majori Fine; & ideo peccat Intellectus illo Tempore, quo amovet majorem Finem à suo intelligere, & induit suum intelligere minori Fine contra Finem majoris intelligere; in isto Peccato sunt illi homines, qui habent pœnam in intelligendo majores Fines, & sunt contenti minoribus.

11. G. H. T. F. In illo Tempore, quo amare virtuosè existit inter amativum & amabile, non est Peccatum, quia amare in uno eodem Tempore non potest esse indutum Virtute & Peccato; sed, quando amare vitiosè existit inter amativum & amabile, tunc Peccatum est in illo Tempore, quo amabilitas pervertitur in odibilitatem per culpam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

culpam amativitatis, & amare pervertitur in odire per culpam amborum.

12. G. H. T. G. Quando Voluntas amat aliquod objectum sinè intentione Finîs, tunc suum amare est vitiosum, & in illo Tempore est veniale Peccatum: sicut in homine, qui movet suam manum & sua verba & suum memorare ad aliquid, ex quo non sequitur Finis; sed, quando homo confirmat illum motum contra Finem Virtutis & amandi intentionaliter, tunc est in illo Tempore mortale Peccatum sustentatum in illo motu.

13. G. H. T. H. Major Virtus est magìs amabilis, quàm minor, & ideo est minor Virtus amabilis, ut ametur major Virtus; unde, quando Voluntas facit contrarium hujus, tunc in illo Tempore est Peccatum in suo amare, per quod Peccatum ipsum amare est ligatum & captum, quousque major Virtus ipsum extrahat ex illo carcere.

14. G. T. F. G. Omnes creatæ amabilitates existunt ratione increatæ Amabilitatis; & ideo debent omnes homines amare hoc, quod amant, eâ intentione, ut possint amare DEUM; at, si Finis amandi removetur à Medio, quod est inter amativum & amabile, in illo Tempore, quando removetur Finis, sustentatur Peccatum, per quod homines peccatores diligunt creatas amabilitates propter se ipsas sinè respectu ad increatam Amabilitatem.

15. G. T. F. H. In quantum amare est majus in Medio amativi & amabilîs, in tantum amativum & amabile sunt in Majoritate amandi; unde, in quantum amativum amovet Majoritatem ab amare, & ponit in amare Minoritatem amandi, in tantum sustentat & producit in illo Tempore Peccatum in suo amare: & ideo per Peccatum est amare minus amare contra majorem amabilitatem & amativitatem.

16. G. T. G. H. Major Finis est magìs amabilis, quàm minor, & ideo extendit se amativum plùs per majorem Finem in amare, quàm per minorem; unde, quando restringit se in amare contra majorem Finem amandi, tunc peccat in amare.

17. H. T. F. G. Nulla Virtus potest quiescere in Fine sinè Medio, quod sit de virtuificativo & virtuificabili: nec Finis potest esse quies Virtutis sinè Medio perfectivi & perfectibilîs; & ideo in illo Tempore, quo homines peccatores destruunt ista Media, producunt Peccatum sustentatum in illo Tempore.

18. H. T. F. H. Majus Medium Virtutis est virtuificare; igitur convenit, quòd majus Medium Peccati sit peccare: & quia Peccatum & Virtus sunt contraria, convenit, quòd majus Peccatum sit magìs contrarium & remotum à Virtute, quàm minus; & ideo mortalia Peccata sunt in Tempore ita, quòd non habeant entitatem, & sunt magìs remota à Virtute, quàm venialia.

19. H. T. G. H. Peccatum est tantum in Minoritate, quòd non habeat Finem Virtutis; & ideo est Virtus in Majoritate, quia habet Finem, in quo potest quiescere; & propter hoc in illo Tempore, quo peccatores non possunt quiescere, est Peccatum, quod inquietat illorum conscientiam, quæ conscientia non habet, in quo possit quiescere; & ideo homines peccatores sunt in tristitia & tormentis.

20. T. F. G. H. Finis est tantus in Majoritate, quòd non patiatur, quòd Peccatum habeat aliquam essentialem entitatem: & ideo non est in Peccato naturale Medium, cum quo Tempus participet cum accidentali Medio tunc, quando homo privat Majoritatem Finîs: nam, si Peccatum haberet aliquem Finem, haberet aliquam entitatem contra Majoritatem Finîs; quod est impossibile.

Diximus de Tempore quoad Peccatum, & per hoc, quod diximus, potest haberi cognitio, in quo Tempore homo sit in Peccato.

OCTAVA QUÆSTIO. I.

Ubi est Peccatum?

SOLUTIO. *Camera.* F. G. I.

1. PEccatum est in Falsitate Intellectûs & Voluntatis, in quibus est Falsitas, quando Voluntas odit Veritatem, & amat Falsitatem, quam Falsitatem Intellectus intelligit, & similiter Veritatem.

2. F. G. T. F. Peccatum est in corporalibus sensibus per Medium: sicut in affatu, visu, auditu & aliis, quæ sunt potentiæ inordinatè motæ per spirituales potentias: sicut per Intellectum, qui intelligit, & per Voluntatem, quæ amat vana verba & vana ornamenta & delicata cibaria & sic de aliis; & per istud Medium peccat corpus passivè sub actione Animæ, cum qua est conjunctum.

3. F. G. T. G. Intellectus est ideo, ut intelligat DEUM, & Voluntas est ideo, ut amet DEUM, & quælibet istarum potentiarum obligatur secundùm Finem, propter quem sunt, ut, quidquid attingunt, debeant attin-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

attingere, ut ament & cognoſcant DEUM, poſtquam DEUS eſt Finis, propter quem ſunt; ſed Peccatum eſt in contrario hujus Finîs.

4. F. G. T. I. Peccatum eſt in Inæqualitate intelligendi & amandi, quando Voluntas tantum amat aliquod objectum, quòd Intellectus illud non poſſit intelligere, quod intelligeret, nisì Voluntas illud tantum amaret; & hoc idem ſequitur, quando Voluntas ita parum amat objectum, quòd non moveat Intellectum ad intelligendum illud, cujus intelligibilitas eſt neceſſaria ſecundùm meritum amandi & intelligendi.

5. F. I. T. F. Intelligere eſt in Medio intellectivi & intelligibilîs, & quando intelligere verificatur de verificativo & verificabili, eſt ipſum verificare habitus ipſius intelligere, & ideo eſt Virtus in illo intelligere; ſed tunc eſt Peccatum in illo intelligere, quando amittit habitum Veritatis, & aſſumit habitum Falſitatis, per quem credit errores contra Veritatem.

6. F. I. T. G. Finis Veritatis eſt verificare, & Finis Intellectûs intelligere, qui Intellectus non poteſt tranſire ad ſuum Finem ſinè verificato intelligere aut verificato credere; igitur Peccatum eſt in Intellectu, quando ſe inclinat ad ſuum Finem contra Veritatem credendi vel intelligendi.

7. F. I. T. I. Intellectus & Veritas ſunt æquales in verificare & intelligere, quando Intellectus intelligit verificare, & verificare verificat intelligere; igitur ibi peccatum eſt, ubi deſtruitur Æqualitas inter verificare & intelligere, vel inter credere & verificare, ſicut in illis, qui credunt de DEO hoc, quod non eſt verum, vel intelligunt aut dicunt de DEO hoc, quod non eſt verum.

8. F. T. F. G. Peccatum non poteſt eſſe in Fine Intellectûs, quia, ſi poſſet, exiſteret peccare in Medio Intellectûs & ſui Finîs, & ſequeretur, quòd virtuificare non poſſet exiſtere in Medio Intellectûs & ſui Finîs: quod eſt impoſſibile, ut Intellectus habeat Finem, in quo poſſit quieſcere ſuum intelligere & ſuum credere; igitur Peccatum eſt in privatione Finîs credendi & intelligendi.

9. F. T. F. I. In Intellectu eſt intelligere in Medio intellectivi & intelligibilîs tunc, quando de ambobus æqualiter oritur; igitur Peccatum eſt in Inæqualitate intellectivi & intelligibilîs tunc, quando per illam deſtruitur Fides vel intelligere.

10. F. T. G. I. Intellectus non poteſt quieſcere in Fine ſinè Æqualitate intellectivi, intelligibilîs & intelligere, & ſinè Æqualitate intellectivitatis & credibilitatis & credere; igitur eſt Peccatum in privatione illius Æqualitatis, quia per illam privationem creduntur errores, & intelligere pervertitur in ignorare.

11. G. I. T. F. In Medio Voluntatis & Veritatis ſunt amare & verificare conjuncta adinvicem, ut amare ſit verificare, & verificare ſit amare, & ut Voluntas & Veritas inſimul poſſint participare, & una eſſe in alia. Peccatum igitur eſt in privatione illius participationis tunc, quando amare non eſt verificare, nec verificare eſt amare, imò verificare oditur, & amare falſificatur.

12. G. I. T. G. Finis Voluntatis eſt verificare, & Finis Veritatis eſt amare; igitur eſt Peccatum in privatione illius Finis, quia per Peccatum movet ſe Voluntas ad Finem contra verificare amando Falſitatem, & movet ſe Veritas ad Finem contra amare verificando odibilitatem contra amabilitatem; & ideo ſunt homines peccatores in Veritate, in quantum eſt verum, quòd ipſi ſint in Peccato, & Peccatum ſit in eis.

13. G. I. T. I. Virtus eſt in Æqualitate amandi & verificandi, quia per illam Æqualitatem poteſt durare amabilitas in verificabilitate, & poteſt durare verificabilitas in amabilitate: poteſt etiam durare amare in verificare, & verificare in amare: & hoc idem de amativo & verificativo. Igitur Peccatum eſt in privatione illius Æqualitatis, in quantum per eam amare exiſtit in falſificare, & falſificare in amare.

14. G. T. F. G. Finis in amare eſt in Medio amativi & amabilîs, quia in illo Fine conjunguntur & concordant amicus & amatus. Peccatum igitur eſt in privatione illius Conjunctionis & illius Concordantiæ: nam, ſi amicus habet parvum amare, & amatus habet magnam amabilitatem, Finis amandi non poteſt eſſe in amato.

15. G. T. F. I. Æqualificare eſt Medium amativi, quod ſibi æqualificat amabile, ut amare tantum duret in amativitate, quantum in amabilitate, & tantum in amabilitate, quantum in amativitate. Peccatum igitur eſt in inæqualificare amici & amati, quia per illud inæqualificare eſt amabilitas in potentia ſinè amico & amato, & ſimiliter amativitas.

16. G. T. G. I. Amare & æqualificare non poſſunt concordare ſinè Fine, quia amicus non

(c) 2006 Ministerio de Cultura

non potest amare suum amatum sinè Fine amandi, nec amare potest æqualiter esse inter amicum & amatum sinè Fine Æqualitatis; hoc tamen intendimus dicere de quantitativa Æqualitate, quæ est inter unum hominem & alterum per amare: & intelligimus de proportionativa quantitate. Igitur est Peccatum in Inæqualitate contra Finem amandi & æqualificandi.

17. I. T. F. G. Verificativum influit suum Finem verificabili, & verificabile refluit suum Finem ipsi verificativo, & influentia & refluentia conjunguntur in verificare, in quo sustentatur Finis amborum. Igitur Peccatum est in illo subjecto, in quo ista influentia & refluentia impediuntur & privantur, & pervertuntur in influentiam & refluentiam falsificativi & falsificabilîs.

18. I. T. F. I. Verificare æqualiter existit in Medio verificativi & verificabilîs, & in illo Medio æqualificantur ambo, ut verificativum non deficiat verificabili, nec verificabile verificativo. Peccatum igitur est in destructione illius Æqualitatis, in quantum verificativum deficit verificabili, & verificabile illi, & ambo deficiunt ipsi verificare, ex quo defectu sequitur falsificare, de quo Peccatum est habituatum & vestitum, & in illo sustentatum.

19. I. T. G. I. Falsus homo est falsificans contra veracem hominem, qui est verificans, & inter ambos non potest esse Æqualitas Finîs nec falsificandi nec verificandi, quia in illis est contrariari; & quando Finis est ex parte ipsius verificare, tunc est Peccatum in falsificare, & est in homine verificante tunc, quando permittit vinci suum verificare à falsificare.

20. T. F. G. I. In luxurioso homine est Peccatum per nimium comedere, & in otioso homine est per privationem Finîs; etiam est Peccatum in Æqualitate peccandi per nimium comedere & per nimium luxuriari, & sic de aliis, in quibus Peccatum existit in extremitatibus Minoritatis & Majoritatis contra Æqualitatem & Medium Castitatis, Temperantiæ & aliarum Virtutum.

NONA QUÆSTIO. K.

Quomodo est Peccatum?

SOLUTIO. *Camera.* F. G. K.

1. IGnis habet Modum calefaciendi aquam, in quantum habet naturalem Instinctum & Appetitum calefaciendi aërem per Modum Delectationis, & destruendi aquam, quia est suum contrarium: & per Modum, quem habet cum aëre, qui habet naturalem Instinctum & Appetitum, quòd recipiat caliditatem ignîs, ut multiplicet suum Appetitum & suum Instinctum, habet ignis Modum in delectatione, quomodo transeat ad aquam in Modo, quem aër habet cum aqua, in quantum illi dat suam calefactam humiditatem, & aqua illam recipit. Secundùm hoc possumus considerare Modum Peccati, quod existit per privationem Modi existentis sustentati in Intellectu, Voluntate & delectatione: sicut in Intellectu, qui habet Modum in illuminando Voluntatem, in quantum intelligit suam amabilitatem & suam Delectationem, & Voluntas habet Modum in amando illam amabilitatem & Delectationem, quam Intellectus intelligit; unde ex privatione talis Modi sequitur Modus Peccati.

2. F. G. T. F. Musicus habet Modum faciendi notam, quando pulsat cytharam, quia cum Intellectu intelligit in se facere notam, & Voluntas amat illius similitudinem in rebus extrà: & quia Anima est conjuncta cum corpore, corpus pulsat cytharam secundùm intrinsecam similitudinem, & cythara habet Modum in producendo sonum in se ipsa cum suis partibus motis per hominem, propter quod habet musicus Modum in faciendo notam. Unde per similem considerationem possumus considerare Modum Peccati, quia Anima & corpus sunt conjuncta, & secundùm quòd Intellectus intelligit & Voluntas amat dissimilitudinem intrinsecarum formarum productam exteriùs, movetur corpus ad peccandum, & habet Modum, quomodo cum suis partibus producat Peccatum, quod extenditur per omnes extremitates corporis & Animæ.

3. F. G. T. G. In avaro homine sustentatur Modus peccandi, quia avarus homo desiderat multiplicare divitias, & natura, per quam ipsas desiderat multiplicare, consistit in multiplicando intelligibilitatem & amabilitatem, & intelligere & amare: nam, quantò majores sunt divitiæ, tantò magìs possunt intelligi & amari, & intellectivum & amativum habent majus subjectum & objectum; sed secundùm accidentalem Modum mutat avarus homo Finem intelligendi & amandi in divitiis amatis & intellectis propter se ipsas, & ideo habet avarus homo Modum peccandi.

4. F. G. T. K. Luxuriosus Homo habet

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Modum peccandi, in quantum inclinat ſuum intelligere & amare ad Minoritatem, & deviat illa à Majoritate, eò quòd Anima & corpus concordent cum Majoritate, & corpus cum Minoritate; ſed per luxuriam, quæ eſt privatio caſtitatis, appetit homo ſenſuales delectationes, & per Caſtitatem intellectuales; igitur homo peccator habet Modum in peccando per Minoritatem, ſicut habet Modum in Virtute per Majoritatem.

5. F. K. T. F. Nimium comedere & nimium bibere eſt peccatum gulæ, & eſt Peccatum, quia Intellectus illud intelligit & delectatur in Delectationibus corporis, quod convertitur in laborem & infirmitatem, & Delectatio Intellectûs in triſtitiam; & hoc eſt ratione Conjunctionis Animæ & corporis.

6. F. K. T. G. Acedia eſt Peccatum, & ejus Modus eſt in Delectatione, quam homo intelligit, & quam habet contra Finem ſui intelligere; hanc Delectationem habet acedioſus homo, in quantum privat Finem principiorum, quæ intelligit: ſicut amare otioſitatem Bonitatis & Magnitudinis & Poteſtatis & amandi, & amat actionem Malitiæ, Parvitatis, privationis Poteſtatis, & amat actionem malæ Voluntatis, & ſic de aliis.

7. F. K. T. K. Superbia eſt Peccatum, & ejus Modus eſt, in quantum homo intelligit minores & majores res, & habet Delectationem, quòd minores ſint ſuprà, & majores infrà: ſicut homo, qui habet parvam bonitatem, & delectatur, quòd per ſuam bonitatem magìs honoretur & ametur & illi ſerviatur, quàm, qui habet majorem bonitatem; igitur Modus ſuperbiæ eſt in delectatione, quam diximus.

8. F. T. F. G. Invidia eſt Peccatum, & ejus Modus conſiſtit in hoc, quòd Intellectus intelligat Finem, quare homines habeant poſſeſſiones, pecunias & hæreditates, vel quare honorentur, & quare viro detur uxor, & ſic de aliis extrinſecis rebus conjunctis cum intrinſecis principiis, ſicut Regi ſuú regnum, & militi ſuus equus & ſua uxor: ſed exiſtente Intellectu hominis invido in hac intelligibilitate deſiderat ille homo, quòd bona hujus Mundi, quæ ipſe non habet per poſſeſſionem, illi approprientur contra Finẽ illorum, qui illa poſſident, absque eo, quòd ipſe laboret cum Fine intelligibilitatis & amabilitatis, & deſiderando, quòd habeat delectationem illorum bonorum & quietem, non habet Modum, quòd ſit in quiete.

9. F. T. F. K. Mentiri eſt Peccatum, & ejus Modus conſiſtit in hoc, quòd homo dicat contra hoc, quod intelligit, privans conjunctionem Veritatis ab intelligibilitate & verificabilitate verborum, minorificando intrinſecam Veritatem in extrinſeca falſificabilitate.

10. F. T. G. K. Inobedientia eſt Peccatum, & ejus Modus conſiſtit in hoc, quòd Intellectus intelligat, quòd minores Fines debeant obedire majoribus Finibus: ſicut Finis videndi, qui debet obedire Fini intelligendi, & Finis vaſalli Fini ſui domini; igitur Modus inobedientiæ eſt in perverſione Finium & in Contrarietate intelligibilitatis, intellectivitatis & intelligere.

11. G. K. T. F. Vana Gloria eſt Peccatum, & ejus Modus conſiſtit in hoc, quòd Voluntas non conjungat amabilitatem & amativitatem in amare, quia vana Gloria non eſt amabilis, & ejus contrarium eſt amabile; & quia amativitas producit amare de ſua actione & de odibilitate, ideo vanigloriosus homo habet Modum in Peccato per vanam Gloriam.

12. G. K. T. G. Ira eſt Peccatum, & ejus Modus exiſtit in Voluntate, quæ odit Finem exiſtentem contra ſuam Delectationem, quæ delectatur in amando, & habet laborem, quando non poteſt habere illam Delectationem, quam deſiderat, propter quem laborem perditur Modus amativi, amabilîs & amare, & ſequitur Modus iraſcitivi, iraſcibilîs & iraſci.

13. G. K. T. K. Injuria eſt Peccatum, & ejus Modus conſiſtit in hoc, quòd Voluntas amet magìs Delectationem per minorem amabilitatem, quàm per majorem: & ideo ſequitur injurioſum amare & injurioſum amativum, in quibus injuria ſuſtentatur.

14. G. T. F. G. Imprudentia eſt Peccatum, & ejus Modus eſt in Volûntate, quæ non amat cum forti amativitate forte amare: & ideo perditur fortitudo amativitatis & ipſius amare, & unus Finis ſeparatur ab alio, & in iſta ſeparatione exiſtit Modus imprudentiæ & fortitudinis, per quem Modum ſunt homines puſillanimes non habentes animoſitatem, & eligunt minora bona, & dimittunt majora, & eligunt majora mala, & dimittunt minora.

15. G. T. F. K. Modus Peccati eſt in Voluntate, quæ conjungit ſuam amabilitatem & ſuam amativitatem in minori amare contra majus; quia in illo minori amare perditur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tur majus bonificare bonificativi & bonificabilîs, & majus magnificare magnificativi & magnificabilîs; & sic de aliis formis.

16. G.T.G.K. Modus Peccati est in Voluntate, quæ plùs amat minores Fines, quàm majores; nam per illud amare habent homines Modum in amando plùs Fines corporalium sensuum, quàm Fines potentiarum Animæ; & ideo sunt peccatores, & per Voluntatem habent Modum peccandi tunc, quando Voluntas non habet Modum in amare.

17. K.T.F.G. Pater & mater habent Modum gloriandi in Medio, scilicet in filio, qui de ambobus fuit ortus; & hoc est ratione Finîs, qui completur in filio, propter quem sunt conjuncti in Matrimonio, & est facta copula Matrimonii; sed quando se conjungunt contra Finem filii per Modum sensualis delectationis, tunc habent Modum peccandi, & habent tristitiam in filio, qui non est legitimè productus secundùm Finem Matrimonii.

18. K.T.F.K. Glorioſus habet Modum gloriandi tunc, quando ejus gloriari est remotũ à Minoritate, consistendo liberè in Medio gloriativi & gloriabilîs; sed quando contingit, quòd gloriari non sit in Medio amborum, & impediatur à Minoritate, aut quando contingit, quòd homo coactè influat & refluat contra suam Voluntatem & libertatem, tunc habet Modum, per quem potest peccare.

19. K.T.G.K. Glorioſus potest plùs gloriari in majori Fine, quàm in minori; sed, quando dimittit majorem Finem gloriandi propter minorem, tunc habet Modum peccandi; & propter hoc vanigloriosi homines plùs diligunt minores Fines, quàm majores.

20. T.F.G.K. In Modo peccandi est Medium productum de majori & de minori Fine; sicut in hominibus, qui habent aliquem naturalem instinctum & appetitum ad Virtutem, quæ habet Concordantiam cum Majoritate, & habent instinctum & appetitum extra naturalem cursum ad Peccatum, quod concordat cum Minoritate: & ideo illud Medium est subjectum libertatis, per quam homines possunt exaltari ad Virtutem, vel inclinari ad Vitium.

DECIMA QUÆSTIO. K.

Cum quo est Peccatum?

SOLUTIO. *Camera.* D.E.K.

1. DUratio est cum Potestate, quia non posset esse sinè Potestate; & Potestas est cum Duratione, quia ejus esse non posset durare sinè Duratione; & Gloria est cum Duratione & Potestate, in quantum non duraret sinè Duratione, nec posset esse sinè Potestate; per istam considerationem possumus considerare partes, cum quibus Peccatum existit, sicut cum defectivo intellectivo, quod durat contra perfectivum intelligibile, ex quo oritur possificare contra gloriari & Finem amandi.

2. D.E.T.D. Peccatum est cum Duratione Potestatis contra Finem Concordantiæ, quia memorans in Duratione Potestatis aliquam Contrarietatem contra Concordantiam amativi & amabilîs multiplicat ipsum irasci & odire, in quo sustentatur ira, quæ est Peccatum.

3. D.E.T.E. Principiare durat cum Duratione principiativi & principiabilîs, & potest durare cum possificare & cum durativo & durabili; igitur Peccatum est cum Duratione suorum Principiorum & cum Potestate illorum; sed, quando deficit Duratio, devenit Potestas illorum in privationem; & ideo, quantò magìs durat in avaris hominibus eorum Voluntas in amando divitias, tantò magìs durat Peccatum.

4. D.E.T.K. Quando Minoritas ponitur inter Durationem & Potestatem, non potest Duratio existere per Potestatem, nec Potestas potest durare per Durationem, & deveniunt in privationem, quia Minoritas contradicit Fini amborum, & impedit, quòd una non influat alteri suam similitudinem: igitur Peccatum est cum privatione Æqualitatis, quæ non sustentatur in Potestate Virtutis & Durationis.

5. D.K.T.D. Delectatio durat cum Concordantia, & finit cum Contrarietate, ita Peccatum durat cum durabili delectatione, & finit cum contrariabili pœna; & ideo, quantò plus Delectationis homines habent in memorare, intelligere & amare Peccatum, tantò plus habet Peccatum, cum quo potest existere, & quantum durat tristitia & contritio de Peccato in memorare, intelligere & odire Peccatum, tantum deficit Peccatum, & non habet, cum quo possit existere.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

6. D. K. T. E. Gloriativum, gloriabile & gloriari ſunt Principia Gloriæ, in quibus ſuſtentatur ejus Duratio, ſecundùm quòd Duratio quieſcit in Gloria, & ſimiliter Principium; igitur Gloria eſt cum ſuis concretis & cum duratione & Principiis; ſimili modo poteſt homo conſiderare id, cum quo Peccatum eſt, quod eſt cum privatione Gloriæ, & cum Duratione principiativi, principiabilîs & principiare, cum quibus Peccatum eſt principiatum in vana Gloria hujus Mundi.

7. D. K. T. K. Parva Gloria non poteſt tantum durare, quantum magna Gloria, quia parvitas habet Concordantiam cum *non eſſe*, & Magnitudo cum *eſſe*; igitur Peccatum eſt cum Minoritate delectationis in Duratione; & ideo non habet delectatio hominum peccatorum, quam habent in Peccato, cum quo poſſit durare.

8. D. T. D. E. Concordantia & Contrarietas ſunt contraria Principia, quæ non poſſunt durare unum propter aliud; quia, ſi poſſent, poſſet Concordantia durare per Contrarietatem, & per eam poſſet eſſe principiata, & Contrarietas ſimiliter per Concordantiam, quod eſt impoſſibile; igitur eſt impoſſibile, quòd Concordantia duret cum Contrarietate, & quòd ſit principiata de Contrarietate cum ejus Principiis: & hoc idem de Contrarietate, quæ non poteſt durare cum Concordantia & cum ejus Principiis. Per hanc conſiderationem poteſt homo conſiderare id, cum quo Peccatum poteſt durare & etiam principiari, videlicet cum privatione Concordantiæ & cum Principiis Contrarietatis contrariis Principiis honeſtatis, fidei, ſpei, & charitatis.

9. D. T. D. K. Minoritas & Contrarietas non habent, cum quo poſſint tantū durare, quantum Majoritas & Concordantia; igitur Peccatum durat cum Minoritate & Contrarietate contra Majoritatē Virtutis & Concordantiæ non motæ cum magna amativitate.

10. D. T. E. K. Minora Principia non poſſunt tantum durare, quantum majora; & ideo non habent homines peccatores conſtantiam ſecundùm comparationem juſtorum hominum; unde durat Peccatum cum privatione conſtantiæ, ſicut Virtus durat cum conſtantia.

11. E. K. T. D. Glorioſa Poteſtas non eſt contra Gloriam, quæ tunc eſt glorioſa, quando habet Concordantiam cum Gloria, cum qua eſt glorioſa, & cum qua habet quietem; igitur Peccatum eſt cum pœna, quæ pertinet ad vitioſam Poteſtatem, quæ eſt contra virtuoſam Poteſtatem.

12. E. K. T. E. Peccatum eſt cum Principio vitioſæ Poteſtatis, quæ non habet ſubjectum, cum quo habeat quietem; & ideo non poſſunt homines peccatores ſaturari in hoc Mundo, quia non habent, cum quo habeant quietem, dum ſunt in Peccato.

13. E. K. T. K. Homo non poteſt habere majorem Gloriam cum minori Poteſtate, nec major Poteſtas poteſt quieſcere in minori Gloria, nam, ſecundùm quòd Poteſtas eſt magna, convenit ei magna Gloria; igitur Peccatum eſt cum minori Gloria contra majorem, & cum minori Poteſtate contra majorem; & ideo Minoritas & Majoritas, cùm ſint contrariæ, non poſſunt habere unum ſimplex ſubjectum, in quo poſſint quieſcere.

14. E. T. D. E. Nullum Principium ex contrariis eſt potens contra Principium Concordantiæ; & ideo Peccatum non eſt cum Principiis Concordantiæ indutæ Virtute, ſed eſt cum Principiis Contrarietatis indutæ Peccato.

15. E. T. D. K. Veniale Peccatum eſt cum minori Contrarietate, quàm mortale Peccatum; & ideo habet mortale Peccatum majorem Poteſtatem, quàm veniale, in Contrarietate boni & mali.

16. E. T. E. K. Minora Principia non poſſunt contra majora, & hoc ideo, quia Poteſtas magìs extenditur in majus principiare, quàm in minus; igitur Peccatum eſt cum minoribus Principiis, ſicut Virtus, quæ eſt cum majoribus; & ideo ſunt homines peccatores, quia ſumunt minora Principia contraria bono, & dimittunt majora contraria malo.

17. K. T. D. E. Illa Gloria, in qua principiat gloriari de gloriativo & gloriabili, non habet, cum quo poſſit principiare contrariari de gloriativo & gloriabili; ſimiliter Peccatum non habet, cum quo poſſit principiare contrariari de gloriativo & gloriabili, ſed gloriativum habet, cum quo poſſit principiare peccare contra gloriabile.

18. K. T. D. K. Minoritas non habet cum Contrarietate, cum quo poſſit habere quietem in Gloria; ſicut Peccatum, quod concordat cum Minoritate & cum Contrarietate, non habet ſubjectum, in quo poſſit quieſcere; & ideo non poſſunt peccatores quieſcere in Peccato.

K. T. E. K.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

19. K.T.E.K. Minus Principium sinè majori non potest habere quietem in Gloria, quia minora Principia sunt propter majora: nam minora Principia sunt per secundam intentionem, & majora per primam; igitur habet Peccatum, cum quo sit, homine mutante minora Principia in majora, & primam intentionem in secundam, ex quo sequitur subjectum Peccati, cum quo Peccatum potest esse.

20. T. D. E. K. Cum minori Principio potest esse minor Contrarietas, & cum majori Principio major: Principium igitur habet, cum quo possit consistere in majori Contrarietate & minori; unde habet Peccatum, cum quo possit esse in majori Contrarietate & in minori: habet, cum quo possit esse in majori Contrarietate per privationem Virtutis: & habet, cum quo possit esse in minori Contrarietate, in quantum non habet entitatem nec essentiam per se ipsum.

QUÆSTIO VII.

De Prædestinatione.

PRIMA QUÆSTIO. B.

Utrùm prædestinatus Homo possit damnari?

SOLUTIO. *Camera.* B.D.E.

1. SUppositò, quòd Martinus sit prædestinatus, quæritur, utrùm possit damnari, postquam est prædestinatus, cùm Prædestinatio Martini sit bona, æterna & potens, in quantum Sapientia DEI æternaliter scit, quòd Martinus sit prædestinatus: quia bonum est, quòd DEUS æternaliter sciat hoc, quod scit, & Æternitas facit illud scire ita durare, quòd nulla Potestas possit contra illud bonum & æternum scire, cùm Sapientia DEI sit perfecta in sciendo per Bonitatem, Æternitatem, Potestatem & per se ipsam; & ideo secundùm talem considerationem Sapientiæ convenit, quòd affirmemus Prædestinationem in Martino; ex qua affirmatione sequitur hæc negatio, videlicet, quòd Martinus non possit damnari; quia, si posset, esset Potestas DEI contra hoc, quod affirmavimus de Prædestinatione; per quam Contrarietatem sequeretur, quòd Potestas DEI esset contraria sibi ipsi, & Æternitas non faceret durare æternum scire, unde sequeretur malum contra bonum æternum & potens scire, quod est impossibile.

Post has duas considerationes, quas diximus de affirmatione & negatione, volumus formare alias duas considerationes; secundùm quas volumus probare, quòd Martinus possit damnari, & hanc probationem facimus secundùm supradictam cameram: Justitia DEI est bona, æterna & potens, & ideo convenit affirmare, quòd Martinus possit damnari, ut Justitia habeat creatum subjectum, in quo possit judicare, & ut suum Judicium sit bonum, potens & durans; hoc autem non posset esse in Martino, si non haberet Libertatem faciendi bonum vel malum, & quòd per bonum, si illud facit, possit salvari, & per malum, si illud facit, damnari: & convenit, quòd Æternitas faciat durare hanc Libertatem, quamdiu Martinus vivit; igitur convenit affirmare, quòd Martinus possit damnari: & ex hac affirmatione sequitur ista negatio, quòd Martinus non possit esse prædestinatus; quia, si posset, non haberet Libertatem faciendi bonum vel malum, unde sequeretur, quòd Justitia DEI non haberet creatum subjectum, in quo posset judicare, dando bonum pro bono, & malum pœnæ pro malo culpæ; & quia in Justitiam DEI non cadit defectus, sed habet omnem perfectionem per se ipsam & per Bonitatem, Æternitatem & Potestatem, convenit negare Prædestinationem.

Consideratis supradictis duabus affirmationibus & duabus negationibus convenit affirmare, quòd Martinus possit esse prædestinatus, & possit damnari, & hoc secundùm nostram humanam rationem: quia per Sapientiam convenit affirmare, quòd Martinus possit esse prædestinatus, & per Justitiam, quòd possit damnari, & nos nescimus, utrùm sit prædestinatus vel præscitus; & ideo positio, quam facimus, cùm dicimus, quòd sit prædestinatus, & quærimus, utrùm possit damnari, facit, quòd noster intellectus cadat in Contrarietatem duarum prædictarum negationum & duarum affirmationum: propter quod convenit, quòd affirmemus & teneamus, quòd Martinus possit esse prædestinatus & damnari, & non ideo sequitur Contrarietas de affirmatione contra negationem, nec de negatione contra affirmationem, quia remanent veræ hæ duæ affirmationes, videlicet, quòd Sapientia DEI sit perfecta secundùm Bonitatem, Æternitatem & Potestatem, & similiter Justitia DEI; propter quam perfectionem potest Sapientia scire Martinum esse prædestinatum, si est prædestinatus, aut præscitum,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſi eſt præſcitus: & Juſtitia DEI poteſt judicare Martinum ad bonum, ſi agit bonum, & ad malum, ſi agit malum; & convenit, quòd duæ prædictæ negationes ſint falſæ, videlicet, quòd, ſi ſit prædeſtinatus, non ſit Liberum Arbitrium, &, ſi ſit Liberum Arbitrium, non ſit Prædeſtinatio; & iſta falſitas cadit in noſtram rationem per falſam poſitionem poſitam in quæſtione, in quantum quæritur, utrùm Martinus prædeſtinatus poſſit damnari.

2. B. D. T. B. In DEO Bonitas, Æternitas, Sapientia & Juſtitia ſunt unum idem numero; unde, ſi Martinus, exiſtens prædeſtinatus non poſſet damnari, & ſi Martinus exiſtens præſcitus ad damnationem non poſſet prædeſtinari, de neceſſitate conveniret, quòd Martinus poneret Diſtinctionem inter Bonitatem, Æternitatem, Juſtitiam & Sapientiam DEI, quia per unam Bonitatem, Æternitatem & Sapientiam poteſt Martinus eſſe prædeſtinatus, & non damnari, & per aliam Bonitatem, Æternitatem & Juſtitiam poteſt damnari; & quia eſt impoſſibile, quòd creatus effectus diverſificet Cauſam, quæ ipſum creavit, apparet, quòd poſitio facta in quæſtione contra veritatem inducat veram concluſionem; igitur convenit, quòd affirmemus, quòd Martinus poſſit eſſe prædeſtinatus, & poſſit damnari; & in iſta concluſione tranſcendit humanus Intellectus ſupra ſuam humanam rationem intelligendo Prædeſtinationem & Libertatem ſecundùm DEUM.

3. B. D. T. D. In humana ratione ponitur Contrarietas, quando conſiderat Prædeſtinationem & Libertatem; quia per Prædeſtinationem facit, quòd homo conſideret æternum & bonum intelligere: & per Liberum Arbitrium facit, quòd homo conſideret, quòd Juſtitia habeat bonum & æternum Judicium; & ideo inducit Contrarietas humanum intellectum in contradictionem, conſiderando, quòd ſit Prædeſtinatio & Liberum Arbitrium, & quòd non ſit; ſed illud, quod removet intellectum ab hac contradictione, eſt, quòd intellectus conſideret ſupra ſe ipſum Prædeſtinationem & Liberum Arbitrium eſſe, ut Sapientia & Juſtitia DEI ſinè Contrarietate exiſtant in Martino cum Bonitate & Æternitate.

4. B. D. T. E. Martinus eſt principiatus per Bonitatem, Æternitatem, Juſtitiam & Sapientiam DEI; & ideo de neceſſitate convenit, quòd poſſit habere Libertatem & eſſe prædeſtinatus, & quòd poſſit habere Libertatem & eſſe præſcitus, quia bonum eſt, quòd ſit principiatus ſecundùm bonum & æternum ſcire, & quòd Martinus habeat bonum & durabile operari indutum Libertate, & bonum eſt, quòd Martinus ſit taliter principiatus, quòd Juſtitia DEI in ipſo habeat Libertatem, quòd ipſum poſſit ſalvare, ſi bene fecerit, & damnare, ſi malè fecerit; igitur eſt bonum ſecundùm talem conſiderationem, quòd Martinus poſſit ſalvari per Prædeſtinationem, Bonitatem, Sapientiam & Juſtitiam, & quòd poſſit damnari per Bonitatem, Sapientiam & Juſtitiam, & quòd hoc bonum ſuſtentetur per Æternitatem.

5. B. E. T. B. Si Martinus eſt prædeſtinatus, prædeſtinârunt ipſum Bonitas, Sapientia & Poteſtas DEI: & ſi poteſt damnari, poteſt ejus damnatio eſſe per Libertatem, quam habet in faciendo malum contra Bonitatem, Sapientiam & Poteſtatem DEI, contra quas agit, dum facit malum, propter quod malum Juſtitia DEI ipſum poteſt judicare cum Bonitate, Poteſtate, Magnitudine & Sapientia; & ideo ponit ſe Differentia inter unam Libertatem Poteſtatis & aliam: una Libertas eſt illa, per quam Martinus poteſt facere bonum, per quod poteſt eſſe prædeſtinatus: alia Libertas verò Poteſtatis eſt, in quantum Martinus habet Libertatem faciendi malum, propter quod poteſt damnari; & ideo convenit affirmare, quòd Martinus poſſit eſſe prædeſtinatus, & poſſit damnari, ut Differentia ſe ponat inter unam Libertatem & alteram, & unam Poteſtatem & alteram, & ut Sapientia poſſit habere in Martino bonum ſcire, & Juſtitia bonum judicare.

6. B. E. T. D. Juſtitia & Sapientia non poſſunt contrariari in DEO; quia, ſi poſſent, privarentur Bonitate, & eſſent in Malitia, quod eſt impoſſibile; & hoc idem ſequeretur, ſi Juſtitia & Sapientia DEI poſſent eſſe contrariæ in Martino per Prædeſtinationem & Damnationem, in quo eſſent contrariæ, ſi Martinus non poſſet prædeſtinari, vel damnari.

7. B. E. T. E. Prædeſtinatio principiatur in Martino à Bonitate, Poteſtate, Sapientia & Juſtitia, quæ Juſtitia ipſum non poſſet judicare ad ſalvationem, ſi Martinus non haberet Libertatem faciendi bonum; igitur convenit, quòd, ſi eſt prædeſtinatus, poſſit damnari, ut ipſe poſſit principiare ſuam Damnationem de malo contra bonum, & de malo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

malo posse contra bonum posse, & hoc cum Libertate faciendi malum, ut Justitia in ipso possit principiare bonum judicare & punire.

8. B.T.B.D. Differentia est bona in Bonitate, & est mala in contrario Bonitatis; &, quia Differentia Martini, qui est prædestinatus, est bona, in quantum per Bonitatem potest salvari, & est bona, in quantum per Justitiam & per Bonitatem potest damnari, convenit, quòd Martinus possit esse prædestinatus, & possit damnari; quia, si posset esse prædestinatus, & non posset damnari, vel posset esse præscitus ad Damnationem, & non posset prædestinari, poneretur Differentia in Contrarietate, quæ esset bona contra Concordantiam boni scire & boni judicare; quod est impossibile.

9. B.T.B.E. In Bonitate sunt bonificativum, bonificabile & bonificare Principia, unum distinctum ab alio, & quodlibet Principium est bonum; simili modo in Prædestinatione est Sapientia DEI bonum Principium, quæ prædestinavit Martinum, & ejus Prædestinatio est principiabilis in Bonitate, & principiare est bonum; &, si potest damnari existens prædestinatus, potest damnari cum Principio Libertatis in mala principiabilitate & in bona principiativitate & in bono principiare ex parte principiativitatis, & in malo principiare ex parte principiabilitatis; & ideo ponitur Differentia in principiare & in prædestinare & judicare, quæ Differentia non haberet subjectum, in quo sustentaretur, si Martinus prædestinatus non posset damnari, vel si posset damnari, & non prædestinari; &, si Differentia non haberet subjectum, in quo posset existere, Martinus non posset esse prædestinatus cum Libertate, nec cum Libertate damnari; quod est impossibile.

10. B. T. D. E. Prædestinatio principiat cum Libertate Bonitatis & Sapientiæ, existente. Concordantiâ in illa Libertate: & Damnatio principiat cum Libertate Justitiæ ex parte increati Justificantis, & principiat cum Libertate creati malificativi, malificabilîs & malificare, existente illâ Libertate in Contrarietate; hoc autem non posset esse, si Martinus non esset ita principiatus, quòd posset esse prædestinatus & posset damnari, vel quòd per unum Principium posset esse prædestinatus & non damnari, & per aliud Principium posset damnari & non prædestinari.

11. D. E. T. B. Potestas est id, per quod Æternitas potest existere & agere; & Æternitas est id, per quod Potestas durat, & Differentia facit has Rationes distinctas in nostra humana ratione, tamen in DEO non sunt distinctæ, in quo Potestas & Æternitas sunt unum idem numero, sed Differentia facit eas nobis apparere in similitudine distinctarum Rationum; & ideo, si Martinus est prædestinatus per Sapientiam, est judicatus per Justitiam: & si est damnatus per Justitiam, potest præsciri per Sapientiam, & hoc conservat Æternitas per Unitatem Sapientiæ & Justitiæ; ergo Martinus potest esse prædestinatus, & potest damnari.

12. D. E. T. D. In Æternitate non potest Contrarietas, cùm Æternitas & Potestas sint unum idem numero; igitur Contrarietas non potest in Sapientia & in Justitia DEI, quæ cum Æternitate & Potestate sunt unum idem numero; at, si Martinus, qui est prædestinatus, non posset damnari, si facit peccatum, posset Contrarietas contra Libertatem Justitiæ, quæ non posset in Martino, postquam est prædestinatus: &, si Contrarietas posset contra Justitiam, posset contra Æternitatem, Potestatem & Sapientiam, quod est impossibile; per quam impossibilitatem significatur, quòd Martinus existens prædestinatus, si facit peccatum, possit damnari.

13. D. E. T. E. Potestas & Æternitas principiaverunt Martinum, & omnes homines, qui sunt, & principiaverunt eos in Prædestinatione, ut Principium esset bonum, & non malum, magnum, & non parvum, & sic de aliis; at, si Martinus & alii homines essent principiati in Præscientia, eorum Principium esset malum, & non bonum, parvum, & non magnum, & sic de aliis: & damnati essent damnati per Principium sinè merito & sinè culpa, quod est contra Justitiam DEI, & per consequens contra ejus Potestatem & Sapientiam, quod est impossibile, per quam impossibilitatem significatur, quòd nullus homo sit principiatus in Præscientia; &, quia plures homines moriuntur in peccato, qui fuerunt principiati in Prædestinatione, significatur, quòd Martinus existens prædestinatus possit damnari, si moritur in mortali peccato.

14. D. T. B. D. Martinus est creatus per Æternitatem sinè Contrarietate creandi, & ideo tunc, quando fuit creatus, fuit prædestinatus, & ista prædestinatio durat, quousque peccavit: quia Sapientia, quæ apprehendit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

hendit Martinum objectivè per Prædeſtinationem, apprehendit Martinum per Præſcientiam, quando peccavit, ut Juſtitia ipſum poſſit judicare ad Damnationem; propter quod ponitur Differentia inter Prædeſtinationem & Præſcientiam ſecundùm opera Martini & per Contrarietatem, quam per ſe ipſum ponit inter Prædeſtinationem & Præſcientiam, quæ in Sapientia DEI ſunt unum idem intelligere; igitur ſignificatur, quòd Martinus exiſtens in peccato poſſit damnari, quamvìs antea fuerit prædeſtinatus.

15. D. T. B. E. Martinus fuit principiatus per Æternitatem, hoc eſt, per DEUM, qui eſt Æternitas, & fuit principiatus per Principium, quod eſt DEUS; & quia Prædeſtinatio eſt Æternitas & eſt Principium & eſt DEUS, fuit Martinus principiatus per Prædeſtinationem: igitur convénit, quòd, quando fuit principiatus, fuerit prædeſtinatus; ſed tunc, quando Martinus peccavit, principiavit illud peccatum in Differentia Prædeſtinationis & Præſcientiæ, & illa Differentia principiavit in peccato, & non in entitate Prædeſtinationis & Præſcientiæ; ergo peccatum principiavit in Martino extra Prædeſtinationem, per quod ſignificatur, quòd tunc, quando Martinus erat prædeſtinatus, poterat damnari, in quantum poterat principiare peccatum.

16. D. T. D. E. Principium & Æternitas, quæ ſunt in DEO, ſunt Rationes, per quas DEUS principiavit prædeſtinare Martinum, in cujus Prædeſtinatione peccatum non principiavit; quoniam, ſi principiâſſet, principiâſſet Contrarietatem inter Æternitatem & Principium, quod eſt impoſſibile; igitur peccatum principiavit extra Prædeſtinationem, & principiavit in Præſcientia, in quantum pars objecti, & non potentiæ, quæ illud objectum recipit, ut Juſtitia contradicat peccato per damnationem; hoc autem non poſſet eſſe, ſi prædeſtinatus non poſſet damnari, quia peccatum non poſſet principiare, nec Contrarietas contrariari, quod eſt impoſſibile, poſtquam peccatum eſt principiatum, & per illud eſt Contrarietas contra Prædeſtinationem & Præſcientiam, ſalvationem & damnationem.

17. E. T. B. D. In Poteſtate DEI eſt Differentia per poſſificativum, poſſificabile & poſſificare, quæ ſunt ab invicem diſtincta ſinè Contrarietate, quæ non habet Poteſtatem contra Differentiam iſtorum trium; hæc Poteſtas, quæ eſt in Differentia ſinè Contrarietate, creavit Martinum prædeſtinatum cum Concordantia omnium trium, contra quam peccare non poteſt; ſed, quia Martinus poteſt habere Contrarietatem in Differentia ſui proprii poſſificativi, poſſificabilîs & poſſificare, poteſt Martinus exire de Prædeſtinatione, & poteſt intrare in Præſcientiam cum Contrarietate per peccatum; & ideo ſignificatur, quòd prædeſtinatus poſſit damnari.

18. E. T. B. E. In Poteſtate DEI eſt Principium cum Differentia principiativi, principiabilîs & principiare, quæ poſſunt eſſe diſtincta per Poteſtatem & per Differentiam, & poſſunt eſſe Principia per Principium; ſecundùm hanc conſiderationem poſſumus conſiderare, quòd Martinus prædeſtinatus poſſit damnari, in quantum habet Libertatem per Principium, Differentiam & Poteſtatem, per quas poteſt principiare peccatum; & in quantum per Prædeſtinationem non poteſt habere Libertatem ad faciendum peccatum, ſignificatur, quòd exiſtens prædeſtinatus non poſſit damnari; & ex hoc non ſequitur contradictio, poſtquam Differentia & Principium ponuntur in Poteſtate Prædeſtinationis & Præſcientiæ ſecundùm operationem Martini.

19. E. T. D. E. Contrarietas & Principium habent ſuſtentationem in Poteſtate, & Poteſtas habet ſuſtentationem in ipſis, quia Contrarietas poteſt principiare, in quantum Martinus poteſt exire de Prædeſtinatione & intrare Præſcientiam, & poteſt exire de Præſcientia & reverti in Prædeſtinationem: poteſt exire de Præſcientia & redire ad Prædeſtinationem cum Poteſtate virtutis, & poteſt exire de Prædeſtinatione, & intrare Præſcientiam cum Poteſtate peccandi; & quia habemus experientiam, quòd homo poſſit peccare, tunc, quando peccat, eſt manifeſtum, quòd prædeſtinatus poſſit damnari, ſinè qua Poteſtate Principium & Contrarietas non haberent, in quo poſſent habere ſuſtentationem.

20. T. B. D. E. Differentia ponit, quòd Contrarietas non ſit Principium, nec Principium ſit Contrarietas; ſed Contrarietas ponitur inter Differentiam & Principium, & Principium facit, quòd Differentia & Contrarietas ſint Principia; & ideo contradicit Principium ſibi ipſi, in quantum facit, quòd Contrarietas ſit Principium, & contradicit in Principio Differentiæ principiativi, principia-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cipiabilîs & principiare, & contradicit Concordantiæ ipsorum; secundùm hanc considerationem significatur, quòd prædestinatus possit damnari: nam, sicut Principium contradicit sibi ipsi, in quantum Contrarietati dat suam similitudinem, sic prædestinatus contradicit sibi ipsi, in quantum principiat peccatū, quia cum illo Principio intrat Præscientiam, & exit ex Prædestinatione.

Quamvìs hoc Caput sit difficile intellectu, tamen est valde utile ad intelligendum, & ejus utilitas consistit in hoc, in quantum homo cum illo sibi potest præcavere, ne peccet contra Prædestinationem, & intelligendo Prædestinationem potest homo multùm exaltare suum intelligere.

SECUNDA QUÆSTIO. C.

Quid est Prædestinatio?

SOLUTIO. *Camera.* C.E.I.

1. PRædestinatio est actus Sapientiæ DEI, quæ cum Magnitudine Potestatis & Veritatis intelligit homines, qui sunt prædestinati ad salvationem, priusquam nascantur: & Prædestinatio est ille idem actus Sapientiæ, quæ non intelligit hominem prædestinatum, dum est in mortali peccato; & ista Prædestinatio est in se ipsa DEUS, & habet in se ipsa Magnitudinem, Potestatem & Veritatem, in quibus est DEUS, & in Magnitudine, Potestate & Veritate habet certitudinem illorum, qui sunt prædestinati & damnati, antequam prædestinentur aut damnentur.

2. C.E.T.C. Prædestinatio est actus Sapientiæ & Justitiæ in Concordantia Magnitudinis & Potestatis, in quibus Sapientia potest prædestinare prædestinatum cum magna Potestate, & Justitia potest judicare cum magna Potestate prædestinatum vel præscitum; & ideo sunt in Prædestinatione & Præscientia Magnitudo & Potestas in Concordantia Sapientiæ & Justitiæ.

3. C.E.T.E. Prædestinatio est id, per quod magna Potestas DEI principiat homines ad beatitudinem extra Præscientiam intra Prædestinationem, quæ Prædestinatio habet in se illos, qui sunt beati, & extra se ipsam illos, qui sunt damnati.

4. C.E.T.I. Prædestinatio est id, quod habet in se Æqualitatem Magnitudinis & Potestatis in prædestinando prædestinatum: & est id, quod est in Æqualitate Magnitudinis & Potestatis in prædestinando prædestinatum.

5. C.I.T.C. Prædestinatio est id, quod habet in se Concordantiam magnæ Veritatis in magnificando & verificando prædestinare cum magnificare & verificare; & ideo est Prædestinatio in Concordantia judicandi, prædestinandi, verificandi & magnificandi.

6. C.I.T.E. Prædestinatio est id, per quod homines sunt prædestinati per principiare, verificare & magnificare; Præscientia igitur est contrarium, quod contrarium est principiatum in falsificare & magnificare per damnare.

7. C.I.T.I. Prædestinatio est id, quod habet in se Æqualitatem verificandi & magnificandi in prædestinando prædestinatum; hoc non posset habere Prædestinatio, si prædestinatus homo remaneret prædestinatus tunc, quando mortaliter peccavit; quia verificaret & magnificaret contra Æqualitatem magnificandi & verificandi, quæ sunt in Justitia DEI.

8. C.T.C.E. Prædestinatio est id, quod habet magnum Principium in Concordantia prædestinativi, prædestinabilîs & prædestinare; & peccatum est id, per quod destruitur illa Concordantia; & ideo prædestinabile exit de prædestinare & intrat in damnare propter perversionem prædestinabilîs in damnabile.

9. C.T.C.I. Prædestinatio est id, quod habet in se Æqualitatem Magnitudinis & Concordantiæ in prædestinando prædestinatum cum Æqualitate Magnitudinis & Concordantiæ; ex qua exit prædestinatus homo, quando peccat, & intrat Æqualitatem parvæ Concordantiæ contra Æqualitatem magnæ Concordantiæ.

10. C.T.E.I. Prædestinatio est id, in quo homines sunt prædestinati cum magno Principio & magna Æqualitate; Præscientia igitur est id, in quo homines sunt præsciti in parvo Principio contra magnam Æqualitatem.

11. E.I.T.C. Prædestinatio est id, in quo Potestas & Veritas habent Concordantiam in prædestinando homines ad salvationem, & in ista Concordantia associatur Justitia, ut justè eos possit prædestinare, & Justitia intrat earum societatem sub tali conditione, quòd, si homines peccent, possit eos judicare ad damnationem; & istam Concordantiam possificat Potestas, & verificat Veritas.

12. E.I.T.E. Prædestinatio est id, in quo Pote-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Poteſtas & Veritas principiant prædeſtinare homines ad ſalvationem, & in iſto Principio principiat Juſtitia judicare illos ad ſalvationem, ſi faciunt bonum: ſed, ſi faciunt peccatum, principiat illos judicare ad damnationem: & hoc ponit Poteſtas in poſſificare, & Veritas in verificare, & Principium in principiare, & Juſtitia in judicare, & Sapientia in ſcire.

13. E. I. T. I. Prædeſtinatio eſt id, quod habet in ſe Æqualitatem Poteſtatis & Veritatis, quam Sapientia habet in prædeſtinando homines ad ſalvationem, ſi faciunt bonum; & ideo convenit, quòd in iſta Æqualitate ſit Juſtitia, in qua Poteſtas & Veritas ſint æquales in judicando homines ad damnationem, ſi malè agunt.

14. E. T. C. E. Prædeſtinatio eſt id, in quo Poteſtas & Principium concordant in prædeſtinando homines; & ideo poſſunt prædeſtinati homines principiare bona opera ſub ratione Prædeſtinationis, & principiare mala opera ſub ratione Damnationis; & iſtam Poteſtatem & Principium habent in Concordantia Sapientiæ & Juſtitiæ, ſinè quibus Poteſtas non poſſet principiare concordare, nec Concordantia poſſet concordare principiare nec poſſificare, nec Principium poſſet principiare prædeſtinatum, nec eum judicare.

15. E. T. C. I. Prædeſtinatio eſt id, quod habet æqualem Poteſtatem in Concordantia Sapientiæ & Juſtitiæ in prædeſtinando homines æqualiter per Sapientiam & Juſtitiam; & ideo convenit, quòd prædeſtinati homines cum libera Poteſtate bonum, quod faciunt, faciant liberè, & non coactè, in quo facere bonum Sapientia ponit Prædeſtinationem, & Juſtitia Libertatem Poteſtatis.

16. E. T. E. I. Prædeſtinatio eſt id, quod poteſt habere in ſe æqualia Principia Juſtitiæ & Sapientiæ in prædeſtinando homines, quia Sapientia prædeſtinat illos per ſcire, & Juſtitia per judicare, & hoc per Æqualitatem ſciendi & judicandi, ad quam Æqualitatem concurrunt bonificare, magnificare &c.; & ideo convenit, quòd opera hominum ſint bona & magna in Æqualitate Poteſtatis & Principii.

17. I. T. C. E. Prædeſtinatio eſt ille actus, quem Sapientia habet in prædeſtinando homines, & ille actus eſt indutus Veritate Principii & Concordantiæ; & quia ſinè Veritate non poſſet eſſe verus, nec ſinè Concordantia concordare, nec ſinè Principio principiare, ſignificatur, quòd actus prædeſtinandi ſit conditionatus ſub tali conditione, quòd poſſit eſſe hoc, quod eſt, & non poſſet eſſe hoc, quod eſt, ſinè principiare, verificare & concordare; & ideo prædeſtinatus eſt conditionatus, quòd poſſit principiare bonum operari cum Veritate & Concordantia.

18. I. T. C. I. Prædeſtinatio eſt id, quod in ſe habet Æqualitatem Veritatis & Concordantiæ in prædeſtinando homines; & ideo habent prædeſtinati homines Æqualitatem in Veritate & Concordantia, quando faciunt bonum: ſed, quando deſtruunt Æqualitatem, ponunt loco Æqualitatis Inæqualitatem Veritatis & Concordantiæ, & ponunt loco Concordantiæ Contrarietatem, & loco Veritatis Falſitatem; & ideo exeunt de prædeſtinare, & intrant in damnare.

19. I. T. E. I. Prædeſtinatio eſt illud ens, per quod prædeſtinare eſt in Veritate & Principio & Æqualitate; quare, ſicut non poſſet eſſe prædeſtinare ſinè Veritate & Æqualitate Sapientiæ & Juſtitiæ, ſic non poſſet eſſe ſinè Principio prædeſtinandi; ideo ſignificatur, quòd prædeſtinati homines poſſint principiare bonum & malum; &, ſi principiant bonum, remanent prædeſtinati, ſi verò malum, fiunt præſciti.

20. T. C. E. I. Prædeſtinatio eſt id, quod in prædeſtinare habet æqualificare ipſorum concordare & principiare; & ideo homines, qui ſunt prædeſtinati, remanent prædeſtinati, ſi ſequuntur naturam Prædeſtinationis in æqualificare ipſorum concordare & principiare: ſed, quando exeunt de illa natura, non poſſunt remanere prædeſtinati, quia non ſequuntur conditiones, quæ Prædeſtinationi conveniunt, ſinè quibus prædeſtinare non poteſt eſſe.

TERTIA QUÆSTIO. D.

De quo eſt Prædeſtinatio?

SOLUTIO. *Camera.* D. E. F.

1. PRædeſtinatio eſt de æterna Poteſtate & æterna Sapientia; & ideo eſt prædeſtinare indutum de æternare, poſſificare & ſcire, & per Æternitatem durat, & per Poteſtatem poſſificatur, & per Sapientiam ſcitur.

2. D. E. T. D. Prædeſtinatio eſt de Æternitate & de Poteſtate ſinè Contrarietate, & eſt de Concordantia Sapientiæ & Juſtitiæ; & ideo in prædeſtinare & judicare non poſſunt Juſtitia & Sapientia inter ſe contra

riari

(c) 2006 Ministerio de Cultura

riari, cùm Æternitas faciat durare Concordantiam utriusque.

3. D.E.T.E. Prædestinatio est de æterna Potestate, quam Sapientia habet in principiando prædestinare; nam, sicut Prædestinati homines sunt principiati, sic Prædestinatio illorum est principiata in illis, & illa, in quantum est DEUS, remanet potens & æterna & Principium principians, & est in hominibus principiabile Principium, & principiare est de ambobus.

4. D.E.T.F. Prædestinatio est de Medio Æternitatis, quod est æternare, & de Medio Potestatis, quod est possificare: & ideo Prædestinatio est de æternificativo & æternificabili & de Potestate amborum; & sic secundùm hanc considerationem est Prædestinatio de DEO & est DEUS: sed quantũ continet de creatura, non est DEUS nec æterna, sed est influxa creata prædestinabilitas & influxum & creatum prædestinare & prædestinabile.

5. D.F.T.D. Prædestinatio est de æterno scire & de æterno concordare, & ideo non potest esse de contrariari: de quo esset, si esset, sicut credunt aliqui homines, qui dicunt, quòd, si est prædestinare, non sit judicare, & si est judicare, non sit prædestinare, credentes, quòd, si est unum, non possit esse alterum; & ideo talis credulitas negat Concordantiam æternæ Sapientiæ & Justitiæ.

6. D.F.T.E. Prædestinatio est in Sapientia de æternis Principiis, quæ sunt intellectivum, intelligibile & intelligere: & ideo est talis Prædestinatio DEUS; sed, in quantum Prædestinatio est prædestinabilis & principiabilis in tempore, non est DEUS, sed est creatura sustentata in homine & in operibus ipsius.

7. D.F.T.F. Prædestinatio est de Medio, in quo conjunguntur æternum judicare & intelligere, & ita est de DEO, qui est illa Conjunctio; &, in quantum ab illa Conjunctione est influxa similitudo Prædestinationis sustentata in prædestinato homine, est illa similitudo de Conjunctione & mensuris, & est tota extensa per extremitates illius similitudinis, quæ similitudo est figura, in qua apparet Prædestinatio, quæ est DEUS.

8. D.T.D.E. Prædestinatio est Æternitas de æternis Principiis cum Concordantia, in quibus non potest esse Contrarietas; & ideo prædestinatus homo, antequam sit natus, est prædestinatus in illa intrinseca Concordantia, & per consequens judicatus homo in extrinseco Judicio venit judicatus cum Libertate bene agendi, secundùm quòd interiùs est prædestinatus; sed quia ejus Prædestinatio est principiata ab extrà cum Contrarietate, potest principiare peccatum contra extrinsecam Prædestinationem, & remanet intrinseca Justitia cum intrinseca æterna Prædestinatione, ita, quòd alteratio extrinsecæ Prædestinationis non possit contradicere in Præscientia.

9. D.T.D.F. Contrariari non potest in Æternitate esse Medium, quia, si posset, esset Æternitas de contrariis, & sic Æternitas non esset hoc, quod est; & quia Æternitas non est de contrariis, non potest Prædestinatio in Æternitate esse de contrariis, de quibus esset, si Sapientia, quæ est æterna, sciret, quòd Martinus, qui est prædestinatus, coactè salvaretur sinè Libertate, quæ est subjectum judicandi.

10. D.T.E.F. In Principio est Medium, quod est principiare exiſtens de principiativo & principiabili, & istud Medium non potest in Æternitate deficere principiativo & principiabili, nec ambo possunt deficere illi; simili modo in Æternitate non possunt deficere ipsi prædestinare prædestinativum & prædestinabile, sed extra Æternitatem, quia peccatum est principiabile; & ideo potest prædestinabile deficere intrinseco prædestinativo.

11. E.F.T.D. Potestas exiſtens in Sapientia est de Sapientia, ut Sapientia habeat Potestatem intellectivi, intelligibilîs & intelligere; sed, quando Potestas recedit à Sapientia, non potest Sapientia habere illam Potestatem, quam habebat in se ipsa, cujus Potestatis privatio contradicit Sapientiæ, ne possit intelligere; simili modo Prædestinatio posita in Potestate intelligendi est intellecta & intelligibilis: sed, quando recedit à Potestate intelligendi, non potest esse intellecta nec intelligibilis, quia Contrarietas ibi contradicit cum Potestate peccandi, quæ contradicit ipsi prædestinare tunc, quando homo facit peccatum.

12. E.F.T.E. In Prædestinatione est prædestinare Principium, & non potest esse Principium in illa, nisi prædestinare sit de posse & de intelligere, nec prædestinare posset esse de posse & intelligere sinè principiare; & ideo convenit, quòd Prædestinatio sit principiabilis in prædestinatis hominibus, &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quòd non principietur in tempore in Poteſtate & in Sapientia DEI.

13. E. F. T. F. In Poteſtate eſt Medium de Sapientia, quod eſt intelligere, & illud intelligere eſt Medium poſſificativi & poſſificabilîs, in quantum induitur Poteſtate; ſimili modo eſt de prædeſtinare, quod eſt Medium prædeſtinativi & prædeſtinabilîs exiſtens in Medio poſſificativi & poſſificabilîs, intellectivi & intelligibilîs; ſed, quando deficiunt poſſificabile & intelligibile, deficit prædeſtinare per peccare, per quod deficiunt poſſificabile & intelligibile, & non poſſunt attingere prædeſtinare in peccare.

14. E. T. D. E. Principiare in Poteſtate non poteſt prædeſtinare cum Contrarietate judicandi & intelligendi: & ideo non poteſt eſſe Prædeſtinatio de privatione Libertatis & de actu intelligendi, nec poteſt eſſe de privatione actûs intelligendi & de actu judicandi; igitur convenit, quòd Prædeſtinatio ſit de actu Sapientiæ & Juſtitiæ & de Libertate, quam homo habet in agendo bonum, & non poteſt eſſe de Libertate, quam homo habet in agendo malum, cùm bonum & malum ſint contraria in Libertate.

15. E. T. D. F. In Poteſtate non poteſt eſſe Medium de contrariis, videlicet de contrariari, quod ſit in Medio poſſificativi & poſſificabilîs; ſimili modo in Prædeſtinatione non poteſt eſſe Medium de contrariis, quod eſſet, ſi homo eſſet prædeſtinabilis in peccare.

16. E. T. E. F. Prædeſtinatio eſt de Poteſtate cum principiare, quod eſt Medium inter principiativum & principiabile; & ideo eſt bona illa Poteſtas, de qua eſt Prædeſtinatio, & illa Poteſtas eſt mala, quæ per peccare deſtruit prædeſtinare tunc, quando homines peccant, propter quod exeunt de prædeſtinare & de ejus Principiis & Poteſtatibus, & intrant in damnare & Principia & Poteſtates illius.

17. F. T. D. E. Prædeſtinatio eſt de Principiis in Sapientia, quæ homines prædeſtinat cum Concordantia intellectivi & juſtificativi, intelligibilîs & juſtificabilîs, intelligere & judicare; & ideo Contrarietas non poteſt principiare nec contrariari in illa Concordantia.

18. F. T. D. F. Inter Prædeſtinationem & Præſcientiam eſt Medium, quod eſt contrarium, de quo non eſt Prædeſtinatio nec Præſcientia, quia illud contrarium eſt de mutatione, quam homo facit de ſe ipſo ex Prædeſtinatione in Præſcientiam tunc, quando exit de Virtute, & intrat vitium.

19. F. T. E. F. Prædeſtinatio eſt de ſe ipſa, in quantum eſt Principium prædeſtinandi, & Prædeſtinatio eſt de prædeſtinato homine, in quantum eſt prædeſtinabile Principium; & ideo eſt prædeſtinare Principium exiſtens Medium inter Prædeſtinationem, quæ eſt de ſe ipſa, & Prædeſtinationem, quæ eſt de alio.

20. T. D. E. F. Si Prædeſtinatio eſſet de Contrarietate, quæ eſſet in Medio Sapientiæ & Juſtitiæ, eſſet Principium, in quo corrumperentur intelligere & judicare, quæ corruptio ſuſtentaretur in contrariari, quod eſſet de intelligere & judicare; ſed, quia hoc eſt impoſſibile, eſt Prædeſtinatio de Concordantia, quæ eſt Principium exiſtens in Medio Sapientiæ & Juſtitiæ cum concordare, intelligere & judicare.

QUARTA QUÆSTIO. E.

Quare eſt Prædeſtinatio?

SOLUTIO. *Camera.* B. E. F.

1. PRædeſtinatio eſt per bonam poſſe & per bonum intelligere, & eſt per potens intelligere, & ideo ſunt homines prædeſtinati per Bonitatem & per potens intelligere.

2. B. E. T. B. Prædeſtinatio eſt per Poteſtatem Differentiæ, quia eſt alia per Poteſtatem prædeſtinativæ Bonitatis, & alia per Poteſtatem prædeſtinabilis Bonitatis; & ideo eſt una Prædeſtinatio per Deitatem, & alia per prædeſtinabilitatem ſuſtentatam in hominibus.

3. B. E. T. E. Prædeſtinatio eſt ideo, quia eſt principiata in Poteſtate creatæ Bonitatis, & eſt ideo, quia eſt Principium in bona increata Poteſtate; & ideo ſunt omnes homines principiati in Prædeſtinatione, & nullus eſt principiatus ad Damnationem.

4. B. E. T. F. Prædeſtinatio eſt per prædeſtinare, quod eſt in Medio prædeſtinativi & prædeſtinabilîs: per prædeſtinabile quidem eſt Prædeſtinatio, in quantum paſſio: per prædeſtinativum verò eſt Prædeſtinatio, in quantum actio; & ideo eſt in Prædeſtinatione bona & potens actio, & bona & poſſificabilis paſſio.

5. B. F. T. B. Prædeſtinatio eſt ideo, quia Sapientia DEI prævidet homines, antequam ſint nati, ad bonam operationem, & Prædeſtinatio eſt ideo, quia homines, quando ſunt in ſtatu faciendi bonum, faciunt bonum, cum quo bono ſunt prædeſtinati ad ſalva-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

salvationem; & ideo ponitur Differentia in Prædestinatione, in quantum aliud est prædestinans, & aliud est prædestinabile, & aliud prædestinare.

6. B. F. T. E. Prædestinatio est ideo, ut Sapientia DEI intelligat cum Bonitate Principium hominum, per quam Bonitatem intelligit illorum Principium principiatum propter salvationem, in quo Principio ponit Bonitas suam rationem, in quantum bonum principiat bonum: & Sapientia ponit suam rationem, in quantum intelligit, antequam homo nascatur, opera illius, ad quæ principiatus est in Prædestinatione Bonitatis & intelligendi.

7. B. F. T. F. Prædestinatio est ideo, ut sit subjectum, per quod homines in hac vita possint habere bonum & altum intelligere; quia Prædestinatio est adeò difficilis intellectu, quòd humanus Intellectus ibi indigeat omnibus viribus suæ Bonitatis, & quantò plùs intelligit, tantò altius est suum intelligere, & quantò altiùs ascendit per intelligere Prædestinationem, tantò faciliùs potest homo intelligere inferiores intelligibilitates.

8. B. T. B. E. Prædestinatio est per bonum Principium distinctum in prædestinativo, prædestinabili & prædestinare; & ideo est Prædestinatio figura, in qua apparet, quòd DEUS principiaverit homines cum Bonitate, & non cum Malitia nec peccato.

9. B. T. B. F. Prædestinatio est ideo, ut sit Differentia Bonitatis inter prædestinativum, prædestinabile & prædestinare, ut in Bonitate possit esse bonum prædestinare, bonum prædestinativum & bonum prædestinabile; & ideo potest nullum malum esse in Prædestinatione.

10. B. T. E. F. Prædestinatio est ideo, quia principiat in bona prædestinabilitate per bonum prædestinativum, & ideo, quia bonum prædestinare est Medium amborum; & propter hoc sunt homines prædestinati per Bonitatem prædestinantis, & remanent prædestinati per Bonitatem boni prædestinare & boni principiare; sed, quando sunt præsciti, sunt præsciti per principiare malum contra bonum principiare & prædestinare.

11. E. F. T. B. Prædestinatio est per Potestatem sciendi & differentiandi, quæ facit, quòd Sapientia prædestinet homines in Differentia prædestinantis & prædestinabilîs, ut posse & intelligere priùs sint, quàm opera prædestinatorum.

12. E. F. T. E. Prædestinatio est ideo, ut Potestas principiet in scire prædestinatum scitum, antequam principietur; & ideo posse scire prædestinatum, antequam sit principiatus, habet conditiones Æternitatis, & principiatus prædestinatus habet conditiones temporis.

13. E. F. T. F. Potestas ignîs est per ignem, & ideo est per ignem, ut sit ignire, quod ignire est ideo, ut sit ignitivum & ignibile. Simili modo potestas prædestinationis est de prædestinare, & est per prædestinare, ut sint prædestinativum & prædestinabile.

14. E. T. B. E. Prædestinatio est per se ipsam, in quantum est hoc, quod est, sicut homo, qui est per hoc, quia est hoc, quod est; & quia Differentia existit in Prædestinatione per prædestinativum, prædestinabile & prædestinare, est per Potestatem, quia est Principium per principiativum prædestinativum, & per principiabile prædestinabile, & per principiare prædestinare.

15. E. T. B. F. Prædestinatio est per Medium, quod est prædestinare, & ideo est, ut Potestas possit esse in Differentia prædestinativi, prædestinabilîs & prædestinare; & ideo non possunt deficere Prædestinationi prædestinativum, prædestinabile & prædestinare.

16. E. T. E. F. Prædestinatio est per principiare & possificare in prædestinare; & ideo prædestinare est, quia possificare & principiare sunt in Prædestinatione.

17. F. T. B. E. Prædestinatio est ideo, quia Sapientia DEI scit, quis sit principiabilis in Differentia prædestinantis, prædestinabilîs & prædestinare; & ideo est Prædestinatio per differens principians Principium, & est per differentiabile principiabile Principium, & per principiare & differentiare.

18. F. T. B. F. In igne est ignibile per ignitivum, & ignire est per ignitivum & ignibile; & ideo est ignire de activa natura per ignitivum, & de passiva per ignibile, producente tamen ignitivo activam naturam in ignire de se ipso, & passivam naturam de ignibili. Simili modo est in Sapientia DEI Prædestinatio per prædestinativum, prædestinabile & prædestinare & per Differentiam omnium trium; est etiam per Influentiam, quam prædestinativum influit prædestinabili in prædestinare, quæ Influentia tunc perit, quando prædestinatus homo peccat, quia per peccatum resistit receptioni illius Influentiæ, per quam resistentiam non potest remanere prædestinatus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

19. F. T. E. F. Prædeſtinatio eſt ideo, quia Sapientia DEI principiat ſubjectum ad prædeſtinandum, ſinè quo ſubjecto prædeſtinatus non poſſet eſſe principiatus, quod ſubjectum fuit principiatum, ut in illo principiare eſſet prædeſtinare, & illud ſubjectum eſt principiabile & prædeſtinabile, quia eſt prædeſtinare.

20. T. B. E. F. Prædeſtinatio eſt per Differentiam, Principium & Medium, in quantum Differentia in Principio facit exiſtere prædeſtinativum unum Principium per ſe eſſentialiter diſtinctum à prædeſtinabili: & facit exiſtere aliud Principium, quod eſt prædeſtinabile: & facit exiſtere aliud Principium prædeſtinare per Medium; & facit, quòd prædeſtinativum non ſit prædeſtinabile per eſſentiam, in quantum ſunt diverſæ eſſentiæ, & eſſentia prædeſtinabilîs eſt per eſſentiam prædeſtinativi, ut prædeſtinativum habeat ſubjectum, in quo poſſit principiare prædeſtinare.

QUINTA QUÆSTIO. F.

Quanta eſt Prædeſtinatio?

SOLUTIO. *Camera.* C. F. H.

1. PRædeſtinatio eſt tanta, quanta eſt continua Magnitudo in infinito virtuoſo intelligere; & ideo non habet Prædeſtinatio Quantitatem quoad ſimplicem ſupradictam continuitatem, ſed quoad Prædeſtinationem ſuſtentatam in concretis, ſcilicet prædeſtinativo, prædeſtinabili & prædeſtinare habet numeralem Quantitatem in omnibus tribus concretis.

2. C. F. T. C. In Prædeſtinatione eſt Concordantia Magnitudinis & Sapientiæ, quia per Magnitudinem eſt magnum ſcire Sapientiæ, & per ſcire Sapientiæ ſcitur magnificare Magnitudinis: & iſta Concordantia eſt ſinè Quantitate, & in quantum Prædeſtinatio eſt iſta Concordantia, videlicet prædeſtinans, qui eſt DEUS, eſt Prædeſtinatio ſinè Quantitate, & Quantitas Prædeſtinationis remanet in Concordantia prædeſtinabilîs & prædeſtinare, quæ ſunt creaturæ.

3. C. F. T. F. In Prædeſtinatione eſt prædeſtinare exiſtens Medium inter Magnitudinem & Sapientiam, in quantum per Magnitudinem eſt magnum, & per Sapientiam eſt ſcitum; & iſtud prædeſtinare inter Magnitudinem & Sapientiam eſt ſinè Quantitate, in quantum Magnitudo & Sapientia ſunt DEUS, qui per ſuam magnam Sapientiam prædeſtinat magnum prædeſtinatum in Quantitate illius, per quam Quantitatem illius Prædeſtinatio habet Quantitatem.

4. C. F. T. H. In Prædeſtinatione eſt Majoritas & Minoritas, quia major eſt Magnitudo & Sapientia DEI, quæ prædeſtinat magnum prædeſtinatum, quàm ſit Magnitudo & Sapientia prædeſtinati; & ideo ſunt Magnitudo & Sapientia prædeſtinati in Quantitate cum Minoritate, & ſecundùm relationem remanet Sapientia & Magnitudo prædeſtinativi in Majoritate ſinè Quantitate.

5. C. H. T. C. In Prædeſtinatione eſt magna Concordantia Virtutis, quia magna Concordantia Virtutis eſt in prædeſtinando hominem, antequam ſit creatus; quæ Concordantia Virtutis adeò magna eſt, quòd non poſſit terminari in Quantitate: & ideo comprehendit Prædeſtinationem prædeſtinati hominis in Quantitate illius, ſinè qua Quantitate ille prædeſtinatus homo non poſſet eſſe.

6. C. H. T. F. Virtus Prædeſtinationis eſt tam magna in prædeſtinare, quòd in illo prædeſtinare ſit Prædeſtinatio ſinè Quantitate ſecundùm Magnitudinem Virtutis; ſed, in quantum in illo prædeſtinare eſt parvitas Virtutis ſecundùm Parvitatem prædeſtinati, eſt Prædeſtinatio in Quantitate, ſecundùm quam prædeſtinatus ſe poteſt mutare in eſſe præſcitum, cùm Minoritas ſit circa nihil.

7. C. H. T. H. Major Virtus non poteſt cadere in minorem Magnitudinem, in quam caderet, ſi major Virtus haberet Quantitatem, quia caderet in ipſam ſinè Quantitate, ex quo ſequeretur Contradictio; ſimili modo eſt de Prædeſtinatione, in qua Magnitudo habet majorem Virtutem ſecundùm prædeſtinantem, & minorem ſecundùm prædeſtinabilem.

8. C. T. C. F. Quantitas aut eſt ſimplex vel compoſita, aut continua vel diſcreta: ſimplex eſt per unum modum, compoſita per alium, & continua eſt per unum modum, diſcreta verò per alium; igitur Prædeſtinatio eſt quanta ſecundùm unum modum Magnitudinis Concordantiæ & Medii, & non eſt quanta ſecundùm alium modum Magnitudinis, Concordantiæ & Medii; & ideo ſecundùm unum modum habet prædeſtinare Quantitatem, & ſecundùm alium non.

9. C. T. C. H. In prædeſtinativo eſt major Magnitudo & Concordantia, quàm in præ-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

prædestinabili; &, quia in prædestinabili Magnitudo & Concordantia habent Quantitatem, est Prædestinatio prædestinati quanta, & Prædestinatio prædestinativi non est quanta, ut in ea sit major Magnitudo & Concordantia; & ideo non potest Prædestinatio prædestinati mutare Prædestinationem prædestinativi.

10. C.T.F.H. In Prædestinatione est subjectum, in quo prædestinans influit prædestinatum cum majori Magnitudine sciendi; & ideo comprehenduntur prædestinatus & ejus Prædestinatio sub ratione Quantitatis, & major influentia remanet sinè Quantitate: quia si remaneret in Quantitate, non esset sub ratione majoris Magnitudinis.

11. F.H.T.C. Sapientia, Virtus & Concordantia sunt subjectum Prædestinationis, quia Sapientia prævidet cum Virtute & Concordantia sui ipsius hominem prædestinatum, antequam sit natus; & in ista prævisione non est Quantitas in Concordantia prævidentis & prævisi, quia prævisus non est, antequam sit creatus, & ideo non est subjectum Concordantiæ; sed, quando est natus, & est in statu faciendi bonum, & facit illud, tunc ejus Prædestinatio habet Quantitatem, in quantum est prædestinabilis & concordabilis; &, quia habet Quantitatem, potest principiare peccatum per Contrarietatem contra Virtutem & Concordantiam & prædestinare.

12. F.H.T.F. Intelligere est Medium intellectivi & intelligibilis, & est indutum Virtute cum Quantitate intelligibilis & intelligere, quæ Quantitas est in Prædestinatione prædestinati, & Prædestinatio ex parte prædestinantis & illius prædestinare est sinè Quantitate Virtutis & Sapientiæ.

13. F.H.T.H. Intelligere prædestinantis est in majori Virtute, quàm prædestinabilitas prædestinati; & ideo attingit prædestinans sinè Quantitate sui ipsius & sui intelligere & suæ Virtutis prædestinabilitatem prædestinati; & quando prædestinatus est in actu producto de prædestinabilitate in prædestinare, est Prædestinatio illius cum Quantitate.

14. F.T.C.F. In Concordantia est Medium, quod est concordare, quod est in prædestinato cum Quantitate concordativi & concordabilis; & ideo est Quantitas in Prædestinatione illius, & non in Prædestinatione prædestinantis, postquam prædestinare non potest esse in Medio prædestinantis & prædestinabilis cum æquali virtute amborũ.

15. F.T.C.H. Major Concordantia est ex parte prædestinantis, & minor ex parte prædestinabilis; & ideo concordare prædestinantis & prædestinabilis non habent Quantitatem ex parte prædestinantis, & habent Quantitatem ex parte prædestinabilis, cum qua Quantitate Prædestinatio prædestinati est mensurabilis.

16. F.T.F.H. Majus Medium existens in Sapientia est intelligere, quod sit de essentia intrinseci intellectivi & intelligibilis, sed quod sit de specie extrinsecæ intelligibilitatis: unde, sicut minus Medium non potest ponere Quantitatem in majori, sic Prædestinatio prædestinati induta Quantitate non potest induere Quantitate Prædestinationem prædestinantis.

17. H.T.C.F. Prædestinans habet Virtutem in producendo concordare in Medio Concordantiæ, producens in illo Quantitatem concordativi & concordabilis, ipso existente quantificativo, sicut existit productivus sinè Quantitate sui ipsius, & producit prædestinabile cum Quantitate, quæ est habitus Prædestinationis prædestinati.

18. H.T.C.H. Major Concordantia, quæ sit in Virtute, est de essentialibus concretis, videlicet virtuificativo, virtuificabili & virtuificare, & ista major Concordantia non potest destrui per minorem, cùm sit induta Majoritate; simili modo non potest minor Prædestinatio ponere Quantitatem in majori Prædestinatione, sed major ponit illam in ipsa, in quantum facit, quòd illa sustentetur in Prædestinatione prædestinati.

19. H.T.F.H. Major Virtus est in Medio, & minor in extremitatibus; & quia major Virtus est prædestinantis, & minor prædestinati, existit Quantitas in extremitate, quia habet Concordantiam cum minori Virtute, & non est in Majoritate Virtutis.

20. T.C.F.H. In Prædestinatione est Concordantia, Medium & Majoritas, & ideo sunt duæ Prædestinationes, una prædestinativi, quæ est major in Concordantia, & altera prædestinati, quæ est minor in concordare; & ut Majoritas possit esse in concordare, non potest in Prædestinatione prædestinativi esse Quantitas, & potest esse & convenit, quòd sit in Prædestinatione prædestinati, sinè qua Quantitate prædestinatus non haberet Concordantiam cum Minoritate.

QUÆ-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

SEXTA QUÆSTIO. G.

Qualis eſt Prædeſtinatio?

SOLUTIO. *Camera.* B.E.G.

1. PRædeſtinatio eſt Qualitas Bonitatis, Poteſtatis & Voluntatis, in quantum eſt bona, potens & magna; & eſt propria Qualitas, in quantum continet Naturam DEI, qui eſt ipſa Bonitas, Poteſtas & Voluntas: & eſt appropriata, in quantum continet naturam prædeſtinati hominis, in quo eſt naturalis Bonitas, Poteſtas & Voluntas; & ideo eſt Prædeſtinatio qualis ſecundùm duas prædictas Qualitates, videlicet propriam & appropriatam.

2. B. E. T. B. Prædeſtinatio eſt qualis ſecundùm Bonitatem & Poteſtatem, quia eſt bona & potens; & eſt qualis ſecundùm Differentiam, quia eſt alia ſecundùm increatam Bonitatem & Poteſtatem, & eſt alia ſecundùm creatam Bonitatem & Poteſtatem; & ideo convenit, quòd illi, qui volunt intelligere Prædeſtinationem, faciant, quòd intelligatur Differentia, ſecundùm quòd Prædeſtinatio eſt qualis in increata Bonitate & Poteſtate, & ſecundùm quòd eſt qualis in creata Bonitate & Poteſtate.

3. B.E.T.E. Prædeſtinatio habet principiativam & principiabilem Qualitatem, & principiativa Qualitas habet in Bonitate & Poteſtate principiabilitatem, & principiabilitas habet in Bonitate & Poteſtate Principium; & ideo principiativa comprehendit & menſurat principiabilem.

4. B. E. T. G. Finis Prædeſtinationis eſt prædeſtinare, & Finis ipſius prædeſtinare eſt in Bonitate & Poteſtate; & ideo convenit, quòd Prædeſtinatio ſit qualificata, ſecundùm quòd Qualitas ſuſtentatur in Bonitate & Poteſtate.

5. B. G. T. B. Differentia eſt in Prædeſtinatione cum Bonitate & Voluntate: eſt cum Bonitate, quantum ad Differentiam bonificativi, bonificabilîs & bonificare: & eſt in Voluntate, quantum ad Differentiam amativi, amabilîs & amare; & ideo eſt Prædeſtinatio qualificata ſecundùm Qualitates concretorum, quibus Bonitas, Voluntas & Differentia ſunt plenæ.

6. B. G. T. E. In Principio ſunt Bonitas & Voluntas Qualitates, in quantum eſt bonum, & in quantum eſt amabile, & Principium habet in Bonitate & Voluntate qualia per efficientem, materiam, formam & per finalem cauſam; igitur Prædeſtinatio eſt ſecundùm Qualitates & prædicta qualia.

7. B. G. T. G. Finis eſt qualis ſecundùm amabilem Bonitatem, & eſt qualis ſecundùm bonificabilem Voluntatem, & hæc duo qualia ſunt de Qualitatibus exiſtentibus aliâ in alia, & aliâ ex alia; & ideo habet Prædeſtinatio Qualitates ſecundùm hoc, de quo eſt, & in quo eſt, & ſecundùm Finem, quare eſt.

8. B. T. B. E. Differentia eſt in Principio cum Bonitate differentiando Principium in qualibus concretis bonis differentibus habentibus Qualitates ſecundùm bonum differens principiativum, principiabile & principiare; & hoc idem ſequitur de Prædeſtinatione exiſtente quali, & habente Qualitates per Bonitatem, Principium & Differentiam.

9. B. T. B. G. Differentia habet qualia in Fine cum Bonitate, & ideo habet qualia in Fine cum pluribus Bonitatibus, quia bonum eſt finitivum diſtinctivum, & bonum eſt finibile diſtinguibile, & bonum eſt finire indutum de differentiare; hoc idem ſequitur in prædeſtinare exiſtente de qualibus & de ſupradictis Qualitatibus.

10. B. T. E. G. Finis habet unam Qualitatem ſecundùm Principium, quia per Principium habet in ſe qualia, videlicet bonificativum, bonificabile & bonificare; hoc idem ſequitur in Fine Prædeſtinationis; & ideo in Prædeſtinatione ſunt menſuræ, quæ ſe invicem comprehendunt & ſecundùm qualia & ſecundùm Qualitates exiſtentes ſecundùm Finem, Principium & Bonitatem.

11. E. G. T. B. In Prædeſtinatione, quæ eſt DEUS, omne id, quod eſt proprium Poteſtati, eſt proprium Voluntati, & omne id, quod eſt proprium Voluntati, eſt proprium Poteſtati, & hoc ideo, quia non ſunt differentes in eſſentia, ſed in Prædeſtinatione; tamen Prædeſtinatio, quæ non eſt DEUS, habet unam Qualitatem per Poteſtatem, & alteram per Voluntatem, & hoc ideo, quia non ſunt unum & idem in eſſentia; & ideo facit Differentia, quòd Prædeſtinatio ſit aliud ſecundùm DEUM, & aliud ſecundùm prædeſtinatum, & Poteſtas facit omne id, quod Divina Voluntas vult in prædeſtinato, & velle vult omne id, quod Poteſtas poteſt.

12. E. G. T. E. Prædeſtinatio eſt qualis, ſecundùm quòd Divina Voluntas illam vult in ſua Poteſtate & in ſuis Principiis: & eſt qualis, ſecundùm quòd illam vult in Poteſtate

(c) 2006 Ministerio de Cultura

testate hominum & in Principiis illorum; & ideo est Prædestinatio qualificata, secundùm quòd est amata, principiata & possificata.

13. E.G.T.G. In Fine Voluntatis & Potestatis est Prædestinatio qualificata, ut sequatur Potestas Voluntatis DEI in prædestinatis hominibus motis ad prædestinandum; & ideo prædestinare non potest esse contra velle & posse DEI, nec contra Finem, Voluntatem & Potestatem prædestinatorum hominum.

14. E.T.B.E. Prædestinatio habet Qualitatem in Potestate, in quantum est ens, quod potest esse: & habet Qualitatem per Differentiam, in quantum est alia secundùm Divinam Potestatem, & alia secundùm humanam Potestatem: & est qualificata secundùm Principium cum Differentia, quia alia est per Principium, quod est DEUS, & alia per Principium, quod non est DEUS; & ideo est Prædestinatio qualis & habet Qualitates secundùm sua Principia.

15. E. T. B. G. Finis Potestatis est possificare, & Finis Differentiæ est differentiare, & Potestas Finîs est complere cum Differentia possificativi, possificabilîs & possificare; & ideo complet Prædestinatio hoc, quod prædestinatum est secundùm supradictas proprias & appropriatas Qualitates.

16. E.T.E.G. Secundùm Finem Potestatis in principiare est Prædestinatio qualificata in prædestinare; & ideo non potest Prædestinationi deficere possificare, principiare & complere.

17. G. T. B. E. Prædestinatio est amata per Voluntatem, & differentiata per Differentiam, & principiata per Principium, & ideo est amabilis per Voluntatem, & differentiabilis per Differentiam, & principiabilis per Principium; igitur Principium est quale secundùm prædestinare ipsius velle, differentiare & principiare.

18. G. T. B. G. Inter Voluntatem & Finem est Differentia, secundùm quam Prædestinatio est qualificata in creato velle & finire, & non secundùm increatum velle & finire; & hoc ideo, quia Voluntas & Finis in DEO sunt unum & idem numero.

19. G.T.E.G. Voluntas cum Principio quiescit in Fine Prædestinationis, hoc est, cum amativo, amabili & amare, quæ sunt ejus Principia, amat Finem Prædestinationis, quæ est qualificata, secundùm quòd est amata & principiata; & ideo remanet prædestinare in amare, principiare & complere.

20. T.B.E.G. Illi, qui volunt intelligere Prædestinationem, debent inquirere ejus Qualitates secundùm Differentiam, Principium & Finem, quia Differentia significat illam, secundùm quòd existit inter prædestinativum, prædestinabile & prædestinare, & Principium significat illam, secundùm quòd prædestinativum & prædestinabile sunt Principia ipsi prædestinare; & Finis significat illam, secundùm quòd prædestinativum de prædestinabili complet prædestinare; & ideo Prædestinatio sic qualificata & significata est intelligibilis.

SEPTIMA QUÆSTIO. H.

Quando fuit Prædestinatio?

SOLUTIO. *Camera.* D.E.H.

1. PRædestinatio fuit, est & erit secundùm æternam Potestatem & Virtutem, DEO sciente prædestinatos homines in Æternitate, antequam essent, extra quam non exit ejus Potestas, Virtus & scire.

2. D. E. T. D. Prædestinatio, quæ est DEUS, fuit in Æternitate sinè Tempore: & Prædestinatio sustentatur in prædestinato in Tempore tunc, quando homo contradicit peccato cum prædestinata Potestate: sed, quando contradicit Virtuti, non potest esse ejus Prædestinatio, quia non habet subjectum, in quo sustentetur.

3. D. E. T. E. Prædestinatio fuit in æterno Principio secundùm mensuras æterni scire, & sic est figura in Tempore æterni scire, sicut æviternitas in Principio est figura Æternitatis, & ista figura Prædestinationis fuit principiata in Tempore; & ideo Prædestinatio potest esse in æterna Potestate & in principiabili Potestate.

4. D. E. T. H. Prædestinatio est major, quàm Tempus, per æternam Potestatem, & est minor per humanam durabilem & possificabilem Potestatem; & ideo per Minoritatem fuit, est & erit in Tempore, & per Majoritatem fuit, est & erit in Æternitate.

5. D. H. T. D. Prædestinatio cum Contrarietate non habet Virtutem, per quam sit in Æternitate, igitur Prædestinatio habet Virtutem, quòd cum Concordantia sit in Æternitate, in qua est secundùm Virtutem ipsius intelligere, quod mensurat prædestinatum in Æternitate, qui extra Æternitatem est in Tempore, & huic non potest Contrarietas contradicere.

6. D. H. T. E. Prædestinatio cum Virtute est Principium in Æternitate, & cum Vir-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Virtute eſt principiabilis extra Æternitatem, illâ principiabilitate ſuſtentatâ in temporabilitate.

7. D.H.T.H. Æternus intellectivus cum majori Virtute menſurat prædeſtinatum, & cum minori Virtute eſt menſuratus prædeſtinatus in Temporalitate; & ideo eſt Prædeſtinatio cum majori Virtute in Æternitate, & cum minori in Temporalitate.

8. D.T.D.E. Contrarietas non principiat prædeſtinare contra Æternitatem, igitur principiat Concordantia prædeſtinare in Æternitate, & iſtud principiare eſt formaliter de prædeſtinativo, & materialiter de prædeſtinabili, ita, quòd Contrarietas ibi non poteſt contradicere, poſtquam prædeſtinabilis eſt principiabilis in Tempore, & prædeſtinare eſt formaliter de eſſentia prædeſtinativi.

9. D.T D.H. Æternitas eſt major, quàm Contrarietas, & ideo non poteſt Contrarietas reſiſtere prædeſtinativo intellectivo, quod eſt æternare, qui intellectivus attingit prædeſtinatum in Temporalitate, qui nec in Æternitate nec in Temporalitate ſuſtentabatur, antequam eſſet.

10. D.T.E.H. Prædeſtinatio eſt major in æterno Principio, quàm in temporali Principio; & ideo non poteſt eſſe alterabilis in æterno Principio, ſed in temporali Principio poteſt eſſe alterabilis & mutabilis tunc, quando prædeſtinatus principiat mortale peccatum.

11. E.H.T.D. In Prædeſtinatione ſunt Poteſtas & Virtus ſinè Contrarietate, quia Poteſtas cum Virtute & Virtus cum Poteſtate ſunt in Concordantia, & ideo ſecundùm talem Concordantiam eſt Prædeſtinatio in Æternitate; ſed, dum Concordantia pervertitur in Contrarietatem, tunc Prædeſtinatio eſt privata in præterito Tempore tunc, quando homo ſe ſpoliat Virtute, & induit Vitium.

12. E.H.T.E. Prædeſtinatio eſt in phantaſticis Principiis indutis Poteſtate & Virtute phantaſticis ſuſtentatis in humano intelligere, quod ſuſtentatur in Temporalitate; ſed realis intrinſeca Prædeſtinatio, quæ eſt in Æternitate, transmittit extrà ſuam ſimilitudinem, ut humanus intellectus ipſam intelligat per illam ſimilitudinem.

13. E.H.T.H. Major Virtus, quam Poteſtas habet in prædeſtinato, eſt in Æternitate, & minor eſt in Temporalitate; & ideo non poteſt minor extrinſeca Virtus alterare majorem intrinſecam Virtutem.

14. E.T.D.E. Prædeſtinatio eſt in æterna Poteſtate cum Principio prædeſtinativi, prædeſtinabilîs & prædeſtinare, ita, quòd Contrarietas ibi non poteſt reſiſtere prædeſtinativo, prædeſtinabili nec prædeſtinare; quia, ſi illis poſſet contradicere, poſſet contradicere æternæ Poteſtati cum Poteſtate principiata in Temporalitate, quod eſt impoſſibile.

15. E.T.D.H. Poteſtas eſt major, quàm Contrarietas, & ideo Poteſtas Contrarietatis non poteſt contra majorem Poteſtatem, & major Poteſtas poteſt contra minorem; & ideo Poteſtas, quam homo habet in peccare contra prædeſtinare, non poteſt contra majorem Poteſtatem, contra quam poſſet, ſi homo non haberet Libertatem, & eſſet coactus per prædeſtinare.

16. E.T.E.H. Principium eſt majus & Poteſtas eſt Major in prædeſtinativo, quàm in prædeſtinabili, & ideo eſt prædeſtinare majus in prædeſtinativo principiativo poſſificativo, quàm in prædeſtinabili principiabili poſſificabili, & Majoritas eſt in Æternitate ſecundùm comparationem Minoritatis, quæ ſuſtentatur in Tempore.

17. H.T.D.E. Prædeſtinatio eſt in Tempore cum virtuoſo Principio, & ejus privatio eſt in Tempore cum vitioſo Principio tunc, quando prædeſtinatus homo ſe induit habitu præſciti faciendo peccatum.

18. H.T.D.H. Prædeſtinatio eſt in Virtute, quando homo habet majorem Contrarietatem contra Vitia, & ejus privatio eſt in contrario, videlicet tunc, quando homo habet majorem Contrarietatem contra Virtutes; & hæc Prædeſtinatio ſuſtentatur in Tempore cum majori Concordantia Virtutis, & intrinſeca Prædeſtinatio ſignificatur cum majori Concordantia Virtutis, quàm illa, quæ eſt extrà, quia eſt æterna.

19. H.T.E.H. Tempus eſt indiviſibile, ſed in quantum eſt ſubjectum motûs, ſuſtentatur in Virtute, Principio & Majoritate, in quibus ſuſtentatur motus; ſecundùm iſtum modum poteſt homo conſiderare, quomodo Prædeſtinatio ſit in Tempore, & quomodo in Æternitate: quia in Tempore eſt ſecundùm motum Virtutis, Principii & Majoritatis, per quem motum prædeſtinati homines poſſunt eſſe præſciti; & Prædeſtinatio eſt in Æternitate ſinè motu Virtutis, Principii & Majoritatis.

20. T.D.E.H. In Tempore ſunt Contrarietas, Principium & Majoritas, & hæc tria

ſunt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sunt in Tempore prædestinati hominis; & ideo sustentatur Prædestinatio illius in omnibus tribus, in quantum est causata: & Prædestinatio, quæ est causa, est in Æternitate sinè Contrarietate, & est Principium extrinsecæ Prædestinationi cum Majoritate.

OCTAVA QUÆSTIO. I.

Ubi est Prædestinatio?

SOLUTIO. *Camera.* B.F.I.

1. PRædestinatio est in Bonitate, Sapientia & Veritate: est in Bonitate, quia prædestinatus homo est prædestinatus in Bonitate: est in Sapientia, in quantum mensurat prædestinatum hominem, antequam sit natus, & mensurat illum cum Bonitate, quando homo facit bonum: & est in Veritate, quando est verum hoc, per quod Sapientia mensurat prædestinatum, nam, sicut illum mensurat cum intelligere, sic Veritas ponit illum in vero.

2. B.F.T.B. Prædestinatio est cum Bonitate in Sapientia cum Differentia prædestinativi, prædestinabilîs & prædestinare, bonificativi, bonificabilîs & bonificare, intellectivi, intelligibilîs & intelligere; & ideo, si homo non facit bonum, & facit malum, non potest esse prædestinatus.

3. B.F.T.F. Prædestinatio est cum Concordantia in Bonitate & Sapientia, quia Concordantia est de prædestinativo, prædestinabili & prædestinare; & quia Concordantia est bona, est in Bonitate: & quia est intelligibilis, est in Sapientia; & ideo talis Concordantia est Prædestinatio in Bonitate & Sapientia.

4. B. F. T. I. Bonitas & Sapientia sunt æquales in bonificare & scire, & quia Prædestinatio est in scire, est etiam in bonificare, per quod bonificare est bona in Æqualitate bonificandi, judicandi & intelligendi.

5. B. I. T. B. Prædestinatio est bona & est vera cum Differentia, quæ facit, quòd Prædestinatio sit alia secundùm prædestinantem, & alia secundùm prædestinatum, ambobus existentibus bonis, veris & distinctis uno ab altero, in quibus consistit Prædestinatio; & ideo prædestinatus non potest esse prædestinatus extra Bonitatem & Veritatem.

6. B.I.T.F. Prædestinatio est in Medio Bonitatis & Veritatis, in quantum bonificare, verificare & prædestinare est in extremis ipsorum trium, scilicet in bonificativo & bonificabili, verificativo & verificabili, prædestinativo & prædestinabili; & ideo Prædestinatio non potest esse in malo & falso homine.

7. B. I. T. I. Prædestinatio est in Æqualitate Bonitatis & Veritatis, & est collocata in Bonitate cum Veritate, & in Veritate cum Bonitate; igitur est Prædestinatio in homine cum Libertate, quam habet in faciendo bonum; & est in Veritate, in quantum est verum, quòd homo possit facere malum, in quo malo Prædestinatio non potest esse.

8. B.T.B.F. Prædestinatio est cum Bonitate in Differentia cum Medio, quod Medium est subjectum influentiæ & refluentiæ: influentiæ, quantum ad prædestinativum, qui influit prædestinare: refluentiæ, in quantum refluit prædestinabilis prædestinare; & ideo, quando prædestinabilis refluentiam impedit peccando, exit de prædestinabilitate, & intrat contrarium Prædestinationis.

9. B. T. B. I. Prædestinatio est in Bonitate cum Differentia & Æqualitate, & ista Differentia & Æqualitas existentes in Bonitate sunt subjecta, in quibus est Prædestinatio prædestinati hominis; & ideo homo, in quantum est bonus, prædestinat se ipsum *secundariò*, & est prædestinatus *principaliter* per supremum Prædestinativum.

10. B. T. F. I. In Prædestinatione convenit Æqualitas bonificativi & bonificabilîs, intellectivi & intelligibilîs, bonificare & intelligere Sapientiæ & Bonitatis; & ideo non potest esse Prædestinatio in peccatore & perverso homine.

11. F. I. T. B. Prædestinatio est in æterno scire cum Differentia & cum Veritate: cum Differentia, in quantum æternus intellectivus mensurat prædestinabilem & prædestinatum, qui est extra Æternitatem; & ideo verificat Veritas, quòd Prædestinatio per unum modum sit in Æternitate, & per alium extra Æternitatem.

12. F. I. T. F. Prædestinatio est in verificare intelligere, & est in intelligere verificare, & est in Medio amborum; & ideo non potest esse Prædestinatio in falso intelligere, cum quo ipsam putant intelligere illi, qui de ea non habent cognitionem nec modum, quòd ipsam possint intelligere.

13. F. I. T. I. Prædestinatio est in Æqualitate intelligendi & verificandi, quia tantum intelligitur, quantum verificatur, & tantum verificatur, quantum intelligitur; & ista realis Prædestinatio significatur in rationali

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nali Prædeſtinatione, quæ eſt ejus figura ſuſtentata in humano intelligere, quod ipſam intelligit cum Æqualitate verificandi & intelligendi.

14. F. T. B. F. Prædeſtinatio eſt in Differentia, quæ eſt in Medio ſapientiæ & in extremitatibus illius, & per hanc naturam eſt in prædeſtinare, quod non poteſt eſſe in Medio prædeſtinativi & prædeſtinati, quia prædeſtinativus eſt priùs, quàm naſcatur prædeſtinatus; tamen eſt in Medio prædeſtinativi & prædeſtinati, ſecundùm quòd homo agit bona opera, per quæ eſt occaſionatus prædeſtinari.

15. F. T. B. I. Prædeſtinatio eſt in Æqualitate ſciendi & judicandi, & eſt in illa Æqualitate cum Differentia, quæ ſe ponit inter intelligere & judicare; & ideo eſt Prædeſtinatio per unum modum in Sapientia, & per alium in Juſtitia.

16. F. T. F. I. Prædeſtinatio eſt in tempore, & eſt in Æternitate ſinè Æqualitate Æternitatis & temporis; & ideo Medium, in quo eſt Prædeſtinatio, non poteſt eſſe in Æqualitate Æternitatis & temporis; igitur illud Medium eſt in Inæqualitate, propter quod prædeſtinati homines poſſũt peccare.

17. I. T. B. F. Differentiare eſt Medium exiſtens in differentiativo & differentiabili; hoc Medium Veritas non poteſt verificare in Medio prædeſtinativi & prædeſtinati, ſcilicet, quòd ita ſit de Veritate inter prædeſtinativum & prædeſtinatum, ſicut inter prædeſtinare & prædeſtinabilem.

18. I. T. B. I. In Veritate eſt Æqualitas cum Differentia, ſinè qua Æqualitas non poſſet eſſe in Veritate, cùm ſinè Differentia nihil poſſit eſſe æquale; & quia Prædeſtinatio eſt in Veritate cum Æqualitate & cum Differentia, & hoc cum Veritate prædeſtinativi tantùm, & non cum Æqualitate prædeſtinabilîs, poſſunt in hoc paſſu ſapientes cognoſcere modum, ſecundùm quem intrinſecæ menſuræ poſſunt comprehendere extrinſecas.

19. I. T. F. I. In Veritate eſt verificare exiſtens Medium æquale inter verificativum & verificabile, & hoc ſecundùm naturam æternæ Prædeſtinationis, non tamen ſecundùm naturam temporalis Prædeſtinationis ſuſtentatam in homine; nam, ſi Æqualitas in ipſo eſſet Medium inter verificativum & verificabile, poſſet nullus prædeſtinatus homo peccare, nec falſificare, neque habere ullum meritum.

20. T. B. F. I. Differentia, Medium & Æqualitas ſunt fundamenta, in quibus ſuſtentatur Prædeſtinatio, per Differentiam ſecundùm unum modum Medii & Æqualitatis in æterno ſcire, & ſecundùm alium modum in bonis operibus ſuſtentatis in temporalitate cum Æqualitate bonificativi & bonificabilîs, in quibus eſt bonificare, per quod homo eſt diſpoſitus & proportionatus, ut ſit prædeſtinatus.

NONA QUÆSTIO. K.

Quomodo eſt Prædeſtinatio?

SOLUTIO. *Camera.* E. F. K.

1. IN Poteſtate, Sapientia & Gloria eſt Modus ſimpliciter & compoſitè: ſimpliciter, in quantum in Poteſtate eſt Modus poſſificativi, poſſificabilîs & poſſificare, & in Sapientia intellectivi, intelligibilîs & intelligere, & in Gloria gloriativi, gloriabilîs & gloriari: compoſitè, in quantum in Sapientia eſt poſſibilitas intelligendi & in Gloria gloriandi ratione Poteſtatis, & in Poteſtate & Gloria eſt intelligibilitas ratione Sapientiæ, & in Poteſtate & in Sapientia eſt gloriabilitas ratione Gloriæ; igitur ſecundùm hos prædictos Modos volumus inquirere Modum Prædeſtinationis, ut cum ſuo Modo habeamus cognitionem de Prædeſtinatione.

2. E. F. T. E. Sapientia DEI habet Poteſtatem intelligendi, & per ſe ipſam intelligit prædeſtinatum hominem, antequam ſit natus & principiatus; & ideo in Modo, quem habet per Poteſtatem & per ſe ipſam, habet Modum comprehendendi prædeſtinatum, qui ſecundùm Modum Poteſtatis æternaliter ſciendi principiabilia Principia eſt prædeſtinabilis homo; non tamen dicimus, quòd Prædeſtinatio, quæ eſt DEUS, habeat compoſitum Modum, cùm ſit ſimplex indiviſibile Ens; ſed dicimus, quòd compoſitus Modus, quem Prædeſtinatio habet, ſit in Principiis prædeſtinabilîs.

3. E. F. T. F. Poſſificativum & poſſificabile habent Modum in poſſificare, & poſſificare eſt indutum Modo amborum; & hoc idem ſequitur de Sapientia amborum; & de Modis amborum oritur Modus, ſecundùm quem Conjunctio eſt ſubjectum in Medio amborum, in quo Poteſtas habet Modum in Sapientia, & Sapientia in Poteſtate ratione poſſificandi & intelligendi; igitur eſt Prædeſtinatio ſecundùm Modum Poteſtatis Sapientiæ & Medii, quem diximus.

4. E. F. T. K. Poteſtas & Sapientia ſecundùm

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dùm Minoritatem ambarum habent Modum in minorificare, ſicut habent Modum in Majoritate ambarum ſecundùm majorificare; igitur ſignificatur Modus Prædeſtinationis ſecundùm Modum Majoritatis & Minoritatis, Prædeſtinatione habente majorem Modum ſecundùm Poteſtatem & Sapientiam DEI, & minorem Modum ſecundùm Poteſtatem & Sapientiam prædeſtinati hominis; & ideo poſſunt prædeſtinati homines ſecundùm minorem Modum Poteſtatis & Sapientiæ peccare, & eſſe contra Modum prædeſtinandi.

5. E. K. T. E. Bonitas eſt Modus bono, quòd agat bonum, quia eſt ratio ad agendum bonum; & hoc idem de Magnitudine, quæ eſt Modus magno, quòd agat magnum: & Æternitas eſt Modus æterno, quòd producat æternum; igitur Modus Prædeſtinationis eſt ſecundùm hos Modos rationum, & ſecundùm Modum Poteſtatis, Gloriæ & Principii, quia bonum eſt poſſificare, & magnum eſt in Æternitate poſſe prædeſtinare ad Gloriam homines principiabiles.

6. E. K. T. F. Sicut Poteſtas habet Modum in Gloria per Medium, quod eſt gloriari poſſificare de gloriativo & gloriabili, ſic Gloria habet Modum in Poteſtate per Medium, quod eſt poſſificare gloriari de gloriativo & gloriabili; igitur ſecundùm talem Modum Prædeſtinationis in prædeſtinare eſt poſſificativum & poſſificabile, gloriativum & gloriabile.

7. E. K. T. K. Poteſtas & gloria ſubſtantiales habent Modum transmittendi extrà ſuas ſimilitudines, quæ ſunt in Minoritate, ſecundùm quam illæ ſimilitudines habent Modum in eſſendo minorificatæ, quia in Minoritate extrà transmittuntur & ſuſtentantur; ſimili modo prædeſtinativus habet Modum in transmittendo extrà ſimilitudinem ſuæ Poteſtatis & ſuæ Gloriæ in prædeſtinabilem & in Poteſtatem & in Gloriam illius, qui habet Concordantiam cum Minoritate ſecundùm comparationem prædeſtinativi, qui eſt DEUS.

8. E. T. E. F. Secundùm Modum Medii poteſt eſſe Modus Principiorum, & ſecundùm Modum Principiorum poteſt eſſe Modus Medii; & iſte Modus ſequitur in Prædeſtinatione ſecundùm principiare & prædeſtinare, in quibus habent Modum principiativus principiabilis, prædeſtinativus prædeſtinabilis, poſſificativus poſſificabilis.

9. E. T. E. K. In omni eo, in quo eſt Minoritas, habent Poteſtas & Principium Modum in minorificare; in Prædeſtinatione autem eſt Minoritas, & in quantum ſuſtentatur in homine, poteſt homo habere Modum in principiando minorificare; & ideo eſt Prædeſtinatio uno Modo ſecundùm Minoritatem, & alio Modo ſecundùm Majoritatem, in quo Modo Majoritatis eſt Modus poſſificandi & majorificandi.

10. E. T. F. K. Poteſtas cum Majoritate habet Modum in poſſificando magnas res, & cum Minoritate in poſſificando parvas res; & ideo eſt Medium in poſſificando ſecundùm Modum magnificandi & minorificandi; hoc idem ſequitur de Modo prædeſtinandi.

11. F. K. T. E. Sapientia habet Modum in gloriari, cùm principiat intelligere gloriativum, gloriabile & gloriari, & Gloria habet Modum in Sapientia, cùm principiat gloriari in concretis Sapientiæ; hoc idem ſequitur de Modo Prædeſtinationis ſecundùm Modum Sapientiæ, Gloriæ & Principii, quia Sapientiæ eſt Gloria intelligere principiabiles res, antequam principientur, & principiare illas ad gloriari & ad intelligere.

12. F. K. T. F. Sapientia habet Modum in Gloria ſecundùm Modum gloriandi, & Gloria habet Modum in Sapientia ſecundùm Modum intelligendi; & ideo habent Gloria & Sapientia Modum in participando in Medio gloriandi & intelligendi; hoc idem ſequitur de participatione, quam habent in prædeſtinando, in quo non poſſunt habere Modum, ſi prædeſtinatus homo facit mortale peccatum.

13. F. K. T. K. Sapientia habet Modum in intelligendo Minoritatem intelligendo minorem vel majorem Gloriam, quem Modum non poſſet habere in Gloria, ſi non intelligeret Majoritatem vel Minoritatem; ſimili modo habet Sapientia DEI Modum in intelligendo prædeſtinare ſecundùm Modum gloriandi & intelligendi majora vel minora.

14. F. T. E. F. In Sapientia DEI eſt æternum intelligere, quod intelligere eſt æternum Principium, & ideo habet Sapientia Modum in intelligendo ea, quæ non ſunt æterna, in æterno Principio, ſecundùm quem Modum menſurat & comprehendit futura, ſecundùm quam comprehenſionem habet Modum in prædeſtinando hominem, antequam ſit principiatus.

15. F. T. E. K. Sapientia DEI non habet

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Modum in principiando magnas res ſecundùm Modum Minoritatis; igitur habet Modum principiandi magnas res ſecundùm Modum Majoritatis; & ideo ſecundùm iſtum Modum habet efficiens Modum, quòd de magna materia principiet magna, & de parva materia parva; hoc idem ſequitur in Modo prædeſtinandi.

16. F.T.F.K. In Minoritate eſt Medium, quod eſt minorificare exiſtens in Medio minorificativi & minorificabilîs, & hæc tria habent Modum in aſſituatione, in qua ſunt: & Sapientia habet Modum in ſumendo habitus omnium trium, de quibus induit ſuum intelligere; hoc idem ſequitur de Modo, ſecundùm quem Prædeſtinatio eſt aſſituata, quam humanus Intellectus menſurat cum ſua Minoritate, ut intelligat intrinſecas menſuras, quæ comprehendunt prædeſtinatum hominem.

17. K. T. E. F. Principiare eſt Medium exiſtens inter principiativum & principiabile, & gloriari inter gloriativum & gloriabile; & ideo habent in conjunctione gloriandi & principiandi Gloria & Principium Modum in principiando prædeſtinare ratione gloriandi & ratione principiandi bona & meritoria opera.

18. K.T.E.K. Cum minori Principio eſt minus principiare, & cum minori principiare eſt minus gloriari: ergo Modus minoris Principii eſt minus gloriari; hoc idem ſequitur in Modo prædeſtinandi: nam ſecundùm Modum, quem homines habent in principiando minora bona opera, habet DEUS Modum in prædeſtinando illos ad minorem Gloriam.

19. K.T.F.K. Minus gloriari habet Modum in minori Medio, ſicut majus gloriari habet Modum in majori Medio; ſimili modo eſt de minori vel majori Prædeſtinare; & ideo quidam homines ſunt prædeſtinati ad majorem Gloriam, alii verò ad minorem.

20. T. E. F. K. Principium habet alium Modum in minori Medio, & alium in majori: & Medium habet Modum eſſendi in minori Principio per Minoritatem, & in majori per Majoritatem: & Minoritas habet Modum ſecundùm Modos, quos diximus de Principio & Medio; & hoc idem ſequitur in prædeſtinare, quod habet minorem Modum in Prædeſtinatione, quæ ſuſtentatur in homine, & habet majorem Modum in Prædeſtinatione, quæ eſt DEUS.

DECIMA QUÆSTIO. K.

Cum quo eſt Prædeſtinatio?

SOLUTIO. *Camera.* B.F.K.

1. PRædeſtinatio eſt cum Bonitate, in quantum eſt bona per Bonitatem; & eſt cum Sapientia, in quantum ſcitur per Sapientiam; & eſt cum Gloria, in quantum homines ſunt prædeſtinati ad Gloriam.

2. B.F.T.B. Prædeſtinatio eſt cum Differentia Bonitatis & cum Differentia Sapientiæ, quia eſt alia ſecundùm Divinam Bonitatem & Sapientiam, & alia ſecundùm Bonitatem & Sapientiam hominis, & ideo cognoſcitur Prædeſtinatio cum hoc, quod eſt in DEO, & cum hoc, quod eſt in homine.

3. B.F.T.F. Prædeſtinatio eſt cum Medio Bonitatis & Sapientiæ, hoc eſt, cum bonificare & intelligere: & ideo convenit, quòd ſit cum bonificativo & bonificabili, & cum intellectivo & intelligibili; & ſi Prædeſtinatio cogeret prædeſtinatos homines ad faciendum contra Libertatem, non poſſet eſſe cum bonificare, nec cum intelligere, nec cum bonificativo & bonificabili, nec intellectivo & intelligibili.

4. B.F.T.K. Prædeſtinatio eſt cum Minoritate Bonitatis & Sapientiæ quoad prædeſtinabilitatem, & eſt major cum prædeſtinativitate, quæ eſt de majori Bonitate & majori Sapientia; & ideo eſt Prædeſtinatio cum Majoritate & cum Minoritate, ſinè quibus non poſſet eſſe.

5. B.K.T.B. Prædeſtinatio eſt cum Differentia prædeſtinativi, prædeſtinabilîs & prædeſtinare in Differentia bonificativi, bonificabilîs & bonificare, gloriativi, gloriabilîs & gloriari; & ideo convenit, quòd ſit alia ſecundùm prædeſtinativum, & alia ſecundùm prædeſtinabilem.

6. B.K.T.F. Prædeſtinatio eſt cum Medio Bonitatis & cum Medio Gloriæ in prædeſtinare, & eſt cum prædeſtinare in prædeſtinativo & prædeſtinabili, & ideo eſt cum ſe ipſa in prædeſtinativo, prædeſtinabili & prædeſtinare.

7. B.K.T.K. Prædeſtinatio eſt cum minori prædeſtinare, & ideo eſt cum minori gloriari; & cum iſta Minoritate eſt ſuſtentata in homine, quando facit bonum, & evitat malum.

8. B.T.B.F. Prædeſtinatio eſt cum bono differentiare, quod eſt Medium exiſtens inter differentiativum & differentiabile, quæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quæ sunt bona in prædestinare cum differentiare & bonificare.

9. B. T. B. K. Minus differentiare est cum minori bonificare, & minus bonificare est cum minori differentiare; & ideo est Prædestinatio cum Minoritate in minori differentiare & bonificare sui prædestinare.

10. B. T. F. K. Minoritas habet Medium, quod est minorificare existens cum minorificativo & minorificabili, & ambo sunt in minorificare, & in existentia horum trium est Bonitas cum bonificare; & hoc idem sequitur in prædestinare ex parte prædestinabilîs & prædestinati, qui in sua Prædestinatione est cum Minoritate, non tamen ex parte prædestinantis, in quo Prædestinatio est cum Majoritate.

11. F. K. T. B. Prædestinatio est cum æterno intelligere & cum æterno gloriari: & si esset cum æterno intelligere, & non cum æterno gloriari, essent Gloria & Sapientia in Æternitate differentes Essentiæ, quod est impossibile; igitur est Prædestinatio cum æterno gloriari ex parte gloriativi, qui est prædestinativus, non tamen ex parte gloriabilîs, qui in tempore est prædestinabilis; quapropter per naturam æterni gloriativi est prædestinatus prædestinabilis ad Gloriam.

12. F. K. T. F. Inter intelligere & gloriari Medium est subjectum mensurationum intellectivi, intelligibilîs & intelligere in mensurare gloriativum, gloriabile & gloriari, & è converso; & ideo cum istis mensuris potest homo intelligere mensuras, cum quibus Prædestinatio est in gloriari & intelligere.

13. F. K. T. K. Prædestinatio est cum Minoritate Sapientiæ & Gloriæ ratione prædestinati, qui existit cum tanta Minoritate, quòd cum illa potest peccare extra prædestinare & gloriari; & ideo potest Sapientia intelligere cum Minoritate prædestinati, quòd ipse possit damnari, quamvis sit prædestinatus.

14. F. T. B. F. Prædestinatio est cum Medio in intelligere, hoc est, quòd aliud sit intelligere, cum quo Prædestinatio est hoc, quod est realiter, & aliud sit similitudo, cum qua est in phantastica ratione, quæ est similitudo realis Prædestinationis; & ideo ponit se Differentia inter unam Prædestinationem & aliam, in quantum ambæ Prædestinationes cum Differentia sunt differentes in essentia.

15. F. T. B. K. Differentia cum Minoritate facit intelligi differentes Prædestinationes, & hoc idem facit cum Majoritate, quia aliter est intelligibilis Prædestinatio secundùm realitatem, & aliter secundùm rationabilitatem: & illa, quæ est intelligibilis secundùm realitatem, est intelligibilis cum majori intelligere, & illa, quæ est intelligibilis secundùm rationabilitatem, est intelligibilis cum minori intelligere.

16. F. T. F. K. In Sapientia est Medium, quod est parvum cum Minoritate, & magnum cum Majoritate, & istud Medium est intelligere, quod est in Medio intellectivi & intelligibilîs: est parvum cum Minoritate, in quantum phantasticè considerat prædestinare: est magnum cum Majoritate, in quantum realiter attingit prædestinare.

17. K. T. B. F. Prædestinatio est cum Gloria, in quantum prædestinans prædestinat prædestinatum ad Gloriam, & ideo prædestinatus cum Gloria non potest prædestinari contra Gloriam; igitur est Prædestinatio cum Differentia illius, qui prædestinat cum Gloria, & illius, qui est prædestinatus cum Gloria, & est cum prædestinare & cum gloriari existentibus in Medio prædestinativi & prædestinabilîs, gloriativi & gloriabilîs.

18. K. T. B. K. Prædestinatio est cum Gloria & cum Differentia Gloriæ & Gloriæ, & est cum prædestinare & cum Differentia gloriativi & gloriativi, quia alius est gloriativus, qui est prædestinativus, & alius est gloriativus, qui acquirit Gloriam prædestinativi hominibus, qui gloriativus est prædestinabilis, & est cum Minoritate gloriabilis, si hominibus acquirit parvam Gloriam prædestinativi gloriativi.

19. K. T. F. K. In Gloria est gloriabile minus Medium, & gloriativum est majus Medium, ita, quòd Medium sit majus cum gloriativo, & sit minus cum gloriabili; hoc idem sequitur in prædestinare, in quo Prædestinatio est major cum prædestinativo, & minor cum prædestinabili.

20. T. B. F. K. Prædestinatio est cum differentiare, mediare & minorificare: est cum Differentiare in prædestinare, quod est Medium existens inter prædestinativum & prædestinabilem, qui sunt differentes per Differentiam; & Prædestinatio est cum minorificare & differentiare minorificativi prædestinati, qui minorificat suam prædestinabilitatem cum Minoritate tunc, quando homo facit peccatum; & Prædestinatio est cum me-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mediare, ſecundùm quòd diximus de differentiare.

QUÆSTIO VIII.
De Reſurrectione.

PRIMA QUÆSTIO. B.
Utrùm Reſurrectio ſit futura?

SOLUTIO. *Camera.* B.C.G.

1. AD probandum Reſurrectionem convenit conſiderare Conditiones & Definitiones Bonitatis, Magnitudinis & Voluntatis, quia per illas poteſt probari, quòd Reſurrectio ſit, ſecundùm hunc modum: DEUS creavit hominem ratione Bonitatis, Magnitudinis & Voluntatis, & ideo creavit ipſum ad magnum bonum & ad magnam amabilitatem, ſi Reſurrectio eſt, quia eſt magnum bonum, quòd homo reſuſcitetur, qui æviternaliter amet divinam amabilitatem; at, ſi Reſurrectio non eſſet, ſequeretur contrarium, quia non eſſet creatus, niſi ad poſſidendum bonum hujus Mundi, quod eſt parvum, & non eſſet creatus ad amandum DEUM in hoc Mundo in Magnitudine Bonitatis ſecundùm comparationem alterius Vitæ, & DEUS creâſſet hominem cum Parvitate Bonitatis & amabilitatis contra Magnitudinem Bonitatis & amabilitatis, quod eſt impoſſibile; igitur neceſſariò erit Reſurrectio ratione Magnitudinis Bonitatis & amabilitatis.

2. B. C. T. B. Homo eſt ens conjunctum ex rationali Anima & animato corpore: & Differentia facit, quòd in homine differenter ſint duæ naturæ, quæ ſunt bonæ & magnæ, videlicet corporalis natura & ſpiritualis natura; & ratione Magnitudinis eſt corporalis natura magna in ſpirituali, & ratione Bonitatis eſt bona in illa, & hoc naturaliter convertitur, & iſta natura Bonitatis & Magnitudinis altera multiplicata cum altera erit in æviternitate, ſi eſt Reſurrectio; at, ſi non eſſet, perdetur, & veniet in privationem, quod eſt impoſſibile, quia eſt contra Magnitudinem Bonitatis & Differentiæ; ergo erit Reſurrectio.

3. B.C.T.C. Inter DEUM & hominem eſt magna Concordantia Bonitatis ſecundùm cauſam & effectum, ſi Reſurrectio eſt; at, ſi non eſſet, Concordantia, quæ eſt inter DEUM & hominem, eſſet parva in Bonitate, per quam Parvitatem eſſet Contrarietas cum Magnitudine contra magnam Concordantiam Bonitatis, & Parvitas Bonitatis & Concordantiæ contra Magnitudinem Malitiæ & Contrarietatis, quod eſt impoſſibile; per quam impoſſibilitatem neceſſariò probatur Reſurrectio.

4. B. C. T. G. In homine eſt Bonitas, Magnitudo & Finis, quia homo, in quantum eſt creatura, eſt bonus, & ejus Bonitas eſt magna ratione Finîs, ad quem eſt creatus, videlicet ad memorandum, intelligendum & amandum DEUM, nam ad hos tres actus eſt creatus, quibus convenit magna Bonitas, ut Finis, ad quem eſt creatus, ſit bonus & magnus, qui non poteſt eſſe bonus nec magnus ſinè Reſurrectione; ergo Reſurrectio erit, ut ejus Finis ſit bonus & magnus.

5. B.G.T.B. Voluntas hominis naturaliter eſt bona per Bonitatem, quia ratione Bonitatis eſt creata; & ratione Differentiæ habet in ſe ipſa diſtincta concreta, videlicet amativum, amabile & amare, quorum diſtinctio eſt bona; & ideo habet Voluntas naturaliter inclinationem ad amandum ſuam Bonitatem & ſuam Differentiam; iſta humana Voluntas movetur per bonum hominem ad amandum DEUM, quamdiu Anima eſt conjuncta cum corpore, & quando eſt ſeparata à corpore, movet ſe ipſam ad amandum DEUM in alia Vita: & ideo ponitur Differentia inter amativitatem motam per hominem, & amativitatem, quæ in amabilitate movet amare; & hoc idem facit Differentia de amabilitate & de amare; unde, ſi Reſurrectio non eſſet, fieret injuria primæ amativitati, primæ amabilitati & primo amare; nam per hæc tria beata Anima applicatur Fini, ad quem & propter quem eſt creata; & quia eſt impoſſibile, quòd talis injuria per Divinam Bonitatem bonificetur, & per Divinam Voluntatem ametur, de neceſſitate convenit, quòd ſit Reſurrectio.

6. B.G.T.C. In Voluntate hominis eſt Concordantia amativi, amabilîs & amare, & talis Concordantia eſt bona, & eſt hominis, in quantum Voluntas eſt pars hominis; & quando Anima eſt ſeparata à corpore, ſi Reſurrectio non eſſet, eſſet Concordantia hominis in Privatione per Privationem hominis, & illa Concordantia eſſet amabilis in Privatione cum Bonitate; quæ amabilitas eſt impoſſibilis ſecundùm bonam Amativitatem DEI, qui habet Concordantiam cum ſuo effectu; ergo erit Reſurrectio.

7. B.G.T.G. Finis Bonitatis eſt bonificare

(c) 2006 Ministerio de Cultura

care amare, cum quo bonus homo amat DEUM, & Finis Bonitatis est bonificare hominem, ut bonus homo amet, intelligat & memoret DEUM, & cum sensualibus bonis faciat bona opera, quæ sint amabilia & grata DEO; & ideo est homo Finis omnium corporalium creatarum rerum, in quo Fine quiescunt omnes corporales naturæ, si est Resurrectio; at, si non esset, perderetur Finis omnium corporalium creaturarum post Finem Mundi, quia non haberet subjectum, in quo posset sustentari; & talis perditio esset contra Bonitatem Finîs & amabilitatis; igitur erit Resurrectio, ut Finis corporalium creaturarum, cum quibus homo participat, & illæ in homine participant, habeat subjectum, in quo æviternaliter sustentetur.

8. B. T. B. C. Inter Bonitatem & Concordantiam est naturaliter Differentia, & inter Bonitatem & Differentiam est naturaliter Concordantia, & ideo habet Bonitas naturaliter in se naturalia consubstantialia concreta distincta & concordantia, videlicet bonificativum, bonificabile & bonificare, & talis creata Bonitas est figura & imago Supremæ Bonitatis, quæ est plena Supremâ Trinitate, quæ creavit hominem ad suam imaginem cum Concordantia amativitatis, amabilitatis & amare, & cum Differentia omnium trium, quæ Concordantia est bona & amabilis, si Resurrectio est; at, si non esset, non esset bona in æviternitate, quod est impossibile; ergo erit Resurrectio.

9. B. T. B. G. In homine est naturaliter Bonitas, Differentia & Finis: Differentia est inter Animam & corpus, ex quibus homo est compositus: Finis verò, in quantum Anima & corpus sunt ideo, ut sit homo, & ideo est Anima & est corpus, ut sit homo; unde sequitur, quòd Bonitas sit major in homine, quàm in Anima tantùm, vel in corpore tantùm; quæ major Bonitas perderetur, si non esset Resurrectio, & remaneret minor Bonitas in Anima in æviternitate, & major Bonitas in æviternali Privatione, in tantum, quòd major Finis Bonitatis haberet Concordantiam cum æviterna Privatione, & minor cum æviterno *esse*, quod est impossibile; ergo erit Resurrectio.

10. B. T. C. G. Bonitas DEI & creata Bonitas hominis habent Concordantiam ratione Finîs; sed, quando homo est malus & peccator, est Contrarietas inter Bonitatem & illum malum hominem, quæ deviat creatam Bonitatem à Fine, ad quem est creata, quæ Contrarietas est mala, quia est contra bonum Finem & contra Concordantiam DEI & creaturæ: & illa Contrarietas est mota per hominem, qui, si moritur in mortali peccato, punitur æviternaliter; at, si non esset Resurrectio, puniretur tantùm Anima; quæ non movit Contrarietatem contra Finem Bonitatis, quæ punitio esset contra Finem Justitiæ & Bonitatis, & haberet Concordantiam cum Malitia & Injuria; igitur erit Resurrectio: quia, si non esset, de ejus Privatione sequerentur supradicta inconvenientia, quæ consequentia est impossibilis.

11. C. G. T. B. Inter Voluntatem & Magnitudinem est magna & amabilis Differentia, per quam Magnitudo & Voluntas sunt differentes una ab altera, & quælibet in se ipsa: sicut Magnitudo, quæ habet in se ipsa distincta correlativa, videlicet magnificativum, magnificabile & magnificare, & Voluntas, quæ habet in se ipsa distincta amativum, amabile & amare; & iste status est in DEO secundùm personales Proprietates, & amatur cum magna amabilitate; & ideo voluit DEUS, quòd esset Resurrectio, ut homines in æviternitate ament istam amabilitatem; ergo erit Resurrectio, postquam per DEUM est amabilis.

12. C. G. T. C. Si Resurrectio est, habent Magnitudo & Voluntas magnam Concordantiam in amando Resurrectionem & in magnificando illam; at, si Resurrectio non esset, haberent Magnitudo & Voluntas magnam Concordantiam in odiendo & in magnificando Privationem Resurrectionis, quæ Concordantia est impossibilis; ergo erit Resurrectio.

13. C. G. T. G. Creatio hominis est amabilis in magna amabilitate, quia est creatus ad magnum Finem, videlicet ad amandum DEUM cum magna amativitate & cum magno amare, quia amabilitas DEI est magna; & quia homo plùs potest amare, quàm Anima per se, quia in homine est major Finis & major amabilitas, quàm in Anima tantùm, significatur, quòd de necessitate erit Resurrectio; quia, si non esset, deficerent Voluntas & Magnitudo DEI magno amabili, & essent contentæ parvo Fine & parvo amabili; quod est impossibile.

14. C. T. B. C. Differentia est major in Concordantia, quàm in Contrarietate, & hoc est ideo, quia Contrarietas cum Parvitate est contra Magnitudinem, & Magnitudo cum Concordantia resistit Contrarietati;

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tati; & quia Differentia eſt major in Concordantia, quàm in Contrarietate, erit Reſurrectio, ut in æviternitate ſit Concordantia Animæ & corporis; at, ſi Reſurrectio non eſſet, eſſet Differentia major in Contrarietate Animæ & corporis, quàm in Concordantia, quod eſt impoſſibile, ût probavimus.

15. C. T. B. G. Finis eſt major in Differentia Animæ & corporis, ſi Reſurrectio eſt; at, ſi non eſſet Reſurrectio, eſſet parvus; igitur eſt Reſurrectio, ut non perdatur natura majoris Finis in Differentia Animæ & corporis.

16. C. T. C. G. In Fine hominis eſt magna Concordantia, & in Fine DEI ſimiliter; & ſi Reſurrectio eſt, eſt Magnitudo in majori Concordantia amborum Finium; at, ſi Reſurrectio non eſſet, eſſet in minori; & hoc ideo, quia Finis hominis venit ad Finem DEI cum Concordantia Animæ & corporis, ſi eſt Reſurrectio; at, ſi Reſurrectio non eſſet, Finis rationalis Animæ veniret ad Finem DEI cum minori Concordantia, quàm Finis hominis; igitur erit Reſurrectio, ut Finis hominis cum magna Concordantia veniat ad Finem DEI amando, intelligendo & laudando ipſum, & in videndo & in audiendo in æviternitate corporales naturas, quas DEUS creavit ad Finem magnæ Concordantiæ.

17. G. T. B. C. In homine eſt Differentia Animæ & corporis, & in illa Differentia eſt Concordantia amabilis, & Contrarietas eſt odibilis; & ideo ſignificatur Reſurrectio, quæ erit ideo, ut ſequantur naturæ Differentiæ & Voluntatis, quas diximus; at, ſi Reſurrectio non eſſet, illæ naturæ perderentur, & in Differentia Animæ & corporis eſſet amabilis Contrarietas, & odibilis Concordantia; quod eſt impoſſibile.

18. G. T. B. G. In homine eſt Finis elementationis, vegetationis, ſenſationis, imaginationis & rationationis, de quibus omnibus Finibus homo eſt conſtitutus; & ideo ſunt Differentia & Voluntas magìs extenſæ in homine, quàm in Anima tantùm, & in Fine illius, ſicut in toto, in quo potentia plùs poteſt extendi, quàm in parte illius; igitur erit Reſurrectio, ut Voluntas & Differentia poſſint extendi in majori Fine: & hoc idem de Juſtitia DEI tribuente Gloriam bonis hominibus, & Pœnam malis.

19. G. T. C. G. Omnis Voluntas habet naturaliter Concordantiam cum proprio Fine ſuî ipſius: & quia homo eſt Finis Voluntatis, in quantum ipſa eſt pars hominis, habet Voluntas Concordantiam cum Fine hominis, ſicut pars, quæ habet Concordantiam cum ſuo toto; & ideo; ſi Reſurrectio eſt, conſervatur Concordantia partis & totius in reſuſcitato homine; at, ſi Reſurrectio non eſſet, perderetur naturalis Concordantia, quam diximus, ratione cujus perditionis beata Anima non poſſet proportionari, ut ſit plena Gloriæ, ſicut totum, quod non poſſet impleri, ſi in illo privaretur aliqua ſuarum naturalium partium.

20. T. B. C. G. Inter DEUM & hominem eſt Differentia, Concordantia & Finis, & inter DEUM & Animam eſt Differentia, Concordantia & Finis; & quia Finis eſt in majori Concordantia diſtinctarum rerum, voluit DEUS, quòd homo amet, intelligat, concordet, diſtinguat & faciat bona opera cum ſuis partibus; & ideo dicitur, quòd homo diligat, & non ejus voluntas, & homo videat, & non ejus oculi, & ſic de aliis ejus partibus, de quibus homo eſt conjunctus; igitur Reſurrectio erit, ut DEUS ſpecialiter remuneret illum, qui eum amavit & honoravit & ipſi ſervivit: & puniat illum, ſi fecit mala opera contra eum.

SECUNDA QUÆSTIO. C.

Quid eſt Reſurrectio?

SOLUTIO. *Camera.* C. D. G.

1. REſurrectio eſt illud ens, per quod magna amabilitas magìs durat, quàm per aliquod aliud corporale ens corporis animati, vegetati, ſenſati & elementati; & ideo eſt Reſurrectio multùm amabilis, & ejus contrarium multùm odibile.

2. C. D. T. C. Reſurrectio eſt illud ſubjectum, per quod erit major Concordantia in durare in corporalibus rebus, quàm per ullam aliam corporalem Concordantiam; & ideo habent Magnitudo & Duratio Concordantiam cum Reſurrectione.

3. C. D. T. D. Reſurrectio eſt ens conjunctum de majori Concordantia in durare contra majorem naturalem Contrarietatem, quæ Contrarietas non poteſt contradicere Reſurrectioni; & ideo ſunt in Reſurrectione Magnitudo & Duratio contra majorem naturalem Contrarietatem.

4. C. D. T. G. Reſurrectio eſt illud ſubjectum, in quo major Finis corporalium entium eſt durabilis; & ideo durant radicales partes corporis mortui hominis cum tam ma-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

magno Fine, quòd conserventur ad Resurrectionem in ipsa conjunctione, ex qua conjunctione corpus hominis est constitutum, & Anima illius cum eo conjuncta.

5. C. G. T. C. Resurrectio est conjunctio Animæ & corporis in magna amabilitate & Concordantia illius Animæ & illius corporis, quam Martinus vel Petrus solebat habere; & ideo est Resurrectio illud ens, in quo mortui homines revertuntur ad vitam, & sunt illi, qui solebant esse.

6. C. G. T. D. Resurrectio est ens, in quo DEUS habet magnam Voluntatem ad constringendum Contrarietates elementorum, ita, quòd eorum qualitates inter se non sint contrariæ in corporibus beatorum & glorificatorum; & Resurrectio est illud ens, in quo DEUS habet magnam Voluntatem, quòd qualitates elementorum sint in magna Contrarietate inter se in corporibus damnatorum.

7. C. G. T. G. Resurrectio est illud ens, in quo Finis corporalium & spiritualium naturarum habet magnam amabilitatem, & ratione magnæ amabilitatis sunt illi Fines conjuncti in Resurrectione, quæ est ens aggregatum de rationali Anima & animato corpore.

8. C. T. C. D. Resurrectio est illud subjectum, in quo Concordantia & Contrarietas habent magnam distantiam in conjunctione Animæ & corporis, quia per magnam Concordantiam aggregantur partes corporis supra naturalem cursum, ita, quòd naturalis Contrarietas ibi non potest contradicere; & ideo est Concordantia major in operibus, quæ sunt supra naturam, quàm Contrarietas.

9. C. T. C. G. Resurrectio est illud subjectum, in quo apparent & relucent Concordantia & magni Fines secundùm alteram Vitam, quæ Concordantia & Finis sunt de corporalibus rebus, quæ in hac Vita sunt in parvo Fine & Concordantia secundùm comparationem alterius Vitæ.

10. C. T. D. G. Resurrectio est illud subjectum, in quo naturalis Contrarietas non potest resistere magno Fini corporis aggregati animati & conjuncti cum rationali Anima; & ideo aliqui homines non cognoscentes impotentiam naturalis Contrarietatis minorificatæ & remissæ in magno Fine supra cursum naturæ, negant & discredunt, quòd Resurrectio aliquando sit futura.

11. D. G. T. C. Resurrectio est illud ens, in quo est amabilis Concordantia corporalium & spiritualium rerum conjunctarum sustentata in durare sustentato in Æviternitate, ut Concordantia æviternaliter sit amabilis & durabilis, & ut illa amabilitas sit durabilis & concordabilis, & similiter durabilitas.

12. D. G. T. D. Durare & amare habent Concordantiam in Resurrectione sinè contrariari; & ideo est Resurrectio illud ens, in quo durare & amare habent Concordantiam seu concordare sinè contrariari, quod est de rationali Anima & de animato corpore, quod corpus resurget in Resurrectione.

13. D. G. T. G. Resurrectio est illud subjectum, in quo Duratio Animæ & corporis adinvicem conjunctorum est ratione Finîs amandi; etiam Resurrectio est illud subjectum, in quo Finis amandi est ratione Durationis conjunctionis Animæ & corporis resuscitati; & ideo habet Resurrectio Finem, qui est de amare in durare, & de durare in amare, qui Finis est valde amabilis & durabilis.

14. D. T. C. D. Resurrectio est opus concordandi & durandi sinè Contrarietate in homificando illum hominem, qui erat mortuus per contrariari & privare; & ideo est Resurrectio ille terminus, in quo resuscitatus homo non potest per contrariari devenire in Privationem.

15. D. T. C. G. Resurrectio est de Duratione, Concordantia & Fine sustentatis in conjunctione corporalium partium, de quibus erat corpus Martini vel Petri; & ideo est Resurrectio illud subjectum, in quo fit sustentatio & conjunctio, quas diximus.

16. D. T. D. G. Nullus Finis potest durare cum contrariari, quod sit contra Finem durandi; & ideo est Resurrectio illud congregare Animæ & corporis, cui Contrarietas non potest resistere contra Finem.

17. G. T. C. D. Resurrectio est illud congregare & conjungere, in quo concordare corporalium & spiritualium naturarum est magìs amabile, & à quo contrariari est magìs remotum & magìs odibile; & ideo habet in Resurrectione Voluntas magnum amare, & Concordantia magnum concordare sinè contrariari.

18. G. T. C. G. Resurrectio est illud subjectum, in quo quiescunt concordare & amare corporalium & spiritualium naturarum, ita, quòd eorum congregatio habeat Complementum; & ideo in Resurrectione

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſunt amare & complere contra Contrarietatem generandi & corrumpendi, & ideo eſt Reſurrectio illud ſubjectum, in quo perficiuntur corporales & ſpirituales naturæ cum congregare, concordare & amare ſinè generare & corrumpere.

19. G. T. D. G. Reſurrectio eſt illud ſubjectum, in quo Amabilitas corporalium & ſpiritualium naturarum completè quieſcit, ita, quòd ibi Contrarietas non poſſit ſubſiſtere; & ideo in Reſurrectione non eſt amabilis Finis generandi & corrumpendi per Contrarietatem.

20. T. C. D. G. Reſurrectio eſt illud ſubjectum, in quo Incarnatio Filii DEI fortiùs apparet humano intellectui, quàm in ullo alio ſubjecto, & hoc ideo, quia in Reſurrectione corpus & Anima concordanter exiſtunt in omni Complemento, ita, quòd naturalis Contrarietas nullum defectum ibi poſſit ponere: & ideo ſignificat Reſurrectio, quòd Filius DEI completè aſſumpſerit Carnem cum omni Concordantia Animæ & Corporis ſinè generare & corrumpere & ſinè ſucceſſione motûs.

TERTIA QUÆSTIO. D. *De quo eſt Reſurrectio?*

SOLUTIO. *Camera.* C. D. E.

1. REſurrectio eſt de Magnitudine, Duratione & Poteſtate, quæ in ipſa ſunt activæ qualitates, & eſt de Magnitudine, Duratione & Poteſtate, quæ in ipſa ſunt paſſivæ qualitates; & ideo eſt Reſurrectio ſic de cauſa, ſicut eſt de effectu & de cauſa.

2. C. D. T. C. Reſurrectio eſt de magna Duratione & de magna Concordantia: eſt de magna Duratione, quia eſt de illis radicalibus partibus, de quibus erat conſtitutum corpus Martini vel corpus Petri, per quas erat ſpecificum corpus, & illæ erant ipſi propriæ & ſpecificæ partes, ita, quòd non aſſumpſerint ſpecialitatem alterius corporis, imò ſemper durârunt in illa eadem prima ſpecialitate, ut poſſint redire ad illud idem corpus Martini vel Petri. Eſt etiam ens de magna Concordantia, quod eſt de Anima & corpore, quæ concordant in æviternali Duratione.

3. C. D. T. D. Reſurrectio eſt de tam magna Duratione, quòd in illa nunquam erit corruptio, quia Contrarietas non poterit reſiſtere magnæ Durationi Reſurrectionis; & ideo eſt Reſurrectio de Duratione exiſtente ſupra naturalem curſum.

4. C. D. T. E. Reſurrectio eſt de magnis Principiis in magna Duratione, videlicet de magno efficiente movente magnam formam in magna materia, ut ille motus ſit de magno Fine & de magna Duratione; & ideo in Reſurrectione non eſt ullum Principium corruptibile.

5. C. E. T. C. Reſurrectio eſt de magna Poteſtate & de magna Concordantia: eſt de magna Poteſtate, in quantum DEUS congregat & conjungit partes ſupra naturalem curſum, ex quibus reducit illud idem corpus, quod de ipsísmet partibus ſolebat eſſe ſecundùm curſum naturæ: eſt de magna Concordantia, in quantum illæ partes concordant ſinè generatione & corruptione ad eſſe illud corpus, quod ſolebat eſſe illo tempore, in quo vivebat Petrus vel Martinus.

6. C. E. T. D. Reſurrectio eſt de magna Poteſtate, quæ reducit illa eadem elementa in illud elementatum, quod ſolebat eſſe, videlicet in illud idem corpus Martini vel Petri, reducens illud idem elementatum corpus ſinè Contrarietate elementorum in beatum corpus; ſed in damnatum corpus reducit illud cum Contrarietate elementorum, ut cum illa tormentetur in æviternitate.

7. C. E. T. E. Reſurrectio eſt de magnis Poteſtatibus & de magnis Principiis: eſt de magnis Poteſtatibus, quia eſt de magno reſurrectivo, de magno reſurrectibili & de magno reſurgere: eſt de magnis Principiis, quia eſt de magno principiativo reſurrectivo, de magno principiabili reſurrectibili, & de magno principiare reſurgere.

8. C. T. C. D. Reſurrectio eſt de magno concordativo reſurrectivo, & de magno concordabili reſurrectibili, & de magno concordare reſurgere; & ideo non poteſt eſſe in Reſurrectione magnum nec parvum contrariari.

9. C. T. C. E. Reſurrectio eſt de magno principiare in magno concordare, & de magno concordare in magno principiare; & ideo eſt de magno magnificare, de quo ſunt induta principiare & concordare.

10. C. T. D. E. Mors Petri vel Martini principiat de magno contrariari, quod fit in Anima & corpore, quæ ſeparantur; & ideo convenit, quòd Reſurrectio ſit de contrario mortis, videlicet de congregatione & conjunctione Animæ & corporis cum magno principiare & concordare ſinè contrariari.

11. D. E. T. C. Reſurrectio eſt de durare, poſſi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

possificare & concordare: est de durare in possificare & concordare & resuscitare: est de possificare in durare & concordare: est de concordare in durare & possificare; & ideo in Resurrectione non possunt privari durare & possificare & concordare.

12. D. E. T. D. Resurrectio est de Potestate in possificare, & de Potestate in durare, & est de durare in possificare & concordare sinè Contrarietate & contrariari; & ideo non habet Contrarietas Potestatem in Resurrectione, cum qua possit resistere ipsi resuscitare.

13. D. E. T. E. Resurrectio non potest esse de aliis Principiis, quàm de humanis Principiis, quia alia corporalia Principia non habent Potestatem in durare ipsorum amare & intelligere; igitur est Resurrectio de humanis Principiis possitis & possificatis in resuscitare & durare, & ideo animalia & plantæ non possunt resuscitari.

14. D. T. C. D. In Resurrectione est necessaria Concordantia durativi, durabilîs & durare, sicut in morte fuit necessaria Contrarietas durativi, durabilîs & durare; & ideo est Resurrectio de concordabili & durabili in resuscitare sinè contrariari, per quam concordabilitatem & durabilitatem revertuntur illa eadem corpora in resuscitare, quæ erant in morte Petri vel Martini.

15. D. T. C. E. In Resurrectione est principiare cum durare & concordare, & in Resurrectione est durare cum concordare & principiare; & ideo Resurrectio est de durare, principiare & concordare.

16. D. T. D. E. In Resurrectione est elementatum sinè elementare, & vegetatum sinè vegetare, & sensatum cum sentire, & rationatum cum amare in beatis, & cum odire in damnatis; & ideo est Resurrectio de omnibus his Principiis in durare & concordare, & in durare & contrariari.

17. E. T. C. D. Resurrectio est de Potestate, quæ de Concordantia potest concordare corpus & Animam sinè contrariari amborum; & ideo illud idem corpus Martini, quod fuit mortuum, potest resuscitari, quia nulla Contrarietas illi potest contradicere.

18. E. T. C. E. Resurrectio est de Potestate, quæ potest multa Principia concordare in resuscitare, & est de Concordantia, quæ illa Principia concordat, & est de Principiis in possificare & concordare.

19. E. T. D. E. In Resurrectione hominis peccatoris est Contrarietas Animæ & corporis, in qua Contrarietate principiat possificare & contrariari; & ideo est in illis Resurrectio de principiare & contrariari & possificare sinè concordare.

20. T. C. D. E. In Resurrectione sunt Principia in concordando Animam & corpus de illius primis Principiis: & ideo consequentia Principia, de quibus vixerunt prima, non sunt necessaria in Resurrectione, quia primis sufficit concordare Animæ & corporis sinè comedere & bibere; igitur est Resurrectio de illis primis Principiis in concordare elementatum, vegetatum, sensatum, imaginatum & rationatum, & in hoc Contrarietas non potest resistere primis Principiis, nec eorum Concordantiæ.

QUARTA QUÆSTIO. E.

Quare est Resurrectio?

SOLUTIO. *Camera.* D. E. H.

1. RESurrectio est per formam & per Finem æternæ virtuosæ Potestatis, quæ in Resurrectione faciet hoc, quod erit per conjunctionem Animæ & corporis; & Resurrectio erit ideo, ut virtuosus homo in æviternitate diligat & cognoscat Divinam Potestatem æviternaliter.

2. D. E. T. D. Resurrectio est ideo, ut Contrarietas Animæ & corporis possit durare in æviternitate, cum qua Contrarietate torquentur illi homines, qui moriuntur in mortali peccato; quia sinè Resurrectione Justitia DEI non posset habere subjectum, in quo in æviternitate posset punire mortale peccatum cum Contrarietate Animæ & corporis.

3. D. E. T. E. Resurrectio est ideo, quia Potestas DEI conjungit in Duratione Principia, de quibus homo fuit constitutus, antequam moreretur, & per illa est homo ita in resurgere, sicut erat, antequam moreretur, in vivere; & ita est Resurrectio propter contemplari DEUM in æviternitate, sicut sunt homines, antequam moriantur, propter servire DEO in hoc Mundo.

4. D. E. T. H. Resurrectio est ideo, ut ens elementatum, vegetatum, sensatum, imaginatum & rationatum habeat majorem Potestatem in durare, nam majorem Potestatem, quam possunt habere, & quam DEUS his potentiis hominum potest dare, habent in æviternitate, quæ major Potestas non posset esse sinè resurgere.

5. D. H. T. D. Virtutes & Vitia sunt contraria in hac præsenti Vita, & ista Contra-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rietas non durat diu in hominibus in hac Vita; & ideo, ut multùm possit durare, est resurgere & æviternare.

6. D. H. T. E. Resurrectio est propter virtuosum principiare & durare, quod durare est virtuosum per resurgere, quod non potest deficere, quia non habet Principia, per quæ possit privari vel corrumpi.

7. D. H. T. H. Resurrectio est ideo, ut sit major Virtus in durare sentiendo visibiles res, & audiendo voces in laudando & benedicendo DEUM; & hoc sentire sustentabitur in æviternitate per resurgere, sinè quo resurgere major Virtus sentiendi esset in Privatione, & minor in *esse*, & sequeretur, quòd durare & minor Virtus haberent Concordantiam in sentire, & Privatio & major Virtus essent in Privatione sentiendi, quod est impossibile.

8. D. T. D. E. Resurrectio est ideo, quia est de primis Principiis applicatis æviternæ Durationi sinè Contrarietate illorum Principiorum, quæ non est in principiando resurgere in æviternare; & ideo non sunt elementa contraria in illo durare, dummodo sit subjectum ad contemplandum DEUM per sentire.

9. D. T. D. H. Resurrectio est ideo, ut sit major Contrarietas durandi in sentiendo infernales corporales pœnas in æviternare, in quo illæ pœnæ non possunt privari, & ideo est æviternitas peccatoribus terribile objectum.

10. D. T. E. H. Majora Principia, quæ sint in humano corpore, sunt primaria, per quæ illud corpus est animata substantia, & ideo est Resurrectio, ut illa Principia habeant subjectum, in quo possint durare sinè privare, quia sinè tali subjecto deficeret Majoritas primariis Principiis.

11. E. H. T. D. Sensualis Potestas est induta de sensuali virtute, in quantum per Virtutem est virtuosa: & sensualis Virtus est induta de sensuali Potestate, in quantum per Potestatem est id, quod est, & hæc indumenta habet in præsenti vita cum corruptione; igitur erit Resurrectio, ut prædicta indumenta nullo tempore corrumpantur.

12. E. H. T. E. Virtus Potestatis est accidentale Principium, quæ est de substantiali Virtute, & Potestas Virtutis est accidentale Principium de substantiali Potestate: & ideo est substantiale Principium magìs potens & magìs virtuosum, quàm accidentale; & ideo est Resurrectio, ut tale substantiale Principium habeat potens & virtuosum subjectum, in quo ita possit durare, quòd accidentale Principium non possit privari.

13. E. H. T. H. Major Virtus, quam sensualis Potestas potest habere, est videre Humanitatem JESU Christi, & audire illius verba, & sentire ejus dulcedinem per videre & audire JESUM Christum & ejus honorem; igitur est Resurrectio ideo, ut major Virtus sit in majori Potestate sentiendi, quæ major Potestas sentiendi esset vitiosa, si non esset Resurrectio, & si Virtus sentiendi non esset sinè Privatione.

14. E. T. D. E. Æviternitas sentiendi potest esse in principiare resuscitare sinè finire & privare Resurrectionem principiatam in æviternitate sentiendi; igitur est Resurrectio ideo, ut æviternitas sentiendi sit principiata sinè Contrarietate.

15. E. T. D. H. Major Contrarietas sentiendi, quæ potest esse, est sensualis æviternitas; ista major Contrarietas sentiendi non potest esse sinè Resurrectione: &, ut possit esse Majoritas sentiendi, ideo est Resurrectio, & Contrarietas est restricta, in quantum non potest contradicere majori Potestati sentiendi.

16. E. T. E. H. Majus Principium, quod sensualis Potestas potest habere, est in resuscitando illud idem humanum corpus, quod fuit mortuum, & quòd de illis eisdem Principiis, de quibus primò fuerat compositum, possit illud facere resurgere; igitur ideo erit Resurrectio, ut major sensualis Potestas possit esse majus passibile Principium sub majori activa intellectuali Potestate.

17. H. T. D. E. DEUS principiavit hominem ad virtuosa Principia & de virtuosis Principiis: & ideo secundùm creationem est homo ordinatus ad principiandum morales Virtutes contra Vitia; & istud virtuosum Principium ex parte DEI & ex parte creaturæ requirit Resurrectionem, sinè qua non esset virtuosum; igitur est ideo Resurrectio, ut DEUS non deficiat virtuosis Principiis.

18. H. T. D. H. Major Contrarietas est contra majorem Virtutem, & major Virtus est Contra majus Vitium, & hæc major Contrarietas Virtutis & Vitii non posset esse sinè Resurrectione & æviternitate, in qua sustentatur Resurrectio; igitur Resurrectio est ideo, ut major Virtus sit contra majus Vitium per judicare, & ut major Contrarietas sit contra majorem substantialem sensualem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

lem Virtutem, quæ est pars humani corporis per creationem.

19. H. T. E. H. Virtuosum Principium est majus in Resurrectione, si est Resurrectio ejusdem corporis & ejusdem Animæ Martini; at, si non est, est virtuosum Principium in Minoritate, & vitiosum in Majoritate; igitur est ideo Resurrectio ejusdem corporis & Animæ Martini, ut supradicta inconvenientia non sequantur.

20. T. D. E. H. Principium est majus in Concordantia, quàm in Contrarietate, & hoc ideo, quia Concordantia & Majoritas habent majus concordare in principiare, quàm Majoritas & Contrarietas; igitur Resurrectio est, ut Contrarietas & Majoritas non possint privare majus concordare & principiare.

QUINTA QUÆSTIO. F.

Quanta est Resurrectio?

SOLUTIO. *Camera.* C. E. F.

1. REsurrectio habet Magnitudinem, Potestatem & Sapientiam: habet Magnitudinem, quia est magna: & habet Potestatem, quia in ea est Potestas activa & passiva: habet Sapientiam, in quantũ illam scit Sapientia, quæ est DEUS; igitur est ejus Quantitas simplex & composita: simplex, in quantum est magna: composita, in quantum habet magnam passionem; & actio DEI est in illa sinè Quantitate.

2. C. E. T. C. In Resurrectione est Concordantia Magnitudinis & Potestatis, & Magnitudo & Potestas habent Concordantiam cum magnificare, possificare & concordare, quam Concordantiam non possent habere sinè quantificare; igitur est in Resurrectione tanta Quantitas, quanta convenit ipsis magnificare, possificare & concordare.

3. C. E. T. E. Resurrectio est de principiare, magnificare & possificare, & ideo convenit, quòd in illa sit quantificare, sinè quo in creaturis non possent esse principiare, magnificare & possificare; & per Quantitatem, quæ est in Resurrectione, resurget homo cum Quantitate primorum Principiorum secundùm Magnitudinem proportionis, & secundùm actiones & passiones primorum Principiorum, de quibus corpus erat compositum, antequam moreretur.

4. C. E. T. F. In Resurrectione est resuscitare in Medio resuscitativi & resuscitabilîs, & ex parte resuscitabilîs est quantificatum secundùm materiam Magnitudinis & Potestatis, quam habet ex parte resuscitabilitatis; & ideo conveniunt potentiæ elementativa, vegetativa, sensitiva, imaginativa & rationativa in resuscitare cum Quantitate.

5. C. F. T. C. Convenit, quòd in Resurrectione pars sit in parte, sicut Magnitudo in Concordantia, & Concordantia in Magnitudine, & Anima Martini in corpore, & corpus in Anima, quod non posset esse sinè Quantitate unius partis in alia; & nullus hominum potest scire in hac præsenti vita, quanta sit illa Quantitas.

6. C. F. T. E. Magnitudo Sapientiæ est, quòd in se habeat tria Principia, videlicet intellectivum, intelligibile & intelligere, & Magnitudo omnium trium est, quòd sint cum Quantitate, ut quodlibet ipsorum sit determinatum in se & in alio, & hæc Quantitas est in ipsis continua & discreta: continua, in quantum sunt unum per essentiam: discreta, in quantum unum non est aliud; simili modo est de Resurrectione, quæ est quanta secundùm resuscitativum, resuscitabile & resuscitare, & Quantitas est ex parte resuscitati, & non transit ad efficientem, qui est DEUS existens immensus & infinitus sinè Quantitate.

7. C. F. T. F. In Magnitudine est magnificare Medium, quod existit in Medio magnificativi & magnificabilîs, in quo conjunguntur magnificativum & magnificabile, & in omnibus tribus est continua Quantitas terminata intra præfinitas extremitates, quas extremitates attingit Sapientia DEI, quæ mensurat illorum Medium cum Quantitate extensa intra extremitates; simili modo est de mensuris, quas Sapientia DEI facit in Resurrectione Petri vel Martini.

8. C. T. C. E. In corpore hominis, antequam sit mortuus, sunt magna Principia habituata & induta de magna Concordantia, vocamus autem magna Principia radicalem formam & materiam, de quibus corpus Martini est conjunctum, & vocamus parva illa Principia, quæ sunt nutrimentalia, de quibus corpus Martini vivebat, antequam erat mortuum; & quia Magnitudo in Parvitate & Parvitas in Magnitudine non potest esse sinè Quantitate, resurget corpus Martini cum magnis Principiis, & non est necessarium, quòd illud resurgat cum omnibus illis, quæ fuerunt nutrimentalia, cùm resuscitatum corpus nullam necessitatem habeat comedendi nec bibendi.

9. C. T. C. F. Multis modis potest consi-de-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſiderari Magnitudo Quantitatis & Quantitas Magnitudinis : & hoc idem de Concordantia & de Medio, ſicut Quantitas Bonitatis, quæ eſt magna in Quantitate Magnitudinis, & Quantitas Magnitudinis, quæ eſt durabilis in Duratione; & ideo conveniunt in Reſurrectione omnes iſtæ menſuræ Quantitatis, quæ erat ſuſtentata in ſuis ſubſtantialibus Principiis, antequam homo erat mortuus, quæ revertetur & ſuſtentabitur in ſubſtantialibus Principiis reſuſcitati corporis.

10. C. T. E. F. Medium eſt ſubjectum, in quo forma influit eſſe materiæ, quæ materia habet eſſe de materialibus Principiis, videlicet de ſua materiali paſſiva Magnitudine, hoc idem de ſua Bonitate & aliis ſuis Principiis, de quibus forma reducit Quantitatem, quæ erat in potentia, & facit illam exiſtere in actu; & ideo dat eſſe materiæ informando illam de materialibus paſſivis Principiis; igitur convenit, quòd cum tali Quantitate illa materia reducatur in reſuſcitatum corpus.

11. E. F. T. C. In creaturis non poteſt Poteſtas poſſificare ſinè quantificare, ſicut Sapientia non poteſt intelligere ſinè ſpecie quantificata induta & abſtracta de ſimilitudine objecti: hoc idem ſequitur de Concordantia; iſtud quantificare fit in humana ratione, dum homo eſt in hac Vita: ſed in alia Vita erit aliud quantificare ſinè ſpeciebus in Sapientia DEI, quæ cum illis habebit Concordantiam; igitur in Reſurrectione erit illud quantificare ſuſtentatum in illis eisdem potentiis, in quibus erat ſuſtentatum quantificare, quod habent ſpirituales & ſenſuales potentiæ in præſenti Vita.

12. E. F. T. E. Nulla creata Poteſtas habet Principia, per quæ ſit infinita, & hoc idem ſequitur de creata Sapientia; igitur convenit, quòd ſint finita in Quantitate; & ideo eſt in Reſurrectione Quantitas, in quantum eſt principiata & poſita in æviternitate, & ſecundùm poſterioritatem erit Reſurrectio ſinè Quantitate, ut in æviternitate ſit principiata & poſſificata.

13. E. F. T. F. Creata Sapientia poteſt intelligere per Poteſtatem, & habet intelligere per ſe ipſam, & Poteſtas poteſt intelligi per ſe ipſam & per Sapientiam, hoc autem non poſſet eſſe, ſi non eſſet quantificatum Medium inter Poteſtatem & Sapientiam; & convenit, quòd reſuſcitare ſit cum tali natura quantificandi, ut Poteſtas & Sapientia ſibi mutuò poſſint dare ſuas ſimilitudines: quia, ſi poſt Reſurrectionem ipſas ſibi mutuò non poſſent dare, non eſſent indutæ de illa eadem Quantitate, de qua fuerunt indutæ in hac Vita.

14. E. T. C. E. Principia Animæ & corporis Martini, quando reſurget, erunt in illa eadem Quantitate, in qua erant in hac Vita, videlicet cum eadem Poteſtate & cum eadem Concordantia, quas ſolebant habere in præſenti vita, tamen ſecundi actus erunt in majori Quantitate in alia vita, quàm in iſta, ſicut forma, quæ magìs poteſt informare & concordare in alia Vita, quàm in iſta; & hoc erit per influentiam Creatoris, quæ ſuſtentabitur in reſuſcitata Quantitate.

15. E. T. C. F. In creatura non poteſt eſſe Medium ſinè Quantitate, & ideo convenit, quòd poſſificare & concordare ſint induta de quantificare, & quòd quantificatus de ambobus cum tali quantificare reſuſcitetur ſecundùm creatam naturam.

16. E. T. E. F. Principiare poteſt per poſſificare exiſtere in Medio principiativi & principiabilîs, quod principiare non poſſet exiſtere in Medio amborum ſinè Quantitate, cum qua Medium exiſtit menſuratum; & ideo non poteſt Poteſtas ponere Medium in Principio ſinè Quantitate, nec ſimiliter in ſe ipſa; igitur convenit, quòd Reſurrectio cum tali potentia & principiativitate ſit quantificata, ut in illa poſſint redire illa eadem Principia, quæ ſolebant eſſe in corpore Martini, antequam erat mortuus.

17. F. T. C. E. Sapientia menſurat Principium cum Magnitudine, in quantum ipſum intelligit magnum, & menſurat Magnitudinem cum Principio, in quantum illam intelligit eſſe principiatam, & Principium & Magnitudo menſurant in Sapientia intellectivum, intelligibile & intelligere, in quantum illa induunt de ſuis ſimilitudinibus; iſtæ menſuræ non poſſent eſſe alia in alia ſinè Quantitate: igitur convenit, quòd in Reſurrectione ſit illa Quantitas, quæ ſolebat eſſe, ut cum illis eisdem menſuris Principia invicem poſſint menſurari.

18. F. T. C. F. Sapientia ſinè concordare non poteſt intelligere concordativum, concordabile & concordare, nec ſinè concordativo, concordabili, & concordare poteſt attingere Concordantiam: igitur convenit, quòd attingat concreta Concordantiæ cum Quantitate, quam convenit eſſe in Reſurrectione, ut cum illa eadem Quantitate attingat

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tingat ipsámmetConcordantiam & ipsámet concreta illius Concordantiæ.

19. F. T. E. F. Inter Animam & corpus est Conjunctio, quæ est Principium, quod Sapientia attingit cum Quantitate Animæ & corporis, sinè qua Quantitate non posset attingere illam Conjunctionem; & ideo est in Resurrectione illa eadem Quantitas Animæ & corporis, ut Sapientia attingat illam eandem Conjunctionem & illud idem Principium,sinè quoResurrectio non posset esse.

20. T. C. E. F. Convenit, quòd in Resurrectione sit Concordantia, Principium & Medium: Concordantia, ut unum Principium habeat Concordantiam cum alio in resurgere; & convenit, quòd in Resurrectione sit Principium, ut possit principiari: & convenit, quòd Medium sit principiare & concordare, quæ non possent esse in Resurrectione sinè quantificare, de quo est indutum resurgere; igitur convenit, quòd in Resurrectione sit quantificare & illud idem naturale quantificare, quod solebat esse in præsente vita, cum naturali principiare & concordare.

SEXTA QUÆSTIO. G.

Qualis est Resurrectio?

SOLUTIO. *Camera.* B. E. G.

1. IN Resurrectione sunt Bonitas, Potestas & Voluntas, & ideo est Resurrectio bona, potens & amabilis, & istæ tres Qualitates sustentantur in Resurrectione, & in illis sunt appropriatæ Qualitates, ut propria corporalis Bonitas resuscitetur; & hoc idem de corporali Potestate; & ideo est illa Resurrectio bona, potens & amabilis, quæ facta est de corpore & rationali Anima.

2. B. E. T. B. In homine, antequam sit mortuus, sunt differentes bonæ & potentes Qualitates, secundùm quòd partes, ex quibus est compositus, sunt differentes; & ideo cum talibus bonis & potentibus Qualitatibus resuscitabitur corpusMartini velPetri,de quibus habituantur & vestiuntur ossa, quæ sunt bona, & hoc idem de venis & nervis & vitalibus spiritibus & de carne & de illis bonis Qualitatibus, quæ pertinent ad corpus hominis in resuscitare; igitur non resurgent fæces, quæ sunt in corpore Martini, nec omnes ungues & capilli, qui fuerunt ipsius, quia, si id fieret, non posset esse Resurrectio sub genere bonæQualitatis,& figura corporis esset confusa & sub genere malæ Qualitatis.

3. B. E. T. E. Resurrectio erit de illis iisdem Principiis & Potestatibus, quæ Anima & corpus Martini habuerunt in Bonitate in hac præsente vita, & ideo resurget ille idem Martinus: quia, si idem Martinus non resurgeret,non essent Principia & Potestates illius in genere bonæ Qualitatis, sed essent in mala Qualitate.

4. B. E. T. G. In Martino est Qualitas ratione Finîs, ut Martinus possit esse qualis, & non alter; & ista Qualitas, quæ secernit Martinum ab aliis, est bona & potens, cum qua convenit, quòd resurgat Martinus, ut cum illa possit esse in Resurrectione ille idem, qui erat in hac præsente vita.

5. B. G. T. B. Inter Resurrectionem & hanc vitam, in qua sumus, est Differentia existens in prædicamento bonæ & amabilis Qualitatis, & ratione hujus Differentiæ, si Martinus moritur bonus, resurget bonus, si verò moritur malus, resurget malus.

6. B. G. T. E. Qualitas Bonitatis est amabilis in principiando bonum, & Qualitas Voluntatis est bona in principiando bonum amare, & Qualitas Voluntatis est mala in principiando malum amare; igitur convenit, quòd sustentetur Qualitas in Resurrectione, secundùm quòd diximus.

7. B. G. T. G. In Resurrectione est Finis, qui est bonus & amabilis, & ideo in Resurrectione est Finis in genere bonæ & amabilis Qualitatis, per quod genus Qualitatis sustentatum in Bonitate, Voluntate & Fine resuscitatus homo est dispositus, ut glorificetur seu puniatur, in quo non posset esse dispositus, si non resurgeret cum illis propriis & appropriatis Qualitatibus,quæ in suo corpore tempore suæ mortis erant sustentatæ.

8. B. T. B. E. In Bonitate sunt diversa Principia, videlicet bonificativum, bonificabile & bonificare, quæ sunt differentia aliud ab alio,& quodlibet horum sic distinctorum est indutum diversis Qualitatibus, attamen est una Qualitas communis omnibus tribus, sed per alium modum est appropriata uni Principio, & per alium modum alteri, & cum tali modo Qualitatis resurget Martinus, ut in illo modo significetur Beata Trinitas.

9. B. T. B. G. In Resurrectione est Differentia Finîs & Bonitatis, & ideo est alia Qualitas Bonitatis, & alia Finîs; Qualitas Finîs remanet in Resurrectione sinè alteratione & mutatione, & illa Qualitas potest esse bona vel mala: potest esse bona, si Martinus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tinus moritur bonus: potest esse mala, si moritur malus per malas operationes; & ideo convenit, quòd substantialis Bonitas induta propriâ Qualitate resurgat cum illa appropriata Qualitate per bona opera vel per mala in puncto mortis.

10. B.T.E.G. Principium est propter principiare, & Bonitas propter bonificare, & ideo sunt Bonitas & Principium induta Qualitate Finîs, cum qua Qualitate convenit, quòd sit resurgere, ut illa Qualitas sit instrumentum ad dandam Gloriam per principiare bonum, & ad dandam pœnam per principiare malum.

11. E.G.T.B. Amativum, amabile & amare sunt in Voluntate distincta per Differentiam, & sunt possificata per Potestatem, & sunt hoc, quod sunt, per Voluntatem; igitur sunt omnia tria qualia per Qualitatem Potestatis, Voluntatis & Differentiæ; igitur convenit, quòd omnia tria resurgant ita qualia sub speciebus supradictarum Qualitatum.

12. E.G.T.E. Amativum, amabile & amare sunt in Voluntate hominis Principia per Principium, & Potestates per Potestatem, & ideo sunt induta de Qualitatibus Principii & Potestatis, & Potestates & Principia sunt habituata de propria amabili Qualitate, in quantum sunt amabilia; & ideo convenit, quòd resurgere sit indutum de prædictis indumentis & habitibus, quæ sunt sub genere Qualitatis.

13. E.G.T.G. In Voluntate est possificare per amare, & in Potestate est amare per possificare, & ideo per Qualitatem Finîs participant Potestas & Voluntas in Qualitate possificandi & amandi, cum qua Qualitate resurget Martinus, si moriatur bonus, &, si moriatur malus, resurget cum contraria Qualitate.

14. E.T.B.E. Si non esset Differentia, non esset quale in Potestate, nec quale in Principio, & si non essent qualia, non haberet Qualitas subjectum, in quo sustentaretur; igitur conveniet, quòd Qualitates sint in hominibus, qui resurgent, ut possint esse quales determinati; & in quantum erunt quales, erunt illi iidem in Resurrectione, qui fuerunt ante mortem.

15. E.T.B.G. Si non esset Differentia, esset nullus Finis qualis, quia Qualitas non potest esse sinè Differentia, nec sinè Qualitate potest aliquid esse quale; & sic nullus Finis posset esse, si non esset qualis & si non esset Qualitas; & ideo, ut Finis sit in resurgere, convenit, quòd in Resurrectione sit illa Qualitas, in qua homines erant quales in hac vita, antequam erant mortui.

16. E.T.E.G. In Potestate est Finis qualis secundùm unum Principium, & Finis est qualis secundùm aliud Principium, & ideo potest esse in Principio possificare, principiare & complere; hoc idem sequitur in Resurrectione, quæ non posset esse in principiare, possificare & complere sinè Qualitate illorum, qui sunt mortui.

17. G.T.B.E. In Resurrectione sunt distincta Principia amabilia, & sunt amabilia sub certis Qualitatibus, sinè quibus certis terminis non essent amabilia; & quia Resurrectio est valde amabilis, convenit, quòd Qualitas amabilis in hoc Mundo resuscitetur in Resurrectione, in quantum pars ipsius resuscitare, ex qua Qualitate colligitur, quòd idem Martinus resuscitabitur in alia Vita.

18. G.T.B.G. Voluntas amat Finem Qualitatis in Differentia amantis, amabilîs & amare, ut sua concreta cum Fine & cum Qualitate sint determinata, & illa de ipsis plena & in eis sustentata; hoc idem sequitur de Qualitate in resuscitare, quod sequitur in amare.

19. G.T.E.G. Voluntas amat Principia ipsius resuscitare, quia amat Finem sui amare, & ideo amat Qualitatem in resuscitare, secundùm quòd suum amare est habituatum & vestitum Qualitate; & ideo homines, qui nascuntur claudi, recuperabunt sua membra in Resurrectione, quæ erant in potentia Finîs & Principii induta potentiali Qualitate, quæ potentialis Qualitas in Resurrectione erit conversa in actualem Qualitatem, in qua corpus claudi erit proportionatum & completum.

20. T.B.E.G. Differentia, Principium & Finis sunt substantiales partes corporis Martini, in quibus sustentantur propriæ & appropriatæ Qualitates, ut illæ partes sint determinatæ per illas Qualitates; & ideo convenit, quòd, sicut sunt determinatæ per Qualitates, sic per easdem Qualitates Differentia, Principium & Finis sint in corpore Martini resuscitatæ partes, ut totum resurgat cum suis partibus, & partes totius in suo toto resurgant.

) ✝ (

SEPTI-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

SEPTIMA QUÆSTIO. H.
Quando erit Resurrectio?

SOLUTIO. *Camera.* E. F. H.

1. RResurrectio erit per Potestatem, in quantum poterit esse, & erit per Sapientiam DEI in illo Tempore, quo poterit esse, & erit cum Virtute Potestatis & Sapientiæ.

2. E. F. T. E. Resurrectio erit in fine Mundi ût pars, quem finem incipere esse non principiabit naturalis Potestas, quia Sapientia DEI scit numerum hominum, qui possunt esse, & qui venient in esse.

3. E. F. T. F. In Sapientia est Medium, scilicet intelligere, quod est inter intellectivum & intelligibile: & quando Medium est æqualiter inter utrumque, potest intellectivum intelligere intelligibile; sed quia nostrum intelligere non est in Medio amborum secundùm intelligibilitatem Temporis Resurrectionis, non possumus per nostrum intelligere mensurare, quando Resurrectio erit à Tempore, in quo sumus, usque ad illud Tempus, in quo simpliciter erit.

4. E. F. T. H. Scire DEI est majus in Potestate, quàm nostrum scire, & ideo non possumus tantum scire, quantum DEUS; igitur DEUS supra nostrum scire comprehendit & scit Tempus, in quo erit Resurrectio.

5. E. H. T. E. Nostrum scire est principiatum cum Virtute & cum Potestate, & est aliud secundùm materiale Principium, & aliud secundùm formale Principium, & aliud secundùm finale Principium, & aliud secundùm efficiens Principium, quod ipsum facit de phantasticis speciebus, quas abstrahit de intelligibili objecto; & quia finis Mundi non sentitur à nobis, ideo nec Virtus nostri scire se tantum extendit, quòd possimus scire, quando erit finis Mundi.

6. E. H. T. F. In Potestate est possificare existens in Medio possificativi & possificabilîs, & quando existit in Medio amborum cum Virtute, est remotum à Vitio in ambobus: hoc autem non est nostri scire, quia vitiosè existit inter intellectivum & intelligibile, in quantum possumus ignorare hoc, quod est intelligibile & potest intelligi, & per Vitium, in quo est nostrum intelligere, non possumus scire, quando erit Resurrectio.

7. E. H. T. H. Major Virtus est in majori Potestate, & major Potestas in majori Virtute: in hac Majoritate non est nostrum intelligere; & ideo non possumus scire, quot sint anni à Tempore, in quo sumus, usque ad Tempus, in quo erit Resurrectio.

8. E. T. E. F. Secundùm Principium & Medium possumus considerare Finem, & nostrum intelligere est principiatum & successivè existit in Medio usque ad Finem, videlicet usque ad intelligibile; sed quando contingit, quòd intelligibile non intelligitur, remanet nostrum intelligere in Medio, & non potest attingere intelligibile in illo Medio, quousque transeat ad Finem, in quo attingit intelligibile, in quantum ipsum intelligit; at, quia nostrum intelligere non transit ad finem Mundi, non possumus attingere, quamdiu Mundus durabit, in cujus fine erit Resurrectio.

9. E. T. E. H. Majus Principium potest esse extremitas majoris Medii & majoris Finîs, & hoc idem sequitur de majori Medio, quod potest esse in Medio majoris Principii & majoris Finîs, & hoc idem de majori Fine, qui potest esse Complementum majoris Principii & majoris Medii; at, quia nostrum intelligere non est in hoc triangulo Majoritatis, non potest attingere nec mensurare dies, qui erunt usque ad Resurrectionem.

10. E. T. F. H. Majus Medium est in majori Potestate, & quia nostrum intelligere non est in majori Potestate, non potest transire ultra terminos suæ Potestatis ad intelligendum, quando erit Resurrectio.

11. F. H. T. E. Virtus intelligendi est secundùm Principia Virtutis & Sapientiæ, ultra quæ Principia non possumus intelligere; & quia ultra illa est intelligibilitas Temporis, in quo erit Resurrectio, ideo non potest noster Intellectus transire usque ad illam intelligibilitatem.

12. F. H. T. F. A Tempore, in quo sumus, usque ad Tempus, in quo erit Resurrectio, est Medium: & quia nostrum intelligere non est per totum illud Medium, non habet Virtutem ad attingendum terminum, in quo erit Resurrectio.

13. F. H. T. H. Nullus homo potest scire, quando morietur, & ideo deficit suo scire major Virtus in minori Tempore; igitur ille, qui est in minori Virtute intelligendi, in quantum non potest scire, quando morietur, quomodo poterit scire majus Tempus, quod est à nobis usque ad Tempus, quo finietur Mundus, in quo erit Resurrectio?

14. F. T. E. F. Antequam Sapientia possit attingere Medium, convenit, quòd attin-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gat Principium : & antequam attingat Finem, convenit, quòd attingat Medium; & ideo ejus menſuræ, cum quibus menſurat ſimilitudines realium entium, ſunt ordinatæ, quæ non eſſent in ordine, ſi antè attingeret Finem, quàm principiaret Medium, & Medium, quàm Principium; igitur ſecundùm talem ordinem convenit, quòd noſtrum intelligere remaneat extra Tempus, in quo erit Reſurrectio.

15. F. T. E. H. Majus creatum Principium, quod Sapientia poteſt intelligere, eſt in Fine, propter quem Mundus fuit creatus, qui Finis eſt, ut DEUS recolatur, intelligatur & ametur; ad attingendum talem Finem ſufficit noſter Intellectus, & hoc, ratione cujus ſufficit, eſt, quia habet menſuras, cum quibus poteſt menſurare majus Principium, quæ menſuræ ſunt major Bonitas, major Magnitudo, & ſic de aliis Principiis; hoc idem facit Geometer, qui habet quadrangulum, cum quo menſurat altitudines turrium, & Aſtronomus, qui cum quadrangulo menſurat horas diei, ſed noſtrum intelligere non habet, cum quo poſſit computare nec comprehendere numerum dierum, qui interſunt usque ad diem Judicii; tamen habemus unam menſuram, quam proponimus dicere in ultima Camera hujus Capitis.

16. F. T. F. H. Majus Medium Temporis eſt à principio, quo Mundus fuit creatus, usque ad finem, quando erit Reſurrectio; & ideo, ſicut noſter Intellectus non habet naturam, quòd poſſit ſcire, quot dies fuerint à principio, quo Mundus fuit creatus, usque ad diem, in quo ſumus, ſic non habet naturam, quòd poſſit ſcire, quot dies erunt à die, in quo ſumus, usque ad diem, in quo erit Reſurrectio.

17. H. T. E. F. In Principio eſt principiare virtuoſum Medium, ſi principiat cum Virtute: at, ſi illi deficit Virtus, eſt principiare vitioſum Medium inter vitioſum principiativum & vitioſum principiabile; quia ergo noſtrum intelligere non habet Virtutem in principiando extra ſe ipſum, & illud non eſt in die, in quo erit Reſurrectio, non poſſumus intelligere, quot dies ſint usque ad diem, in quo erit Reſurrectio.

18. H. T. E. H. Majus Principium non poteſt eſſe ſinè majori Virtute, nec major Virtus ſinè majori Principio; & quia nos non poſſumus principiare intelligere cum majori Virtute, deficit noſtrum intelligere in attingenda majore Virtute intelligibilitatis, quàm ſit Virtus noſtræ intellectivitatis; & ideo non poſſumus attingere, quot dies erunt usque ad diem Reſurrectionis.

19. H. T. F. H. Majus Medium, quod ſit in Virtute, eſt virtuificare, & majus Medium, quod ſit in Sapientia, eſt intelligere; at, ſi noſter intellectus intelligeret dies, qui erunt usque ad Reſurrectionem, eſſet Medium Virtutis majus, quàm virtuificare, in quantum non habet Virtutem, quòd poſſit intelligere, quot dies erunt usque ad Reſurrectionem.

20. T. E. F. H. Majus creatum Principium fuit in creando Humanitatem Chriſti, quia omne reliquum creatum non æquivalet Humanitati Chriſti, & valor eſt iſte, in quantum Filius DEI induit illam Humanitatem, in qua factus eſt Homo; & quia illud Principium eſt majus, convenit, quòd ſit principiatum in majori Medio, ut Principium & Medium habeant Æqualitatem in Majoritate, & convenit, quòd majus Medium Temporis ſit inter diem, quo Mundus fuit creatus, & diem, quo Mundus finietur; igitur convenit, quòd Filius DEI ſit incarnatus & factus Homo in illo Medio, quod eſt in Tempore cum Majoritate, ut ſit Æqualitas in Majoritate Principii, Medii & Finîs; & quia ſcimus Tempus à creatione Mundi usque ad diem, quo Filius DEI fuit incarnatus, poſſumus ſcire ſecundùm illas menſuras dierum, quot dies erunt à die, quo DEUS fuit incarnatus, usque ad finem Mundi, in quo erit Reſurrectio.

OCTAVA QUÆSTIO. I.

Ubi erit Reſurrectio?

SOLUTIO. *Camera.* C. E. I.

1. REſurrectio erit in magnificare, poſſificare & verificare: erit in magnificare, quia erit magna: erit in poſſificare, quia poterit eſſe: erit in verificare, quia erit vera; & ideo erit Reſurrectio in diverſis locis, ſecundùm quòd materia humani mortui corporis eſt cum majori quantitate in uno Loco, quàm in alio.

2. C. E. T. C. Reſurrectio erit in Concordantia Magnitudinis & Poteſtatis, ſinè qua Concordantia non poſſet eſſe: erit in Concordantia Magnitudinis & Poteſtatis, in quantum Magnitudo tantum magnificabit Poteſtatem in reſuſcitare, quantum Poteſtas poſſificabit Magnitudinem; & in iſto paſſu poteſt homo cognoſcere modum, ſecundùm quem poterit eſſe Reſurrectio, & homo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

homo potest removere dubium, quod habetur de Resurrectione, utrùm erit, vel non.

3. C. E. T. E. Resurrectio erit in suísmet Principiis, hoc est, in illis iisdem subjectis, in quibus sustentabitur resurgere, scilicet in Anima & corpore hominis, qui resurget congregando & conjungendo Magnitudinem & Potestatem Animæ cum Magnitudine & Potestate corporis, & insimul venient ad audiendum Judicium in illo Loco, in quo JESUS Christus resurrexit, quæ Resurrectio secundùm Magnitudinem & Potestatem est Principium & Finis Resurrectionis aliorum hominum.

4. C. E. T. I. Resurrectio erit in Æqualitate Magnitudinis & Potestatis, quia erit tanta per Magnitudinem, quanta per Potestatem, & tanta per Potestatem, quanta per Magnitudinem, quia Potestas sinè Magnitudine non posset ipsam possificare, quia resurgere non posset esse per parvam Potestatem: nec Magnitudo sinè Potestate posset ipsam magnificare; & ideo nullus homo deberet dubitare de Resurrectione, postquam illam intelligit in Æqualitate Magnitudinis & Potestatis.

5. C. I. T. C. Resurrectio erit in Concordantia Veritatis & Magnitudinis, quæ in Resurrectione habent Concordantiam, Magnitudine magnificante Veritatem Resurrectionis, & Veritate verificante Magnitudinem Resurrectionis.

6. C. I. T. E. Resurrectio erit in Principiis Magnitudinis & Veritatis, videlicet in magnificativo, magnificabili & magnificare, & in verificativo, verificabili & verificare; & ideo erit Resurrectio in suísmet Principiis, videlicet in resuscitativo, resuscitabili & resuscitare: & in quantum erit in resuscitativo, erit in Magnitudine & Veritate Bonitatis, Æternitatis, Potestatis, Sapientiæ & Voluntatis DEI.

7. C. I. T. I. Resurrectio ita erit in Æqualitate Magnitudinis & Veritatis, sicut est Æqualitas in magnificativo, magnificabili & magnificare, & in verificativo, verificabili & verificare; & ideo non poterunt in Resurrectione resistere Parvitas nec Falsitas.

8. C. T. C. E. Resurrectio Martini erit in sepulchro, ubi Martinus fuit sepultus, quia in illo Loco aggregabuntur Principia & partes corporis, & illud corpus ducetur in illum Locum, ubi Anima recessit ab illo, in quem Locum veniet Anima, & conjungetur cum corpore Martini; & hoc convenit sic esse, ut Resurrectio & Locus, ubi Martinus fuit mortuus, sint in magna Concordantia.

9. C. T. C. I. Convenit, quòd in Resurrectione sit magnificare, concordare & æqualificare partes ad partem, quousque corpus Martini reviviscat; & quia convenit, quòd in Resurrectione sit magnificare, concordare & æqualificare, de necessitate convenit, quòd Resurrectio sit in magnificare, concordare & æqualificare.

10. C. T. E. I. Resurrectio erit major in Principiis corporis æqualiter existentibus aliis in aliis, quàm in sepulchro Martini aut in camera, in qua Martinus fuit mortuus, & hoc ideo, quia Resurrectio substantialiter erit intra corpus, & per accidens erit in illo Loco, in quo Martinus mortuus est.

11. E. I. T. C. Resurrectio erit in Concordantia Potestatis & Veritatis, ita, quòd Concordantia erit Locus Resurrectionis, in quantum erit subjectum ad possificandum & verificandum in concordando Animam & corpus in Resurrectione.

12. E. I. T. E. Resurrectio erit in Æviternitate, quia in ipsa principiabit Resurrectio Martini; & in quantum in illa principiabit Resurrectio, Potestas possificabit in æviternitate illud principiare, & Veritas verificabit ipsum; & ideo erit Resurrectio in verificare & possificare principiare & æviternare.

13. E. I. T. I. Resurrectio erit in æqualificatione, possificatione & verificatione, quæ sunt Loca Resurrectionis, extra quæ Loca non potest esse Resurrectio.

14. E. T. C. E. Resurrectio Martini erit in fine temporis, & principiabit in æviternitate, in qua æviternitate finit tempus, in quantum incipit æviternare & resuscitare, & hoc est ratione Concordantiæ & Potestatis, quæ sunt in æviternitate sinè finire & corrumpere.

15. E. T. C. I. Resurrectio habebit in se Potestatem, Concordantiam & Æqualitatem: & habebit in se Potestatem in concordando & æqualificando partes, de quibus erit Resurrectio: habebit in se Concordantiam, quæ concordabit possificare & æqualificare in partibus, de quibus erit Resurrectio: habebit in se Æqualitatem, quæ æqualificabit partes, de quibus erit Resurrectio; & ideo convenit, quòd Resurrectio sit in Potestate, Æqualitate & Concordantia.

16. E. T. E. I. Resurrectio erit de Potestate, Principio & Æqualitate, & ideo convenit,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nit, quòd ſit in Poteſtate, Principio & Æqualitate; quia, ſi non eſſet in illis, non poſſet eſſe de illis, nec ipſa poſſent eſſe in Reſurrectione, ſi Reſurrectio non ſuſtentaretur in illis.

17. I. T. C. E. Veritas & Concordantia ſunt in Principio, per quod ſunt Principia, quæ Veritas & Concordantia non poſſent eſſe Principia, ſi non eſſent in ſubſtantiali Principio, quod illas induit & eis dat ſuam ſimilitudinem; hoc idem ſequitur in Reſurrectione, quam convenit eſſe in Principio cum Veritate & Concordantia.

18. I. T. C. I. Æqualitas & Concordantia non poſſunt eſſe in Veritate cum Falſitate, quia Falſitas non habet modum, ſecundùm quem Æqualitas ſit in Concordantia in Veritate verificativi, verificabilîs & verificare; igitur ſecundùm hoc erit Reſurrectio in alia Vita, & non in iſta.

19. I. T. E. I. Verificare non principiat in Falſitate, nec falſificare in Veritate, nec æqualificare in Inæqualitate; igitur principiat verificare in Veritate, & æqualificare in Æqualitate; & idem ſequitur de reſuſcitare, quod principiat in Reſurrectione & in Æqualitate verificandi & principiandi, in qua Æqualitate convenit, quòd ſit Reſurrectio & ſit verificata & principiata.

20. T. C. E. I. Non poteſt eſſe Æqualitas Concordantiæ & Principii, niſi Concordantia & Principium exiſtant in Æqualitate, & niſi Æqualitas ſit in illis; hoc idem ſequitur de Reſurrectione, quæ eſt in Æqualitate & Concordantia ſuorum Principiorum, videlicet potentiæ elementativæ, vegetativæ, ſenſitivæ, imaginativæ & rationativæ, & etiam, quia Reſurrectio eſt in habitu Bonitatis in bonis, & Magnitudinis in magnis, & hoc cum Æqualitate Concordantiæ in ſuis Principiis; & ſimiliter in malis hominibus, in quibus Reſurrectio eſt in habitu mali & magni mali ſecundùm mala, quæ peccator fecerit in hac præſente vita.

NONA QUÆSTIO. K.

Quomodo erit Reſurrectio?

SOLUTIO. *Camera* C. E. K.

1. IN Reſurrectione partes ipſius habebunt Modum una in altera: ſicut Magnitudo, quæ habebit Modum in magnificare Gloriam & Poteſtatem, qui Modus oritur de ſuo ſimplici Modo, quem habet in magnificativo, magnificabili & magnificare, & hoc idem ſequitur de Modo Poteſtatis & Gloriæ in illis, qui ſalvabuntur, & de Poteſtate & de Pœna in illis, qui damnabuntur.

2. C. E. T. C. Magnitudo & Poteſtas habebunt in Reſurrectione Concordantiam ſecundùm Modum ſenſualium partium, quæ ſecundùm qualitates habebunt Modum in congregando alias in alias: & ſecundùm Modum ſenſualitatis & intellectualitatis, ſicut Animæ & corporis: & etiam ſecundùm Modum intellectualîs & intellectualîs, videlicet ſecundùm Magnitudinem, Poteſtatem & Concordantiam DEI, quæ habebunt Modum cum Magnitudine, Poteſtate & Concordantia reſuſcitati & ſalvati hominis, & habebunt Modum in puniendo reſuſcitatum & damnatum hominem.

3. C. E. T. E. In Principio eſt Modus efficientis, materiæ, formæ & finalis cauſæ, quia efficiens ratione Finîs movet formam in materia, & forma per ſuam naturam, in quantum eſt agens, movet materiam, & materia, in quantum eſt patiens, habet naturam, quòd moveatur, & Finis habet naturam, quòd moveat ad ſe ipſum omnia Principia: cum tali Modo motûs habet Principium Modum exiſtendi in Magnitudine & Poteſtate, & Magnitudo & Poteſtas habent Modum exiſtendi in illis; & iſtos Modos omnium trium poſſumus conſiderare in Reſurrectione.

4. C. E. T. K. Magnitudo ſecundùm Modum ſuî ipſius & ſecundùm Modum, quem recipit à Poteſtate, habet Modum in magnificando Minoritatem Poteſtatis, ut Parvitas non habeat Modum in Poteſtate, nec Poteſtas habeat Modum in Parvitate, cum qua minorificet Magnitudinem; hunc Modum habebunt Magnitudo & Poteſtas in reſuſcitatis ſalvatis hominibus, qui vencrunt de Minoritate hujus Mundi.

5. C. K. T. C. Magnitudo & Gloria habent Modum in Concordantia, quia Magnitudo magnificat concreta Gloriæ, & Gloria glorificat concreta Magnitudinis, & iſti duo Modi ſuſtentantur in Modo Concordantiæ, quæ ſuſtentatur in Modo Magnitudinis & Gloriæ; & hi tres Modi ſuſtentantur in Reſurrectione, cujus Modus in iſtis tribus Modis ſuſtentabitur, & ipſo erunt induti ſalvati homines.

6. C. K. T. E. Ignis habet Modum in calefaciendo aërem cum caliditate, & in deſiccando aërem cum ſiccitate, & in iſto Modo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Modo sustentantur Modi Principiorum, Appetituum & Magnitudinum; hoc idem sequitur in Resurrectione, in qua est Modus secundùm gloriari, magnificare & principiare per bona opera, & in principiare, magnificare & cruciare per mala opera.

7. C. K. T. K. Minoritas non habet Modum in magnificando gloriari, sicut Majoritas non habet Modum in minorificando magnum gloriari; & isti negativi Modi significant, quòd sui contrarii Modi sint in Resurrectione, cum quibus habet Modum essendi hoc, quod est.

8. C. T. C. E. In Resurrectione habet Magnitudo Modum magnificandi Concordantiam Principiorum resuscitati hominis sinè impedimento Parvitatis: & Concordantia habet Modum concordandi ipsa Principia sinè impedimento Contrarietatis: & ipsa Principia habent Modum secundùm Modum magnificandi & concordandi in æviternitate sinè Modo privandi; & ideo habent illa Principia tam magnum Modum concordandi & principiandi, quòd Corruptio & Privatio non poterunt ibi introducere suos Modos.

9. C. T. C. K. In Resurrectione habet Magnitudo Modum in Concordantia, Modo Magnitudinis magnificante Modum Concordantiæ, qui Modus Concordantiæ est magnus in concordando unam minorem partem cum alia minore parte, sicut in cholerico resuscitato est Concordantia aëris & aquæ: & Concordantia etiam habet Modum in ipso in concordando parvas partes cum magnis, sicut in concordando frigiditatem cum terra, & humiditatem cum igne: etiam habet Concordantiam in concordando magnas partes in cholerico, sicut in concordando substantiam ignîs & substantiam terræ.

10. C. T. E. K. In substantia est Modus, quo sunt partes aliæ in aliis; sicut in Principio, quod est magnum in Magnitudine: & Magnitudo, quæ est Principium in Principio: & Magnitudo & Principium, quæ in Majoritate sunt remota à Minoritate; secundùm tales Modos est Modus Resurrectionis, quia in peccatoribus sunt Magnitudo & Principium in Minoritate, & in justis hominibus sunt Magnitudo & Principium in Majoritate.

11. E. K. T. C. Potestas cum Concordantia habet Modum in Gloria, per quem possunt esse gloriativum, gloriabile & gloriari: & Gloria cum Concordantia habet Modum in concretis Potestatis, per quem eis dat suam similitudinem; & secundùm istum Modum possumus considerare Modum Resurrectionis.

12. E. K. T. E. Possificare & Gloriari non possunt habere Modum sinè Modo principiandi; igitur convenit, quòd in Resurrectione possificare & appetitus resurgendi habeant Modum secundùm Modum principiandi & resurgendi in æviternitate.

13. E. K. T. K. Per minorem Potestatem non potest habere Gloria majorem Potestatem in gloriando; & ista impossibilitas est ideo, quia minor Potestas non habet Modum in majori gloriari; igitur potest homo considerare contrarium istius Modi in Resurrectione.

14. E. T. C. E. Substantialis Potestas habet in se ipsa tres substantiales Potestates, quæ sunt de sua essentia, videlicet possificativum, possificabile & possificare, & in istis tribus habet Concordantia naturalem Modum, qui Modus & Concordantia erunt in Resurrectione de Potestatibus & Principiis, de quibus erit resurgere; dicimus tamen, quòd hoc erit in Resurrectione beatorum, & contrarium in Resurrectione damnatorum.

15. E. T. C. K. In Minoritate habet Concordantia Modum concordandi minorificativum, minorificabile & minorificare, & in Concordantia habet Minoritas Modum minorificandi concordativum, concordabile & concordare; & secundùm Modum, quem Minoritas habet in Concordantia, & Concordantia in Minoritate, habet Potestas, quæ est in ambabus, Modum possificandi concordare & minorificare; & quia in Resurrectione erunt Potestas, Concordantia & Minoritas, possumus secundùm Modum omnium trium considerare Modum Resurrectionis.

16. E. T. E. K. Principium habebit Modum in Majoritate per modum Minoritatis in minorificando se ipsum in Potestate, nisi Potestas se defendat in Potestate secundùm Modum Majoritatis, ratione cujus Modi accipit Modum in majorificando Principium, ut destruat Modum, quem Principium accepit à Minoritate; istum Modum possumus considerare in Resurrectione secundùm minora Principia istius Vitæ, & secundùm majora Principia alterius Vitæ.

K. T.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

17. K. T. C. E. Reſurrectio principiabit cum Modo Concordantiæ in concordando gloriativum, gloriabile & gloriari, & principiabit cum Modo Principii in principiando gloriari & concordare; unde habebit Reſurrectio Modum in æviternare gloriari, concordare & principiare in Fine illius temporis, quod finitur in principiando æviternare.

18. K. T. C. K. In gloriari eſt concordare indutum Gloriâ & Concordantiâ, & iſta indumenta ſunt ſecundùm Modum hujus Mundi, qui eſt de illo panno, in quo ſuſtentatur Minoritas; eſt igitur in Reſurrectione Modus alterius panni contrarius Modo iſtius Mundi indutus panno æviternitatis.

19. K. T. E. K. Reſurrectio eſt ſubjectum duobus Principiis, per unum Principium habet modum Minoritatis, & per alterum habet Modum Majoritatis, & ideo ſunt in Reſurrectione duo Modi, per unum habent boni homines Modum in gloriari, & per alium habent mali homines Modum in puniri.

20. T. C. E. K. Concordantia, Principium & Minoritas habent diverſos Modos in Reſurrectione, & iſti Modi ſunt per unum modum ſimplices, & compoſiti per alium: ſimplices ſunt, in quantum quodlibet Principium concurrit ad Reſurrectionem ſecundùm ſuum proprium Modum: ſunt compoſiti, in quantum quodlibet venit ad Reſurrectionem ſecundùm Modos, quos accipit ab aliis Principiis; & ideo ſunt in Reſurrectione ſimplices & compoſiti Modi.

DECIMA QUÆSTIO. K.

Cum quo eſt Reſurrectio?

SOLUTIO. *Camera.* F. G. K.

1. REſurrectio eſt cum Sapientia & Voluntate DEI, quæ mortuum hominem reducunt vivum, ut habeat Gloriam, ſi eſt prædeſtinatus, & Pœnam, ſi eſt præſcitus.

2. F. G. T. F. Sapientia DEI ſcit quales & quot ſint partes mortui Martini, & Voluntas DEI amat Reſurrectionem Martini, ſecundùm quòd Sapientia ſcit partes illius, & ipſæ ſunt ita amabiles ad reſuſcitandum, ſicut ſcibiles; & cum tali Medio erit reſuscitare, ita, quòd Sapientia & Voluntas erunt inſtrumenta, in quantum erunt agentes in Reſurrectione.

3. F. G. T. G. Homo principaliter eſt creatus ad aliam Vitam, & ſecundariò fuit creatus ad hanc Vitam; igitur erit Reſurrectio cum Fine, propter quem fuit creare, & cum Sapientia DEI, quæ ſcit illum Finem, in quo Sapientia ita erit cauſa ad reſuſcitandum, ſicut Voluntas DEI ad amandum Reſurrectionem; igitur Reſurrectio erit cum Fine intelligendi & amandi.

4. F. G. T. K. Reſurrectio erit cum Majoritate, quæ eſt contraria Minoritati, quæ Majoritas erit inſtrumentum in reſuſcitando, in quantum in illa apparebunt majus intelligere & majus amare.

5. F. K. T. F. Sapientia DEI intelligens Gloriam, quæ conveniet prædeſtinato, intelliget reſuſcitabiles partes, & illud intelligere erit cum Poteſtate, quæ congregabit illas, in quantum eas poterit congregare, & cum Bonitate, quæ ipſas conjunget in bonificando, & cum Magnitudine in magnificando, & ſic de aliis Dignitatibus DEI, quia omnes erunt inſtrumenta ad reſuſcitandum, & alia erit inſtrumentum cum altera in Reſurrectione ſecundùm ſcibilitatem & gloriabilitatem prædeſtinati hominis.

6. F. K. T. G. Sapientia DEI ſcit Finem partium corporis mortui Martini, & ſicut ipſæ per Sapientiam DEI ſunt ſcibiles, ſic ſunt per Gloriam DEI glorificabiles: & ſicut ſunt per Sapientiam DEI ſcibiles, & per Gloriam glorificabiles, ſic ſunt per Finem reducibiles ad reſuſcitandum; & ideo ſunt Sapientia, Gloria & Finis illa Principia, cum quibus conveniet, quòd ſit reſuscitare, ſinè quibus Reſurrectio non poſſet eſſe.

7. F. K. T. K. In Reſurrectione erit Minoritas inſtrumentum, cum quo erit Reſurrectio, hoc eſt, erit inſtrumentum minori gloriari, & illud minus gloriari erit inſtrumentum cum intelligere.

8. F. T. F. G. Sapientia DEI menſurabit omnes Fines hominum, & conjunget illos cum ſcibilitate illorum: hoc idem faciet Finis DEI ſecundùm ſuum officium; igitur erit Reſurrectio cum Menſuris intelligendi & complendi.

9. F. T. F. K. Reſurrectio erit cum minorificabilitate ſecundùm materiam Martini, & erit cum majorificabilitate ſecundùm Formam, quæ dabit eſſe Reſurrectioni, videlicet Divina Intellectivitas; & ſic erit Reſurrectio cum Majoritate & Minoritate.

10. F. T. G. K. Finis, propter quem Sapientia DEI intelligit Minoritatem in Reſurre-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

surrectione, est ideo, ut minores res majorificentur in ejus intelligere: sicut martellus, qui majorificatur in Fine clavi; hoc idem facit Finis DEI, qui minores res majorificat cum suo complere & quiete; igitur erit Resurrectio cum complere, intelligere & majorificare minores res in resuscitare.

11. G. K. T. F. Voluntas amat cum amativo, & Gloria glorificat cum gloriativo, & amativum amat cum amabili, in quantum sinè illo non posset esse amare: hoc idem sequitur de gloriativo, quod sinè gloriabili non posset gloriari; igitur est instrumentum amandi & gloriandi, & convenit, quòd hoc instrumentum sit in resuscitare.

12. G. K. T. G. Voluntas DEI amat Finem, ad quem creavit hominem, & quia ipsum creavit ad glorificandum, amat Gloriam cum complere; hoc idem facit Gloria DEI de Fine; sed quia nobis deficiunt verba de Gloria, nescimus ita loqui secundùm Finem, ût facimus secundùm amare; & istum eundem defectum habemus ad significandum id, cum quo erit Resurrectio.

13. G. K. T. K. Divina Voluntas amat Gloriam hujus Mundi cum minori amare, & Gloriam alterius cum majori: attamen ejus amare non est simpliciter majus neque minus, sed, quia Gloria est amabilis in hac Vita cum Minoritate, & in alia cum Majoritate, ideo habet in suo amare Majoritatem & Minoritatem simpliciter secundùm effectum: igitur secundùm istum modum possumus considerare instrumenta, cum quibus est Resurrectio.

14. G. T. F. G. Voluntas amat in se ipsa amare, ut in illo conjungantur amativum & amabile cum Fine amandi; hoc idem sequitur in Resurrectione, quæ est cum Fine resuscitativi, resuscitabilîs & resuscitare.

15. G. T. F. K. Voluntas amat minus amare cum majori amare: sicut Voluntas DEI, quæ cum majori amare amat minus amare hominum: & Voluntas hominum cum minori amare amat majus amare, videlicet amare DEI, quod est majus, quàm omne aliud amare; & ideo existit resuscitare in Medio majoris & minoris amare, cum quo erit Resurrectio.

16. G. T. G. K. Si Minoritas non esset amabilis, non posset esse: quia nullum creatum ens potest habere entitatem sinè Fine; & hoc est ideo, quia Voluntas DEI non creavit aliquam entitatem sinè amabilitate; ergo erit Resurrectio cum Fine amabilitatis, licèt amare resuscitati hominis sit cum Minoritate.

17. K. T. F. G. Finis Animæ est gloriari in memorando, intelligendo & amando DEUM, & Finis corporis est videre Corpus Christi, & audire voces & cantus, quos Sancti Gloriæ dabunt de JESU Christo; igitur erit Resurrectio cum congregatione Animæ & corporis, & cum Fine amborum.

18. K. T. F. K. Resurrectio erit cum æviternare, quia erit posita in æviternitate, & erit in æviternitate cum gloriari vel cum punire: & si est cum gloriari, erit cum Majoritate: & si est cum punire, erit cum Minoritate, & Medium amborum erit cum æviternare, per quod Medium unum non poterit transire ad aliud.

19. K. T. G. K. Finis ipsius gloriari non est cum minorificare, cùm sit cum Majoritate; igitur erit Resurrectio cum Fine majoris gloriari, quod majus gloriari est cum Fine majoris memorare, intelligere & amare DEUM.

20. T. F. G. K. Resurrectio erit cum Medio & Fine & Minoritate: erit cum Medio, quantum ad actum agentis & agibilîs: erit cum Fine, in quantum mortui homines reducentur ad Finem, propter quem sunt creati: erit cum Minoritate, in quantum accidentales partes resuscitabuntur & sustentabuntur in resuscitatis substantialibus partibus.

Diximus de Resurrectione secundùm modum decem Regularum, qui modus dat lætitiam, spem & consolationem justis hominibus, & dat terrorem & conscientiam injustis, si illam memorent.

QUÆSTIO IX.
De Paradiso.
PRIMA QUÆSTIO. B.
Utrùm sit Paradisus?
SOLUTIO. *Camera.* B. F. G.

1. AD probandum, quòd sit Paradisus, inquiremus ejus probationem in hoc, quod Bonitas, Sapientia & Voluntas DEI significant, videlicet, quòd sit bonum, quòd sit Paradisus, & quòd sit bonum, quòd DEUS intelligatur & ametur secundùm conditiones, quas requirunt ejus Bonitas, Sapientia & Voluntas; igitur est Paradisus, secundùm quòd convenit bono intelligere & amare; sed, si Paradisus non esset, foret bonum, quòd DEUS à suo populo non intel-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

intelligeretur nec amaretur in æviternitate, quod eſt impoſſibile & contra ſignificationes, quas diximus.

2. B.F.T.B. In Sapientia hominis ſunt Bonitas & Differentia ſignificantes, quòd Paradiſus ſit: eſt Bonitas in Sapientia, in quantum bonum eſt intelligere, quòd Paradiſus ſit: Differentia eſt in Sapientia cum Bonitate, in quantum bonum eſt intelligere ſanctam Trinitatem DEI in æviternitate cum Differentia & Æqualitate Paternitatis, Filiationis & Spirationis; igitur Paradiſus eſt, ut Sapientia & Bonitas DEI & Differentia Perſonarum non deficiant creatæ Bonitati in Differentia & intelligere.

3. B.F.T.F. In Bonitate eſt bonificare Medium inter bonificativum & bonificabile, & iſtud Medium eſt intelligibile; & ſi Paradiſus eſt, eſt intelligibilis in æviternitate: at, ſi Paradiſus non eſſet, eſſet tantùm intelligibilis in temporalitate, & intelligibilitas eſſet nobilior in humana ratione, quàm in realitate ſuî ipſius, quæ humana ratio intelligit intelligibilitatem Bonitatis Paradiſi in æviternitate: ſed, quia intelligibilitas eſt nobilior & verior in realitate, quàm in phantaſtica ſpecie, eſt probatum, quòd neceſſariò ſit Paradiſus.

4. B.F.T.G. In Sapientia hominis ſunt Finis & Bonitas: Bonitas eſt in Sapientia hominis cum Fine boni intelligere: & Finis eſt in Sapientia hominis in complere & quietare bonum intelligere; hoc omne eſt in Sapientia, ſi Paradiſus eſt; at, ſi non eſſet, deficerent Bonitas & Finis bono & completo intelligere, & ipſum intelligere eſſet in contrario Bonitatis & Finîs; ſed quia hoc eſt multùm inconveniens & contra increatam Bonitatem, Sapientiam & Finem, de neceſſitate eſt contrarium inconvenientis, cum quo ſignificatur & probatur Paradiſus.

5. B.G.T.B. Voluntas, quæ amat, quòd Paradiſus ſit, habet bonum amare, ſi Paradiſus eſt, & haberet malum amare, ſi odiret, quòd eſſet Paradiſus: & hoc declarat & ſignificat Differentia; at, ſi Paradiſus non eſſet, confunderetur Claritas bonæ amativitatis, amabilitatis & amare, quæ confuſio eſt impoſſibilis: igitur probatum eſt, quòd ſit Paradiſus.

6. B.G.T.F. Si Paradiſus eſt, eſt in illo amare Medium inter bonam amativitatem & bonam amabilitatem, quæ bona amabilitas eſt DEUS, & bona amativitas eſt bona Voluntas, quæ amat DEUM cum bono amare, inter quam amabilitatem & amativitatem non eſt amare extraneum nec phantaſticum Medium; at, ſi Paradiſus non eſſet, non eſſet aliquod creatum amare, quod amaret DEUM in ſua propria amabilitate, ſed amaret DEUM in phantaſtica amabilitate cum bona amativitate & bona quiete, quod eſt impoſſibile; & de hoc habemus experientiam, quia in nullo phantaſtico amare quieſcit bona amativitas.

7. B.G.T.G. Quia DEUS creavit Voluntatem hominis ad bonum Finem, creavit Voluntatem hominis ratione ſuæ Divinæ amabilitatis & Divini Finîs & Divinæ Bonitatis; igitur neceſſariò convenit, quòd ſit Paradiſus, ut ſequatur Finis, ad quem Divina Bonitas & Voluntas creaverunt creatam Voluntatem hominis, qui Finis non poſſet ſequi extra Paradiſum nec extra æviternitatem.

8. B.T.B.F. Si Paradiſus eſt, eſt Differentia cum differentiare in bonificare contemplari, in quo terminativè conjunguntur bonum contemplativum & bonum contemplabile, ita, quòd inter ambo non ſit aliquod extraneum Medium, & contemplari vivit in æviternitate illuminatum & indutum ambabus proprietatibus; at, ſi non eſſet Paradiſus, ſequeretur totum contrarium, quæ Contrarietas eſt impoſſibilis; per quam impoſſibilitatem probatur, quòd Paradiſus ſit.

9. B.T.B.G. Differentia non poſſet eſſe in Bonitate ſinè Fine bonificativi, bonificabilîs & bonificare: & ſimili modo Finis iſtius Vitæ non poſſet eſſe ſinè Fine alterius Vitæ: & hoc idem de Differentia, quia Finis bonificativitatis non haberet quietem in Fine bonificabilitatis, & hoc idem de bonificare, quod non haberet Finem, in quo bonificativum & bonificabile haberent quietem; & quia quies convenit cum *eſſe*, & contrarium cum *non eſſe*, eſt probatum, quòd Paradiſus ſit.

10. B.T.F.G. Bonificare eſt in Medio bonificativi & bonificabilîs, & ideo eſt in Medio amborum, ut poſſit eſſe ſubjectum ad complendum bonificativum & bonificabile; & hoc complementum non poſſet ſuſtentari in creatura, ſi Paradiſus non haberet *eſſe*, in cujus privatione vacuitas Finîs haberet *eſſe* in æviternitate, quod eſt impoſſibile in Fine Bonitatis.

F. G.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

11. F.G.T.B. Inter Sapientiam & Voluntatem hominis est Differentia, & in Sapientia est Differentia intellectivi, intelligibilîs & intelligere: & in Voluntate amativi, amabilîs & amare: & per Differentiam potest habere Sapientia intellectivitatem & intelligibilitatem & intelligere, & Voluntas amativitatem & amabilitatem & amare: & ideo cum Differentia participant & possunt participare Sapientia & Voluntas in intelligere & in amare Paradisum, si Paradisus est; at, si non esset, participarent contra amabilitatem & intelligibilitatem amare & intelligere, amativitas & amabilitas, & per consequens contra Differentiam, quam diximus, quæ participatio est impossibilis: nam, si esset possibilis, sequeretur vacuitas Differentiæ in Sapientia & Voluntate, quam privationem Sapientia & Voluntas non possunt sustinere; igitur est probatum, quòd necessariò sit Paradisus.

12. F.G.T.F. Si Paradisus est, intelligit Sapientia hominis, quòd Voluntas hominis attingat DEUM cum amare sinè Medio, & intelligit, quòd istud attingere sit amabile, & quòd illud amare sit de essentia Voluntatis, & consubstantiale suo substantiali amativo & suo substantiali amabili, & supra tale attingere & amare non potest Sapientia ascendere nec extendere suum intelligere: hoc idem sequitur de Voluntate in Sapientia, quod sequitur de Sapientia in Voluntate, & sic habent objectivè veritatem in DEO; at, si Paradisus non esset, haberent illam phantasticè, in qua phantasia ipsam haberent cum Æqualitate intelligibilitatis & amabilitatis, quæ Æqualitas est impossibilis, cùm DEUS in sua realitate sit magìs intelligibilis & amabilis, quàm in sua similitudine; igitur est probatum, quòd necessariò sit Paradisus.

13. F.G.T.G. Finis, propter quem DEUS in homine creavit Sapientiam & Voluntatem, est, quia DEUS est intelligibilis & amabilis, & est intelligibilis & amabilis cum magno Fine intelligibilitatis & amabilitatis, qui magnus Finis causat magnum Finem amativitatis & intellectivitatis in intelligere & amare, si Paradisus est; at, si non esset, deficeret magnus Finis causæ magni Finis, qui defectus est impossibilis; igitur probatur, quòd necessariò sit Paradisus.

14. F.T.B.F. In Sapientia est Medium cum Differentia, & Differentia est cum Medio in Sapientia, & unum non potest esse in Sapientia sinè altero, nec Sapientia in ambobus nec in uno sinè ambobus; & per talem statum & assituationem significatur, quòd Paradisus sit; quia, si Paradisus non esset, ejus intelligibilitas sinè reali Differentia esset remota à reali intellectivitate, in quantum intelligibilitas non esset realis, & intelligere esset in Medio realis intellectivi & phantasticæ intelligibilitatis, quod est impossibile & contra realem Differentiam intellectivitatis, intelligibilitatis & intelligere.

15. F.T.B.G. In Sapientia est Finis cum Differentia, cùm sinè Differentia Finis non possit esse, qui Finis est intelligere, quod potest considerari dupliciter: unum intelligere est de essentia intellectivi & intelligibilîs, & tale intelligere est substantiale: aliud est intelligere, quod est accidentale, quod influitur & refluitur, & de isto vivit substantiale intelligere; & sic, si Paradisus est, vivit in illo substantiale intelligere de intelligibili, qui est DEUS; at, si Paradisus non esset, non esset subjectum, in quo substantiale intelligere posset vivere sinè phantastico & accidentali intelligere, & sic non esset alia Vita, nisi ista; & quia probavimus Resurrectionem, probatum est, quòd sit alia Vita, in qua convenit, quòd sit Paradisus, ut substantiale intelligere habeat supremum Objectum, à quo sumat vitam in æviterna gloria.

16. F.T.F.G. In Sapientia est intelligere cum Fine in intellectivo & intelligibili, sinè quo Fine non posset ibi esse, nec intellectivum nec intelligibile sinè Fine possent existere in intelligere: & istud intelligere est in Medio intellectivi & intelligibilîs, si Paradisus est; at, si non esset, esset sinè Fine in intellectivitate & intelligibilitate & intelligere phantastico contra Finem veritatis, quod est impossibile; igitur est probatum, quòd necessariò sit Paradisus.

17. G.T.B.F. In Voluntate est amare Medium amativi & amabilîs cum Differentia omnium trium, & omnia tria remanent una essentia Voluntatis, & quodlibet est ipsa tota essentia: sed ratione Differentiæ est Voluntas per alium modum in amativo, & per alium in amabili, & per alium in amare; & per hunc modum contemplabuntur Sancti in Paradiso sanctissimam Trinitatem DEI, si Paradisus est; at, si non esset, foret illa contemplatio in Privatione, & deficeret bona amabilitas bonæ amativitati, & bo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

na amativitas bonæ amabilitati, propter quem Defectum non posset esse bonum amare in Medio amativi & amabilîs, nec esse de essentia amborum, qui Defectus est impossibilis; per quam impossibilitatem demonstratur, quòd sit Paradisus.

18. G. T. B. G. Finis est in Voluntate cum Differentia amativi, amabilîs & amare, & ideo est Differentia in Fine omnium trium, & Finis & Differentia perficiunt Voluntatem & ejus essentialia concreta cum se ipsis, quod Complementum fit in Paradiso, si Paradisus est; at, si Paradisus non esset, esset illud Complementum potentialiter in natura Voluntatis, Finîs & Differentiæ, & non haberet, in quo posset actualiter existere, à quo actu ipsum privaret Defectus, qui est ejus contrarium; & quia talis Privatio est impossibilis, probatur per impossibilitatem, quòd sit Paradisus.

19. G. T. F. G. Nullus Finis potest esse Quies Voluntatis sinè Medio, quia, si non esset Medium, non esset amare: &, si non esset amare, non posset amativum attingere suum amabile, nec transire ad ipsum; & quia Finis est Quies Voluntatis, convenit, quòd in Voluntate sit amare existens in Medio amativi & amabilîs, quia omne creatum amare extra Paradisum est in fieri, & non in facto esse; nam, si extra Paradisum esset in facto esse, amaret amativitas tantum, quanta esset amabilitas, quod amare est impossibile extra Paradisum; igitur convenit, quòd sit Paradisus, ut in ipso illud amare sit in facto esse.

20. T. B. F. G. Si Paradisus est, est illud subjectum, in quo creata Differentia, Medium & Finis meliùs possunt participare, & unum esse in alio; at, si non esset, ejus Privatio esset subjectum, in quo Differentia, Medium & Finis essent in majori Confusione, Defectu & Inæqualitate, quæ possent esse, quæ Majoritas est impossibilis: per quam impossibilitatem significatur & probatur, quòd Paradisus sit propter necessitatem majoris Claritatis, majoris complementi & majoris Æqualitatis & majoris participationis omnium trium in creato subjecto.

SECUNDA QUÆSTIO. C.

Quid est Paradisus?

SOLUTIO. *Camera* C. F. G.

1. PAradisus est illa delectatio, in qua Sancti habent tam magnum intelligere & amare, quòd cum suo intelligere & amare sinè Medio attingant Essentiam DEI & ejus personalia & essentialia Concreta; & ideo est Paradisus valde amabile & intelligibile ens.

2. C. F. T. C. Paradisus est illud ens, in quo creata Sapientia habet magnam Concordantiam cum increata Sapientia, & est remota ab omni Contrarietate in tam magna distantia, quàm magna est æviternitas in Concordantia creatæ & increatæ Sapientiæ.

3. C. F. T. F. Paradisus est Visio Sapientiæ, quæ videt DEUM, quæ Visio est tantum magnificata in magnificare, quantum DEUS potest esse intelligibilis à creata Sapientia; quis igitur posset enumerare Magnitudinem Paradisi, cùm in illo sinè Medio conjungantur increatum & creatum intelligere?

4. C. F. T. G. Paradisus est illa Visio, in qua Magnitudo Finîs habet Quietem in intelligere; & ideo, quantò plùs Sapientia beatificati intelligit DEUM, tantò majorem Quietem & Complementum habet.

5. C. G. T. C. Paradisus est id, quod in se habet Concordantiam magnificandi & amandi in tanta Magnitudine, quòd amare non desideret majus magnificare, nec magnificare magnificet majus amare; & ideo est Paradisus illud ens, in quo amare & magnificare non possunt multiplicari, quia eis sufficit amor & Magnitudo, in quibus sunt, & Concordantia amborum.

6. C. G. T. F. Paradisus est id, in quo creatum amare mediat in tanta Æqualitate amativi & amabilîs, quòd totum amabile est amatum, & totum amatum est amabile; & ideo est Paradisus id, quod habet in se tam magnum amare, quòd sufficiat Magnitudini amativi & amabilîs.

7. C. G. T. G. Paradisus est id, in quo Finis amandi quiescit in Fine magnificandi, & Finis magnificandi quiescit in Fine amandi; & ideo est Paradisus illud creatum ens, in quo Gloria & Pœna habent majorem distantiam ab invicem.

8. C. T. C. F. In Concordantia est concordare Medium concordativi & concordabilîs, & Paradisus est hoc, in quo Magnitudo ponit tantum de sua similitudine in concordabili, quantum in concordativo, & tantum in concordare, quantum in ambobus; & ideo est Paradisus illud ens, in quo Potentia meliùs attingit suum objectum, & in quo actus existit in majori Æqualitate potentiæ & objecti.

C. T.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

9. C. T. C. G. Paradisus est illud creatum subjectum, in quo Magnitudo & Finis habent majorem Concordantiam; & ideo est Paradisus subjectum, in quo Magnitudo est in terminato Fine, & Finis similiter in Magnitudine; & ideo non potest se unum extra aliud extendere nec multiplicare concordare, per quod terminatum concordare est Paradisus æviternitas & *nunc* sinè successione motûs & divisionis.

10. C. T. F. G. Magnificare est in Magnitudine in Medio magnificativi & magnificabilîs, & in illo Medio est perficere in Medio perfectivi & perfectibilîs; Paradisus igitur est illud creatum subjectum, in quo perficere & magnificare possunt esse remotiora à minorificare & deficere.

11. F. G. T. C. Paradisus est ille locus, in quo Sapientia & Voluntas habent Concordantiam sinè ulla Contrarietate in intelligendo & amando DEUM; & ideo est in Paradiso tantum de amativitate, quantum de amabilitate.

12. F. G. T. F. Paradisus est ille locus, in quo Sapientia intelligit amare in Medio amativi & amabilîs, & in quo Voluntas amat intelligere in Medio intellectivi & intelligibilîs; & ideo non potest in Paradiso privari Medium amandi & intelligendi.

13. F. G. T. G. Paradisus est ille locus, in quo Sapientia habet Finem amandi in intelligere, & in quo Voluntas habet Finem intelligendi in amare; & ideo est Paradisus ille locus, in quo Sapientia & Voluntas meliùs possunt participare, & in quo Sapientia est magìs remota ab Ignorantia, & Voluntas ab Odio; Paradisus etiam est id, in quo Sapientia & Voluntas habent id, propter quod sunt.

14. F. T. C. F. Medium est subjectum, in quo est influentia & refluentia cum Concordantia intellectivi & intelligibilîs in concordare, influendo & refluendo sinè aliquo contrariari & in æqualibus mensuris ipsorum influere & refluere & in conjunctione illorum; igitur est Paradisus illud subjectum, in quo sunt illæ mensuræ.

15. F. T. C. G. Paradisus est ille locus, in quo Sapientia intelligit omnes corporales Fines habentes Concordantiam in glorificatis beatis corporibus remuneratis in videndo Corpus nostri Domini JESU Christi & in audiendo illius honorificentias & in videndo Gloriam, quam ipse dat Beatis in Gloria.

16. F. T. F. G. Paradisus est Visio pacis, quam Sapientia intelligit in Medio Finîs intelligendi; & ideo habet visio pacis suum Complementum in Medio Sapientiæ & in Fine sui intelligere.

17. G. T. C. F. Paradisus est illa remuneratio, in qua amare est in Medio Concordantiæ, & in qua est concordare in Medio Voluntatis; & ideo est illa remuneratio in æviternitate, in qua non datur odire nec contrariari.

18. G. T. C. G. Paradisus est ille Finis, in quo Concordantia non defecit Voluntati, nec Voluntas Concordantiæ: & Paradisus est illa Concordantia, in qua Finis non deficit Voluntati, nec Voluntas Fini; & ideo est Paradisus ille locus, in quo amativum & amabile non deficiunt ipsi amare, nec amare ambobus.

19. G. T. F. G. Paradisus est ille Finis Influentiæ & Refluentiæ in amare, in quo fortiùs conjunguntur increatum amativum & creatum amabile, quàm in alio loco, qui sit extra Paradisum; & ideo habet amare majorem Finem in Paradiso, quàm in alio loco.

20. T. C. F. G. Paradisus est illa perdurabilitas, in qua Concordantia & Finis habent æviternare vestitum de concordare & complere: & nullus homo potest venire ad Paradisum cum contrariari & deficere; in quem Paradisum DEUS nos dignetur recipere.

TERTIA QUÆSTIO. D.

De quo est Paradisus?

SOLUTIO. *Camera.* C. D. E.

1. PAradisus est de Magnitudine, Æternitate & Potestate DEI & de majoribus & durabilioribus similitudinibus earum, quæ possunt esse, & ideo est Paradisus de æterna Magnitudine, Duratione & Potestate.

2. C. D. T. C. Paradisus est de magna Duratione in Concordantia DEI & Angelorum & beatorum Hominum, quæ Concordantia est de intellectuali & intellectuali, sicut de DEO & Angelis & Animabus Beatorum: & est de intellectuali & sensuali, sicut de DEO & Angelis & Corporibus hominum, quæ resurgent: & de sensuali & sensuali, ût de Corpore JESU Christi & de Corporibus glorificatorum hominum.

3. C. D. T. D. Paradisus est de magna Duratione sinè Contrarietate, videlicet de glorificatis corporibus magnificatis in Ma-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gnitudine Bonitatis, Poteſtatis, Virtutis & Gloriæ, & magnificatis in Concordantia quatuor elementorum & potentiarum vegetativæ, ſenſitivæ, imaginativæ & rationativæ.

4. C.D.T.E. Paradiſus eſt de ſuis magnis durabilibus Principiis: ſicut de Supremo Principio & de Principiis ſubſtantiarum, quæ in Paradiſo ſunt principiata & conjuncta: ſicut ſubſtantia Angeli, quæ eſt de Memoria, Intellectu & Voluntate, & iſta tria Principia ſunt de intelligere, amare & memorare, quæ habent in DEO: & ſic de videre & audire beatorum hominum, quia eorum videre erit de viſione Chriſti, & eorum audire de verbis ipſius; & hoc idem de Gloria, quam habebunt, quæ erit de Gloria DEI.

5. C.E.T.C. Paradiſus eſt de illa magna Poteſtate, quæ poteſt concordare magnas res, & in quantum illas poteſt concordare, eſt de magna Concordantia, quæ eſt de magna Poteſtate, ut in ea concordet magnas res.

6. C.E.T.D. Paradiſus eſt de tam magna Poteſtate, cui nulla Contrarietas poteſt contrariari; & ideo poteſt nulla Contrarietas eſſe in Paradiſo, nec in Magnitudine Paradiſi habet ulla Parvitas Concordantiam cum aliqua Contrarietate: ſicut minores gloriæ aliquorum Sanctorum, quæ non habent Contrarietatem cum majoribus gloriis aliorum Sanctorum; & ideo eſt in Paradiſo omnis Perfectio, & in ipſo non poteſt eſſe invidia.

7. C.E.T.E. Principium in Paradiſo eſt de Magnitudine & Poteſtate, & Magnitudo & Poteſtas ſunt de Principio, & ideo eſt Paradiſus de omnibus tribus; & cùm ſit de his tribus Principiis, non poteſt eſſe de aliquo Defectu: quia ejus Magnitudo ſufficit Principio & Poteſtati in magnificando magnificatum, & Poteſtas ſufficit Magnitudini & Principio in poſſificando poſſificatum, & Principium ſufficit Magnitudini & Poteſtati in principiando principiatum.

8. C.T.C.D. Paradiſus eſt de tanta Concordantia, quòd de ejus Concordantia ſint omnes Contrarietates, quæ ſunt in dæmonibus & in malis hominibus, qui damnabuntur; & illæ Contrarietates erunt objecta, per quæ Sancti Gloriæ meliùs cognoscent magnam Concordantiam, in qua ſunt.

9. C.T.C.E. In Paradiſo eſt Principium de Concordantia, & Concordantia eſt de Principio, & ideo eſt ejus Magnitudo de Principio & de Concordantia, quæ Magnitudo eſt Paradiſus in ſuo Principio & in ſua Concordantia, propter quod non poteſt eſſe Paradiſus de aliqua Contrarietate.

10. C.T.D.E. Magnificativum, magnificabile & magnificare ſunt in Magnitudine Principia, quæ ſunt de ejus eſſentia, & ipſa de illis, in quantum in illis ſuſtentatur, & in quantum eſt plena de illis: & ideo non poteſt Magnitudo eſſe principiata de Contrarietate; quia, ſi poſſet eſſe principiata de Contrarietate, eſſet principiata de Parvitate, quæ eſt ejus contrarium, de qua eſſet plena & non plena; unde in his verbis, quæ diximus de Magnitudine, Principio & Contrarietate, poſſumus cognoſcere id, de quo Magnitudo Paradiſi eſt plena & principiata,

11. D.E.T.C. Æternitas eſt de Poteſtate, in quantum poteſt eſſe per Poteſtatem, & eſt de Concordantia, in quantum per Concordantiam in illa ſunt æternativum, æternabile & æternare concordantia & remota à Contrarietate; hoc idem ſequitur de Poteſtate, quæ eſt de Æternitate & Concordantia, in quantum per Æternitatem durat, & per Concordantiam eſt incorruptibilis; hoc idem ſequitur de Concordantia, quæ eſt de Æternitate & Poteſtate, in quantum durat per Æternitatem, & per Poteſtatem poteſt concordare concordabiles res, & poteſt eſſe contra oppoſita illarum; igitur per hoc, quod diximus, poteſt homo cognoſcere, quòd Paradiſus ſit de Æternitate, Poteſtate & Concordantia.

12. D.E.T.D. Convenit, quòd in æviternitate omnis Contrarietas ſit de illa Poteſtate & de illa Duratione, quæ ſunt unum idem numero; tamen non dicimus, quòd materialiter ſit de illis, ſed poſſeſſivè, ſicut frigiditas aquæ, quæ in cholerico eſt de calore ignîs; igitur omnis Contrarietas poſſeſſivè eſt de illa Poteſtate, quæ eſt Æternitas; & ideo poteſt nulla Contrarietas contra æternam Poteſtatem. Igitur per hoc, quod diximus de Poteſtate, Æternitate & Contrarietate, poteſt cognoſci, quòd Paradiſus non ſit de Contrarietate; quia, ſi eſſet, poſſet Contrarietas contra æternam Poteſtatem.

13. D.E.T.E. Æternitas poteſt eſſe per Poteſtatem, & eſt Principium per Principium; non tamen dicimus, quòd ſit Principium per poſſe principiare creaturam, quia, ſi eſſet, eſſet Æternitas creaturæ poſſeſſivè in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in principiando creaturam; igitur est Æternitas de Principiis, quæ habet intra se, per quæ ipsa potest esse Principium, & illa sunt æternativum, æternabile & æternare, & per ipsa potest esse Principium creabili Principio in principiabili tempore; igitur per hæc, quæ diximus, potest cognosci, quòd creata Principia, de quibus Paradisus est, sint de Principiis, de quibus est Æternitas, secundùm quòd effectus est possessivè de sua causa (seu: sicut effectus est effectus suæ causæ)

14. D. T. C. D. Concordantia non potest esse de Contrarietate, quia, si esset, esset unum contrarium de alio materialiter, & contrarium duraret per Durationem sui contrarii, per quod durare non possent esse generatio nec corruptio, nec esset Differentia inter Contrarietatem & Concordantiam; igitur non est, secundùm quòd diximus, Concordantia de Contrarietate; unde possumus cognoscere, quòd Paradisus non sit de contrariis rebus, & quòd sit de concordantibus rebus.

15. D. T. C. E. Æternitas & Principium habent Concordantiam, quia Æternitas est Principium per Principium, & Principium est æternum per Æternitatem, & per Concordantiam sunt æternare & principiare in concordare, & per Æternitatem, Principium & Concordantiam est concordare in æternare & principiare; igitur per hanc mixtionem potest homo cognoscere, quòd Paradisus sit de illa mixtione, quæ fit de Duratione, Principio & Concordantia, & de durare, principiare & concordare.

16. D. T. D. E. Contrarietas non potest esse essentialiter de Principio nec de Duratione, cùm de natura Contrarietatis sit corruptio & corrumpere & privatio & privare durabilia Principia, & de natura Concordantiæ sit generatio & generare, esse & essentiare, Duratio & durare; igitur per hoc, quod diximus, potest homo cognoscere, quòd Paradisus sit de Concordantia, & non de aliqua Contrarietate.

17. E. T. C. D. Paradisus est de creata Potestate & de increata Potestate & de Concordantia ambarum; & ideo non potest Paradisus esse de Contrarietate contra creatam & increatam Potestatem & Concordantiam ambarum.

18. E. T. C. E. Paradisus est de gratiosis Principiis & de meritorio Principio: est de gratiosa Potestate & de meritoria Potestate, quia est de Concordantia gratiæ & meriti.

19. E. T. D. E. Paradisus est de contemplatione & de gloria Sanctorum, ut in ipso possint contemplari DEUM, & à DEO recipere gloriam, & ut Contrarietas non possit in ipso principiare nec existere nec contradicere contemplationi & gloriæ.

20. T. C. D. E. In Principiis, in quibus sustentantur Contrarietas & Concordantia, sicut in generatione & corruptione, est possessivè Concordantia Contrarietatis, & Contrarietas Concordantiæ: & hoc est ideo, ut generatio sit occasio corruptionis, & corruptio generationis; sed in Principiis, in quibus Contrarietas & Concordantia non sustentantur insimul, sicut in æviterno Principio & in æviternitate, in quibus Concordantia non potest esse de Contrarietate, nec Contrarietas de Concordantia, potest homo cognoscere, secundùm quòd diximus, quòd Paradisus sit de Concordantia & concordantibus Principiis sinè Contrarietate, ad quem Paradisum DEUS nos per suam Pietatem & infinitam Misericordiam perducat.

4ª TERTIA QUÆSTIO. E.

Quare est Paradisus?

SOLUTIO. *Camera.* E. G. H.

1. PAradisus est ideo per Potestatem, Voluntatem & Virtutem DEI, quia per Potestatem est possificatus, & per Voluntatem amatus, & per Virtutem virtuificatus; & ideo est Paradisus per Potestatem DEI & per suam, per Voluntatem DEI & per suam amabilitatem, & per Virtutem DEI & per suam Virtutem.

2. E. G. T. E. Paradisus est ideo, quia DEUS ipsum principiavit, & quia est principiatus de suis essentialibus Principiis possitis & amatis; & ideo est Paradisus per principiativum, principiabile & principiare in possificare & amare.

3. E. G. T. G. Paradisus est propter Finem amabilitatis, in quantum DEUS est amabilis: & est propter Finem Potestatis, ut Paradisus sit possificabilis; & est etiam Paradisus ideo, ut DEUS habeat possificare in illo: & est, ut Sancti gloriæ habeant amare in DEO.

4. E. G. T. H. Ideo est Paradisus, ut in illo sit creatura cum majori Potestate & cum majori Voluntate, quia in illo creata Voluntas potest habere majorem Potestatem in amando amabilitatem DEI, & DEUS potest in Paradiso habere majorem amativitatem in amando suum effectum.

E. H.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

5. E.H.T.E. Paradiſus eſt ideo, ut Virtus Sanctorum gloriæ poſſit principiari in æviternitate, in qua ſit perdurabilis, quæ perdurabilitas reſpondet virtuoſæ Poteſtati DEI, qui principiavit Mundum, ut ſit perdurabilis ratione æviternitatis.

6. E.H.T.G. Ideo Paradiſus eſt, ut Finis Virtutis poſſit habere ſubjectum, in quo poſſit quieſcere; & eſt ideo, quia DEUS produxit Finem virtuoſæ Poteſtati, cum qua ſancti Homines amaverunt, intellexerunt & memoraverunt DEUM in hac præſente vita.

7. E.H.T.H. Paradiſus eſt ideo, ut ſit major Virtus, quæ poſſit creari, quæ non poſſet eſſe, ſi Paradiſus non eſſet, quia non haberet, in quo exiſteret; igitur ideo eſt Paradiſus, ut homines poſſint habere majorem Virtutem in Bonitate, Magnitudine, Duratione & in aliis ſimilitudinibus Dignitatum DEI.

8. E.T.E.G. Ideo eſt Paradiſus, ut creata Principia poſſint habere illum Finem, propter quem ſunt; nam non poſſent habere illum Finem extra Paradiſum, quia extra Paradiſum nulla Principia poſſunt habere Quietem.

9. E.T.E.H. Paradiſus eſt ideo, ut major Poteſtas poſſit eſſe principiata & creata, quia in Paradiſo ſunt creata Principia in tam magna Majoritate poſſibilitatis, quòd non poſſit eſſe major.

10. E.T.G.H. Paradiſus eſt ideo, ut major Finis poſſit eſſe creatus; quia, ſi Paradiſus non eſſet, non eſſet, in quo major Finis poſſet eſſe creatus, nec creata Poteſtas poſſet quieſcere in majori Fine.

11. G.H.T.E. Voluntas DEI principiavit Mundum cum Virtute & ideo eſt Principium Mundi virtuoſum & amabile; igitur ideo eſt Paradiſus, ut in illo Virtus DEI & ejus Voluntas, quæ ſunt Principia Mundi, contemplentur & amentur.

12. G.H.T.G. Voluntas DEI amat Finem Mundi cum Virtute, ratione cujus convenit, quòd Voluntas Sanctorum amet Finem Mundi cum Virtute ſinè ullo Vitio, quod amare Sancti non poſſent habere, ſi Paradiſus non eſſet: igitur ideo eſt Paradiſus, ut in ipſo poſſit haberi illud amare.

13. G.H.T.H. Convenit, quòd major amabilitas creatæ Virtutis ſit creata, ut major increata Amativitas non deficiat Majoritati creatæ Virtutis; quia, ſi illi deficeret, amaret cum minori Virtute majorem creatam amabilitatem, & cum majori Virtute amaret minorem creatam amabilitatem, in quo amare eſſet majus Vitium contra majorem Virtutem; & quia eſt impoſſibile, quòd in Voluntate DEI ſit aliquod Vitium, ideo DEUS creavit Paradiſum, ut ſit ſubjectum majori amabilitati Virtutis.

14. G.T.E.G. Divina Voluntas amavit principiare Mundum cum Fine principiabilitatis & principiare, ut in illo quieſcerent amabilitas & principiabilitas, amare & principiare, quam Quietem non poſſent habere ſinè Paradiſo; & ideo fuit Paradiſus principiabilis, amabilis & creabilis.

15. G.T.E.H. Convenit, quòd majus Principium, quod eſt in Voluntate, ſit de eſſentia Voluntatis, & convenit, quòd majus Principium, quod Voluntas poteſt amare, ſit de eſſentia Principii; & id ideo convenit, quòd major Principiabilitas ſit amabilis & de eſſentia amativitatis & principiativitatis; igitur ſecundùm hanc conſiderationem poteſt homo conſiderare id, propter quod Paradiſus eſt principiatus & amatus.

16. G.T.G.H. Major creatus Finis eſt amabilis cum majori amare; igitur Paradiſus eſt ideo, ut in illo Finis ſit amabilis cum majori amare.

17. H.T.E.G. Id, propter quod DEUS principiavit Paradiſum, eſt, ut illi Sancti, qui principiant morales Virtutes pro ejus amore, habeant Finem, in quo poſſint quieſcere, quem finem habent in Paradiſo, qui eſt Gloria DEI & Sanctorum, qui ſunt in illa Gloria: eſt Gloria DEI, in quantum DEUS glorificat illos: & eſt Sanctorum, in quantum DEUS eſt Gloria illorum.

18. H.T.E.H. Majori Principio Virtutis convenit majus principiare, & quia Virtus poteſt eſſe in majori Principio & principiare in Paradiſo, quàm in hac vita, ideo principiavit DEUS Paradiſum, ut Virtus ſit in majori principiare & cum majoribus Principiis.

19. H.T.G.H. Convenit, quòd major Finis creatæ Virtutis habeat ſubjectum, in quo poſſit ſuſtentari, quod ſubjectum eſt Paradiſus; & ideo major Finis Virtutis eſt ideo, quia eſt Paradiſus, ſinè quo non eſſet major Finis creatæ Virtutis.

20. T.E.G.H. Principium, Finis & Majoritas ſunt rationes, propter quas Paradiſus eſt principiatus, in quo Paradiſo major creatus Finis habet Quietem; & ideo in hac præſente vita, in qua ſumus, quæ eſt principiata cum minori Fine ſecundùm comparationem majoris Finis, propter quem Paradiſus eſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

est principiatus, non possumus habere Quietem; & ideo illi sunt sapientes, qui in hac vita ideo laborant, ut in Paradiso possint habere Quietem.

QUINTA QUÆSTIO. F.
Quantus est Paradisus?

SOLUTIO. *Camera.* C.E.F.

1. QUantitatem debemus considerare in Paradiso, secundùm quòd Magnitudo, Potestas & Sapientia sunt partes illius: quia Paradisus per Magnitudinem est magnus, & per Potestatem potest esse, & per Sapientiam scitur: & ista est simplex Quantitas; & ejus Quantitas est composita, in quantum ejus Potestas & Sapientiæ Sanctorum, qui sunt in illo, sunt magnæ per Magnitudinem, & ejus Magnitudo est potens per Potestatem, & similiter Sapientiæ possunt intelligere per Potestatem, & sic de aliis partibus, quæ sunt in Paradiso alia mixta in alia, quæ multiplicant unam communem & compositam Quantitatem, de qua Paradisus est quantificatus, habituatus & vestitus.

2. C.E.T.C. Magnitudo & Potestas habent Concordantiam in Paradiso, in quantum Potestas per Magnitudinem est magna, & Magnitudo per Potestatem potest esse; etiam est in Magnitudine Concordantia inter sensuale & intellectuale, sicut inter corpus & Animam, quæ in humano esse post Resurrectionem habebunt Concordantiam sinè corruptione; hoc idem sequitur de magna Concordantia, quæ est inter intellectuale & intellectuale, sicut inter Angelum & Angelum, Angelum & Animam, Animam & Animam; & in omnibus istis Concordantiis est Quantitas, quia non possent esse sinè Quantitate; & hoc, quod diximus de Quantitate Magnitudinis in Concordantia, potest dici de Quantitate Potestatis.

3. C.E.T.E. Paradisus est de magnis & potentibus Principiis, quæ per Principia sunt Principia in Magnitudine & Potestate: in Magnitudine, sicut magnificativum, magnificabile & magnificare: in Potestate, sicut possificativum, possificabile & possificare; & quodlibet istorum concretorum est cum Quantitate, sive sit sub corporali genere, sive spirituali, & cum Quantitate complent formam & essentiam eorum, de quibus sunt: sicut in Magnitudine, quæ est forma & essentia suorum concretorum, quæ est quanta in illis, & ipsa in ea; hoc autem non potest esse sinè Quantitate.

4. C.E.T.F. In Magnitudine & Potestate, quæ sunt partes Paradisi, est Medium existens in illis, in quantum Potestas per Magnitudinem est magna, & Magnitudo per Potestatem potest esse; & in isto Medio influit Magnitudo suam similitudinem Potestati, & Potestas Magnitudini: & in isto Medio conjunguntur Magnitudo & Potestas, quod Medium est quantificatum in Medio ambarum, & cum Quantitate est influentia & refluentia, & cum Quantitate est Medium terminatum in extremitatibus illarum, & est per totum spatium intrà, sicut linea, quæ est terminata & quantificata inter duo puncta.

5. C.F.T.C. In Paradiso intelligunt Angeli magnam Concordantiam inter DEUM & ipsos, quam Concordantiam habent in intelligendo DEUM magnum existentem in sua Magnitudine & Concordantia sinè Quantitate magnificativi, magnificabilis & magnificare, quæ sunt Divinæ & Personales Proprietates; & in isto intelligere est Quantitas ex parte Angelorum, qui intelligunt: in qua Quantitate habent magnam Concordantiam; & illa magna Quantitas, quam habent cum Concordantia, limitat & quantificat eorum intelligere, in quantum non potest tantum intelligere DEUM, quanta est ejus Concordantia.

6. C.F.T.E. In Sapientia Angelorum sunt magna Principia, videlicet intellectivum, intelligibile & intelligere, quæ sunt essentialia concreta Sapientiæ, & sunt Principiata in æviternitate, quam æviternitatem Angelus intelligit cum Quantitate ex parte Principii: nam, in quantum est principiata, est intelligibilis, & ille, qui eam intelligit, habet Quantitatem in ipsa ad intelligendum, in quantum in illa est principiatus; & sic est intelligere in Principio æviternitatis terminatum & vestitum Quantitate, sicut linea, quæ est quantificata in puncto, in quo est principiata, sed non est terminata nec quantificata in puncto à parte post, supposito, quòd non habeat punctum à parte post: & sic secundùm talem modum non potest intelligere Angeli se extendere cum Fine Quantitatis in Finem æviternitatis, quia non habet Finem secundùm durationem posterioritatis, & infinitatem illius perpetuitatis intelligit in anterioritate, ubi est principiatus; & sic cum Quantitate attingit objectum, quod non est cum Quantitate.

7. C.F.T.F. In Paradiso est JESUS Christus, qui est DEUS & Homo existens magnum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

num Medium, in quantum in illo conjunguntur magnæ influentiæ, quæ ſunt de Bonitate, Magnitudine &c., quæ veniunt ſinè Quantitate: ſed, quia Humanitas Chriſti eſt terminata & quantificata, ſunt illæ Divinæ Influentiæ quantificatæ in Humanitate, quia Humanitas non poſſet illas habere in ſe ſinè Quantitate; & ideo humana Sapientia Chriſti (ût diximus de æviternitate) intelligit, quòd ſua Deificata Humanitas ſit Deificata ſinè Quantitate, quantum ad Deitatem, & ſic intelligit, quòd Humanitas ſit tota Deitas, in quantum ibi non eſt Quantitas ex parte Deitatis; ſed, in quantum intelligit, quòd ſua Humanitas habeat naturalem Quantitatem, intelligit, quòd Homificatus DEUS habeat Quantitatem, in quantum eſt Homo, quia DEUS non poſſet eſſe Homo ſinè Quantitate: & ſic eſt intelligere JESU Chriſti tam magnum, quòd infinitè intelligat Deitatem ſinè Quantitate, in quantum Homo eſt DEUS: ſed, in quantum intelligit, quòd DEUS ſit Homo, ſuum intelligere eſt terminatum, ſecundùm quòd diximus, & ſecundùm quòd ſignificavimus per æviternitatem; unde, cùm hoc ita ſit, quis poſſet æſtimare, dicere aut ſcribere Magnitudinem, quam JESUS Chriſtus habet in intelligendo?

8. C.T.C.E. JESUS Chriſtus eſt adeò magnum Principium, & Deitas & Humanitas habent in illo adeò magnam Concordantiam, quòd omne, quod eſt creatum, DEUS creaverit propter ejus Humanitatem, & hoc ſignificavit Beatus Joannes Evangeliſta in ſuo Evangelio; unde, cùm JESUS Chriſtus ſit in Paradiſo, & Sancti Gloriæ ſint propter ipſum principiati, ſunt magnificatæ omnes Quantitates Beatorum in Magnitudine & Concordantia JESU Chriſti & in ejus eſſentialibus Principiis, ſicut ſunt magnificata omnia eorum Principia, in quantum ratione illius ſunt principiata; & hoc idem ſequitur de eorum Concordantiis.

9. C.T.C.F. JESUS Chriſtus eſt in Paradiſo Medium exiſtens inter DEUM & Sanctos Gloriæ, in quo Medio DEUS & Sancti Gloriæ habent magnam Concordantiam; & quia Concordantia, quam Deitas & Humanitas habent in JESU Chriſto in eſſendo Homo DEUS & DEUS Homo, eſt adeò magna, quòd major non poſſit eſſe inter cauſam & effectum, quis poſſet conſiderare aut ſcribere illam magnam Concordantiam, quam DEUS & Sancti Gloriæ habent in Paradiſo ratione noſtri Domini JESU Chriſti, cùm illa Concordantia ex parte Deitatis non habeat Quantitatem.

10. C.T.E.F. Paradiſus eſt in empyreo Cœlo, quod eſt de corporali natura, quia, ſi non eſſet de corporali natura, non poſſent corpora Sanctorum ſtare nec eſſe collocata in illo; item Paradiſus eſt ſub octava ſphæra, in quantum Angeli veniunt huc inferiùs, qui habent Paradiſum in omni loco, in quo intelligunt DEUM; unde, cùm ſpatium ſit tam magnum à ſuperiori ſuperficie empyrei Cœli usque huc inferiùs ad ſuperficiem terræ, quis poſſet menſurare Quantitatem Paradiſi? aut quis illi poſſet invenire Medium & extremitates, & attingere ejus magna Principia, quæ ſunt de longitudine, latitudine & profunditate, in figura quadranguli & trianguli, de quibus figuris plena eſt figura cœleſtis circuli.

11. E.F.T.C. In Paradiſo eſt Concordantia in Poteſtate concordandi intellectivum, intelligibile & intelligere in Sapientia, quæ eſt in Paradiſo; unde, ſecundùm quòd eſt illa Concordantia in poſſe concordare concreta Sapientiæ, eſt quanta in Poteſtate & in Sapientia: & in quantum Concordantia eſt quanta in concordando ſenſuale & ſenſuale, ſenſuale & intellectuale, intellectuale & intellectuale, eſt quanta in Poteſtate, & Poteſtas eſt quanta in illa; & hoc idem de Sapientia & de ſenſualibus naturalibus inſtinctibus.

12. E.F.T.E. In Paradiſo eſt diſcreta Quantitas, in quantum eſt de pluribus individuatis Principiis, & eſt continua Quantitas, quantum ad intellectivitatem, intelligibilitatem & intelligere, quæ habent continuitatem in Poteſtate, quæ continuitas ſuſtentatur in æviternitate.

13. E.F.T.F. Paradiſus eſt locus Beatorum, qui in illo ſunt, & centrum illius loci eſt terra, quæ eſt in Medio, & quælibet beatificata Sapientia eſt poſſificata in menſurando cum ſuo intelligere illum totum locum, in quo ſunt Beati, & numerum illorum & totam Gloriam, quam habent; & iſta Quantitas, quam Sapientia comprehendit cum ſuo intelligere, eſt quanta per intellectivitatem & intelligibilitatem, & per poſſificativitatem, poſſificabilitatem & poſſificare.

14. E.T.C.E. Principia Poteſtatis ſunt in concordare per Concordantiam, & ſunt in alio concordare ſecùndùm ſenſualitatem, & in alio ſecundùm intellectualitatem, & ſunt in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in alio concordare, quod est de intellectuali concordare & de sensuali concordare; & omnes istæ tres Concordantiæ sunt in Paradiso secundùm Quantitatem, sinè qua Quantitate non possent esse in numero discretæ Quantitatis.

15. E.T.C.F. In Paradiso est Concordantia Potestatum, in quantum una Potestas habet Concordantiam cum alia: sicut Potestas Animæ, quæ habet Concordantiam cum Potestate corporis, & post Resurrectionem Potestas ignîs, quæ in glorificato corpore habebit Concordantiam cum Potestate aëris & Potestate aquæ, & Concordantia est Medium, in quo congregantur, conjunguntur & mensurantur Potestates, quas diximus; & quia Concordantia est major secundùm unam Potestatem, quàm secundùm aliam, convenit, quòd Potestates sint habituatæ & vestitæ Quantitate in concordare, cùm Majoritas & Minoritas non possint esse sinè Quantitate in concordare & gloriari.

16. E.T.E.F. Potestas, Principium & Medium sunt in Paradiso habituata & vestita Quantitate, sinè qua possificativum, possificabile & possificare non possent esse Principia in Potestate, nec in Principio principiativum, principiabile & principiare possent esse Potestates.

17. F.T.C.E. In Paradiso sunt Sapientia & Concordantia & Principium cum Quantitate, sinè qua ibi non possent esse: Sapientia est in Paradiso cum Quantitate, in quantum habet Concordantiam cum alia Sapientia: & Concordantia est in Paradiso cum Quantitate, in quantum Concordantiæ sunt distinctæ aliæ ab alia, cùm Concordantia non possit esse sinè distinctione: & Principium est in Paradiso cum Quantitate, in quantum est principiare de essentia principiativi & principiabilîs, & istud principiare remanet intra Sapientiam amborum, & aliud principiare non transit extrà cum Quantitate, quia, si transiret, esset in Paradiso successio, per quam non posset esse principiare nec sustentare in æviternitate.

18. F.T.C.F. In omnibus Sapientiis, quæ sunt in Paradiso, est concordare in Medio intellectivi & intelligibilîs cum Quantitate, & ista Quantitas est continua & simplex, quantum ad essentiam intellectivi, intelligibilîs & intelligere, & quantum ad essentiam concordativi, concordabilîs & concordare: & est discreta, in quantùm concreta sunt distincta, & quantum ad Differentiam, quæ est inter Sapientiam & Concordantiam.

19. F.T.E.F. In omnibus Sapientiis, quæ sunt in Paradiso, est Principium cum Quantitate, in quantum principiare est in Medio intellectivi & intelligibilîs, quia intellectivum principiat intelligibile, ut sit intellectum in intelligere, quod principiare remanet intra essentiam intellectivitatis & intelligibilitatis; & ideo potest sustentari in Principio æviternitatis.

20. T.C.E.F. In Paradiso sunt Concordantia, Principium & Medium cum Quantitate, quia sinè Quantitate non posset esse Concordantia Principiorum, nec concordare posset esse in Medio concordativi & concordabilîs, nec principiare in Medio principiativi & principiabilîs; & quia in Paradiso Concordantia cum Principio est Medium cum Quantitate, convenit, quòd in Paradiso sit Quantitas, ad quem DEUS nos perducat cum magna Quantitate gratiæ & meriti, & cum magno memorare, intelligere & amare contemplando Divinam Gloriam.

SEXTA QUÆSTIO. G.

Qualis est Paradisus?

SOLUTIO. *Camera.* B.E.G.

1. QUalitates Paradisi sunt multæ, secundùm quòd ipse est de multis partibus; inter alias Qualitates sunt Bonitas, Potestas & Voluntas, quæ sunt ejus Qualitates, ut sit bonus, potens & amabilis; & istæ sunt propriæ Qualitates in æviternitate & in individuis, in quibus sustentantur, quæ cum appropriatis Qualitatibus sunt beata, & recipiunt gratiam ab altissimo Domino.

2. B.E.T.B. In Paradiso est Bonitas potens per Potestatem, & Potestas est bona per Bonitatem, & per Differentiam est alia Qualitas Bonitatis, & est alia qualitas Potestatis, & per Potestatem potest Bonitas illi dare suam similitudinem, & Differentia potest esse bona Qualitas, & per Bonitatem est Potestas bona Qualitas, & hoc idem de Differentia, quæ est bona per Bonitatem, & Potestas est differens per Differentiam, & hoc idem de Bonitate, in tantum, quòd in Bonitate sint differentia qualia bona potentia & differentia aliud ab alio, sicut bonificativum, bonificabile & bonificare; & hoc idem de Potestate, in qua sunt qualia bona potentia & differentia, sicut possificativum, possificabile & possificare, & sic de Differentia & de

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ejus concretis; igitur in Paradiſo ſunt iſtæ Qualitates in ſuis individuatis & æviternatis propriis & appropriatis Qualitatibus.

3. B. E. T. E. In Paradiſo eſt Principium, in quo bonum & potens ſunt principiata, & ideo eſt Paradiſus indutus & habituatus de bona & potenti Qualitate, & per illud indumentum eſt bonus & potens, & habet bona & potentia concreta induta de Bonitate & Poteſtate.

4. B. E. T. G. Qualitates Paradiſi ſunt in Fine completæ per Finem, qui eſt bonus & potens, & ideo in nullo ſubjecto, in quo Finis eſt completè bonus & potens, poteſt eſſe malum nec Defectus, quia Poteſtas complet Bonitatem, in quantum ipſa eſt ita completa, quòd in illo ſubjecto Bonitatis non poſſit eſſe mala Qualitas, & Bonitas, poſtquam eſt completa, ita complet Poteſtatem, quòd in ſuo ſubjecto non poſſit eſſe Fragilitas nec Defectus; tamen iſta aſſituatio Qualitatum non poteſt ſuſtentari in Paradiſo ſinè æviternitate.

5. B. G. T. B. Beatus Petrus habet in Paradiſo bonam Voluntatem, & ejus Bonitas eſt amabilis, & ſic eſt in Voluntate beati Petri qualificata Bonitas, & Voluntas eſt qualificata in ſe ipſa, in quantum ſua Bonitas in illa ſuſtentatur: hoc idem ſequitur de qualificabilitate Bonitatis & Differentiæ, quam habent per Voluntatem; & tales Qualitates ita aſſituatæ in Paradiſo ſunt luminaria, propter quæ non poſſunt eſſe in Paradiſo malæ Qualitates nec odibiles Qualitates nec aliquæ aliæ Qualitates, in quibus tenebræ poſſint ſuſtentari.

6. B. G. T. E. In Paradiſo eſt bonum & amabile Principium, videlicet bonificare, quod eſt Principium principiatum de bonificativitate & bonificabilitate, & eſt amabile per Bonitatem & amativitatem; & ideo eſt bonificare quale per Bonitatem, Voluntatem & Principium; hoc idem ſequitur de amare & principiare.

7. B. G. T. G. In Paradiſo eſt amare completum in Bonitate, & bonificare eſt completum in Voluntate, & ideo eſt bonificare indutum de amare, & amare de bonificare, & iſta indumenta ſunt de panno Qualitatis, & eorum figuræ ſunt de panno Complementi, de quo nullus Defectus poteſt indui.

8. B. T. B. E. In Paradiſo ſunt Differentia & Principium induta de bonis Qualitatibus, quia omne id, quod eſt differens, eſt bonum, & ſimiliter quod eſt principians; & ideo Bonitas, quæ induit Differentiam & Principium de ſua propria Qualitate, eſt induta de appropriatis Qualitatibus, per quas habet in ſe diſtincta Principia, quæ ſunt ſua eſſentialia concreta induta de Differentia & Principio.

9. B. T. B. G. In Paradiſo ſunt Differentia & Finis Qualitates Bonitatis, & ſunt qualificatæ de Bonitate, in quantum ſunt bonæ per Bonitatem, & Bonitas eſt de Differentia & Fine, in quantum per Differentiam habet diſtincta concreta, & per Finem habet illa completa; & ideo eſt in Paradiſo una Qualitas in alia, in quo ſtatu una Qualitas non poteſt eſſe contraria alteri.

10. B. T. E. G. In Paradiſo eſt Bonitas plena de ſuis eſſentialibus concretis, ſcilicet bonificativo, bonificabili & bonificare, quæ ſunt ejus eſſentialia Principia, quæ ſunt bona per propriam Bonitatem, & ſunt Principia per appropriatam principiatam Qualitatem, & ſunt completa per appropriatam completam Qualitatem; & hoc eſt ita in Bonitate, quæ ſuſtentatur in æviternitate, ſicut lucere, movere & influere eſt in Sole.

11. E. G. T. B. In Paradiſo eſt Differentia amabilis in Poteſtate, quia poſſificativum, poſſificabile & poſſificare ſunt amabilia in Poteſtate, quorum amabilitas non poſſet eſſe ſinè Differentia; & ideo eſt in Paradiſo una Qualitas amabilis per aliam.

12. E. G. T. E. In Paradiſo eſt principiabilitas amabilis, ut ſit poſſificabilitas, quæ non poſſet eſſe ſinè principiabilitate, & principiabilitas & poſſificabilitas ſunt amabiles ratione amabilitatis amativitatis & principiativitatis: hoc idem eſt de amabilitate ipſorum principiare & poſſificare; igitur iſta amabilitas eſt in genere Qualitatis, ſecundùm quòd noſtra verba ſignificant.

13. E. G. T. G. In Poteſtate eſt poſſificativum amabile, & poſſificabile eſt amabile, & hoc idem eſt de amabilitate ipſius poſſificare, & iſta amabilitas eſt completa in Fine ipſius amare; igitur ſunt in Poteſtate amabilia qualia induta de Qualitate, ſinè qua eorum amabilitas non poſſet eſſe completa, nec ipſa poſſent eſſe qualia.

14. E. T. B. E. Differentia & Principium non poſſent eſſe in Poteſtate ſinè Qualitate; quia, ſi in Poteſtate unum quale non eſſet diſtinctum ab alio quali, non poſſet eſſe Differentia in Poteſtate, quia non haberet in illa ſubjectum, in quo ſuſtentaretur: & hoc idem de Principio, quod in Poteſtate non haberet ſuſtentationem, ſi in Poteſtate non eſſet

(c) 2006 Ministerio de Cultura

esset unum Principium quale per principiativitatem, & aliud per principiabilitatem, & aliud per principiare; igitur possunt esse in Potestate Differentia & Principium qualificata appropriata Potestati, quia in ipsis sunt distincta qualia & Principia, quæ sunt induta de propria Qualitate Potestatis & de ejus essentialibus concretis, videlicet uno quali, quod est possificativum, & alio, quod est possificabile, & alio, quod est possificare; & ideo quæritur, qualis sit forma in Potestate? & qualis materia? & quale sit illud, quod est de ambobus? & fit responsio, secundùm quòd Potestas est qualis, & Qualitas propria & appropriata, & secundùm quòd Differentia & Principium possunt habere sustentationem in illa.

15. E. T. B. G. In Potestate non posset poni Differentia sinè Fine, quia, si in Potestate non esset Finis possificativi, possificabilîs & possificare, esset Differentia otiosa in Potestate, & Potestas otiosa in Differentia, quod est impossibile: hoc idem sequitur de Fine, qui sinè Differentia non posset esse in Potestate, quia sinè Differentia possificativi, possificabilis & possificare non possunt esse qualia perfectibile & complere; igitur sunt qualia aliud in alio, secundùm quòd alia Qualitas est in alia; & ista qualia sunt in individuis, de quibus Paradisus est completus, hoc est, Sanctis, qui in illo sunt.

16. E. T. E. G. In Potestate sunt Principia cum Fine & Fines sunt cum Principiis, & Potestas est in Principiis & in Finibus cum se ipsa, quia habet in se qualia, quæ sunt de sua essentia, in quibus possunt esse Principia qualia, & possunt esse completa; & ideo possunt appropriatæ Qualitates esse quales per propriam Qualitatem, & hoc convertitur.

17. G. T. B. E. In Paradiso sunt multæ Voluntates Differentes alia ab alia, cùm quilibet Beatus habeat suam propriam Voluntatem; & in qualibet Voluntate sunt multa distincta Principia existentia in genere Qualitatis, ut in Voluntate sint qualia amativum, amabile & amare existentia in genere Differentiæ & Principii, sinè quorum generibus non possent esse qualia; quapropter est in Paradiso unus Sanctus qualis, & alter est alius qualis, & sic de omnibus aliis Sanctis, qui sunt quales distincti alius ab alio.

18. G. T. B. G. In Paradiso Differentia in Voluntate est in genere Qualitatis per Finem, quia in Voluntate sunt amativum & amabile, quorum Finis est amare, & amativum & amare, quorum Finis est amabilitas DEI: & sic convenit, quòd in Voluntate sit Differentia, sinè qua in ipsa non posset esse Finis amativi, amabilîs & amare; & quia Differentia est in Qualitate, & Finis est cum Differentia in Voluntate, convenit, quòd Finis sit in Qualitate, & hoc convertitur in Voluntate, in qua necessariò sunt qualia distincta & completa in genere Qualitatis, sinè qua non possent esse qualia, nec humanæ & angelicæ intellectivitati dare aliquod significatum de Sanctissima Trinitate.

19. G. T. E. G. In Voluntate sunt Principia qualia cum Fine, & in Principio est Voluntas qualis cum Fine; & ideo potest quæri, qualis sit Voluntas in Principio secundùm principiativum, & qualis secundùm principiabile, & qualis secundùm principiare? & est responsio, secundùm quòd Principia sunt qualia cum Fine amativi, amabilîs & amare.

20. T. B. E. G. Differentia, Principium & Finis sunt Qualitates in Paradiso, per quas Sancti sunt quales: & quia Differentia sustentabitur inter sensuale & sensuale, & sensuale & intellectuale, & intellectuale & intellectuale, erunt multa qualia per Differentiam in beatis hominibus, & hoc idem per eorum Principia & per eorum Fines, secundùm quòd in hoc Mundo eorum opera fuerint magìs bona & completa in quibusdam Principiis, quàm in aliis; & hoc idem de Qualitatibus Angelorum, in quibus est Differentia inter intellectuale & intellectuale, & sic de eorum Principiis & Finibus. Igitur Sancti Gloriæ sunt quales per essentiales & per appropriatas Qualitates, secundùm quòd eorum Qualitates habent sustentationem in Differentia, Fine & Principio, existente illo Principio in mixtione omnium trium Qualitatum; & hoc idem de aliis Qualitatibus, de quibus convenit Paradisum ornari & vestiri.

SEPTIMA QUÆSTIO. H.

De Tempore Paradisi?

SOLUTIO. *Camera.* B. E. H.

1. TEmpus, in quo est Paradisus, est bonum per Bonitatem, & virtuosum per Virtutem, & per Potestatem est possificatum in Virtute & Bonitate æviternitatis, in qua æviternitate sustentatur Tempus ante æviternitatem, & non extenditur in Fine æviternitatis; & ideo Tempus, in quo est Paradisus, non habet successionem Potestatis, Virtutis & Bonitatis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. B. E. T. B. Tempus in hac vita eſt in ſucceſſione Bonitatis & Poteſtatis cum Differentia & motu, & ideo eſt Tempus hujus vitæ, in qua ſumus, ſubjectum differentibus Bonitatibus & Poteſtatibus per præteritas, præſentes & futuras res; ſed Tempus, in quo eſt Paradiſus, eſt in tanta Poteſtate & Bonitate, quòd non ſit in præteritis nec futuris rebus, imò eſt in uno indiviſibili nunc in ſuis ſubjectis, & illa ſubjecta ſunt in illo ſinè tranſitu & motu præteritarum & futurarum rerum.

3. B. E. T. E. Paradiſus habuit Tempus in Principio Poteſtatis & Bonitatis, ſed in Fine Temporis non habet Privationem Poteſtatis nec Bonitatis, & propterea non poteſt Tempus privari in Paradiſo, in quantum eſt principiatum in Bonitate & in Poteſtate Paradiſi, nec extrà in Principio, in quo tempus eſt principiatum, cùm nec Poteſtas nec Bonitas Paradiſi exiſtant in temporalitate, quarum ſubjectum eſt æviternitas, cujus definitio in hoc paſſu ſignificatur.

4. B. E. T. H. Majus bonum, in quo Tempus poſſit ſuſtentari, eſt in æviternitate, quia ejus ſubjecta non poſſunt illi deficere in æviternitate: & ideo in Bonitate Poteſtas Temporis tantum ſuſtentatur in bonificabilitate & bonificare Bonitatis, quanta eſt bonificativitas Bonitatis; & in hoc paſſu ſignificatur Beata Trinitas cum ſua Æternitate.

5. B. H. T. B. Secundùm quòd Bonitas, Virtus & Differentia ſunt in Paradiſo, eſt Paradiſus temporificatus in Tempore, & ideo non poteſt Tempus privari in Paradiſo, quoniam ejus Privatio eſſet mala & vitioſa & in Confuſione virtuoſi bonificativi, bonificabilîs & bonificare.

6. B. H. T. E. Tempus Paradiſi principiat in Bonitate cum Virtute, & Bonitas & Virtus Paradiſi fuerunt principiatæ in illo, & ideo eſt Tempus Paradiſi bonum & virtuoſum in Principio, in quo ſunt principiativum, principiabile & principiare, quod principiare non eſt de futuro nec præterito tempore, quia omnia ſua Tempora exiſtunt in præſenti Tempore; & ideo in Paradiſo non poteſt principiare deficere Tempori, nec tempus ipſi principiare, nec in illo poſſunt habere multiplicationem momenta, horæ, dies & anni, ſed Paradiſus exiſtit in uno die exiſtente ſuſtentato in æviternitate, ad quem diem DEUS nos adducat per ſuam virtuoſam Bonitatem, poſtquam ad illum diem nos principiavit & creavit.

7. B. H. T. H. Major Virtus Bonitatis eſt illa, quam Bonitas habet in bonificare, & ideo exiſtit major Virtus Temporis in bonificare, in quo Bonitas habet majorem Virtutem; & quia majorem Virtutem, quam Bonitas habet in bonificare, habet in Paradiſo, convenit, quòd major Virtus Temporis ſit in Paradiſo.

8. B. T. B. E. Tempus in hac vita non poteſt exiſtere in Bonitate ſinè differentibus Principiis Bonitatis, quæ ſunt bonificativum, bonificabile & bonificare; at, ſi Tempus in alia Vita eſſet bonificatum in Bonitate, & Bonitas temporificata in Tempore ſinè differentibus Principiis, eſſet Tempus in hac vita Principium magìs bonum, quàm in alia, & Bonitas eſſet in hac vita Principium magìs bonum, quàm in alia, & Bonitas eſſet in hac vita plena concretis, & vacua in alia, quod eſt impoſſibile; per quam impoſſibilitatem ſignificatur Tempus, in quo eſt Paradiſus, & ſimiliter ſignificatur illius aſſituatio.

9. B. T. B. H. In Paradiſo eſt Bonitas Sanctorum in Majoritate Differentiæ, & quia Differentia eſt major in Paradiſo, quàm in hac vita, & eſt in tanta Bonitate, quòd non poſſit eſſe in majori; ideo convenit, quòd Paradiſus ſit in majori temporalitate Bonitatis, ut Differentia habeat Majoritatem, in qua poſſit ſuſtentari, quam Majoritatem habet in illa temporalitate, quæ non producit præteritum nec futurum, & ejus tota productio eſt in præſenti tempore, exiſtente illâ differentiâ plenâ majori Bonitate & majori differentiativo, differentiabili & differentiare ipſorum durativi, durabilîs & & durare indutorum Majoritate.

10. B. T. E. H. Illud Tempus, in quo DEUS principiavit Mundum, fuit in majori Bonitate, & fuiſſet in minori, ſi ipſum antè aut poſt principiaſſet, & hoc ideo, quia ipſum principiavit in majori Bonitate, in qua non poſſet ipſum principiaſſe, ſi bonificabilitas Bonitatis fuiſſet ante principiabilitatem temporalitatis; igitur fuit tempus principiatum in majori principiabilitate creatæ Bonitatis, & in illa principiabilitate fuit principiata æviternitas, in qua ſuſtentatur Tempus Paradiſi cum majori Principio Bonitatis.

11. E. H. T. B. Tempus non habet Virtutem in Poteſtate, nec Poteſtas habet Virtutem in Tempore ſinè Differentia, & ideo non ſuſtentatur Tempus Paradiſi ſinè Differen-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ferentia in Potestate in Virtute Paradisi, non tamen dicimus, quòd Tempus in se habeat Differentiam, quæ sit de sua essentia: nam, si haberet Differentiam, non posset sustentari in æviternitate nec in Virtute illius.

12. E. H. T. E. Tempus non posset esse in Potestate sinè Principio, nec sustentari in Virtute: nec Virtus & Potestas possent esse in Principio sinè Tempore, nec creatum Principium posset esse in Virtute nec in Potestate, nisi Tempus sustentaretur in principiativo, principiabili & principiare, nec Tempus Paradisi potest extendi extra suam Potestatem, Virtutem & Principium.

13. E. H. T. H. Major Virtus Potestatis est in Æternitate, in qua non potest existere Tempus; & rursus est alia major Virtus Potestatis, quæ non est tam magna, sicut illa, & hæc est in æviternitate, in cujus capite sustentatur Tempus, & in cauda illius æviternitatis Tempus non habet sustentationem; & istud est Tempus, in quo Paradisus est temporificatus in capite æviternitatis, & est sinè Tempore in cauda æviternitatis.

14. E. T. B. E. In creata Potestate non potest esse Differentia & Principium, si Tempus non fuit principiatum, cùm conveniat, quòd Differentia & Potestas sint principiatæ in Tempore; tamen in cauda æviternitatis possunt esse Potestas, Differentia & Principium, postquam in illius capite habuerunt Principium: & istud caput & cauda æviternitatis dant nobis cognitionem de illo Tempore, quod sustentatur in Paradiso.

15. E. T. B. H. Id, per quod Differentia est in majori Potestate, est per majorem Potestatem & Differentiam majoris possificativi, possificabilîs & possificare, & hæc major Differentia est in Æternitate, quæ sustentatur in Divinis Personis, sicut Essentia illarum, quæ in illis habet sustentationem; & id, in quo minor Differentia est in minori Potestate, est in hac vita, in qua Tempus sustentatur antè & retrò; igitur sustentatur Tempus Paradisi in Medio majoris & minoris Differentiæ, & habet in capite æviternitatis similitudinem minoris Differentiæ, & in cauda æviternitatis habet similitudinem majoris Differentiæ.

16. E. T. E. H. Tempus est generale Principium, in quo majores & minores creatæ Potestates sunt principiatæ, & majores Potestates sunt principiatæ in æviternitate, & minores in hac vita, & ideo significatur Tempus Paradisi cum majoribus & cum minoribus Principiis, extra quod Tempus se extendunt Potestates & Principia Paradisi in cauda æviternitatis sinè Tempore, quæ cauda est major, quàm suum caput, quod est principiatum in Tempore.

17. H. T. B. E. In Virtute existunt Principia cum Differentia virtuificativi, virtuificabilîs, virtuificare, & principiativi, principiabilîs, principiare, & differentiativi, differentiabilîs & differentiare: & ista creata Differentia extensa in sémet ipsa & in Virtute & Principio est temporificata in Tempore secundùm hanc præsentem vitam; sed secundùm Tempus, in quo Paradisus est temporificatus, non est tota extensio Differentiæ terminata in Tempore, in quantum habet sustentationem in æviternitate; & ideo est Paradisus durabilis & incorruptibilis.

18. H. T. B. H. Differentia habet majorem Virtutem in Paradiso, quàm in hac vita, & propterea est ejus Tempus majus in Differentia Paradisi, quàm in isto Tempore, in quo sumus, per quam Majoritatem Differentia comprehendit & terminat in Paradiso temporalitatem sustentatam in capite æviternitatis, & transit ad existere in cauda æviternitatis sinè Tempore, ut differentiativo non possit deficere modus differentiabilîs & differentiare; veruntamen iste passus est valde difficilis intellectu illis, qui non habent cognitionem de æviternitate.

19. H. T. E. H. Majora Principia creatæ Virtutis sunt in Virtute Paradisi, & illa Principia habent ita magnam Virtutem per Majoritatem, quòd per unum modum sint temporificata in Virtute, & per alterum in Virtute æviternata, ita, quòd ipsa non amittant numerum suî ipsorúmmet nec in una nec in alia Virtute, sed sint illa ipsámet, quæ sunt; & ideo sunt per unum modum in temporalitate, & per alium extra temporalitatem; & hoc est sic ordinatum, ut Principium & Virtus possint esse in Majoritate sinè temporalitate & mobilitate.

20. T. B. E. H. In Paradiso est Differentia, & in illa est Principium & Majoritas, ut non habeat vacuitatem: hoc idem est de existere Differentiæ, quæ est in Principio & Majoritate, ut de ipsa sint plena: & idem est de Principio, quod est in Majoritate, & de Majoritate, quæ est in Principio, ut unum compleat alterum de se ipso & de alio; igitur potest homo per hunc statum & assituationem cognoscere, quomodo Paradi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

radiſus ſit temporificatus in capite æviternitatis, à quo Differentia, Principium & Majoritas tranſeunt ad exiſtere ſinè temporalitate.

OCTAVA QUÆSTIO. I.

Ubi eſt Paradiſus?

SOLUTIO. *Camera.* F. G. I.

1. PAradiſus eſt in intelligere & amare verum DEUM, hoc eſt, quando Sancti, qui ſunt in Gloria, habent Gloriam & delectationem in intelligere & amare verè & realiter verum DEUM & non phantaſticum nec productum de ejus ſimilitudinibus; & in hoc vero intelligere & amare & in objecto, quod accipiunt, videlicet DEO, eſt Paradiſus.

2. F. G. T. F. Sancti in Paradiſo intelligunt & amant DEUM ſinè Medio, ita, quòd inter eorum intelligere & amare & inter ipſum DEUM ſit nullum Medium: quia, ſi eſſet Medium, quod non eſſet DEUS, non poſſet eorum intelligere & amare eſſe in Paradiſo, nec Paradiſus haberet ſpiritualem Locum, in quo eſſet.

3. F. G. T. G. Finis, propter quem Sancti Gloriæ ſunt, eſt, ut intelligant & ament DEUM ſecundùm intelligibilitatem & amabilitatem DEI: ſecundùm amabilitatem, in quantum DEUS realiter eſt amabilis: & hoc idem ſecundùm ejus realem intelligibilitatem, quæ eſt realiter intelligibilis; & in his realitatibus intelligibilitatis & amabilitatis, per quas Fines perficiuntur, eſt Paradiſus, in quantum in eis eſt ſpiritualiter collocatus, & in ipſis exiſtit.

4. F. G. T. I. Paradiſus exiſtit in Æqualitate, quam Sapientia & Voluntas habent in contemplando DEUM, ſinè qua Æqualitate non haberet Paradiſus ſpiritualem Locum, in quo poſſet exiſtere, cùm DEUS Æqualiter ſit amabilis & intelligibilis ratione ſuæ magnæ Bonitatis, Poteſtatis & Virtutis, quæ faciunt, quòd Æqualitas exiſtat in ejus amabilitate & intelligibilitate; & quia in Paradiſo Voluntati Sanctorum realis DEUS eſt amabilis, convenit, quòd Sapientiæ Sanctorum realis DEUS ſit intelligibilis; & in hoc paſſu poſſunt ſapientes habere cognitionem, quòd inter Sanctos & realem DEUM non ſit phantaſticus DEUS nec aliqua extranea ſpecies. Unde, cùm hoc ita ſit, quis poſſet conſiderare, dicere vel ſcribere magnam Gloriam, quam Sancti habent in DEO?

5. F. I. T. F. In Sapientia Sanctorum eſt intelligere Medium intellectivi & intelligibilîs: & iſtud Medium eſt verum, reale & naturale, & eſt de eſſentia Sapientiæ, & Paradiſus iſtius eſt intelligere DEUM, qui Paradiſus conſiſtit in intelligere.

6. F. I. T. G. Finis Sapientiæ Sanctorum eſt verum intelligere, quod ipſi habent in DEO: & Finis Veritatis Sanctorum eſt, quòd Sancti verè intelligant DEUM, & quòd verificare Veritatis verificet verum & reale intelligere: quod verificare eſt intellectualis Locus, in quo conſiſtit Paradiſus de vero & completo intelligere.

7. F. I. T. I. In Paradiſo eſt Æqualitas intelligendi & verificandi in contemplando DEUM; & in iſta Æqualitate conſiſtit Paradiſus de intelligere, verificare & contemplari, quia intelligere intelligit verificare, & è contra verificare verificat intelligere, & Æqualitas æqualificat ambo in contemplando DEUM.

8. F. T. F. G. Paradiſus eſt in omni Loco, in quo eſt Finis creati intelligere, qui Finis eſt DEUS, qui eſt in omni Loco; unde, quando Finis & intelligere conjunguntur ſinè extranea intelligibilitate, tunc eſt intelligere collocatum in Fine, in qua collocatione ejus Paradiſus eſt collocatus.

9. F. T. F. I. In Sapientia Sanctorum eſt Æqualitas, in qua intelligere exiſtit in Medio intellectivi & intelligibilîs: & iſta Æqualitas eſt proportionata ſecundùm intellectivitatem, quæ intellectivitas menſurat tantum intelligibilitatis, quantum per gratiam & naturam poteſt intelligere, in quibus Menſurationibus Paradiſus eſt collocatus.

10. F. T. G. I. In Sapientia Sanctorum exiſtit æqualiter Finis inter intellectivum, intelligibile & intelligere, & ideo complent Finis & Æqualitas Sapientiam, ſinè quo Fine & Æqualitate non poſſet eſſe completa; igitur eſt Paradiſus Sapientiæ in illo Complemento, de quo eſt completa.

11. G. I. T. F. Amare exiſtit in Medio amativi & amabilîs, & verificare in Medio verificativi & verificabilîs, & amare & verificare conjunguntur in contemplando DEUM, in qua Conjunctione eſt contemplatio, quæ eſt Paradiſus.

12. G. I. T. G. In Voluntate Sanctorum exiſtunt Finis & Veritas, quæ veſtiunt amativum, amabile & amare de ſe ipſis, ut concreta Voluntatis ſint induta de eſſentia Veritatis & Finis, in quo indumento ſunt vera & completa; ſimili modo poſſumus conſiderare ſpiritualem Locum, in quo eſt Paradi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

radisus, videlicet in contemplando DEUM cum vero amare & complere.

13. G. I. T. I. In Voluntate Sanctorum existunt Veritas & Æqualitas, ut concreta Voluntatis verificentur per Veritatem, & æqualificentur per Æqualitatem; igitur existit Paradisus in isto verificare & æqualificare motis per amabilitatem DEI.

14. G. T. F. G. Nisi in Voluntate Sanctorum amare esset Medium, in quo conjunguntur amativum & amabile, non haberet Voluntas Finem, in quo posset quiescere: igitur Finis existit in illa Conjunctione amativi & amabilîs; simili modo existit Paradisus in illa Conjunctione amativitatis Sanctorum & amabilitatis DEI.

15. G. T. F. I. Paradisus est de amativitate Sanctorum & amabilitate DEI, & est de amare, quod æqualiter est proportionatum inter amativum & amabile; igitur Paradisus existit in illo amare & etiam in amabilitate Humanitatis JESU Christi, in qua existit amare de amativitate Sanctorum: & quia illa Humanitas est in empyreo Cœlo, est Paradisus ipsius amare in empyreo Cœlo; hoc idem erit post Resurrectionem de Paradiso ipsius sentire, quia beati homines per videre & audire attingent glorioſum Corpus Christi.

16. G. T. G. I. Finis & Æqualitas existunt in Voluntate, ut amativum, amabile & amare æqualiter sint completa, & in illo Complemento existit Paradisus Voluntatis, ita tamen, quòd ipse Finis sit amabilitas D E I & Æqualitas Divinarum Personarum, quæ æqualiter sunt amabiles.

17. I. T. F. G. In Veritate est Finis verificativi, verificabilîs & verificare, & in verificare conjunguntur Finis verificativi & Finis verificabilîs; igitur consistit Paradisus in Conjunctione Deitatis & Humanitatis JESU Christi, in qua est Paradisus prædestinatorum & salvatorum hominum.

18. I. T. F. I. Paradisus existit in æquali Influentia & Refluentia verificativi & verificabilîs, quæ producunt verificare cum Æqualitate ipsorum amare & intelligere & cum Æqualitate Magnitudinis & Bonitatis; hoc idem est de imaginari & sentire in glorificato corpore.

19. I. T. G. I. Paradisus est in æviternitate cum Fine Æqualitatis & Veritatis; & ideo existit in æviternitate de æqualibus & completis verificativo, verificabili & verificare.

20. T. F. G. I. In Paradiso sunt Media, Fines & Æqualitates, quæ sunt ejus partes, & ipse est totum; igitur existit Paradisus in suis Mediis, Finibus & Æqualitatibus, sicut totum, quod existit in suis partibus, & ejus Media, Fines & Æqualitates sic existunt in Paradiso, sicut partes existunt in toto; & in isto passu possunt sapientes intelligere, quòd Paradisus non sit in aliquo Loco, qui sit in empyreo Cœlo, nec hìc inferiùs, nisi in illo Loco sint Sancti vel Sanctæ.

NONA QUÆSTIO. K.

Quomodo est Paradisus?

SOLUTIO. *Camera.* C. G. K.

1. MOdus Paradisi consistit in Modo suarum partium, sicut in Modo Magnitudinis, qui consistit in magnificativo, magnificabili & magnificare, & in magnificare ipsa amare & gloriari, quorum Modus consistit in amativo, amabili & amare, gloriativo, gloriabili & gloriari; & de omnibus istis Modis est conjunctus Modus Paradisi.

2. C. G. T. C. In Paradiso est Modus Magnitudinis in Voluntate, & Voluntatis in Magnitudine cum Concordantia inter Magnitudinem & Voluntatem & inter concreta Magnitudinis & Voluntatis, existentibus illarum Modis in concordare & Concordantia.

3. C. G. T. G. In Magnitudine & in Voluntate est Modus per Finem, quia ratione Finîs amat Voluntas amabile, & Magnitudo magnificat magnificabile, & ratione Finîs amat Voluntas magnum amare, & Magnitudo magnificat amabile magnificare, & ratione Modi Magnitudinis & Voluntatis habet Finis Modum complendi Modos Magnitudinis & Voluntatis.

4. C. G. T. K. Magnitudo & Parvitas sunt oppoſita, & Parvitas & Minoritas habent Concordantiam: & propter hoc habet Magnitudo Modum in habendo Concordantiam cum Majoritate, ut in illa habeat Modum in concordando Parvitatem & Minoritatem, & Voluntas habet Modum in amando majorem Magnitudinem, quàm minorem, quia de Magnitudine habet ſimilitudinem in majori amare, & de Parvitate in minori; & quia Magnitudo & Voluntas habent Modum in Minoritate & Parvitate, quæ habent Modum proportionatum in Modo Magnitudinis & Voluntatis, ut majores Gloriæ non ſint contra minores, nec minores contra majores, poſſunt ſapientes

(c) 2006 Ministerio de Cultura

entes in hoc paſſu cognoſcere, quòd in Paradiſo non ſit Modus ſuperbiæ nec invidiæ.

5. C.K.T.C. Magnitudo & Gloria habent Modum cum Concordantia concordativi, concordabilîs & concordare, exiſtente hac Concordantiâ de Divinis Perſonis & de Humanitate & Deitate JESU Chriſti & de conjunctione Animarum & Corporum, quæ erunt reſuſcitata & glorificata: & in iſta Concordantia habebit Magnitudo Modum in magnificando gloriari, & Gloria habebit Modum in gloriando magnificare, & hoc idem de concordare, in quo habebunt Modum magnificare & gloriari.

6. C.K.T.G. Gloria habet in Paradiſo Modum Finîs in Magnitudine, quia in glorificando concreta Magnitudinis ſequitur Finem, propter quem ſunt concreta Magnitudinis, & Finem, propter quem ſunt ſua concreta, videlicet glorificativum, glorificabile & glorificare; & Finis habet Modum in complendo Gloriam de Magnitudine & de ſe ipſo, & in complendo Magnitudinem de ſe ipſo & de Gloria.

7. C.K.T.K. Minoritas in Paradiſo non habet Modum in minorificando Gloriam & Magnitudinem, quia, ſi illum haberet, non haberet Magnitudo Modum in gloriari, nec Gloria haberet Modum in magnificare.

8. C.T.C.G. Antequam Finis poſſit habere Modum in Magnitudine per complere, & Magnitudo poſſit habere Modum in Fine per magnificare, convenit, quòd Magnitudo & Finis concurrant ad invicem in Concordantia, ſinè quâ una non poſſet tranſire ad aliam; & in iſto paſſu poſſunt ſapientes cognoſcere, quomodo Modus Paradiſi ſit aſſituatus in Concordantia primæ Cauſæ & ſui effectûs.

9. C.T.C.K. Magnitudo & Minoritas habent in Paradiſo Modum in Concordantia Majoritatis & Parvitatis, ſicut in Sanctis, quorum unus eſt major, quàm alius, in Concordantia primæ Cauſæ & ſui effectûs; & in hoc paſſu poſſunt ſapientes cognoſcere, quòd in Paradiſo Majoritas non ſit contra Minoritatem, nec Magnitudo contra Parvitatem, quia Modus, quem habent in Concordantia DEI & ſui effectûs, non permittit, quòd Contrarietas in illa Concordantia habeat Modum.

10. C.T.G.K. Finis Magnitudinis eſt magnificare res minores & parvas in magna magnificabilitate cum magna magnificativitate, & ideo habet DEUS Modum in magnificando Sanctos Gloriæ, qui venerunt de Minoritatibus hujus vitæ, in qua ſumus, quas Minoritates magnificaverunt in intellectuali magnificabilitate cum magna magnificativitate ratione Finîs, propter quem ſunt.

11. G.K.T.C. In Voluntate DEI eſt Modus Amativi, Amabilîs & Amare, Gloriativi, Gloriabilîs & Gloriari, Concordativi, Concordabilîs & Concordare, & in hoc Modo conſiſtit Amare, Gloriari & Concordare, Patre amante Filium, & Filio glorificante Patrem, & Patre & Filio glorificantibus Amare, Gloriari & Concordare, quod eſt Sanctus Spiritus; & in iſto Modo intra Deitatem habent Beati & Sancti Gloriæ gloriari & concordare in amando.

12. G.K.T.G. In Fine Incarnationis eſt Modus amandi, gloriandi & complendi, quia Finis, propter quem Incarnatio eſt, eſt, quia DEUS habet Modum in multùm amare & in multùm amari & in exiſtendo magna Gloria & in dando magnam Gloriam; & ideo in illo Modo Finîs, propter quem Incarnatio eſt, habent Sancti Gloriæ Modum in amando gloriari & complere.

13. G.K.T.K. Amare & gloriari habent Modum inter majorem & minorem intentionem, exiſtentibus minoribus intentionibus amabilibus & gloriabilibus propter majores; & in iſto Modo majorum & minorum intentionum poſſunt ſapientes cognoſcere, quomodo minores Sancti in amando & gloriando habeant Modum in amando gloriari majorum Sanctorum.

14. G.T.C.G. Voluntas, Concordantia & Finis habent Modum in amare, concordare & complere, cùm Voluntas ſit propter amare, & Concordantia propter concordare, & Finis propter complere; & in iſto Modo amandi, concordandi & complendi poſſunt ſapientes cognoſcere, quomodo Anima habebit Modum in glorificato corpore per amare, concordare & complere, & quomodo corpus habebit Modum in Anima per ſentire & concordare ſuarum partium in complere.

15. G.T.C.K. Concreta Voluntatis in alia Vita habent Modum in concordare ſinè minorificare omnium trium concretorum; & in hac vita habent ſapientes Modum ſecundùm Modum alterius Vitæ, & cum hoc Modo, quem habent in hac vita, tendunt ad Modum alterius Vitæ: at ſtulti homines cum contrario Modo tendunt morituri in contrarium Modum, per quem exiſtunt in æviterna morte.

G.T.

(c) 2006 Ministerio de Cùltura

16. G.T.G.K. Magìs amare minorem Finem, quàm majorem Finem, non existit in Modo amativi & amabilîs, sed magìs amare majorem Finem, quàm minorem, existit in Modo amativi & amabilîs; & ideo videtur fatuis hominibus, quòd amare, quod sapientes habent in hac vita, non sit secundùm Modum amativi & amabilîs.

17. K.T.C.G. Finis & Concordantia in Gloria habent Modum, per quem habent Modum in gloriando, concordando & complendo; & ideo possunt cognoscere sapientes, quòd Sancti in Gloria non habeant Modum desiderandi majus gloriari, concordare & complere, quàm illa gloriari, concordare & complere, in quibus sunt, quia, si haberent tale desiderium, concordare & gloriari non possent quiescere in Fine; & per hanc cognitionem possumus cognoscere, quomodo DEUS Pater & DEUS Filius habeant Quietem in Deo Sancto Spiritu, & quomodo Dignitates DEI habeant Modum Quietis in extrinsecis operationibus ratione Incarnationis Filii DEI, sinè qua non possent habere Quietem in extrinsecis operationibus.

18. K.T.C.K. Quamvìs gloria & Minoritas in Paradiso habeant Concordantiam in minoribus Sanctis, tamen Modi gloriandi & concordandi sunt sinè Modis minorificandi & contrariandi, quia sustentantur in Majoritate DEI; unde patet, quòd Minoritas in Gloria Paradisi habeat Modum concordandi cum *esse* absque Contrarietate ipsius *non esse*.

19. K.T.G.K. Finis ipsius gloriari non potest existere cum Minoritate, cùm Finis habeat Modum cum Majoritate in glorificando majores Glorias, & in quantum Finis glorificat minores Glorias, glorificat illas cum Modo majoris gloriari; & in hoc passu possunt sapientes cognoscere, quomodo minores Gloriæ sint plenæ majoribus Gloriis.

20. T.C.G.K. Minoritas est ens propè nihil, unde de sua natura habet Modum inclinandi Finem & Concordantiam ad *non esse*; istum Modum habet Minoritas in hac vita, in qua sumus: sed in alia beata Vita non potest illum habere, quia Finis complet minores naturas de majoribus, & Concordantia concordat majores & minores Fines; & ideo habent majores & minores Sancti Modum in participando unus cum alio.

DECIMA QUÆSTIO. K.

Cum quo est Paradisus?

SOLUTIO. *Camera.* F.G.K.

1. PAradisus est cum suis partibus, sicut totum, quod est cum suis partibus, & ejus partes sunt intelligere, amare & gloriari & alii actus, sicut bonificare, magnificare, æviternare, possificare &c., sinè quibus actibus Paradisus non potest esse.

2. F.G.T.F. Paradisus est cum intelligere & amare DEUM, sic, quòd inter DEUM & Beatos, qui illum intelligunt & amant, sint intelligere & amare Media, quæ sunt de eorum essentia, & quòd DEUS illis influat gratiam & virtutem in amare & intelligere, & quòd ipsi refluant DEO suum intelligere & amare, ut possint objectare & in se ipsis habere ejus intelligibilitatem & amabilitatem.

3. F.G.T.G. Paradisus est cum Fine memorandi, intelligendi & amandi, hoc est, quòd Sapientia & Voluntas DEI sint intelligibiles & amabiles, & Sapientiæ & Voluntates Sanctorum sint ideo, ut Sapientia & Voluntas DEI intelligantur & amentur; & quia Finis complet id, propter quod DEUS est intelligibilis & amabilis per Sanctos, & complet intellectivitatem & amativitatem Sanctorum & eorum intelligere & amare, ideo est Paradisus cum Fine, propter quem est.

4. F.G.T.K. Paradisus est cum Majoritate intelligendi & amandi, sinè qua Majoritate non posset esse, quia, si esset cum Minoritate intelligendi & amandi, esset Paradisus in hac præsenti vita, in qua sumus & amamus & intelligimus cum Minoritate secundùm comparationem majoris amare & intelligere, quæ possunt sustentari in Sapientia & Voluntate Sanctorum.

5. F.K.T.F. Sicut Sapientia est cum Medio, quod existit in Medio intellectivi & intelligibilîs, & sicut gloria est cum Medio, quod est in Medio gloriativi & gloriabilîs, sic Paradisus est cum Medio, quod existit inter intelligibilitatem DEI & intellectivitatem Beatorum, & istud Medium est indutum de influentia & refluentia amborum, videlicet intelligere, quod est indutum de gloriari.

6. F.K.T.G. Paradisus est cum Fine, quem Sapientia Sanctorum habet in Gloria DEI, videlicet in intelligendo DEUM & Gloriam, quam DEUS habet in Productione & Spiratione Divinarum Personarum,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quia ad talem Finem gloriandi eſt creata Sapientia Sanctorum, ut intelligat illam Gloriam, & de Gloria recipiat ſuum intelligere.

7. F.K.T.K. Ut Paradiſus non ſit cum Minoritate, eſt Gloria in Sapientia Sanctorum, quæ ſic & multò meliùs complet ejus concreta cum gloriari, ſicut ignis complet aërem cum calefacere, & Sol diem cum lucere.

8. F.T.F.G. Paradiſus eſt cum Medio, quod exiſtit inter Sapientiam Sanctorum & Finem meritorum, quæ ipſi acquiſiverunt in hac vita per intelligere DEUM & per credere, & DEUS complet illum Finem cum Fine ſuæ intelligibilitatis & credibilitatis.

9. F.T.F.K. Ut Paradiſus non ſit cum Minoritate intelligendi, vult DEUS, quòd Sancti cum ſuo proprio intelligere objectent proprium & eſſentiale intelligere DEI; nam, ſi eſſet unum Medium idololatricum, quod eſſet inter proprium & reale intelligere DEI & proprium & reale intelligere Sancti Petri, qui eſt in Paradiſo, non haberet Paradiſus, cum quo eſſet, quia Minoritas impediret Majoritatem realis intelligibilitatis DEI & realis intelligere Sanctorum.

10. F.T.G.K. Ut Paradiſus non ſit cum minori Fine, convenit, quòd ſit cum majori Fine, & ideo convenit, quòd ſit cum majori intelligere, cùm major Finis ſit in majori intelligere, & minor Finis in minori; & in iſto paſſu poſſunt ſapientes cognoscere, quòd in Paradiſo non ſit idololatricum intelligere, in quo intelligant ſimilitudines DEI, quia, ſi eſſet, Paradiſus eſſet cum minori Fine intelligendi.

11. G.K.T.F. Paradiſus eſt cum Conjunctione ipſorum amare & gloriari cum æqualibus menſuris amativi & amabilîs, gloriativi & gloriabilîs, ſinè qua Æqualitate non haberet Paradiſus, cum quo eſſet.

12. G.K.T.G. Paradiſus eſt cum Fine ipſius amare in gloriari, & cum Fine ipſius gloriari in amare, & ideo eſt cum Complemento Finîs, qui Finis complet Voluntatem & Gloriam Sanctorum, qui in illo Fine quieſcunt.

13. G.K.T.K. Ut Paradiſus non ſit cum Minoritate ipſorum amare & gloriari, eſt cum Majoritate ipſorum, cum qua Majoritate Sancti attingunt amativitatem in ſuo amare, & cum ſuo amare Gloriam DEI & ejus amabilitatem.

14. G.T.F.G. Amare eſt Medium Voluntatis exiſtens in Medio amativi & amabilîs, & in hoc amare eſt Finis ſuæ amabilitatis & amativitatis, & ideo attingit Voluntas in ſuo amare Finem ſui amare, qui Finis eſt amativitas & amabilitas & amare DEI; at, ſi Voluntas alicujus Sancti in extraneo idololatrico amare attingeret Finem ſui eſſentialis amare, non haberet Finem, in quo poſſet quieſcere, nec Paradiſus haberet, cum quo poſſet exiſtere.

15. G.T.F.K. Ut Paradiſus non ſit cum minori Medio in Voluntate alicujus Sancti, eſt amare Voluntatis cum Majoritate amativi & amabilîs; & ideo tranſit ejus amare ad amabile objectum, in quo amativum attingit realem amabilitatem objecti, cum qua attinctione eſt Paradiſus hoc, quod eſt.

16. G.T.G.K. Amativitas & amabilitas habent Concordantiam cum Fine in amare, & ſecundùm quòd Finis eſt major, eſt Concordantia major; & ideo voluit DEUS, quòd Paradiſus non ſit cum Minoritate Finîs nec cum minori Concordantia; & in iſto paſſu poſſunt ſapientes cognoſcere, quòd Paradiſus ſit cum Incarnatione Filii DEI & cum gloria, quâ Sancti in ipſo fruuntur, & cum ſenſualitatibus, quas in eo habebunt poſt Reſurrectionem.

17. K.T.F.G. Gloria eſt cum gloriari & eſt cum gloriativo & gloriabili & cum Fine omnium trium, ſinè quo Fine non haberent ſubjectum, in quo poſſent quieſcere eorum concreta; igitur Paradiſus eſt cum Quiete, quam concreta Gloriæ habent in Paradiſo, qui eſt Gloria.

18. K.T.F.K. Medium eſt ſubjectum, in quo glorioſus influit alteri glorioſo ſuam ſimilitudinem, quæ eſt Gloria, & ille, qui illam Gloriam recipit, refluit ſuam ſimilitudinem glorioſo, à quo recipit Gloriam; & ſi illæ influentiæ & refluentiæ non ſunt cum Minoritate, ſimilitudines, quas ſibi invicem dant, exiſtunt gloriosè cum Majoritate; & in iſto paſſu poſſunt ſapientes cognoſcere, cum quo fuerit Incarnatio DEI, cum qua eſt Paradiſus.

19. K.T.G.K. Minor Gloria eſt cum minori Fine, & ſi cum minori Fine eſt minor Gloria, quantò magìs convenit, quòd cum majori Fine ſit major Gloria; igitur eſt Paradiſus per majorem Finem cum majori Gloria; & in iſto paſſu poſſunt ſapientes cognoſcere, quòd Reſurrectio ſit neceſſaria, ut Paradiſus ſit cum majori Gloria.

20. T.F.G.K. Paradiſus eſt cum Medio, cum Fine & cum Minoritate: eſt cum Medio,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dio, in quo alii Sancti participant cum alis, & in quo DEUS participat cum Sanctis, & ista participatio est cum multis Modis, qui in *Capite de Modo* significati sunt: Paradisus est cum Fine, in quantum DEUS est Finis Sanctorum Gloriæ, & in quantum Finis complet Gloriam, quam Sancti habent per gratiam DEI & per merita, quæ acquisiverunt in hac vita: Paradisus est cum Minoritate, in quantum Gloria quorundam Sanctorum est minor, quàm aliorum, & in quantum Gloria glorificatorum corporum erit minor, quàm Gloria glorificatarum Animarum.

Diximus de Paradiso secundùm decem supradicta Capita, quæ sunt valde utilia ad sciendum sapientibus hominibus, qui illa possunt intelligere, & qui desiderant pervenire ad Gloriam Paradisi.

QUÆSTIO X.

De Inferno.

PRIMA QUÆSTIO. B.

Utrùm Infernus sit?

SOLUTIO. *Camera.* B.D.G.

1. AD inquirendum, utrùm Infernus sit, considerabimus significata Bonitatis, Æternitatis & Voluntatis secundùm earum definitiones, videlicet quòd bonum sit, quòd Justitia DEI, quæ est amabilis in æviternitate, habeat æviternum subjectum, in quo possit punire illos, qui oderunt Bonitatem suæ Æternitatis & suæ Voluntatis; igitur significatur Infernus in bona amabilitate, quam diximus, & in durabilitate illius.

2. B.D.T.B. Inter Bonitatem & Malitiam est Differentia, quæ est inter sensuale & sensuale, & inter sensuale & intellectuale, & inter intellectuale & intellectuale: & ista Differentia est durabilis in hac præsente vita, in quâ Malitia non differt à Bonitate, sicut in alia Vita, in qua Bonitas est durabilior, quàm in ista; & ideo significatur, quòd in æviternitate sit Infernus, in quo naturalis Bonitas extensa in Differentia, quam diximus, habet passionem per accidentalem Malitiam, cum qua Malitia naturalis Bonitas fuit in hac vita contra bonam naturalem Differentiam, quam diximus.

3. B. D. T. D. Vitiosa Contrarietas est contra Finem Bonitatis in bonificare & durare, in quantum contradicit ipsi durare ipsius bonificare; & ideo significat Justitia DEI, quòd Infernus sit in illis, qui cum bonificare non contradixerunt ipsi durare ipsius malificare.

4. B. D. T. G. Duratio est, ut duret bonificare, & Bonitas est, ut durare sit bonum, & iste est Finis amborum: per quem Finem durandi & bonificandi significatur, quòd Infernus sit, ut in illo torqueantur illi, qui fuerunt contrarii Fini Durationis & Bonitatis.

5. B. G. T. B. Differentia est amabilis in Bonitate, ut sit plena bonificativo, bonificabili & bonificare, & ut Voluntas possit extendere suum amare in omnibus tribus; & ideo convenit, quòd Infernus sit, in quo torqueantur illi, qui oderunt Bonitatem plenam suis amabilibus concretis, quæ Bonitas est DEUS, & ejus Concreta sunt Divinæ Personæ.

6. B. G. T. D. Bonitas DEI est amabilis cum Concordantia amativi, amabilîs & amare, & cum Concordantia bonificativi, bonificabilîs & Bonificare, & cum concordare ipsa amare & bonificare sinè contrariari; & ideo significatur, quòd sit Infernus, ut in illo crucientur illi, qui evacuant Bonitatem suo bonificare cum odire bona opera, & evacuant Voluntatem suo amare malificando mala opera.

7. B. G. T. G. Finis Voluntatis est amare Bonitatem, & Finis Bonitatis est bonificare ipsum amare Voluntatis, cujus ultimus Finis est Divina Bonitas, in qua completè quiescit in æviternitate, si in hac vita suum amare fuit completum per bonificare, cujus Complementi Privatio esset mala & odibilis; unde significatur, quòd sit Infernus, qui sit sinè Fine Privatio Finîs Bonitatis & Voluntatis in iis, qui in hac vita oderunt Finem Bonitatis.

8. B. T. B. D. In Voluntate DEI est Pater, qui est bonus, & Filius, qui est bonus, & Sanctus Spiritus, qui est bonus, & omnes tres sunt una Bonitas, in qua est Differentia, in quantum Pater non est Filius nec Sanctus Spiritus, nec Filius est Pater nec Sanctus Spiritus, nec Sanctus Spiritus est Pater nec Filius, & omnes tres sunt una communis Differentia, sicut sunt una communis Bonitas, & Bonitas & Differentia sunt una eadem Essentia & unum idem numero, ut Differentia sit substantialis, & non accidentalis; & ideo significatur, quòd sit Infernus, in quo crucientur illi, qui in Divina Bonitate discredunt Differentiam Personarum & Personas

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Differentiæ & Bonitatis, & ſunt contra illos, qui credunt Differentiam, quam diximus.

9. B.T.B.G. In JESU Chriſto eſt una Bonitas per Deitatem, & alia per Humanitatem, & eſt unus Finis per Deitatem, & alter per Humanitatem, & ideo eſt Differentia inter ambas Bonitates & ambos Fines, ut ſint differentes, & ut Finis humanæ Bonitatis habeat quietem in Fine Divinæ Bonitatis, igitur ſignificatur, quòd ſit Infernus, ſecundùm hoc, quod diximus de Bonitate, Differentia & Fine, in quo Inferno cruciabuntur illi, qui non credunt Finem, Differentiam & Bonitatem, quæ ſuprà diximus.

10. B.T.D.G. Contrarietas eſt contra Finem Bonitatis, & eſt contra Bonitatem Finîs, & talis Contrarietas non habet ſubjectum, niſi in malo angelo & malo homine; & ideo convenit, quòd ſit Infernus, in quo crucientur mali angeli & mali homines, quia ſunt contra Finem Bonitatis & contra Bonitatem Finîs.

11. D. G. T. B. Æternitas & Differentia ſunt in Divina Voluntate, ut in Divina Voluntate poſſit durare Differentia Amativi & Amabilîs & Amare, & ut ipſa Duratio Amativitatis & Duratio Amabilitatis & Duratio ipſius Amare ſit durabilis in tantum, quòd Differentia & Æternitas in Duratione omnium trium poſſint exiſtere; igitur per tale exiſtere ſignificatur, quòd ſit Infernus, ut in illo torqueantur illi, qui non credunt exiſtentiam Æternitatis & Differentiæ in Divina Voluntate, ſinè qua Amativitas non poſſet durare in ſua Unitate numeri, & hoc idem de Amabilitate & de Amare, & in omnibus tribus Proprietatibus eſſet Confuſio in Voluntate, & Claritas ipſarum privaretur in Voluntate.

12. D.G.T.D. Sicut ad Divinam Voluntatem pertinet amare in ſe ipſa durare Amativi, Amabilîs & Amare, ſic ad Divinam Juſtitiam pertinet, quòd puniat in æviternitate illos, qui contradicunt Divinæ Voluntati; igitur eſt Infernus, quia, ſi non eſſet, deficeret Duratio & Juſtitia Voluntati, & Voluntas deficeret Juſtitiæ & Durationi, & Juſtitia deficeret ambabus, & Injuria ſatisfaceret Contrarietati Durationis, Juſtitiæ & Voluntatis; & hoc eſt impoſſibile.

13. D.G.T.G. Finis, propter quem DEUS creavit hominem, eſt amabilis in Æviternitate per Divinam Voluntatem: at, illi, qui ſunt contra Finem, propter quem ſunt creati, ſunt odibiles in Æviternitate per Divinam Voluntatem; & ſic ſignificatur, quòd Infernus ſit, ut Voluntas DEI diligat Finem, propter quem creavit homines, & puniat illos, qui ſunt contra Finem ſui amare.

14. D.T.B.D. Probavimus originale Peccatum in *Capite de Poſſibilitate illius*, & per illam probationem ſignificatur, quòd ſit Infernus; igitur Infernus eſt, quia peccatum eſt contra Durationem Bonitatis, Virtutis, Veritatis & Gloriæ, & contra Differentiam bonificativi, bonificabilîs & bonificare, & virtuificativi, virtuificabilîs & virtuificare, & ſic de aliis.

15. D.T.B.G. Finis eſt in Duratione cum Differentia, in quantum in Duratione eſt Finis durativi, durabilîs & durare, quæ ſunt diſtincta unum ab alio; & quia peccatum eſt contra id, quod exiſtit in Fine durandi, convenit, quòd illi, qui moriuntur in peccato, puniantur in Inferno, ut Finis DEI, qui eſt unum idem numero cum Juſtitia, habeat, in quo poſſit punire illos, qui ſunt contra illam Durationem: quia, ſi non haberet, eſſet Differentia inter Juſtitiam DEI & ejus Finem.

16. D.T.D.G. Probavimus, quòd Paradiſus ſit, & in illa probatione eſt ſignificatum, quòd ſit Infernus, in quantum ipſe eſt Contrarietas inter bonum & malum & inter Finem Durationis boni & Finem Durationis mali: quia, ſi Infernus non eſſet, non haberet Contrarietas, in quo poſſet exiſtere contra Finem Durationis boni & Durationis mali, cum qua Duratione mali non haberet Concordantiam.

17. G.T.B.D. In Voluntate hominis peccatoris eſt Contrarietas contra Differentiam amativi, amabilîs & amare, quia contradicit amativo & amabili in tantum, quòd amabile pervertat in odibile, ut amativum & amabile, quæ ſunt bona, non habeant amare, in quo poſſint concordare; igitur ſignificatur, quòd ſit Infernus, ut Voluntas ſit contra ſubjectum Contrarietatis, quod reſiſtit Differentiæ ſuorum realium concretorum.

18. G.T.B.G. In Voluntate DEI eſt Differentia cum Fine Amativi, Amabilîs & Amare, & Finis eſt cum Differentia in omnibus tribus, & ideo non poſſunt converti in Unitate Numeri (quamvis convertantur in Unitate Eſſentiæ & Naturæ) quia, ſi poſſent converti, Finis omnium trium non poſſet eſſe cum Differentia, nec Finis ſinè Differentia eſſet hoc, quod eſt; igitur convenit, quòd Infernus ſit, in quo crucientur illi,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

illi, qui in Voluntate DEI odiunt Differentiam & Differentiare.

19. G.T.D.G. In Voluntate DEI est Finis cum Concordantia Amativi, Amabilis & Amare, & ideo non potest amabile perverti in odibile, nec amare in odire, nec amativum in amabile aut in amare; nam, si possent perverti, esset Finis omnium trium in Voluntate cum contrariari contra Concordantiam; igitur in hoc, quod diximus de Trinitate DEI, significatur, quòd Infernus sit.

20. T. B. D. G. In Differentia est Finis cum Concordantia, ut sit plena suis essentialibus & realibus Concretis, quæ sunt Personalia & Personæ in Differentia, quæ est DEUS, ut Differentia, quæ est in omnibus tribus, sit Substantia, & in omnibus tribus substantialis & essentialis; igitur in hoc significatur, quòd Infernus sit, ut in eo puniantur illi, qui sunt contra Finem Differentiæ & contra Finem ejus concretorum, in quibus sustentatur; nam, si Infernus non esset, non esset Justitia DEI contra illos, qui sunt contra Differentiam, cum qua est unum idem numero & sunt una eadem Substantia, Essentia & Natura.

SECUNDA QUÆSTIO. C.

Quid est Infernus?

SOLUTIO. *Camera.* C.F.G.

1. INfernus est id, in quo Sapientia & Voluntas peccatorum habent tam magnam perversionem contra intelligibilitatem & amabilitatem, quàm magna est naturalis intelligibilitas & amabilitas: & ideo continet Infernus in se tam magnum odire in intelligere, quàm magnum odire potest intelligere ipsum intelligere, quod intelligere est tantum odibile, quantum intelligibile.

2. C.F.T.C. Paradisus est id, quod jam diximus in ejus Capite, secundùm Magnitudinem & Concordantiam intellectivi, intelligibilîs & intelligere; igitur Infernus, qui est ejus contrarium, est id, quod sequitur de magna Contrarietate inter intellectivum, intelligibile & intelligere.

3. C.F.T.F. Infernus est id, in quo Sapientia habet Magnitudinem in intellectivitate & intelligibilitate sinè Medio intellectivi & intelligibilîs, quod est intelligere, & propter hoc est vacua & inanis Sapientia illorum, qui sunt in Inferno, & plena magno intelligere contra naturalem intellectivitatem & intelligibilitatem, in quo intelligere conjunguntur ambæ proprietates contra suam naturam.

4. C. F. T. G. Sapientia Sanctorum in Paradiso est plena Fine, propter quem sunt intellectivum, intelligibile & intelligere, & illa plenitudo est tanta, quantus est Finis, propter quem concreta Sapientiæ sunt hoc, quod sunt; Infernus igitur est contrarium in Sapientia peccatorum, in qua est tanta vacuitas Finîs, quam habent intellectivum & intelligibile in æviterno intelligere, & tanta passio, quanta est Magnitudo amborum.

5. C. G. T. C. Paradisus est id, in quo est magna Concordantia æviternaliter inter amativum, amabile & amare; igitur Infernus, qui est contrarium Paradisi, est id, in quo est magna Contrarietas inter amativum, amabile & amare in æviternitate, & ideo amat amativum odibilitatem contra amabilitatem, & amat odire contra amare.

6. C.G.T.F. Infernus est id, quod in Voluntate illorum, qui in illo sunt, habet magnum odire, quod est in Medio magni amativi & magni odibilîs; & ideo est odire magnum, ut Infernus sit magnus in æviternitate.

7. C.G.T.G. Magnitudo Voluntatis est Finis amativi, amabilîs & amare, & Magnitudo Inferni est Privatio Finîs in amativo, amabili & amare, & ista Magnitudo est in æviternitate, in qua amativitas non potest attingere Finem amabilitatis nec ipsius amare: & ideo convenit, quòd amet odibile, & odiat amabile; igitur in hoc passu & in aliis possunt sapientes cognoscere magnam spiritualem pœnam, quam damnati habent in æviternitate.

8. C. T. C. F. Infernus est id, quod in Magnitudine est contrariari magnificativi & magnificabilîs, & est id, in quo magnificare est Medium contra concordativum & concordabile; & ista definitio, quam dedimus de Inferno, est secundùm definitionem partium ejus, & conjunctis definitionibus partium ejus potest haberi cognitio de definitione totius Inferni.

9. C. T. C. G. Finis Magnitudinis est in magnificare & concordare magnificativum, magnificabile & magnificare; & his in Inferno non existentibus in Concordantia, significatur, quid sit Infernus.

10. C.T.F.G. Magnificare est in Medio magnificativi & magnificabilîs; at, quando est in Medio sinè Fine omnium trium, illud

(c) 2006 Ministerio de Cultura

illud exiſtere eſt una pars illius, quod eſt Infernus; unde, cùm iſta pars ſit tam magna, & ſint plures partes Inferni, quis poſſet conſiderare, dicere vel ſcribere magnum ſpirituale & corporalem ignem, in quo Infernus eſt id, quod eſt?

11. F. G. T. C. Sapientia eſt id, in quo intelligere eſt amabile: & Voluntas eſt id, in quo amare eſt intelligibile: & Concordantia eſt id, in quo Concordare eſt intelligibile & amabile: igitur Infernus eſt contrarium ſuperiorum, & in quo contrariari eſt intelligibile & odibile.

12. F. G. T. F. Infernus eſt id, in quo Sapientia & Voluntas participant cum vacuitate intelligibilitatis & amativitatis, in qua conjunguntur & menſurantur intelligere & odire, quia Voluntas amat ignorantiam, & Intellectus intelligit odium; & ideo eſt Infernus id, in quo amare eſt contra intelligere, & intelligere contra amare; & iſta Contrarietas eſt ſubjectum, in quo conſcientia ſuſtentatur in æviternitate.

13. F. G. T. G. Infernus eſt id, in quo Sapientia illorum, qui in illo ſunt, non eſt amabilis, & in quo Voluntas illorum, qui in illo ſunt, non eſt ſubjectum Fini intelligibilitatis, & ideo ſunt Voluntas & Sapientia damnatorum vacuæ Fine, in cujus vacuitate Infernus eſt hoc, quod eſt.

14. F. T. C. F. In Sapientia eſt intelligere Medium intellectivi & intelligibilîs, in quo invicem concordant activa & paſſiva potentia; igitur eſt Infernus id, in quo activa & paſſiva potentia ſunt contrariæ in intelligere ſinè concordare intellectivi & intelligibilîs.

15 F. T. C. G. Poſitâ Concordantiâ & Fine in Sapientia eſt Sapientia hoc, quod habet in ſe concordare & complere, & quod extra ſe habet nullam indigentiam; Infernus igitur eſt hoc, in quo Sapientia non habet Concordantiam nec Finem, & eſt id, quod in ſe non habet concordare nec complere: & ideo eſt Infernus in Sapientia id, quod per Sapientiam habet nullam Concordantiam nec ullum Finem, imò habet contrarium concordandi & complendi per Sapientiam.

16. F. T. F. G. In Sapientia eſt intelligere ſubjectum Influentiæ & Refluentiæ intellectivi & intelligibilîs, unde oritur completum intelligere & veſtitum de Fine amborum; at, quia Infernus eſt id, in quo eſt Defectus omnîs Finîs, & in quo intelligere eſt ſubjectum ad influendum & refluendum cum Privatione Finîs amborum, eſt Sapientia in Inferno ſinè ullo Fine intellectivi, intelligibilîs & intelligere.

17. G. T. C. F. Amare in Voluntate non poſſet eſſe Medium inter amativum & amabile ſinè Concordantia & concordare; Infernus igitur eſt id, in quo amare non poteſt eſſe Medium inter amativum & amabile, & in quo odire eſt Medium inter amativum & amabile.

18. G. T. C. G. In Voluntate non poteſt eſſe Concordantia amativi, amabilîs & amare ſinè Fine omnium trium; igitur eſt Infernus id, in quo Concordantia non eſt in Fine amativi, amabilîs & amare: & Infernus eſt id, in quo Contrarietas privat Finem & Concordantiam amativi, amabilîs & amare, quæ Privatio ſuſtentatur in æviternitate.

19. G. T. F. G. Amare in Voluntate non poteſt eſſe in Medio amativi & amabilîs ſinè Fine omnium trium; Infernus igitur eſt id, in quo odire eſt in Medio amativi & amabilîs ſinè Fine ſuî ipſius & ipſius amare, & ſinè Fine amativi & amabilîs & ſinè Fine odibilitatis; & ideo Vacuitas, quam Voluntas habet in Inferno, eſt ejus Infernus.

20. T. C. F. G. In Concordantia non poteſt eſſe concordare in Medio concordativi & concordabilîs ſinè Fine omnium trium, & ideo eſt Infernus id, in quo concordare non poteſt eſſe inter concordativum & concordabile, & in quo contrariari eſt in Medio contrariativi & contrariabilîs, cujus contrariari ſubjectum eſt æviternare.

TERTIA QUÆSTIO. D.

De quo eſt Infernus?

SOLUTIO. *Camera* D. F. G.

1. INfernus eſt de ſuis partibus, ſicut de intellectivo, intelligibili & intelligere, & de oditivo, odibili & odire, & de durare cujslibet illorum, ita quòd intellectivum ſit odibile & durabile, & ſimiliter ejus odibilitas & intelligibilitas & intelligere; & ideo habet in Inferno Voluntas paſſionem in intelligere, & Sapientia paſſionem in odire: & ita eſt Infernus de paſſione, quam Intellectus habet in Voluntate, & quam Voluntas habet in Intellectu, & quam ambo habent in ſuis concretis; & hoc idem ſequitur de Duratione, quæ habet paſſionem in ſuis concretis, & in concretis Intellectûs & Voluntatis.

2. D. F. T. D. Infernus eſt de Contrarietate, quæ eſt in Duratione Intellectûs, quia intel-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

intellectivum intelligit contra intelligibile & intelligere, & intelligibile intelligitur contra suam intelligibilitatem, & sic est intelligere de contrariis, & Duratio cujuslibet similiter est de contrariis, & talis Infernus est de illis, qui spiritualiter sunt infernati; & hoc idem erit de corpore damnatorum post Resurrectionem, quia erit de Contrarietate caliditatis & frigiditatis, calidi & humidi, humidi & frigidi, sicci & frigidi, siccitatis & caliditatis & Durationis cujuslibet; & etiam est Infernus de Contrarietate durabili in Æviternitate, quæ erit inter Animam & corpus.

3. D. F. T. F. In Intellectu damnatorum peccatorum est intelligere in Medio intellectivi & intelligibilîs, & est durabile in Æviternitate, & ista durabilitas & ille naturalis instinctus, quem Intellectus habet, sunt ejus passio, in quantum intellectivum influit contra intelligibile & intelligere.

4. D. F. T. G. Infernus est de Vacuitate durabili in Æviternitate, quam habet Intellectus damnati, quia intellectivum non habet Finem, propter quem est intellectivum, nec intelligibile habet Finem, propter quem est intelligibile, & sic est intelligere, quod vacuè influitur, & non habet Finem, in quo quiescat, & habet æviternalem spiritualem ignem, qui est una pars, de qua est Infernus, & hoc est ita secundùm realitatem, quòd ab humano Intellectu non potest æstimari, dici nec scribi.

5. D. G. T. D. Infernus est de æviternali Contrarietate, quæ est in Voluntate damnati, quia amativum est contra amabile & contra durabilitatem illius, quia nollet, quòd duraret, & vellet, quòd amabile perverteretur in odibile, & ideo est odire de Contrarietate & Duratione amborum.

6. D. G. T. F. In Voluntate conjunguntur amativum & amabile in odire, quod est durabile in Æviternitate, & naturale amare remanet in potentia, quod quia non potest devenire in actum, est ejus contrarium æviternaliter in actu; & sic est Infernus de prædicta assituatione, videlicet de Æviternitate, in qua situata est naturalis potentia & innaturalis actus, sicut prædictum est.

7. D. G. T. G. In Voluntate damnati est Vacuitas Finîs, quæ est æviterna, & de illa Vacuitate & Æviternitate est Infernus damnatæ Animæ; & ideo habet amativum loco amabilîs odibile, & loco amare habet in amativo & amabili odire; & ista Vacuitas, quæ sic inest, est ignis, qui est de Voluntat per Vacuitatem & durare.

8. D. T. D. F. Duratio est subjectum Contrarietati damnatorum, in qua Contrarietas influit contrariari contrariabili, & contrariabile refluit illud contrariativo: & sic oritur contrariari de ambobus, & existit in æviternare & durare, & sic pœna durandi data per contrariari est pœna aliorum principiorum, de quibus damnati sunt conjuncti & substantiati.

9. D. T. D. G. In Duratione damnatorum naturaliter est naturalis instinctus secundùm Finem & Complementum, videlicet, quòd durare sit Finis durativi & durabilîs, sed Contrarietas existit in illa Duratione, & evacuat Finem durandi, & induit illum de se ipsa, de quo indumento est indutus naturalis appetitus, & sic de illo indumento est Infernus damnati.

10. D. T. F. G. Finis durativi & durabilîs est durare, & quando conjunguntur in durare sinè Fine, durare non est Finis durativi & durabilîs, & sic durativum & durabile non attingunt suum Finem in durare: & in quantum illum non attingunt, habent appetitum ad *non esse*, & in quantum desiderant attingere illum, habet appetitum ad *esse*: & sic damnati habent pœnam de tali appetitivitate essendi & non essendi, per quam habent appetitum ad *esse* & ad *non esse*; & quis posset enarrare hanc pœnam, cùm sustentetur in Æviternitate?

11. F. G. T. D. Infernus damnatorum est de illa Contrarietate, quam eorum Intellectus & Voluntas habent inter se, quia Intellectus intelligit contra Voluntatem, in quantum intelligit, quòd Voluntas nullo tempore habebit hoc, quod amat, & perpetuò habebit hoc, quod odit; & quia Intellectus sic intelligit, habet Voluntas pœnam de illo intelligere, & hoc idem est de Intellectu, qui habet pœnam, quia, in quantum sua intellectivitas est amabilis, est odibilis per Voluntatem; & sic Intellectus habet pœnam, in quantum oditur contra suam intellectivitatem, intelligibilitatem & intelligere.

12. F. G. T. F. Corporalis & spiritualis substantia cujuslibet damnati est de Sapientia & Voluntate damnatorum, & in illa substantia conjunguntur & mensurantur Sapientia & Voluntas, in quantum constituunt unam substantiam: & quia Voluntas odit Sapientiam, quæ intelligit perpetuam damnatio-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nationem in se ipsa & in Voluntate, desiderat esse disjuncta & separata à Sapientia: & hoc idem facit Sapientia, quæ habet inclinationem, quòd non esset conjuncta cum Voluntate, quia Voluntas odit se ipsam & Intellectum in Æviternitate, & de hac inclinatione & de hoc odire est pœna, quam substantia habet: & quia *esse* est amabile, desiderat substantia esse, & quia pœna est tanta, quanta est ipsa substantia, desiderat non esse.

13. F. G. T. G. Convenit, quòd Finis sit cum amabilitate in intellectivo, intelligibili & intelligere, quia in illis non posset esse cum odibilitate; & convenit, quòd Finis sit cum intelligibilitate in amativo, amabili & amare, quia in illis non posset esse cum ignorantia; igitur pœna Intellectûs & Voluntatis est de eo, per quod Finis non potest existere in Intellectu & Voluntate, & ideo habet Intellectus in Voluntate Finem amativi, amabilîs & amare, & ignorat illum, quia in Voluntate intelligit Vacuitatem Finîs.

14. F. T. D. F. In Sapientia est intelligere in Medio intellectivi & intelligibilîs cum Contrarietate, per quam intellectivum intelligit contra Finem intelligibilîs, & intelligibile intelligitur contra Finem intellectivi, & sic est Contrarietas contra Finem amborum, & contra Finem ipsius intelligere; & de hac contrarietate est pœna damnati; & in hoc passu possunt Sapientes cognoscere, quomodo materialis ignis possit dare pœnam spirituali substantiæ supra cursum naturæ.

15. F. T. D. G. In Sapientia sustentatur Finis in intellectivo, intelligibili & intelligere cum Concordantia omnium trium, quia non posset in illis esse cum Contrarietate; Infernus igitur est de Sapientia Contrarietatis, quæ est in ejus concretis, quæ concreta per ipsam privantur Fine & Concordantiâ.

16. F. T. F. G. Complementum Sapientiæ est Finis sui intelligere, & Complementum Sapientiæ est intelligere DEUM; igitur Pœna Sapientiæ est Privatio illius Medii, quod est inter creatam Sapientiam & DEUM, tunc, quando illud Medium non habet Finem in intelligere DEUM, quem DEUM Sapientia intelligit contra suum intelligere: & de hac Contrarietate est pœna, quam Sapientia habet in intelligere DEUM; & in isto passu possunt sapientes cognoscere, quòd damnati, quamvis intelligant DEUM, non habeant Gloriam, quia ipsum intelligunt sinè Fine, propter quem sunt creati, & sinè Fine, propter quem DEUS est intelligibilis.

17. G. T. D. F. In Voluntate est Contrarietas inter amativum, amabile & amare, per quam Contrarietatem ejus amare non potest existere inter creatam Voluntatem & increatam Voluntatem cum Concordantia, & quia inter illas existit cum Contrarietate, est Pœna creatæ Voluntatis de Contrarietate, quam habet in amare.

18. G. T. D. G. In Voluntate non potest esse Finis cum Contrarietate amativi, amabilîs & amare: igitur privatio Finîs est in Voluntate cum Contrarietate amativi, amabilîs & amare; ergo Pœna Voluntatis est de Contrarietate amativi, amabilîs & amare, quæ amabilitatem DEI privat amativitate & amare creatæ Voluntatis damnati, quæ Contrarietas ponit in amare phantasticam odibilitatem, ut Voluntas odiat DEUM; & in hoc passu possunt sapientes cognoscere magnam Pœnam, quam Voluntas habet in odiendo DEUM.

19. G. T. F. G. Voluntas Animæ est, ut sit Anima, & Anima est, ut sit homo, & hoc idem est de corpore hominis, quod est, ut sit homo, & potentiæ & partes corporis sunt, ut sit corpus, & sic est homo Medium constitutum de Anima & corpore, & iste homo est Finis suarum partium, & DEUS est Finis hominis, & sic in Fine hominis est DEUS Finis partium hominis; & quia damnati homines odient DEUM, erit Pœna hominis & suarum partium de illo odire, quod privabit Finem partium & totius; & in hoc passu possunt sapientes cognoscere, quòd Infernus sit de corporalibus & spiritualibus pœnis.

20. T. D. F. G. Infernus est de contrariis Finibus & Mediis: de Finibus, in quantum unus Finis est contra alium, sicut Finis sentiendi, qui est contra Finem intelligendi & amandi, & Finis amandi & intelligendi, qui sunt contra Finem sentiendi: est de contrariis Mediis, sicut intelligere, quod est contra amare, & amare contra intelligere, & audire contra videre, & fames contra sitim, & calefacere contra frigefacere, & sic de aliis contrariis Mediis; & ista Pœna est tam magna in contrariari, quòd nullus homo, qui eam bene considerat, posset peccare.

✠

QUAR-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

QUARTA QUÆSTIO. E.
Quare est Infernus?
SOLUTIO. *Camera.* E.F.G.

1. INfernus est ideo, quia Intellectus illorum, qui in illo sunt, non potest intelligere DEUM secundùm hoc, propter quod ipse est intelligibilis, & intelligit illum contra modum, propter quem DEUS est intelligibilis; Infernus etiam est ideo, quia Voluntas illorum, qui in illo sunt, non amat DEUM, sed odit ipsum, & omne id, quod amat, amat contra amabilitatem DEI.

2. E.F.T.E. Infernus est ideo, quia Intellectus illorum, qui in illo sunt, non potest principiare bonum intelligere, quia illi deficit Potestas, & etiam illi deficiunt omnia Principia substantiæ, quæ sunt perversa in contrariam possibilitatem,& possibilitas boni intelligere est perversa in impossibilitatem.

3. E.F.T.F. Infernus est ideo, quia Intellectus illorum, qui in illo sunt, non habet Medium, cum quo possit intelligere Bonitatem & Virtutem in suo intelligere,in quo intelligit Malitiam & Vitium; & quia DEUS ipsum punit propter tale intelligere, est Infernus in illo intelligere, & est in Potestate intellectivitatis & intelligibilitatis & in essentia amborum, quæ producunt malum & vitiosum intelligere.

4. E.F.T.G. Infernus est ideo, quia Intellectus illorum, qui in illo sunt, non potest habere Finem in suo intelligere, nec in suo intellectivo & intelligibili; etiam Infernus est in suo intelligere, quia intelligit, quòd perpetuò intelligit contra Finem sui intelligere & contra Finem suæ intellectivitatis & intelligibilitatis.

5. E.G.T.E. Voluntas habet naturalem possibilitatem, per quam potest principiare bonum amare: & quia illa naturalis possibilitas est perversa in impossibilitatem,ideo est ejus amare infernatum & incarceratum, quia non potest principiare bonum amare.

6. E.G.T.F. In Potestate sunt amabilia possificativum, possificabile & possificare, ut Voluntas possit amare suum amativum, suum amabile & suum amare, & ut suum possificare sit in Medio sui amare, & amare in Medio sui possificare; sed quia amabilitas est perversa in odibilitatem, & possibilitas in impossibilitatem, ideo est Infernus in amare & in possificare, & ambo æviternaliter sunt in Inferno.

7. E.G.T.G. Id, propter quod Voluntas amat Potestatem, est, ut per Potestatem possit esse plena amativo, amabili & amare: & id, propter quod Potestas possificat Voluntatem, est, ut Voluntas possit amare in Potestate possificativitatem, possificabilitatem & possificare; igitur Infernus est ideo, quia Finis non existit in possificare & amare illorum, qui sunt in Inferno.

8. E.T.E.F. In Potestate est possificare in Medio possificativi & possificabilîs, & in Principio est principiare in Medio principiativi & principiabilîs, & hoc est sic assituatum secundùm existere in Inferno, sed secundùm agere non possunt sic existere Potestas in principiare, nec principiare in Potestate, imò existunt assituata in contrario existentiæ,per quod contrarium est Infernus, qui est Pœna amborum.

9. E.T.E.G. Ideo est Infernus in Potestate damnatorum, quia non possunt habere Finem in suis Principiis; etiam Infernus est ideo in Principiis damnatorum, quia non possunt habere Finem in suis Potestatibus; quis igitur posset considerare, dicere vel scribere hunc ita magnum Infernum, cùm sit per Privationem Finîs in spiritualibus & corporalibus Potestatibus, & hoc idem de Principiis sustentatis in substantiis damnatorum?

10. E.T.F.G. Finis Potestatis est possificare, ut in illo conjungantur possificativum & possificabile, & ut Potestas possit esse plena, ornata & induta de omnibus tribus; igitur est Infernus in illa Potestate, in qua privatur Finis ipsius possificare, possificativi & possificabilîs & ipsorum complere, induere & ornare; Infernus etiam est ideo in illa Potestate, quia non potest recuperare suum Finem contra æviternare.

11. F.G.T.E. Ideo est Infernus, quia Intellectus illorum, qui in illo sunt, principiat suum intelligere contra amativum, amabile & amare: & hoc idem facit Voluntas, quæ principiat suum amare contra intellectivum, intelligibile & intelligere, & ideo amat Voluntas illorum in Intellectu ignorantiam, & Intellectus habet inclinationem, quòd in Voluntate sit odire & irasci.

12. F.G.T.F. Infernus est ideo, quia in Intellectu illorum, qui in illo sunt, non est Medium, cum quo possit attingere DEUM facie ad faciem sinè phantastica specie, quam speciem Voluntas odit, quia Voluntas vellet,quòd Intellectus nullo modo de DEO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

haberet cognitionem; & Infernus eſt in Voluntate, quia odit DEUM, quem vellet odire ſinè phantaſtica odibilitate; etiam Infernus eſt in Voluntate, quia Intellectus intelligit ejus Infernum æviternum.

13. F. G. T. G. Ideo eſt Infernus in damnatis, quia non habent Finem in intelligere & amare, nec poſſunt attingere DEUM cum Fine intelligendi & amandi; ideo etiam eſt Infernus, quia eſt contra Finem intelligendi & amandi, ac etiam contra Finem imaginandi & ſentiendi, calefaciendi & frigefaciendi, & etiam contra Finem omnium partium, per quas homo eſt homo.

14. F. T. E. F. Infernus eſt ideo, quia Sapientia intelligit, quòd amiſerit Paradiſum, & quòd habeat mala Principia, & quòd non poſſit habere Medium, cum quo poſſit attingere DEUM, nec recuperare Paradiſum.

15. F. T. E. G. Sapientia habet in ſe eſſentialia & realia Principia, ſcilicet intellectivum, intelligibile & intelligere, & ideo eſt Infernus in ipſa, quia DEUS privat Fine ejus Principia, quæ ſic ſunt in ſpiritualibus tenebris per Privationem Finîs, ſicut viſiva potentia eſt in tenebris per Privationem organorum, cum quibus videt, videlicet oculorum.

16. F. T. F. G. Si in Sapientia non eſſet intelligere, non poſſet in illa eſſe Finis intellectivi & intelligibilîs, quia non haberent ſubjectum, in quo conjungerentur, menſurarentur & extenderentur, & hoc idem eſſet de intelligere, quod non poſſet eſſe ſinè Fine intellectivi & intelligibilîs; unde Privatio Finîs omnium trium exiſtentium in permanentia eſt id, per quod eſt Infernus in omnibus tribus.

17. G. T. E. F. Infernus eſt ideo, ut puniantur Principia Voluntatis in phantaſtico amare & odire, quod eſt in Medio amativi & amabilîs, & oditivi & odibilîs; & ideo habet Voluntas æviternum Infernum, quia non poteſt principiare reale amare, & hoc idem de odire, cum quo poſſit attingere amabilia objecta cum odire, & odibilia cum amare.

18. G. T. E. G. In Voluntate eſt amare Principium amativi & amabilîs cum Fine omnium trium; & ideo eſt Infernus in Voluntate, quia amare eſt Principium oditivi & odibilîs, & odire amativi & amabilîs, & hoc facit Privatio Finîs prædictorum Principiorum, quæ non habent ſubjectum, in quo poſſint quieſcere, quia ſinè Fine non poſſunt illud habere.

19. G. T. F. G. Amare non poteſt eſſe in Medio amativi & amabilîs ſinè Fine omnium trium, & odire poteſt eſſe in Medio oditivi & odibilîs ſinè Fine omnium trium; & ideo eſt Infernus in omnibus tribus ſinè Fine illorum, ſinè quo Fine non habent, in quo poſſint quieſcere; igitur peccatores in hoc paſſu poſſunt habere magnum odire erga peccata, & magnum amare erga bona opera, ſi hunc paſſum ſciunt bene cognoscere.

20. T. E. F. G. Infernus eſt ideo, ut Principia peccatorum puniantur in Privatione Medii inter ipſa & Finem, ad quem ſunt creata, quia Principium non poteſt tranſire ad Finem ſinè Medio, & privato Medio privatur Fine, quare eſt, & ſic eſt otioſum & vacuum, & ideo habet æviternatum cruciamen, à quo nos DEUS cuſtodiat per ſuam Perfectionem.

QUINTA QUÆSTIO. F.

Quantus eſt Infernus?

SOLUTIO. *Camera.* D. E. F.

1. QUantitas Inferni eſt infinita in Durationе illorum, qui in illo ſunt, quia intelligunt, quòd tanta ſit Impoſſibilitas exeundi ex Inferno, quanta eſt Durabilitas Æviternitatis; & ideo intelligunt, quòd in Inferno habeant ita magnam Quantitatem in durare, ſicut Æviternitas poteſt durare.

2. D. E. T. D. Quantitas Inferni eſt continua & diſcreta cum Contrarietate poſſificandi & durandi: eſt continua, quantum ad æviternare, & iſta continuitas eſt ſinè ſucceſſione, & eſt ſimplex & ſinè compoſitione, quia in Inferno, in quo non eſt Finis, non poteſt Quantitas æviternitatis intrare in compoſitionem ſimplicis Quantitatis in continuitate, in qua non eſt diſcreta Quantitas Durationis: Quantitas Inferni eſt diſcreta, in quantum ſua individua, in quibus ſuſtentatur, ſunt diſtincta unum ab alio.

3. D. E. T. E. Infernus eſt principiatus cum Quantitate durandi in Principio, ſed non eſt principiatus cum Quantitate privandi illud Principium Durationis, quod eſt principiatum per durare; & ideo ejus Poteſtas non poteſt privari ipſo durare, per quam impotentiam ſuſtentatur Quantitas Inferni in Quantitate æviternandi; & iſte paſſus eſt valde horribilis peccatoribus, ſi ipſum bene velint conſiderare.

4. D. E. T. F. Quantitas Inferni ſuſtentatur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tatur in Medio, quod est subjectum influentiæ & refluentiæ ipsorum possificare & durare, & ideo non potest Quantitas ipsius durare deficere ipsi possificare, nec Quantitas ipsius possificare potest deficere ipsi durare.

5. D.F.T.D. In Sapientia, quæ est in Inferno, durant intellectivum, intelligibile & intelligere cum Contrarietate, quæ durat in omnibus tribus, & ideo potest homo considerare Quantitatem ipsorum durare & contrariari in omnibus tribus, per quam Quantitatem potest homo intelligere Quantitatem Inferni sustentatam in illis, sicut totum sustentatur in suis partibus.

6. D.F.T.E. Infernus est in terra & in medio loco illius; & ideo secundùm Quantitatem loci potest homo considerare ejus Quantitatem extensam de Principio per Medium usque ad terminationem Quantitatis sustentatæ in terra; & ista Quantitas durat in extremitatibus & in Medio terræ.

7. D.F.T.F. In Sapientia est intelligere in Medio intellectivi & intelligibilîs, & ejus Quantitas durat in omnibus ejus extremitatibus, ita, quòd Duratio illas mensuret in extensitate, & extensa Quantitas mensuret Durationem in discreta Quantitate intellectivi, intelligibilîs & intelligere & in continuitate illorum; & ideo Quantitas, quam Infernus habet, sustentata in Sapientia, non habet corruptibile subjectum.

8. D.T.D.E. In Æviternitate Inferni sunt Principia cum Contrarietate, similiter in Quantitate magna & multùm extensa per longitudinem, latitudinem & profunditatem sunt Principia invicem contraria; & ideo Principia, quæ sunt quanta in Duratione, sustentantur in Principiis, quæ sunt quanta in extensione; & Principia, quæ sunt quanta in extensione, sustentantur in Principiis, quæ sunt quanta in Duratione; & quia sustentatio est per contrariari sinè concordare, una Quantitas non potest privari in alia; & in isto passu est Quantitas Inferni valde terribilis.

9. D.T.D.F. Ubi durare est Medium durativi & durabilîs per contrariari, est ipsum durare Medium Privationis Finîs ipsorum durativi, durabilîs & durare: & quia durare Inferni est principiatum per contrariari in Æviternitate, patet, quanta sit Quantitas Contrarietatis in Quantitate ipsius durare Inferni sinè Fine, & quanta Pœna sit durare in contrariari sinè Fine.

10. D.T.E.F. Nullum creatum Medium potest esse sinè Quantitate in Duratione, in qua est in Medio durativi & durabilîs: & hoc est ideo, quia est principiatum in Quantitate, extra quam non potest existere, sicut non potest existere extra Principium; igitur potest considerari Quantitas Inferni in Duratione, extensione & in mensuris, quæ in eis sunt.

11. E.F.T.D. Infernatum Corpus habet multas Potestates contrarias unam alteri: sicut Potestates ignîs & aquæ, quæ sunt contrariæ per caliditatem & frigiditatem: & sicut Potestates sentiendi & imaginandi, quæ sunt contrariæ inter se, quia in eo, quòd imaginatio habeat Potestatem imaginandi passionem sensibilîs rei, habet sensatum pasfionem in sentire: & in eo, quòd sensatum habet passionem in sentire, habet imaginatio passionem in imaginari pœnam, quam sensatum habet in sentire: & hoc idem sequitur de Potestate corporis & Animæ, quæ sunt contrariæ ratione conjunctionis, in qua sunt cum Contrarietate; & omnes istæ Potestates habent Quantitatem, sinè qua non possent esse contrariæ; igitur est illa Quantitas pars Inferni.

12. E.F.T.E. In Principio Potestatis & Sapientiæ extenduntur possificare & intelligere in Quantitatem Principii efficientis, materialîs, formalîs & finalîs, quam Quantitatem convenit esse, in quantum Principium est distinctum in omnibus quatuor, in quorum distinctione est passio Potestatis & ipsius intelligere & Principii cum Quantitate omnium trium, quæ Quantitas est pars passionis omnium trium.

13. E.F.T.F. In Sapientia damnati est passio per intelligere, sicut in Sapientia salvati est delectatio per intelligere: & hoc idem sequitur de Potestate, quæ habet passionem in possificare; & convenit, quòd ista passio sit quanta, ut possificare possit existere in Medio possificativi & possificabilîs, & intelligere in Medio intellectivi & intelligibilîs, quod Medium non posset ibi existere sinè Quantitate; igitur supradicta passio est de infernali punire.

14. E.T.D.E. Possificativum, possificabile & possificare sunt in Potestate Principia cum Contrarietate omnium trium sustentata in illa Potestate, quæ est infernata; quare, sicut in illa Potestate Principia non possent esse sinè Quantitate intellectivi, intelligibilîs & intelligere, sic illa Contrarietas non posset in illa esse sinè Quantitate suî ipsius

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſius in omnibus tribus, quæ Quantitas ſuſtentatur in infernata ſubſtantia.

15. E. T. D. F. In Poteſtate damnati hominis eſt Contrarietas in Medio poſſificativi & poſſificabilîs cum contrariari: & quia in Inferno erunt multi homines, ipſo contrariari exiſtente majore in uno homine, quàm in alio, convenit, quòd Infernus habeat majorem Quantitatem in uno contrariari, quàm in alio, ſinè qua majori Quantitate haberent omnes damnati æqualia contrariari, poſſificare & cruciari.

16. E. T. E. F. Poteſtas non poteſt principiare ſinè poſſificare, nec Principium poteſt poſſificare ſinè principiare, & ideo convenit, quòd poſſificare & principiare conjungantur, quam Conjunctionem non poſſent habere ſinè quantificare: quia, ſi illam poſſent habere, eſſent unum idem numero in creaturis; igitur eſt quantificare in illis, cum qua Quantitate eſt infernare in illis, qui ibi ſunt.

17. F. T. D. E. In Sapientia damnatorum eſt Contrarietas ſuorum eſſentialium Principiorum cum Quantitate extenſa per omnia ſua Principia: iſta Contrarietas non poſſet eſſe ſinè Quantitate, nec Sapientia poſſet eſſe damnata ſinè Contrarietate extenſa per omnia ſua Principia; & hanc Quantitatem exiſtentem extenſam per Contrarietatem deberet homo conſiderare tunc, quando habet tentationem ad peccandum.

18. F. T. D. F. In Sapientia damnati eſt intelligere cum Contrarietate in Medio intellectivi & intelligibilîs, & ideo eſt tanta Contrarietas de intellectivo ad intelligibile, quanta de intellectivo ad intelligere, & de intelligere ad intelligibile; & propterea non poteſt ibi eſſe Concordantia, nec poteſt Sapientia ullo tempore privari illo contrariari.

19. F. T. E. F. Sapientia damnati principiat cum Quantitate intelligere intelligibile, quod intelligitur cum ſpirituali Quantitate, & ambæ Quantitates ſunt conjunctæ in intelligere & in principiare cum infernali cruciari, quod ſuſtentatur in ſpirituali ſubſtantia, à quo cruciari non poſſunt exire intelligere nec principiare.

20. T. D. E. F. In Inferno ſunt Contrarietas, Principium & Medium exiſtentia unum in alio cum Quantitate: Contrarietas eſt in Principio & Medio cum Quantitate, in quantum eſt quanta in principiativo, principiabili & principiare, quæ per Contrarietatem ſunt contraria: Principium eſt in Contrarietate & in Medio cum Contrarietate, in quantum ſua eſſentialia Principia ſunt induta de Contrarietate: Medium eſt in Contrarietate & in Principio, in quantum eſt ſubjectum ipſis contrariari & principiare, & in quantum eſt conjunctio amborum.

SEXTA QUÆSTIO. G.

Qualis eſt Infernus?

SOLUTIO. *Camera.* B. D. G.

1. IN Inferno eſt propria & appropriata Qualitas: propria, ſicut ſubſtantialis Bonitas cujuslibet damnati: appropriata, ſicut Malitia cujuslibet appropriata cuivis exiſtenti in mala & odibili perpetuitate; & illa mala Qualitas ſuſtentata in ſubſtantiali Bonitate eſt tormentum Bonitatis & ſubſtantialis Durabilitatis, de qua eſt induta mala Voluntas.

2. B. D. T. B. In Inferno ſunt differentes perdurabiles ſpirituales & corporales Qualitates, quæ ſunt malæ per omnes ibi exiſtentes Bonitates & Durabilitates & Differentias; & ideo eſt malum durare, & differentiare ſimiliter.

3. B. D. T. D. In Inferno ſunt contrariæ Qualitates in Bonitate & Duratione: ſicut Contrarietates quatuor elementorum, quæ omnia ſunt contraria unum alteri ſinè aliqua Concordantia, quæ Contrarietas eſt mala, & ita mala ſinè Bonitate, ſicut Qualitates ſunt contrariæ ſinè ulla Concordantia; & Malitia & Contrarietas illarum Qualitatum ſuſtentantur in æviternitate.

4. B. D. T. G. In Inferno non eſt Finis Bonitatis nec Durationis, quia, ſi eſſet, illi, qui in illo ſunt, haberent Quietem in bonificare & durare; igitur Qualitates Inferni ſunt ſinè ullo Fine & Complemento; eſt igitur Privatio Finîs tormentum eorum, qui in illo ſunt.

5. B. G. T. B. Differentia in Inferno differentiat concreta Bonitatis in mala Qualitate, ut ſint mala & odibilia, & ideo amat Voluntas in Bonitate malificativum, malificabile & malificare, & odit in illa bonificativum, bonificabile & bonificare.

6. B. G. T. D. In Paradiſo eſt Bonitas amabilis Qualitas in Voluntate, & Voluntas eſt bona Qualitas in Bonitate, & hoc eſt ideo, quia inſimul habent Concordantiam; ſed in Inferno eſt contrarium, & ideo eſt Infernus malus & odibilis.

7. B. G. T. G. Voluntas in Inferno non habet Finem in Bonitate, nec Bonitas habet Finem in Voluntate; & ideo ſunt Qualitates Bonitatis & Voluntatis Vacuitates ipſorum bonificare & amare.

B. G.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

8. B. T. B. D. Infernus est malus contra Bonitatem, & Differentia Bonitatis est mala, quia bonificativum est perversum in malificativum, & bonificabile in malificabile, & bonificare in malificare, & ideo sunt Qualitates Inferni malæ in differentiare & contrariari.

9. B. T. B. G. Mala Qualitas in Inferno sustentatur in Bonitate, ut Bonitas crucietur, & illa mala Qualitas est extensa in concretis Bonitatis, ut Differentia illorum crucietur; & ideo non potest Finis Bonitatis & Differentiæ esse in Inferno.

10. B. T. D. G. In Inferno sunt Bonitas & Finis contrariæ Qualitates in tantum, quòd Contrarietas sit contra Finem Bonitatis & contra bonum Finem: & ideo non potest bonus Finis esse in Inferno; igitur sustentantur Qualitates Inferni in malo Fine.

11. D. G. T. B. Duratio est naturaliter amabilis Qualitas, ut Voluntas habeat, per quod possint durare amativum, amabile & amare, & hoc idem de Differentia, quæ est amabilis Qualitas, ut in Voluntate possint esse differentia amativum, amabile & amare: & ista natura talium Qualitatum est in Paradiso; at eorum contraria natura est in Inferno in damnatis: & ideo est Duratio Voluntatis odibilis Qualitas in damnatis, & similiter Differentia ejus concretorum.

12. D. G. T. D. Duratio & Voluntas sunt contrariæ Qualitates in illis, qui sunt damnati, quia Duratio amativi est odibilis, & Duratio amabilîs similiter, & hoc idem sequitur de Duratione ipsius amare; & ideo odit Voluntas suum amare & suum odire, & odit suum durare & privare.

13. D. G. T. G. Finis Durationis in Paradiso est durare cum amare, & Finis Voluntatis est amare cum durare; at in Inferno est contrarium: & ideo odit Voluntas Finem ipsius amare & durare, & Finis Voluntatis non habet subjectum, in quo possit durare.

14. D. T. B. D. In illis, qui sunt in Inferno, sunt Differentia & Contrarietas æviternatæ Qualitates, ita, quòd Differentia sit confusa per Contrarietatem in Æviternitate, cujus Confusio est tenebrosa Qualitas, per quam damnati sunt in tenebris sibi invicem contrarii.

15. D. T. B. G. In Duratione illorum, qui sunt in Paradiso, sunt Differentia & Finis durabiles Qualitates: sed in Duratione illorum, qui sunt in Inferno, est Differentia finè Fine, ut durativum non habeat Finem, in quo possit quiescere, nec durabile nec durare similiter; & ideo est Differentia confusa Qualitas in durare, & Duratio est vacua Qualitate Finîs.

16. D. T. D G. In illis, qui sunt in Inferno, est Duratio, in qua Contrarietas durat sinè Fine, quia Contrarietas contradicit Fini durativi, in quantum ipsum pervertit contra Finem durabilîs & durare, & hoc convertitur, in tantum, quòd Contrarietas privet Durationem Fine, ut in Duratione non possit esse Concordantia, in qua sustentetur Finis durativi, durabilîs & durare.

17. G. T. B. D. In Voluntate eorum, qui sunt in Paradiso, est Differentia amabilis Qualitas cum Concordantia; sed in Voluntate illorum, qui sunt in Inferno, est Differentia odibilis Qualitas cum Contrarietate: & ideo amat Voluntas Confusionem & Tenebras contra Claritatem & Concordantiam amativi, amabilîs & amare, & odit Claritatem & Concordantiam eorum; & in isto passu & in aliis possunt sapientes cognoscere malas Qualitates, de quibus damnati sunt vestiti.

18. G. T. B. G. Finis Voluntatis damnati est, quòd Voluntas privetur Qualitate ipsius, & impressionem illius Privationis significat Differentia, in quantum ponitur inter odiativum, odibile & odire, quæ impressio est passibilis & odibilis Qualitas, ut Differentia sit odibilis & passibilis.

19. G. T. D. G. In Voluntate damnatorum est Contrarietas, ut in illa non possit existere Finis: quia, si in illa existeret, ibi non posset esse Contrarietas; igitur est Voluntas damnatorum contraria Qualitas contra suúmmet Finem, & ideo odit suam Concordantiam, & diligit suam Contrarietatem.

20. T. B. D. G. Differentia & Contrarietas in Inferno sunt Qualitates vacuæ Fine, & Differentia est Qualitas sinè Fine per Contrarietatem, quæ contradicit Fini differentiativi, differentiabilîs & differentiare, ut subjecta Differentiæ sint in Tenebris: Contrarietas verò est in Inferno Qualitas sinè Fine, quia contradicit Fini in Differentia & in se ipsa & similiter in aliis principiis, de quibus damnati sunt compositi; & in isto passu possunt sapientes cognoscere, quòd peccata, quæ sunt contra Finem, habeant Concordantiam cum *non esse*, quæ peccata sunt Qualitates damnatorum, & similiter tormenta, quæ sustinent pro peccatis.

) ✝ (

SEPTI-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

SEPTIMA QUÆSTIO. H.

Quando eſt Infernus?

SOLUTIO. *Camera.* D. E. H.

1. INfernus eſt in Tempore, & Tempus in illo ſecundùm Durationem, Poteſtatem & Vitium damnatorum, quæ durant vitiosè ſinè motu futuri, præſentis & præteriti Temporis, qui motus non poteſt eſſe in Tempore Inferni.

2. D. E. T. D. Duratio & Poteſtas in Inferno ſunt contrariæ in uno eodem Tempore, quia per Poteſtatem poteſt durare Duratio cognitionis mali & flammæ ignîs, in quo damnati comburuntur: & Poteſtas comburendi & patiendi mala durat per Durationem in contrariari.

3. D. E. T. E. Tempus Inferni eſt principiatum in Principio Æviternitatis, & ideo poteſt durare in Principio, in quo fuit principiatum, & non durat in cauda Æviternitatis, quia in illa non eſt Tempus in motu nec in multiplicatione momentorum, horarum, dierum & annorum.

4. D. E. T. H. Poteſtas Inferni eſt major in Æviternitate, quàm in Tempore hujus vitæ, quia in præſenti vita non poteſt Tempus durare ſinè motu motarum partium, & in inferno durat ſinè motu illarum partium; & ideo habent damnati pœnam in uno & eodem æviterno *nunc* ſinè aliqua ſucceſſione & mutatione; & iſta conſideratio Temporis eſt valde terribilis.

5. D. H. T. D. Tempus Inferni eſt ſubjectum Contrarietati Virtutis & Vitii in durare, quia Vitium eſt durabile in Æviternitate cum Contrarietate, quæ contradicit Fini Virtutis; & ideo non habet Virtus Tempus, in quo poſſit ſuſtentari in Tempore Inferni, in quo habent ſuſtentationem Vitia illorum, qui in illo ſunt perpetuò.

6. D. H. T. E. Virtus non poteſt principiari in creato ſubjecto ſinè Duratione: ſimili modo in damnato ſubjecto non poteſt Virtus principiare in durare nec in principiare, & ideo non habet Virtus Tempus, in quo poſſit exiſtere, & Vitia damnatorum non habent Tempus, in quo poſſint privari.

7. D. H. T. H. Nulla Virtus poteſt eſſe major extra Æternitatem, quia, ſi poſſet, eſſet Æternitas vitioſa, in quantum non poſſet habere majorem Virtutem in ſe ipſa, quàm extra ſe ipſam; & ideo ſignificatur, quòd Tempus Inferni ſit æviternatum, ut peccatores, qui peccaverunt contra majorem Virtutem, crucientur in æviterno Tempore.

8. D. T. D. E. In Inferno principiatur Contrarietas in Principio ſuæ Æviternitatis, in qua Æviternitate nihil eſt, quod principiet Concordantiam contra Contrarietatem; & quia Concordantia in Æviternitate Inferni non habuit Principium, non habet Tempus, in quo poſſit principiare contra Contrarietatem, per quam damnati cruciantur.

9. D. T. D. H. Major Contrarietas, quæ poteſt principiari in Temporalitate, ſuſtentatur in Æviternitate, in qua æviternantur damnati, qui in æviterno igne ſunt incorruptibiles & inconſumptibiles; & licèt non habeant, quod comedant aut bibant, & eorum fames & ſitis ſint æviternæ, tamen non habent tempus, in quo moriantur.

10. D. T. E. H. Duratio eſt major in Æviternitate, quàm in hac vita, & ideo Principia, in quibus ſuſtentatur Tempus, ſunt majora in Æviternitate, quàm in hac vita; & propter hoc poteſt homo conſiderare, quòd Æviternitas ſit major, quàm Tempus, & quòd æviternum Tempus Inferni non ſit ſubjectum Principio ſucceſſionis nec motûs.

11. E. H. T. D. In Inferno ſunt Poteſtas & Virtus contrariæ, quia Poteſtas non poteſt habere Virtutem in virtuoſo poſſificare, nec Virtus poteſt habere virtuoſum poſſificare, & hoc facit Contrarietas, quæ ponitur inter Poteſtatem & Virtutem, quæ non permittit, quòd inter ambas ſit Concordantia; & ideo non habet Tempus Inferni ſubjectum, in quo poſſit exiſtere ſecundùm virtuoſam Poteſtatem vel potentem Virtutem; igitur ejus ſubjectum eſt vitioſa Poteſtas & potens Vitium.

12. E. H. T. E. In Poteſtate ſunt virtuoſa Principia naturaliter per Virtutem, ſicut ſunt Principia per Principium: & quia in damnatis loco Virtutis ponitur Vitium, corrumpitur illa natura Poteſtatis, Virtutis & Principii, ratione cujus corruptionis natura omnium trium non habet Tempus, in quo poſſit principiari nec reverti; & ideo non poſſunt damnati principiare virtuoſum amare in amando DEUM, nec in habendo Spem in DEO: quia, ſi illud poſſent principiare, DEUS parceret illis.

13. E. H. T. H. Major Virtus Temporis eſt in Majori Poteſtate Temporis; igitur per Majoritatem Virtutis & Poteſtatis poteſt cognoſci Majoritas Temporis in vitioſa Poteſtate,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſtate, in qua Tempus Inferni ſuſtentatur, in quo virtuoſa creata Poteſtas non poteſt ſuſtentari; & ideo non poſſunt habere damnati ullam virtuoſam Poteſtatem.

14. E.T.D.E. Poteſtas damnatorum non poteſt principiare Concordantiam, quia tota Poteſtas illorum eſt ſubjectum Contrarietati ſuſtentatæ in illis contra ſua eſſentialia Principia; & ideo eſt Poteſtas damnatorum incarcerata in æviterno Tempore, à quo carcere DEUS nos protegat per ſuam pietatem, quia in illo non poteſt ullum bonum principiari, nec oriri Principium Concordantiæ.

15. E. T. D. H. Major Contrarietas, quæ poſſit eſſe in Poteſtate, eſt, quando eſt in eſſentiali poſſificativo, poſſificabili & poſſificare, & quòd illa Contrarietas ſit in Æviternitate; & ideo poteſt cognoſci, quòd minor Contrarietas Poteſtatis ſit in non æviterno Tempore.

16. E. T. E. H. Majora Principia, quæ ſint in Poteſtate, ſunt in ſuis eſſentialibus concretis, & majus ſubjectum creati Temporis eſt in Principio Æviternitatis, & ideo poteſt cognoſci, quomodo Tempus damnatorum ſit in majori Impoſſibilitate principiandi bonum poſſificare.

17. H. T. D. E. Nulla Virtus principiat Contrarietatem in eſſentiali virtuificativo, virtuificabili & virtuificare, niſi in ſubſtantiali Virtute damnatorum, in qua principiat accidentalis Contrarietas in omnibus tribus in Æviternitate, in qua non poteſt principiare Concordantia in eſſentialibus concretis Virtutis; & ideo ſunt damnati in deſperatione.

18. H. T. D. H. Major Contrarietas Virtutis ſuſtentatur in æviterno Vitio, & ideo in illo Vitio non poteſt ſuſtentari major nec minor Virtus; igitur poteſt cognoſci, quòd in Inferno Tempus ſit æviternum, ut in illo ſit major Contrarietas Virtutis.

19. H. T. E. H. Majus Principium Vitii eſt in obliviſcendo, ignorando & odiendo DEUM, & in memorando, intelligendo & odiendo eum, & ideo datur majori Principio Vitii æviternum Tempus, quod Tempus eſt Tempus Inferni.

20. T. D. E. H. In Inferno ſunt Contrarietas, Principium & Majoritas in æviterno Tempore, ut Contrarietas ſit in majoribus Principiis: ſicut Concordantia Beatorum, quæ eſt in æviterno Tempore, ut Principia Paradiſi ſint in Majoritate; & in iſto paſſu poſſunt homines peccatores habere magnum timorem, qui in hac vita incedunt per infernales vias.

OCTAVA QUÆSTIO. I.

Ubi eſt Infernus?

SOLUTIO. *Camera.* F. G. I.

1. INfernus eſt ſic in ſuis partibus, ſicut totum ſuſtentatur in ſuis partibus, ſicut in Sapientia, Voluntate & Veritate, quæ ſunt ſubſtantiales partes Animæ vel diaboli: & in illis ſubſtantialibus partibus eſt Infernus, Voluntate odiente hoc, quod Sapientia intelligit, & quod Veritas verificat in odire & in intelligere.

2. F. G. T. F. In Sapientia eſt intelligere in Medio intellectivi & intelligibilîs, in quo intelligere eſt Voluntas intelligibilis, & in Medio Voluntatis eſt intelligere odibile in odire, quod eſt in Medio oditivi & odibilîs, & in iſto intelligere & odire eſt Infernus, qui eſt pœna amborum.

3. F. G. T. G. In Inferno ſunt Sapientia & Voluntas ſinè Fine, quia Sapientia non habet Finem in intelligere, nec Voluntas in amare, & ideo ſunt vacuæ Fine; & in iſta innaturali Vacuitate eſt Infernus, qui per illam vacuitatem cruciat Sapientiam & Voluntatem: & iſte eſt ſpiritualis infernalis ignis, in quo Sapientia & Voluntas comburuntur.

4. F. G. T. I. Infernus eſt æqualiter in Sapientia & Voluntate, quæ ſunt in ipſo: nam, quidquid Sapientia intelligit, odit Voluntas, & quidquid Voluntas odit, intelligit Sapientia, & in iſta Æqualitate Sapientiæ & Voluntatis eſt Infernus, qui æqualiter cruciat Sapientiam & Voluntatem in intelligere & odire; & iſte paſſus eſt valde horribilis ad conſiderandum.

5. F. I. T. F. Infernus eſt in medio Loco terræ & eſt in medio Loco Sapientiæ, quæ in illo eſt, & hoc Veritas verificat, ut Sapientia intelligat Veritatem carceris, in quo ſuum intelligere eſt incarceratum.

6. F. I. T. G. Secundùm naturalem curſum eſt verificare Finis ipſius intelligere, ut Sapientia habeat verum intelligere; ſed, quando Veritas habet falſum verificare, in quantum verificat ſinè Fine ipſius intelligere, eſt Infernus in illo falſo intelligere contra curſum naturæ.

7. F. I. T. I. Infernus eſt æqualiter in Sapientia & Veritate & in concretis illarum: nam, quantum in Inferno verificativum verificat de intelligibili, tantum vellet ignorare

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rare intellectivum de verificabili, & quantum intellectivum intelligit de verificabili, tantum vellet verificativum falsificare de intelligibili, & hoc contra naturam ipsorum intelligere & verificare; & sic est æqualiter Pœna Inferni in intelligere & in verificare.

8. F. T. F. G. Infernus est in qualitatibus elementorum, & in mutua Influentia & Refluentia, quam una qualitas habet in aliam, & in Conjunctione illarum est ignis Inferni, qui comburit Subjectum qualitatum sinè Fine, qui non est in illo comburere, & ideo est illud Subjectum incorruptibile, & non potest consumi ratione vacuitatis Finîs; & hoc idem sequitur de spirituali igne, quem Sapientia habet in suis concretis. Et in isto passu possunt Philosophi habere notitiam philosophandi, si illum bene volunt intelligere, quoniam in illo possunt cognoscere, quòd aliquod Subjectum, in quo non sit Finis, non possit consumi.

9. F.T.F.I. InSapientia damnati est intelligere Subjectum Æqualitati intellectivi & intelligibilîs, quod est Subjectum conscientiæ utriusque, & in illa conscientia est Infernus, in quantum cum illa cruciantur concreta Sapientiæ, sustentato tormento Sapientiæ in tormento omnium trium concretorum.

10. F. T. G. I. In Sapientia damnati non est Finis intellectivi, intelligibilîs & intelligere; quia æqualiter privatur Fine in omnibus tribus: & ideo est passio in ejus intelligere & in ejus intellectivo & intelligibili, in quantum nihil sequitur de hoc, quod intelligit in se ipsa & in alio; & in hoc passu potest homo intelligere, quid sit infernalis perpetuus ignis.

11. G.I.T.F. Infernus est in Voluntate existente in Inferno, sicut pars, quæ est in parte, & hoc verificat Veritas, quod verificare est odibile, & in illa odibilitate sustentatur pœna Voluntatis & etiam Veritatis, & ambæ pœnæ sunt conjunctæ una in alia; & iste passus est valde difficilis ad intelligendum.

12. G. I. T. G. Veritas in Inferno ponit in vero, quòd Voluntas non habeat Finem in velle nec in volitivo nec in volibili, & Voluntas odit, quòd Veritas in illa verificet & ponat in vero suam odibilitatem oditam per Voluntatem; & in isto passu potest homo cognoscere, quomodo aliæ partes crucient alias in Inferno, & quomodo tormenta illarum sint æqualiter perpetua, quæ tormenta sunt partes Inferni, quæ perpetuò sunt in ejus partibus.

13. G. I. T. I. Voluntas damnati habet æqualem pœnam in volitivo, volibili & velle, & Veritas damnati habet æqualem pœnam in verificativo, verificabili & verificare: & ideo habent Voluntas & Veritas æqualem pœnam una in alia, quia Voluntas vult totam pœnam Veritatis, & Veritas verificat totam pœnam Voluntatis, & in hac pœna sustentatur Infernus ex parte.

14. G. T. F. G. In Voluntate damnati est velle in Medio volitivi & volibilîs, in quo ambo conjunguntur sinè ulla ratione & sinè ullo Fine: & quia volitivum habet in velle appetitum ad attingendum volibile, quod volibile habet appetitum, quòd attingatur in velle, & nullus istorum appetituum attingit suum Finem, ideo habet Voluntas passionem in se ipsa & in suis concretis; & in hac passione est infernus Voluntatis, & passio Voluntatis est in suo toto, in quo toto multiplicatur, & est tam magna multiplicatio passionis, quòd non potest æstimari, nec dici, nec scribi.

15. G. T. F. I. In Voluntate damnati est amare æqualiter in Medio amativi & amabilîs, sed quia ipsum amare est perversum in odire, mensurantur & conjunguntur æqualiter amativum & amabile in odire contra suum naturalem cursum; & sic est in Voluntate & in extremitatibus ejus Æqualitas pœnæ in illa æquali Mensuratione & Conjunctione, quæ Mensuratio & Conjunctio est Locus Inferni Voluntatis & Æqualitatis damnati & concretorum earum.

16. G. T. G. I. In Voluntate damnati est naturaliter Æqualitas amativi, amabilîs & amare, quæ Æqualitas non habet Finem, & in quantum est vacua Fine, est plena Defectu, & illa Plenitudo est tormentum Voluntatis & Æqualitatis, & est pars Inferni sustentata in naturali Voluntate & Æqualitate & in concretis earum.

17. I. T. F. G. Finis Veritatis est verificare, quod naturaliter habet appetitum existendi in Medio verificativi & verificabilîs: & quia illud verificare pervertitur in falsificare, quia non habet Finem, est falsificare intùs plenum verificativo & verificabili, in quantum impedit Conjunctionem amborum in verificare, & privat Finem omnium trium; & in illa pœna est Infernus infernatæ Veritatis.

18. I. T. F. I. In Veritate est verificare æqualiter in Medio verificativi & verificabilîs, quod verificare interiùs est indutum de falsi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

falsificare, quod venit de externis partibus conjunctis cum internis partibus; & in ista Conjunctione est passio interioris verificare, verificativi & verificabilîs, quæ sunt inducta & habituata de suis contrariis, quæ sunt Loca, in quibus sunt internæ passiones.

19. I.T.G.I. In Veritate non est Æqualitas secundùm Finem verificativi, verificabilîs & verificare, & ideo non habet Veritas instrumenta, cum quibus possit attingere Finem suorum concretorum, sicut viva potentia, quæ sinè oculis & luce non habet instrumenta ad videndum; & Privatio suorum instrumentorum, quam Veritas habet, est passio, cum qua Veritas cruciatur, & ejus passio est collocata in illa.

20. T.F.G.I. In Inferno sunt multa Media & multæ Æqualitates non habentes ullum Finem; nam, si haberent Finem, non essent in Inferno: sicut Sapientia damnati, quæ intelligit DEUM cum Medio, & de illo intelligere non sequitur ullus Finis: & hoc idem de Æqualitate, quam Sapientia habet in intellectivo, intelligibili & intelligere, de quibus sequitur nullus Finis in hoc, quòd intelligat Æqualitatem Divinarum Personarum, & hoc ideo, quia privat Finem Medio Æqualitatis, quod Sapientia habet in intelligere, & ideo, quia intelligit contra Finem, propter quem suum intelligere est creatum; & in ista Privatione Finîs & Æqualitatis, quæ est in intellectualibus partibus, quæ sunt in Inferno, & etiam in corporalibus rebus, est collocata passio damnatorum, à quo Loco nos DEUS præservet per suam benignitatem.

NONA QUÆSTIO. K.

Quomodo est Infernus?

SOLUTIO. *Camera.* D.G.K.

1. MOdus, secundùm quem Infernus est, est secundùm Modos suarum partium, uno Modo existente in alio, sicut in Duratione, in qua Voluntas habet Modum durandi, similiter etiam Pœna: & sicut in Voluntate, in qua Duratio & Pœna habent Modum odiendi: & sicut in Pœna, in qua Duratio & Voluntas habent Modum in cruciari.

2. D.G.T.D. In Inferno sunt Duratio & Voluntas contrariæ, nam, quantum Voluntas durat in odire, tantum odit Durationem sui odibilîs & sui odire & oditivi, & sic odit Durationem suî ipsius, & Duratio habet Modum ratione Contrarietatis, quòd faciat Voluntatem durare, quia Voluntas odit illam, & quia Contrarietas ponitur contra durativum, durabile & durare: & in isto Modo, quem Duratio habet contra Voluntatem, & Voluntas contra Durationem, est contrarius Modus, qui est pars Modi Inferni, qui de multis contrariis Modis est conjunctus.

3. D.G.T.G. In Inferno non habet Voluntas Modum in odire Durationem secundùm Finem, & quia odit durationem sinè Fine, non habet Modum in odire Durationem sui amativi, amabilîs & amare; & ideo, sicut cæcitas sequitur per privationem oculorum, & luxuria per privationem castitatis, sic Modus Inferni sequitur per Privationem Finîs in durare & amare.

4. D.G.T.K. In Inferno est Voluntas cum Minoritate, & ejus Duratio est minor in amare, & major in odire, & talis inordinatus Modus est in Duratione damnatæ Voluntatis.

5. D.K.T.D. Duratio & Gloria habent in Paradiso Modum secundùm Concordantiam, sed in Inferno habent Duratio & Pœna Modum, secundùm Contrarietatem, quia Duratio facit durare Contrarietatem essentialium concretorum Gloriæ cum Modo suorum concretorum contrario Gloriæ in Duratione, in qua non potest habere Quietem, quia cum contrario Modo non potest quiescere, nec Gloria cum contrario Modo suorum concretorum habet appetitum ad durandum.

6. D.K.T.G. Duratio non potest habere Quietem in Gloria sinè Modo Finîs, qui sit in gloriativo, gloriabili & gloriari; & quia habet appetitum habendi Quietem in Gloria sinè Fine gloriativi, gloriabilîs & gloriari & sinè Fine durativi, durabilîs & durare, habent ejus naturalis appetitus & instinctus contrarium Modum, qui Modus adducit passionem contra Gloriam & Finem durandi.

7. D.K.T.K. Minoritas habet Modum inclinandi Durationem & Gloriam ad *non esse*, ut sint remotæ à Majoritate; & in isto Modo Minoritatis est Pœna Modus contra Gloriam, Durationem & Majoritatem.

8. D.T.D.G. In Duratione Inferni est Contrarietas sinè ulla Concordantia Finîs sustentata in Duratione, quæ Duratio est tota induta de Contrarietate; & ideo non habent damnati Modum, quòd possint habere ullam Spem.

9. D.T.D.K. In Duratione Inferni est Minoritas contra Majoritatem, in quantum ejus partes sunt contrariæ una alteri, per quam Contrarietatem habent inclinatio-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nem ad *non esse*, quod concordat cum Minoritate; & quia Duratio conservat illas partes in *esse* cum majori Contrarietate ipsius *esse*, non habet Duratio Modum in conservatione, quam facit, & contrarius Modus, quem habet, est pars Modi Inferni.

10. D. T. G. K. Minoritates in Inferno habent Modum inclinandi Majoritates ad *non esse*, & hoc est ideo, quia Finis privatur Majoritatibus & Minoritatibus, per quam Privationem Majoritates non habent Modum, per quem sint majores, nec Minoritates, per quem sint minores; & quia Duratio facit durare partes majores in Majoritate, & minores in Minoritate, durativum, durabile & durare non habent Modum in Duratione, per quam Privationem Modi sequitur Modus contrarius ipsius durare in Inferno.

11. G. K. T. D. Voluntas amat in Inferno habere Quietem, ut non inquietetur in Contrarietate, quæ est in suo amativo, amabili & amare; sed quia odit Concordantiam omnium trium, non habet Modum in odiendo Contrarietatem, nec in amando Quietem, & de Privatione talis Modi sequitur contrarius Modus, quem habet in amare & odire, per quem contrarium Modum non potest amare DEUM.

12. G. K. T. G. Voluntas non potest habere Quietem in Gloria sinè modo Finîs; sed quia amat habere Quietem in Gloria sinè Modo Finîs, odit in Gloria habere Quietem cum Modo Finîs, & istud odire est contra amare, & amare contra odire; & ideo est contrarius Modus in operatione damnatæ Voluntatis.

13. G. K. T. K. In damnata Voluntate est Minoritas, in quantum amat *non esse*, & odit *esse*, & ideo non habet Modum in amare nec in odire, per cujus Modi Privationem non potest habere Quietem in Gloria, quia in ipsa vult illam habere contra Modum, & ideo habet contrarium Modum.

14. G. T. D. G. Voluntas, quæ est in Inferno, odit DEUM & Finem, propter quem fuit creata, qui Finis fuit amare DEUM plùs, quàm se ipsam aut omne aliud; sed quia habet odire contra Finem ipsius amare, non habet Modum in odire: & quia non habet Modum in odire, non potest habere Modum in amare, & sic ejus Modus pervertitur in contrarium Modum, cum quo cruciat se ipsam in amare & in odire; & iste passus est valde horribilis ad cogitandum.

15. G. T. D. K. Voluntas in Inferno amat Contrarietatem amativi, amabilîs & amare, & plùs amat majorem Contrarietatem, quàm minorem, & ideo non habet Modum in amare, & ratione Privationis Modi habet contrarium Modum amandi, & ille adducit contrarium Modum odiendi, & iste adductus Modus est ille, quem damnata Voluntas habet in amare & in odire.

16. G. T. G. K. Voluntas in Inferno habet nullum Finem in amando Minoritatem sui amativi, amabilîs & amare, nec in odiendo Majoritatem istorum trium; & quia odit Minoritatem in suis concretis, & etiam odit Majoritatem in illis, habet amare & odire sinè Modo, in quo amare & odire non habent Modum ejus amativum & amabile; & ideo possunt sapientes cognoscere, quòd Modus Inferni sit Modus contrarius Modo Paradisi, & quòd sit Modus, qui habet Concordantiam cum *non esse* & cum Privatione ipsius amare & odire, & qui sit subjectum, in quo Voluntas crucietur.

17. K. T. D. G. In Gloria Paradisi est Finis in gloriativo, gloriabili & gloriari, & ideo habet Concordantia Modum in omnibus tribus; sed in Inferno est contrarium, per quam Contrarietatem significatur Modus, quem peccatores habent in Inferno contra Delectationem, Finem & Concordantiam.

18. K. T. D. K. Damnati in Inferno non habent Gloriam, quia habent Contrarietatem contra Gloriam: & illa Contrarietas est Pœna, quæ privat Fines gloriativi, gloriabilîs & gloriari in Minoritate, quæ habet Concordantiam cum Privatione, & ista Contrarietas habet Modum contra gloriari & contra *esse*, ut gloriari & *esse* non habeant Modum in Concordantia.

19. K. T. G. K. In Inferno non est Finis Gloriæ nec Minoritatis, quia, si esset, Infernus non esset hoc, quod est; igitur Modus Inferni est sinè Fine Gloriæ & Minoritatis, ut Infernus sit hoc, quod est.

20. T. D. G. K. In Inferno privat Contrarietas Finem Minoritatis, qui Finis Minoritatis est secundùm naturam Finîs Majoritatis: & in illo privare non habet Contrarietas Modum secundùm Finem & Concordantiam, sed habet Modum contra Finem & Concordantiam, in quo Modo puniuntur damnati, ad quas Pœnas devenerunt per contrarios Modos, quos habuerunt in hac vita, qui sunt similitudines & viæ contrariorum Modorum Inferni, quos diximus.

DECI-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DECIMA QUÆSTIO. K.

Cum quo est Infernus?

SOLUTIO. *Camera.* D. I. K.

1. INfernus est cum Æviternitate & cum Veritate, quas Intellectus damnati intelligit, qui amisit æviternam Gloriam, & habebit æviternam Pœnam in suo intelligere; & ideo habet Intellectus cum suo intelligere spiritualem perpetuam Pœnam.

2. D. I. T. D. Infernus est cum Contrarietate suarum partium: sicut cum Veritate, in qua est Contrarietas verificativi, verificabilîs & verificare: & cum Duratione, in qua est Contrarietas durativi, durabilîs & durare: & etiam est cum Contrarietate Durationis & Veritatis; & sic est Infernus cum Contrarietatibus, quas quælibet forma habet in se ipsa & contra aliam formam.

3. D. I. T. I. Infernus est cum æqualibus passionibus verificatis cum falsificare in Æviternitate, sicut in Intellectu & in Voluntate illorum, qui ibi sunt, quæ sunt æquales in falsitate, Voluntate odiente Veritatem, quam Intellectus intelligit, & amante, quòd sit vera Falsitas, quam non intelligit, & Intellectu intelligente Veritatem cum Falsitate contra Finem, propter quem intelligit.

4. D. I. T. K. Infernus est cum Minoritate suarum partium motarum ad *non esse* contra Veritatem & Durationem, quæ Veritas verificat earum *esse*, & Duratio facit eas durare, & ideo non possunt devenire in Privationem.

5. D. K. T. D. Infernus est cum Contrarietate sensualitatis & sensualitatis, sicut cum Contrarietate ignîs & aquæ: est etiam cum Contrarietate sensualitatis & intellectualitatis, sicut cum Contrarietate Animæ & corporis: & est cum Contrarietate intellectualitatis & intellectualitatis, sicut cum Contrarietate memorandi, intelligendi & amandi, quia Voluntas odit hoc, quod Memoria recolit, & Intellectus intelligit contra memorare & amare, & Memoria recolit contra intelligere & amare; & quia Infernus est cum talibus Contrarietatibus, quæ durant in Æviternitate, non habent ejus partes subjectum, in quo possint quiescere.

6. D. K. T. I. Infernus est cum Æqualitate substantialium partium & cum Æqualitate accidentalium partium, quæ æqualiter durant in Æviternitate sinè ulla Quiete, quam non possunt habere: sicut ignis, qui non habet Quietem in ignificativo, ignificabili & ignificare, nec in calefacere se ipsum, nec terram, aquam nec aërem, & sic de aliis corporalibus & spiritualibus partibus, quæ in Inferno sunt æviternæ.

7. D. K. T. K. Infernus est cum majori Tristitia contra majorem Delectationem, & cum majori Pœna contra majorem Gloriam, & illa Tristitia & Pœna suarum spiritualium partium & sensualium appetituum est cum perpetua Duratione.

8. D. T. D. I. Infernus est cum Contrarietate partium æqualium in Duratione: sicut ignis, in quo tantum durat caliditas, quantum frigiditas in aqua, & tantum durat caliditas in aqua, & frigiditas in igne, quantum durat caliditas in igne & frigiditas in aqua; & hoc idem est in Contrarietate spiritualium partium, sicut diabolus & infernata anima, qui habent æquales Contrarietates in durare, sicut de igne & aqua diximus; & iste passus est valde horribilis ad memorandum & considerandum.

9. D. T. D. K. Infernus est cum majoribus Contrarietatibus ipsius durare, quas homo potest intelligere in majori Concordantia ipsius durare in Sanctis Gloriæ; nam illi habent tam magnam Durationem in Concordantia, quòd habeant nullam Minoritatem, per quam possint corrumpi; hoc idem sequitur de damnatis, quorum Contrarietas habet nullam Minoritatem, quæ illam possit privare.

10. D. T. I. K. Infernus est in durare cum æqualibus Majoritatibus & cum æqualibus Minoritatibus: quia tantum durant isti peccatores, quantum illi, quamvìs una Pœna sit major, quàm alia; & hoc ideo, quia Pœna cujuslibet est æviterna.

11. I. K. T. D. Sancti Gloriæ habent Gloriam cum Veritate, & quia Sancti Gloriæ & damnati sunt contrarii, convenit, quòd damnati habeant Pœnam cum Falsitate, quam Pœnam cum falsitate habent, sicut luxuriosus homo, qui cum Privatione castitatis habet luxuriam.

12. I. K. T. I. Damnati habent Pœnam cum æquali Privatione Quietis, sicut in Veritate cujuslibet habent æqualem Pœnam verificativum, verificabile & verificare: quia verificativum verificat falsificare contra verificare, & falsificat verificare contra verificabile, & ideo non habet Veritas, in quo possit quiescere, nec similiter Falsitas.

13. I. K. T. K. Veritas damnatorum est minorificata cum Minoritate in verificare,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& falsificata in Majoritate in falsificare; & ideo non habet subjectum, in quo possit habere Gloriam & Quietem; quapropter verificat Veritas damnatorum in illis desperationem, tristitiam, iram & malam voluntatem, & privat eos spe.

14. I.T.D.I. Veritas damnatorum habet in se ipsa æquales Contrarietates, sicut naturalis Bonitas est æqualis suæ accidentali Malitiæ, & substantialis Magnitudo est contra suam accidentalem Magnitudinem, & sic de aliis naturalibus & innaturalibus Contrarietatibus: & ideo non potest recuperare bonum verificare cum bonificare, quia non potest bonificare suum verificare, nam omnia sua Principia habet per contrariari, ita, quòd non potest habere Concordantiam; & iste passus est valde horribilis ad memorandum & intelligendum.

15. I.T.D.K. Finis Minoritatis & Veritatis damnatorum est cum Contrarietate, uno Fine existente contra alium: sicut malificare est contra bonificare, in tantum, quòd bonificare ibi non possit esse: & hoc idem de falsificare, quod est in Minoritate, in tantum, quòd in Veritate non possit esse bonum verificare, nec in Sapientia bonum intelligere, nec in Voluntate bonum amare, & sic de aliis.

16. I. T. I. K. In Veritate damnatorum sunt æquales Minoritates, cum quibus omnia Principia habent Minoritatem, quibus est conjuncta, & ideo pervertuntur illorum operationes cum æqualibus Majoritatibus in operando contra verificare & Veritatem, & contra bonificare & Bonitatem, & sic de aliis.

17. K.T.D.I. Damnati non habent Pœnam cum æquali Contrarietate substantialium & accidentalium partium: sicut ignis habet majorem appetitum ad ignificandum, quàm ad calefaciendum; & iste passus est valde horribilis ad considerandum: nam, quantò major est substantialis pars, quàm accidentalis, cum tantò majori Contrarietate est ejus Pœna, quàm Pœna accidentium.

18. K.T.D.K. In damnatis sunt Gloria & Minoritas contrariæ, quia cum Contrarietate privantur Fines Gloriæ & Minoritatis in tantum, quòd Minoritas non habeat, cum quo possit quiescere in Gloria, nec habere delectationem, nec Gloria perversa in innaturalem appetitum habet, cum quo possit converti ad naturalem appetitum.

19. K.T.I.K. Infernus est cum Pœna & cum Æqualitate plurium Pœnarum & cum majoribus & minoribus Pœnis, secundùm quòd peccatores plùs deliquerunt per luxuriam, quàm per avaritiam, vel avarus homo plùs deliquit per avaritiam, quàm per gulam, & sicut homo plùs peccavit per iram cum Voluntate, quàm cum Intellectu, & sic de aliis.

20. T.D.I.K. Infernus est cum Contrarietate Æqualitatis & Minoritatis, quia Contrarietas non patitur, quòd in Minoritate sint æquales partes: nam, si in illa essent æquales, haberet subjectum, cum quo concordaret contra Contrarietatem, quæ non posset esse contra Finem Concordantiæ nec Minoritatis, privando Concordantiam.

Diximus de Inferno secundùm decem generales Regulas hujus Scientiæ, & hoc, quod diximus, est bonum ad cogitandum, memorandum & intelligendum, ut homo meliùs possit odire vias illius, & meliùs amare vias Paradisi.

Finitæ sunt magnæ Quæstiones hujus Scientiæ, quas deduximus secundùm decem generales Regulas & secundùm *Tabulam Generalem*, quam proponimus ponere in hoc Volumine, ut cum illa demus doctrinam, quomodo Artista cum illa sciat solvere mille minutas Quæstiones, quarum aliquas proponimus solvere juxta processum hujus Scientiæ: & illas, quæ restabunt insolutæ, placeat alicui valenti Sapienti vel Sapientibus eruditis in hac Scientia facere & solvere juxta processum hujus Scientiæ ad Gloriam nostri Domini DEI.

PARS II.
De Mille minutis Quæstionibus?

IN hac ultima Parte hujus Scientiæ proponimus observare processum & ordinem, quem tenuimus in præmissis, & hoc *septem Modis*, per quos proponimus solvere quasdam minutas Quæstiones; & quia evitamus prolixitatem, nolumus quamlibet Quæstionem solvere per omnes septem Modos, sed volumus unam solvere per unum Modum, & aliam per alium Modum, & hoc sufficit secundùm exemplum, quod dedimus de aliis supradictis magnis Quæstionibus; & sicut nos proponimus solvere aliquas ex his mille Quæstionibus, ita poterunt solvi aliæ peregrinæ Quæstiones.

Septem Modi, qui debent observari in solvendo has Quæstiones, sunt per *Regulas*, per

(c) 2006 Ministerio de Cultura

per *Definitiones*, per *tertiam Figuram*, & per *quartam Figuram*, per *magnas Quæstiones*, per *Tabulam*, per *Propositiones* vel *Conditiones*.

1. Per *Regulas*, videlicet, quòd, si Quæstio quærit de *Possibilitate*, utrùm sit id, quod quæritur, aut non: quòd recurramus ad Regulam de B. & ad loca, in quibus cum Regula solvuntur Quæstiones, & secundùm illum processum & practicam, quam de ipsa dedimus, teneatur affirmatio vel negatio; & sic de aliis Regulis: veluti, si quæratur de *Quidditate* rei, quòd recurratur ad secundam Regulam & ad ejus species & ad practicam, quam de ipsa dedimus, & quòd Artista sequatur illum ordinem affirmando vel negando; & eodem modo per Regulas *Artis Inventivæ*.

2. Per *Definitiones* solvuntur Quæstiones, sicut, quando quæritur de Bonitate aut de aliqua re sub illa contenta, quòd respondeatur secundùm definitionem Bonitatis & practicam, quam de ipsa dedimus, ita, quòd responsio non sit contra ejus Definitionem, nec contra practicam, quam de illa dedimus; & sic de aliis principiis.

3. Per *tertiam Figuram:* debet Artista recurrere ad Significata & ad Inventiones in illa positas, & tenere eundem processum & ordinem, & eligere principia, & ea applicare terminis quæstionis, de qua quæritur.

4. Per *quartam Figuram:* quòd recurratur ad ejus species, de quibus ipsa dat exempla implicitè & explicitè, & quòd Artista sequatur illum ordinem, qui in ipsa est positus.

5. Per *decem magnas Quæstiones*, quæ sunt de *Productione*, *Incarnatione* & aliis: quòd Artista recurrat ad ipsas, & quòd sequatur processum earum, & ab eis eligat solutionem.

6. Per *Tabulam:* quòd eligantur termini quæstionis, & applicentur ad principia, de quibus Tabula est composita, & quòd in illis inquiratur solutio, secundùm quòd de illa est data doctrina in magnis Quæstionibus & in quarta Figura de *Implicitè* & *Explicitè:*

7. Per *Conditiones* vel *Propositiones:* quòd fiat *una Maxima de tribus Literis, de quibus constat Camera, & quòd secundùm illam Maximam, videlicet Conditionem vel Propositionem fiat Solutio Quæstionis; & in hac ultima Parte proponimus illâ magìs uti ad solvendum futuras Quæstiones, quia per illam brevìùs possunt solvi illæ Quæstiones, quàm per alios supradictos Modos.*

QUÆSTIONES
De DEO & Incarnatione.

1. QUÆSTIO. Utrùm DEUS posset esse sinè Productione in Divinis?

Solutio hujus Quæstionis potest inquiri & inveniri per omnes septem prædictos Modos; sed nos, quia loquimur breviori modo, quo possumus, transmittimus responsionem ad *quartam Figuram*, & ad *secundam Partem de Applicatione*, in qua probatum est, *quòd DEUS sit*, per B. C. D., & est data Definitio hujus, quod DEUS est; & in *secunda Quæstione*, in qua quæritur, *quid DEUS sit*, & in aliis Quæstionibus, quæ procedunt per Regulas & per Tabulam, quæ sunt in illa *eadem Parte*, quæ est de *Implicitè;* per omnes istas Quæstiones probatum est, quòd DEUS non possit esse sinè Productione in Divinis, quia sinè illa non posset esse hoc, quod est, nec haberet Finem, propter quem existeret, nec modum, cum quo esset; & quia probavimus, quòd DEUS sit, est probatum, quòd DEUS non possit esse sinè Productione Divinarum Personarum. Ista eadem probatio potest fieri per *decem magnas Quæstiones de Productione*, quæ est in *tertia Distinctione*, cujus Productionis contrarium est impossibile.

2. QUÆSTIO. Utrùm DEUS possit annihilare & privare se ipsum?

Solutio. Secundùm quòd significant Principia & Definitiones hujus Scientiæ, non potest DEUS annihilare & privare se ipsum: cùm Æternitas sit illa natura, per quam Potestas tantum durat per illam, quanta potest esse per Potestatem; & etiam, quia ejus *esse* est bonum, & ipse est Bonitas, est sua Bonitas illi Ratio, quòd agat bonum, & non malum, quod malum esset ejus Privatio, quod malum non potest facere, quia Duratio facit durare Rationem Bonitatis: & hoc idem de Duratione Magnitudinis, Sapientiæ &c.

3. QUÆSTIO. Utrùm DEUS posset producere vel creare alium DEUM?

Solutio. In *quarta Figura* est probata Trinitas, in quantum probatum est, quòd in DEO non possint esse plures Personæ quàm tres: & illa probatio sufficit solutioni hujus quæstionis, tenendo negativam.

4. QUÆSTIO. Utrùm possint esse plures Dii?

Solu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Solutio. Hujus quæſtionis ſolutioni ſufficit Regula C., conſiderando, quid ſit DEUS, & quid habeat in ſe ipſo, & quid ſit in ſuis Dignitatibus, & quid habeat in illis; & inde ſequitur vera negatio.

5. QUÆSTIO. Utrùm DEUS poſſit facere, quòd Mundus ſit æternus ſinè principio & ſinè fine?

Solutio hujus quæſtionis eſt ſignificata in *Quæſtione* de *Æternitate*, quæ eſt de magnis Quæſtionibus, & eſt in *tertia Diſtinctione;* igitur ſecundùm illam ſignificationem convenit de hac quæſtione tenere negativam.

6. QUÆSTIO. Utrùm DEUS poſſit beatum Petrum damnare & Mahometum ſalvare?

Solutio hujus quæſtionis fit per negationem, & ejus negatio ſignificatur in duabus ſpeciebus *tertiæ Figuræ*, quæ ſunt *Significatio* & *Inventio.*

7. QUÆSTIO. Quot modi Proprietatum ſunt in DEO?

Solutio. In *quarta Figura* in Rubrica, quæ eſt de *Implicitè* in *tertia Diſtinctione*, ubi loquimur de Productione in Divinis, ſignificatum eſt, quòd in DEO ſint tres Modi Perſonalium Proprietatum, videlicet Proprietas ſingularis, dualis & ternalis: *ſingularis*, ſicut Paternitas, Filiatio & Spirabilitas: *dualis*, ſicut generare, quæ convenit Patri & Filio: *ternalis*, ſicut ſpirare, quod convenit Patri & Filio & Sancto Spiritui, videlicet Patri & Filio per Spirativitatem, & Sancto Spiritui per Spirabilitatem. Sunt etiam ſignificati alii duo Modi Proprietatum, qui ſunt in DEO, quorum ſignificatio poteſt inveniri in *tertia Diſtinctione* in *Quæſtione* de *Æternitate*, quæ Proprietates ſunt Infinitas & Æternitas, & Creatio, quæ conveniunt ſoli DEO.

8. QUÆSTIO. Cùm in DEO ſit Differentia inter Generare & Spirare: Quomodo poſſunt eſſe unum idem Intelligere & Amare?

Solutio hujus quæſtionis ſignificata eſt in *tertia Figura* per cameram E. F. & E. G. & F. G., nam iſtæ Cameræ ſignificant, ſecundùm quòd ſcriptum eſt, quòd Pater & Filius ſint unum idem Amare in Generare, & Pater & Filius & Sanctus Spiritus in Spirare.

9. QUÆSTIO. Cùm Pater producat Filium per Intelligere, & Pater & Filius producant Sanctum Spiritum per Amare, & cùm ſit Differentia inter Filium & Sanctum Spiritum, quæritur: Quomodo Intelligere & Amare poſſint eſſe unum idem numero?

Solutio. Secundùm Regulam C. ſignificatur, quòd, ſicut Pater generat Filium per intelligere, quòd ipſe ſit Pater, ſic generet Filium per amare, quòd ipſe ſit Pater: & ideo, ſecundùm quòd Pater habet hunc reſpectum, ſecundùm ſuam Paternitatem ſunt ipſius Intelligere & Amare unum idem numero; & hoc idem in Filio, in quantum intelligit & amat, quòd ipſe ſit Filius; & in quantum Pater amat Filium, & intelligit ipſum bonum, magnum & æternum, & Filius amat Patrem, & intelligit illum bònum, magnum & æternum, per iſtum reſpectum, quem ambo ad invicem habent per Intelligere & Amare, ſpirant Sanctum Spiritum, in quo Intelligere & Amare ſunt unum idem numero, & Diſtinctio ſpirandi & amandi remanet in diverſis modis & in diverſis reſpectibus, quos diximus.

10. QUÆSTIO. Quare Bonificare & Magnificare & alii Actus Dignitatum DEI magìs attribuuntur Sancto Spiritui, quàm Patri & Filio?

Solutio hujus Quæſtionis ſignificatur per Cameram B. F. & B. G., quæ ſunt in *tertia Figura:* & etiam ſignificatur in *Quæſtione* de *Productione*, quæ eſt in *tertia Diſtinctione:* & eſt Quæſtio *Regulæ* F., & ſignificatur per Cameram B. F. per modum Conjunctionis & Perfectionis, quæ includuntur in Sancto Spiritu per Bonificare & Magnificare &c.: & hoc idem de Camera B. G. & de *Quæſtione* F., quæ eſt in *Productione.*

11. QUÆSTIO. Quare Divinæ Perſonæ ſunt tres, & non plures nec pauciores?

Solutio hujus Quæſtionis ſignificatur in *quarta Figura* & Rubrica de *Implicitè*, & in Quæſtione *Regulæ* F., ubi quæritur de Quantitate Perſonarum in numero, ſignificato illo numero per concreta Bonitatis, Magnitudinis &c., quæ in qualibet forma ſunt trina, quia nec plura nec pauciora ibi conveniunt.

12. QUÆSTIO. Utrùm DEUS in ſua Æternitate poſſit intelligere Æternativum, Æternabile & Æternare ſine Differentia omnium trium?

Solutio hujus Quæſtionis fit per negationem, & eſt ſignificata in *tertia Figura* in Rubrica de *Inventionibus*, & in *Camera* Bonitatis & Sapientiæ, Bonitatis & Differentiæ, Poteſtatis & Sapientiæ, Poteſtatis &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& Differentiæ, Sapientiæ & Differentiæ, quia omnes istæ Cameræ significant, quòd Æternitas DEI sinè Differentia esset vacua æternis Concretis sibi coessentialibus, sinè quibus non esset intelligibilis.

13. QUÆSTIO. Cùm DEUS non habeat corpus, quæritur: Quomodo ejus Magnitudo potest esse extensa, & quomodo potest ejus Extensitas esse sinè Quantitate?

Solutio. C. E. F. Per has Literas significatur responsio in Tabula: & etiam in Quæstione, quæ est in Rubrica de *Implicitè*, in qua quæritur de Quantitate per Regulam F.

14. QUÆSTIO. Quomodo Magnitudo DEI potest esse infinita in Extensitate?

Solutio. Sicut Æternitas potest esse infinita per Æternativum, Æternabile & Æternare, quia non habet Principium nec Finem, sic Magnitudo DEI potest esse infinita in Extensitate per magnum & extensum Infinitivum, Infinibile & Infinire: & etiam, quia non habet Principium nec Finem.

15. QUÆSTIO. Cùm Divinæ Personæ sint distinctæ una ab alia, quæritur: Quomodo possunt esse distinctæ sinè Quantitate?

Solutio. In quæstione, quæ est de *Productione* in Divinis, significatur solutio hujus quæstionis per Regulam F.

16. QUÆSTIO. Cùm humana Natura JESU Christi sit producta de *non esse*, & habeat naturales imperfectiones, quæritur: Quomodo potest esse, quòd Divina Natura cum illa conjuncta per humanam Naturam non habeat aliquam Imperfectionem in Conjunctione ambarum Naturarum?

Solutio. Sicut una gutta rubei vini proiecta in mare non potest retinere suum rubeum colorem, sic in humana Natura Christi conjuncta cum Deitate remanet nulla Imperfectio.

17. QUÆSTIO. Quæ est causa individuorum elementatorum?

Solutio. Quia generalia principia sunt mixta, sunt substantiæ individuatæ, quæ existunt sub speciebus.

18. QUÆSTIO. Quomodo DEUS Pater potest generare DEUM Filium sinè Tempore, Quantitate, Loco, Motu & Compositione?

Solutio. Quia Productio in Divinis est in Infinitate & de Infinitate, in Æternitate & de Æternitate, in Simplicitate & de Simplicitate, non potest in illa Productione esse Tempus, Quantitas, Locus, Motus nec Compositio.

19. QUÆSTIO. Quæ est causa generationis in elementatis substantiis?

Solutio. Æqualitas, quam generalia principia habent in elementatis substantiis, est causa generationis, & Inæqualitas illorum est causa corruptionis.

20. QUÆSTIO. Supposito, quòd Trinitas DEI non possit probari propter quid, quæritur: utrùm possit probari propter quid, eò quòd in DEO Bonitas, Magnitudo, Æternitas, Potestas & aliæ ejus Dignitates sint æquales?

Solutio. Cùm Bonitas sit magna per Magnitudinem, est Magnitudo causa, quòd Bonitas sit magna Ratio bono, quòd agat magnum bonum; & hoc idem de Bonitate, quæ est causa Magnitudini, quòd suum magnificare sit bonum.

21. QUÆSTIO. Utrùm Pater possit spirare Sanctum Spiritum sinè Filio?

Solutio hujus quæstionis significatur in *Disputatione*, quam fecimus *de Quinque Sapientibus*, qui sunt Græcus, Latinus, Nestorinus, Jacobinus & Saracenus; & etiam solutio hujus quæstionis est in *Quæstione* de *Productione* secundùm Regulam C., D. & E.

22. QUÆSTIO. Utrùm DEUS fuisset incarnatus, si non fuisset originale Peccatum?

Solutio. Humanitas Christi, quæ est pars universi creati, habet majorem Magnitudinem Bonitatis, quàm omne reliquum creatum: & ideo est per primam Intentionem, & universum creatum est per secundam.

23. QUÆSTIO. Utrùm Dignitates DEI potuissent habere Quietem in creaturis sinè Incarnatione?

Solutio hujus quæstionis est per negationem, & ejus necessitas significatur in *Quæstione* de *Incarnatione* secundùm Regulas B. C. E. G., quæ in illa Quæstione continentur.

24. QUÆSTIO. Utrùm bonus Angelus habeat odire?

Solutio hujus quæstionis est per negationem, & ejus necessitas significatur in *Quæstionibus* de *Angelis*, quæ sunt in *tertia Distinctione* secundùm Regulas D. E. G.

25. QUÆSTIO. Quomodo Angeli transeunt per Medium duarum corporalium extremitatum, cùm non habeant corpus nec corporeum motum?

Solutio hujus quæstionis significata est in *Quæstione* de *Angelis* secundùm Regulam I. & K.

26. QUÆSTIO. Utrùm illi homines peccent

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cent, qui negant, quòd homo prædeſtinatus poſſit damnari?

Solutio hujus quæſtionis eſt ſignificata in *Quæſtione* de *Prædeſtinatione;* & ſignificatur in hac Maxima: omnis homo peccat, qui negat, quòd Juſtitia DEI habeat ſubjectum, in quo poſſit punire hominem peccatorem, & in illo uti ſuâ libertate.

27. QUÆSTIO. Utrùm DEUS poſſit ſalvare hominem morientem in Originali Peccato?

Solutio hujus quæſtionis eſt per negationem, & eſt ſignificata in *Quæſtione* de *Originali Peccato.*

28. QUÆSTIO. Utrùm DEUS poſſit reſuscitare corpus Martini, & illud conjungere & unire cum Anima Petri?

Solutio hujus quæſtionis eſt per negationem, & eſt ſignificata in *Quæſtione* de *Reſurrectione.*

29. QUÆSTIO. Utrùm Sacramentum Altaris ſit melius in uno homine, quàm in alio?

Solutio hujus quæſtionis eſt ſignificata in *Quæſtione* de *Sacramento Altaris;* & eſt per affirmationem ſecundùm Bonitatem hominum, quæ major eſt in uno homine, quàm in alio: eſt etiam per negationem ſecundùm Bonitatem Sacramenti ſimpliciter: & hoc ſignificant Regulæ ipſorum C. D. E. & G.

30. QUÆSTIO. Utrùm Anima JESU Chriſti fuerit in Paradiſo tunc, quando deſcendit ad inferos?

Solutio hujus quæſtionis eſt per affirmationem ſecundùm *Quæſtionem* de *Paradiſo,* & ſecundùm *Regulam* C. & I.; nam ſecundùm id, quod eſt Paradiſus, fuit in Paradiſo, & ſecundùm id, quod eſt Infernus, fuit in Inferno.

31. QUÆSTIO. Utrùm Pœna Inferni ſit ita magna & tantum duret, quantum Gloria Paradiſi?

Solutio hujus quæſtionis ſignificata eſt in *Quæſtione* de *Inferno,* & eſt per affirmationem, in quantum eſt Æviternitas, & per negationem, in quantum eſt Magnitudo Gloriæ; & hoc eſt ſignificatum per Regulas ipſorum H. F. & K.

32. QUÆSTIO. Utrùm inter DEUM & ignem poſſet eſſe Differentia absque eo, quòd in DEO Differentia Divinarum Perſonarum eſſet reale Ens?

Solutio. Si Differentia in DEO non eſſet reale Ens, & cum illo unum numero, eſſent creaturæ differentes à DEO per ſe ipſas, & DEUS non differret ab illis per ſe ipſum, & ſublatâ Differentiâ à creaturis poſſent creaturæ eſſe unum idem numero cum DEO, & alia cum alia & cum omnibus.

33. QUÆSTIO. Quare eſt Differentia magìs neceſſaria Intellectui, quàm Concordantia?

Solutio. Sicut Voluntas amat per conjungere, ſic Intellectus intelligit per differentiare.

34. QUÆSTIO. Quare poſſitivitas convenit potentiæ, & poſſibilitas objecto?

Solutio. Sinè poſſitivitate & poſſificante & ſinè poſſibilitate & poſſito non poſſent potentia & objectum ſufficere actui amborum.

35. QUÆSTIO. Utrùm ſeparatæ Subſtantiæ habeant extenſitatem?

Solutio. Extenſitas ſeparatarum Subſtantiarum eſt de ſimilitudinibus, quas una pars dat alteri: ſicut Bonitas dat ſuam ſimilitudinem Magnitudini, in quantum illam facit eſſe bonam; & Magnitudo dat ſuam ſimilitudinem Bonitati, in quantum illam facit eſſe magnam, & per iſtud dare ædificatur ſubſtantia.

36. QUÆSTIO. De quo eſt Infirmitas Intellectûs?

Solutio. Per extraneas intelligibilitates poteſt ejus intelligere eſſe ſanum vel infirmum.

37. QUÆSTIO. Cum quo facit DEUS Miracula?

Solutio. Omnis homo poſſet eſſe DEUS, ſi in illo Poteſtas, Sapientia, Voluntas & Virtus eſſent unum idem numero.

38. QUÆSTIO. Cùm in JESU Chriſto non ſit, niſi una Perſona, quæritur: quomodo poteſt remanere Differentia inter ejus Divinam & Humanam Naturam?

Solutio hujus quæſtionis eſt ſignificata in *Quæſtione* de *Incarnatione* ſecundùm Regulas ipſorum C. E. & K.

39. QUÆSTIO. Cùm Perſona JESU Chriſti ſit infinita, & Humanitas, quam aſſumpſit, ſit finita, quomodo poteſt eſſe, quòd tota Divina Perſona ſit incarnata?

Solutio hujus quæſtionis eſt ſignificata in *Quæſtione* de *Incarnatione* ſecundùm Regulas ipſorum C. F. I. & K.

40. QUÆSTIO. Utrùm inter Bonitatem DEI & ejus Magnitudinem, quæ ſunt unum idem numero, poſſint eſſe Æqualitas & Concordantia?

Solutio. Eſt impoſſibile invenire Æqualita-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

litatem & Concordantiam in aliquo ente sinè pluralitate.

41. QUÆSTIO. Quæ est illa Magnitudo, quæ est magìs remota à Parvitate, quàm ulla alia Magnitudo?

Solutio. Sic Magnitudo est remota à Parvitate per magnificare, sicut Sapientia est remota ab Ignorantia per intelligere.

42. QUÆSTIO. Quare est Bonitas major in bonificare, quàm in magnificare?

Solutio. Si in Magnitudine non esset magnificare, posset Magnitudo esse major in alio, quàm in se ipsa.

43. QUÆSTIO. Utrûm aliquod ens possit producere & entificare se ipsum?

Solutio. Si substantia posset producere se ipsam, esset ejus possibilitas priùs, quàm esset.

44. QUÆSTIO. Quare Mundus est in tam turbato & perverso statu?

Solutio. Si DEUS principaliter creâsset hominem, ut haberet Gloriam, posset homo habere majorem Gloriam in se ipso, quàm in DEO.

45. QUÆSTIO. Quomodo possent Christiani recuperare Terram sanctam, quam amiserunt? & quomodo Latini possent sibi reunire Schismaticos? & quomodo possent convertere Infideles?

Solutio hujus quæstionis est in illa *Petitione, quam obtulimus Domino Papæ Cœlestino Quinto, qui fuit, & postmodum Domino Papæ Bonifacio, qui nunc est.*

46. QUÆSTIO. Cùm DEUS sit bonus & sit Veritas, quomodo potest sustinere, quòd sint tot mali homines? & quòd sint tot homines in errore? & quòd vadant in æternum ignem propter ignorantiam?

Solutio. DEUS sustinet, quòd sint mali homines & sint in errore, ut boni homines, & qui sunt in via Veritatis, ad honorandum, amandum & cognoscendum DEUM possint plùs laborare, & ejus Bonitatem & Veritatem magìs exaltare, & à DEO recipere majorem mercedem & præmium.

47. QUÆSTIO. Quare sunt in Mundo tot Guerræ?

Solutio. Illi homines amant pacem, qui amant DEUM propter ejus Bonitatem.

48. QUÆSTIO. Quæsivit quidam filius à sua matre, quare essent tot mali Pastores?

Solutio. Generalis Prior & generale Capitulum conservant ordinem Prædicatorum.

49. QUÆSTIO. Cùm sint tot Sermones, quare sunt tot peccatores?

Solutio. Ille Prædicator facit bonum sermonem, qui prædicat secundùm naturam amandi & intelligendi.

50. QUÆSTIO. Quare est discordia Regis cum suo populo?

Solutio. Ille Rex facit bonum populum, qui plùs amat honorem DEI, quàm suum.

51. QUÆSTIO. Utrùm diabolus habeat majus dominium in divites homines, quàm in pauperes?

Solutio. Multiplicatio divitiarum est occasio multiplicationi vitiorum.

52. QUÆSTIO. Quare zelotypi Viri vestiunt & ornant suas uxores?

Solutio. Pulchra ornamenta & humilia vestimenta sunt contraria.

53. QUÆSTIO. Quare in hoc Mundo sunt tot errores, cùm Theologia sit Scientia?

Solutio. Illi habent concluſum intellectum, qui magìs stant in Suppositionibus, quàm in necessariis Rationibus.

54. QUÆSTIO. Quare est Philosophia Aristotelis tam malè applicabilis ad Theologiam?

Solutio. Philosophia per infusionem & per gratiam est altior & verior, quàm per doctrinam & per acquisitionem.

55. QUÆSTIO. Quidam actor & reus quæsiverunt à suo Judice, quare tantum dilataret proferre sententiam?

Solutio. Si Scientia Juris procederet per universalia principia, non essent tot advocati, nec lites tamdiu durarent.

56. QUÆSTIO. Quidam sapiens infirmus quæsivit à Medico, utrùm plùs amaret sanitatem, quàm infirmitatem?

Solutio. Medicina est propter sanitatem, & Medicus propter medicinam.

57. QUÆSTIO. Quidam Physicus quæsivit à Logico, quare haberet tam superbum & argutulum intellectum?

Solutio. Logicus per negationem timet nullam concluſionem.

58. QUÆSTIO. Quidam Juvenis quæsivit à sapiente Mercatore, utrùm sciret aliquam mercaturam, in qua homo non posset perdere?

Solutio. Illi non possunt perdere, qui laborant propter Honorem DEI.

59. QUÆSTIO. Juvenes homines quæsiverunt à quodam sapiente homine, quis sit magìs necessarius in Mundo, an Clericus, aut Miles, aut Mercator, aut Rusticus?

Solutio. Est major necessitas spiritualium rerum, quàm corporalium, & in hoc

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Mundo eſt juſtitia magìs neceſſaria, quàm vita.

60. QUÆSTIO. Viduæ quæſiverunt à quodam Milite, quare tam malè obſervaret ſuum Ordinem?

Solutio. Militia pugnat contra ſuperbiam cum humilitate & juſtitia.

61. QUÆSTIO. Pauperes homines quæſiverunt à quodam avaro divite, quare ejus divitiæ illum non ſatiarent?

Solutio. Voluntas amat naturaliter magìs amare unum bonum, quàm multas divitias.

62. QUÆSTIO. Quidam Paſtor quæſivit àRege, quare haberet tam malum conſilium?

Solutio. Unus magnus & bonus Sapiens plùs valet in conſilio, quàm plures mali & parvi.

63. QUÆSTIO. Quædam mulieres quæſiverunt à quodam Epiſcopo, quare haberet tam malos Clericos?

Solutio. Si Prælatus eſſet bonus, ejus Clerici eſſent boni.

64. QUÆSTIO. Cardinales quæſiverunt à quodam Papa, quomodo poſſent deſtruere Saracenos?

Solutio. Chriſtiani poſſent deſtruere Paganos cum Concordantia unius Papæ & unius Imperatoris.

65. QUÆSTIO. Mulieres quæſiverunt à quodam Milite Templi, utrùm plùs diligeret ſuum Ordinem, quàm Ordinem Hoſpitalîs?

Solutio. Religioſa Militia plùs valeret in uno Ordine, quàm in multis.

66. QUÆSTIO. Cum quo habent Pater & Sanctus Spiritus Concordantiam in Filio?

Solutio. Una Bonificativitas ſic ſe habet cum alia Bonificativitate, ſicut ſe habet una Bonificabilitas cum alia Bonificabilitate, & unum Bonificare cum alio Bonificare.

67. QUÆSTIO. Cùm Pater ſit Actio in ſpirando Sanctum Spiritum, & Filius ſit Actio, utrùm Sanctus Spiritus ſit duæ Perſonæ?

Solutio. Quamvìs maſculus & fœmina ſint duæ perſonæ, ſunt tamen unum Principium in generare, ut in illa unitate ſit conjunctio amborum, & ut genitum ſit unum.

68. QUÆSTIO. Utrùm Sanctus Spiritus æqualiter procedat à Patre & à Filio?

Solutio. Nullus triangulus eſt rectus, ſi ejus lineæ non ſunt æquales, nec poteſt eſſe ſubſtantia, ſi ſui angeli non ſunt ſubſtantiales.

69. QUÆSTIO. Quare Sanctus Spiritus non producit Perſonam?

Solutio. OpusBonificativi & Bonificabilîs completur in Bonificare, & in illo habent quietem.

70. QUÆSTIO. Utrùm Opus Sancti Spiritûs ita ſit Contemplari, ſicut Patris & Filii eſt Spirare?

Solutio. Producere eſt, ut ſit perſonare, & contemplari eſt, ut ſit Complementum & Quies.

71. QUÆSTIO. Utrùm Divinæ ſingulares Proprietates ſint æquales communibus?

Solutio. Quia Bonificabile in Bonitate eſt de toto Bonificativo, & Bonificare de ambobus, eſt Bonificabile tantum, quantum Bonificare.

72. QUÆSTIO. Utrùm in JESU Chriſto ſit Divina Natura una Perſona, & Humana Natura ſit alia Perſona?

Solutio hujus quæſtionis eſt in *Diſputatione quinque Sapientum*, in qua Latinus Neſtorino probat, quòd in JESU Chriſto non ſit, niſi una Perſona, & probat Jacobino, quòd in JESU Chriſto ſint duæ Naturæ & duæ Voluntates.

73. QUÆSTIO. Quare perſonales Proprietates, quæ ſunt in DEO, vocantur Paternitas, Filiatio & paſſiva Spiratio?

Solutio. Nulla Productio eſt major, quàm illa, quæ eſt Patris in Filium & Conjunctionis amborum.

74. QUÆSTIO. Cùm Poteſtas ſit major per actionem, quàm per paſſionem, quare Poteſtas Patris non eſt major, quàm Poteſtas Filii?

Solutio. In Infinitate & Æternitate ſufficit producibilis Proprietas productivæ Proprietati, ut Producere ſit infinitum & æternum.

75. QUÆSTIO. Utrùm Magnitudo DEI ſit major in magnificare, quàm in bonificare?

Solutio. Illa Magnitudo, quæ eſt unum idem numero cum Bonitate, non eſt major in magnificare, quàm in bonificare, quia, ſi eſſet, non eſſet unum idem numero cum Bonitate.

76. QUÆSTIO. Cùm in DEO ſint Bonitas & Magnitudo unum idem numero, quomodo poteſt eſſe, quòd Bonitas ſit in Magnitudine, & Magnitudo in Bonitate?

Solutio. Quia Bonitas eſt magna per Magnitudinem, & Magnitudo eſt bona per Bonitatem, poteſt Bonitas eſſe in Magnitudine, & Magnitudo in Bonitate.

77. QUÆSTIO. Cùm Pater & Filius ſint infini-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

infinitæ Personæ, quomodo potest Pater esse in Filio, & Filius in Patre?

Solutio. Secundùm Relationem Pater est Pater in Filio, & Filius est Filius in Patre.

78. QUÆSTIO. Utrùm Pater priùs habeat Respectum in generando Filium, quàm in spirando Sanctum Spiritum?

Solutio. In Æternitate & Infinitate non potest realiter esse prioritas.

79. QUÆSTIO. Utrùm Mundus sit creatus per Unitatem DEI, vel per ejus Trinitatem?

Solutio. Sicut Trinitas DEI creavit pluralitatem in Mundo, ut in illa repræsentaretur ejus similitudo, sic Unitas DEI creavit Unitatem Mundi & unitates ejus partium, ut in eis repræsentaretur ejus similitudo.

80. QUÆSTIO. Utrùm DEUS ita posset creare Mundum, quòd in illo non posset esse malum?

Solutio. Potestas creandi potest esse ratio bono, quòd possit agere bonum sinè malo; sed non potest esse ratio, quòd magnum bonum cognoscatur absque eo, quòd sit malum.

81. QUÆSTIO. Quare DEUS non assumpsit humanam Naturam in multis hominibus?

Solutio hujus quæstionis est in *Quæstione* de *Incarnatione*, & in *Tractatu de quinque Sapientibus*, in quo Latinus respondet Saraceno ad objectiones, quas facit contra Trinitatem & Incarnationem DEI.

82. QUÆSTIO. Utrùm Bonitas DEI sit ita infinita per Magnitudinem, sicut per Æternitatem?

Solutio. DEUS est tam infinitus per Magnitudinem Bonitatis, Potestatis, Sapientiæ & Voluntatis, quàm per Æternitatem.

83. QUÆSTIO. Utrùm DEUS sit tam infinitus per agere, quàm per existere?

Solutio. Si Agentia DEI non esset ita magna, sicut est ejus Existentia, esset Existentia in Majoritate, & Agentia in Minoritate.

84. QUÆSTIO. Utrùm Potestas DEI possit tantum de Bonitate & de Magnitudine, quantum de Sapientia & de Voluntate?

Solutio. Si Potestas DEI plus posset de Sapientia, quàm de Bonitate, non esset unum idem cum Magnitudine.

85. QUÆSTIO. Utrùm non esset infinitum malum, si non esset infinitum Bonum?

Solutio. Est impossibile, quòd Privatio boni non sit malum, & quòd Privatio vitæ non sit mors.

86. QUÆSTIO. Utrùm Mundus posset esse hoc, quod est, si DEUS nihil esset?

Solutio. Si DEUS non esset, quidquid esset, perverteretur in suum contrarium.

87. QUÆSTIO. Utrùm DEUS posset esse, ita, quòd non esset infinitus?

Solutio. Si Infinitum Ens non esset reale, esset *non esse* bonum, & malum esset *esse*.

88. QUÆSTIO. Cùm Sapientia DEI sciat bonum & malum, & ejus Bonitas non faciat hoc, quod est malum, bonum, quæritur: utrùm Bonitas DEI sit tanta, quanta est ejus Sapientia?

Solutio. Bonitas DEI est tanta per agere bonum & non facere, quòd malum sit bonum, quanta est ejus Sapientia per scire bonum & malum.

89. QUÆSTIO. Utrùm Bonitas DEI sit terminata, in quantum non est creata Bonitas?

Solutio. Sicut tempus non terminat Æternitatem, sic creata Bonitas non terminat increatam Bonitatem.

90. QUÆSTIO. Cùm Potestas DEI sit una, quomodo potest in illa esse concordare?

Solutio. Sinè Productione & Differentia in nulla forma potest esse Concordantia.

91. QUÆSTIO. Quidam Amicus veniebat de amare, & alter Amicus ibat ad amare, quæritur: quis ipsorum erat magìs propinquus ipsi amare?

Solutio hujus quæstionis data est in *Arte Amativa* & in ejus fine in *13. Quæstione*.

92. QUÆSTIO. Quomodo potest homo de una Definitione extrahere plures Definitiones, & illas applicare ad unam conclusionem?

Solutio hujus quæstionis est in *Arte Inventiva* in *Quæstione* K.

93. QUÆSTIO. Quare Sapientia DEI est magìs intelligibilis, quàm ejus Bonitas?

Solutio. Quia homo potest intelligere DEUM, & non potest bonificare illum, est ejus Sapientia magìs intelligibilis ab homine, quàm ejus Bonitas.

94. QUÆSTIO. Utrùm DEUS possit parcere damnatis?

Solutio. In æviternitate non est aliqua mutabilitas.

95. QUÆSTIO. Utrùm aliqua Contrarietas possit resistere Potestati DEI?

Solutio. Quia Potestas & Concordantia sunt in DEO unum idem numero, non potest Contrarietas resistere Potestati DEI.

96. QUÆSTIO. Utrùm divites Homi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nes habeant tantam cognitionem de Bonitate DEI, quantam habent pauperes?

Solutio. Pauperes homines meliùs sciunt, quid sit malum, quàm divites.

97. QUÆSTIO. Utrùm Potestas DEI sit tanta in Bonitate, quanta in Concordantia?

Solutio. Si Potestas DEI esset propinquior Concordantiæ, quàm Bonitati, esset propinqua malo, & remota à Contrarietate.

98. QUÆSTIO. In quo habent Magnitudo & Æternitas DEI Concordantiam?

Solutio. Æternitas tantum est extensa per Magnitudinem, quantum Magnitudo est durabilis per Æternitatem..

99. QUÆSTIO. Utrùm Differentia sit major in Sapientia & in Voluntate, quàm in Magnitudine & in Bonitate?

Solutio. Si Differentia esset major in Sapientia, quàm in Bonitate, essent Bonitas & Magnitudo contrariæ in bonificare.

100. QUÆSTIO. Utrùm DEUS plùs amet homines, quia amant, quàm quia faciúnt bona opera?

Solutio. Si melius esset amare, quàm bonum facere, esset Bonitas magìs remota à malo per amare, quàm per bonificare.

101. QUÆSTIO. Quare DEUS non creavit Mundum nobiliorem & majorem?

Solutio. Quidquid DEUS creavit, creavit propter JESUM Christum, & secundùm id, quod Christo convenit, proportionavit substantiam Mundi & partes illius.

102. QUÆSTIO. Utrùm DEUS citiùs aut tardiùs potuisset creare Mundum?

Solutio. Ante creatam anterioritatem non potest esse alia creata anterioritas.

103. QUÆSTIO. Utrùm DEUS plùs possit de creata Potestate in sua Potestate, quàm in alia Potestate?

Solutio. DEUS plùs potest in sua Bonitate exaltare creatam bonitatem, quàm in alia Bonitate.

104. QUÆSTIO. Cum quo potest DEUS magìs amare creaturam?

Solutio. Cum Conjunctione DEI & Creaturæ est creatura magìs amabilis, quàm cum aliqua alia re.

105. QUÆSTIO. Utrùm DEUS posset creare plures Mundos?

Solutio. Cùm non sit, nisi unus JESUS Christus, sufficit illi unus Mundus.

106. QUÆSTIO. Utrùm DEUS posset annihilare Mundum?

Solutio. Potestas DEI, in quantum est infinita, potest omnia, sed non potest facere contra Finem, propter quem creavit Mundum, quia, si posset facere, esset contradictio.

De Angelis.

107. QUÆSTIO. Utrùm Angelus posset creare Creaturam?

Solutio. Sicut DEUS potest definiri per Proprietates, quas habet in se ipso, ita convenit, quòd possit definiri per Proprietates, quas habet in creaturis.

108. QUÆSTIO. Utrùm in Angelo sint plures Formæ?

Solutio. In substantia est bonificabilitas propinquior bonificativitati, quàm magnificativitati: & magnificabilitas est propinquior magnificativitati, quàm bonificativitati.

109. QUÆSTIO. Utrùm Angelus possit mori?

Solutio. Nulla substantia est corruptibilis sinè naturali Contrarietate.

110. QUÆSTIO. Utrùm Angelus habeat Materiam?

Solutio hujus Quæstionis data est in *Quæstione* de *Angelis* secundùm regulam D.

111. QUÆSTIO. Utrùm Angeli moveant Firmamentum?

Solutio hujus quæstionis est data in *Arte Inventiva* in *Quæstione* D.

112. QUÆSTIO. Utrùm Angeli utantur secundâ Intentione?

Solutio. Omnia entia sunt magìs amabilia propter Intentionem DEI, quàm propter suam propriam Intentionem.

113. QUÆSTIO. Utrùm in Cogitatione Angelorum sit aliquid superfluum?

Solutio. Si Angelus cogitaret id, quod non potest esse, non sufficeret suo cogitare id, quod potest esse.

114. QUÆSTIO. Utrùm Angelus faciat aliquam Suppositionem?

Solutio. In omni Suppositione potest esse Dubitatio.

115. QUÆSTIO. Utrùm Angelus numeret dies, quos habet à tempore suæ creationis.

Solutio. In Cœlo empyreo sufficit unus æviternus dies.

116. QUÆSTIO. Utrùm Angelus desideret habere honorem?

Solutio. Honor DEI complet Voluntatem Angelorum.

117. QUÆSTIO. Utrùm Angeli habeant acquisitam Scientiam?

Solu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Solutio hujus quæstionis significatur in *Quæstione* de *Angelis* per Regulam K.

118. QUÆSTIO. Utrùm in Angelis sit obedientia?

Solutio. Illa obedientia est completa, quæ nullam tristitiam adfert.

119. QUÆSTIO. Quare DEUS fecit majorem Gratiam uni Angelo, quàm alteri?

Solutio. Gratia est opus liberæ Voluntatis & liberæ Potestatis in libera Providentia.

120. QUÆSTIO. Cùm Angelus non sit corpus, in quo consistit ejus pulchritudo?

Solutio. Pulchritudo Bonitatis est bonum bonificare, & pulchritudo Voluntatis est bonum, magnum & durabile amare, & ejus pulchritudo est, quòd sit intellecta & induta Virtute.

121. QUÆSTIO. Utrùm Angeli petant consilium?

Solutio. Dubitatio & consilium non habent locum in æviterna Sapientia.

122. QUÆSTIO. Utrùm Angeli hìc inter nos possint aliquid facere supra cursum naturæ?

Solutio. Ille est Dominus naturæ, qui potest agere supra naturam.

123. QUÆSTIO. Quomodo Angeli faciunt nuntiationes?

Solutio hujus quæstionis significatur in *Quæstione* de *Angelis* in Regula K., & est data in *Quæstione* C. in *Arte Inventiva.*

124. QUÆSTIO. Quem modum habent Angeli in contemplando DEUM?

Solutio hujus quæstionis est in *Quæstione* de *Angelis* secundùm Regulam K., & est in *Quæstione* C. in *Arte Inventiva.*

125. QUÆSTIO. Utrùm Angeli habeant abstinentiam?

Solutio. Omnis Abstinentia est post illicitum motum.

De Firmamento.

126. Utrùm Motus sit una partium substantiæ Firmamenti?

Solutio. Sinè propria mobilitate & motivitate posset nulla substantia habere majorem motum, quàm alia.

127. QUÆSTIO. Secundùm quam oppositionem terræ priùs incepit nobilior Motus Firmamenti?

Solutio. In Conceptione nostræ Dominæ Sanctæ MARIÆ inceptus fuit nobilior Motus.

128. QUÆSTIO. Quomodo potest sphæra aquæ in sphæra ignîs recipere influentiam à Luna?

Solutio. Si simplicia elementa non essent mixta aliud in alio, non possent esse in elementatis continuæ partes, sed discretæ.

129. QUÆSTIO. Utrùm Firmamentum sit animatum rationali animâ;

Solutio. Si Firmamentum esset animatum rationali animâ, non posset in inferiora influere necessarium naturalem instinctum, nec necessarium naturalem appetitum, quia libertas suæ rationalis animæ impediret illam influentiam.

130. QUÆSTIO. Cùm motus Firmamenti sit principiatus, quomodo potest ejus motus esse continuus?

Solutio. Sanguis habet Principium, & est de continuis partibus ideo, quia in suo Principio alia pars fuit in alia.

131. QUÆSTIO. Utrùm Firmamentum habeat delectationem in eo, quod agit?

Solutio. Omnis causa habet aliquam delectationem in suo effectu, ut ipsum faciat, & det illi complementum.

132. QUÆSTIO. Utrùm Firmamentum utatur secundâ Intentione?

Solutio. Firmamentum movet cum sua motivitate suam mobilitatem, ut moveat inferiorem mobilitatem, ratione cujus sua motivitas est creata.

133. QUÆSTIO. Utrùm Firmamentum ratione sui motûs producat sonum?

Solutio. Sonus & vox non possunt esse sinè spatio unius corporis ad alterum.

134. QUÆSTIO. Utrùm Materia elementorum & Firmamenti sit una?

Solutio. Major Concordantia est inter unum corpus & aliud per unam materiam, quàm per multas.

135. QUÆSTIO. Cùm DEUS moveat Firmamentum, utrùm Firmamentum possit movere se ipsum?

Solutio hujus quæstionis est in *Arte Inventiva* in *Quæstione* D.

136. QUÆSTIO. Cùm Firmamentum non sit conjunctum cum Sole, quomodo potest movere sphæram Solis?

Solutio. Motivitas in substantia movet cum sua propria mobilitate exteriores mobilitates.

De Rationali Anima.

137. QUÆSTIO. Utrùm rationalis Anima sit?

Solutio. Si rationalis Anima non esset, non

(c) 2006 Ministerio de Cultura

non esset verecundia nec conscientia, nec homo posset magìs amare DEUM, quàm se ipsum, nec extra imaginationem posset intelligere spirituales res.

138. QUÆSTIO. Quid est Anima?

Solutio. Anima est id, per quod homo magìs potest amare DEUM, quàm se ipsum, & per quod potest memorare, intelligere & amare & habere habitum scientiæ.

139. QUÆSTIO. Quid est Complementum Animæ?

Solutio. Complementum Animæ est uti ratione & attingere Veritatem rerum.

140. QUÆSTIO. De quo est Anima?

Solutio. Anima est de spiritualibus partibus, ex quarum mixtione est constituta, & Anima sic est hominis, sicut pars est sui totius.

141. QUÆSTIO. Quare est Anima?

Solutio. Anima est propter memorare, intelligere & amare DEUM: & est, ut sit homo: & est, quia est conjuncta de spirituali forma & materia.

142. QUÆSTIO. Quomodo Anima est conjuncta cum corpore?

Solutio hujus quæstionis est posita in Quæstione E. in *Arte Inventiva.*

143. QUÆSTIO. Quomodo Anima est forma corporis?

Solutio. Spirituales formæ in homine informant corporales formas, & faciunt, quòd corporales materiæ moveantur ad spirituales.

144. QUÆSTIO. Quomodo Anima est substantia?

Solutio. Per mixtionem principiorum oritur substantia.

145. QUÆSTIO. Quomodo una Anima participat cum alia in Gloria?

Solutio hujus quæstionis est significata per *Regulam* K. in *Quæstione de Paradiso.*

146. QUÆSTIO. Cum quo movet Anima corpus?

Solutio. Dominus cum suo velle movet voluntatem servi ad volendum, & ignis cum suo calore movet frigiditatem aquæ, & memoria movet cum memorare sensitivam ad sentiendum.

147. QUÆSTIO. Utrùm anima habeat quantitatem?

Solutio. Convenit, quòd omnis Bonitas, quæ non est Magnitudo, & quæ est magna per Magnitudinem, habeat quantitatẽ.

148. QUÆSTIO. Quomodo Anima est qualificata? & quomodo existit in tempore & in loco? & quomodo movet se ipsam?

Solutio hujus quæstionis est significata in *Quæstione* de *Angelis* in Regulis G.H.I.& K.

149. QUÆSTIO. Utrùm Anima posset annihilare se ipsam?

Solutio. Nulla incorruptibilis substantia potest privare se ipsam.

150. QUÆSTIO. Utrùm Anima sit incorruptibilis?

Solutio hujus quæstionis est significata in *Quæstione* de *Paradiso* per Regulas E. & H.

151. QUÆSTIO. Utrùm Animæ in Paradiso desiderent recuperare sua corpora?

Solutio. Fines partium consistunt in Fine totius.

152. QUÆSTIO. Utrùm Animæ sint æquales per naturam?

Solutio. In Paradiso non sunt omnia merita æqualia nec omnes gratiæ, nec ulla Anima in illo est vacua.

153. QUÆSTIO. Utrùm Anima sit melior per agere, quàm per existere?

Solutio. DEUS creavit omnes creaturas ratione suî ipsius per primam Intentionem, & creavit illas ad se ipsas per secundam.

154. QUÆSTIO. Cùm Voluntas sit essentialis pars Animæ, quomodo potest aliquid magìs amare, quàm se ipsam?

Solutio. Illud ens potest magìs amari, in quo est major amabilitas.

155. QUÆSTIO. Cùm Anima sit immortalis, quare timet mortem?

Solutio. In quantum Anima est, ut sit homo, evitat privationem hominis.

156. QUÆSTIO. Cùm Anima sit spirituale ens, quare amat divitias?

Solutio. Anima secundùm naturam magìs amat bonum & magnum memorare, intelligere & amare, quàm bonum & magnum videre, gustare & palpare.

157. QUÆSTIO. Quare Anima habet tristitiam per obedientiam?

Solutio. Obedientia est carcer, in quo liberum arbitrium est captum.

158. QUÆSTIO. Quare Anima credit, cùm Intellectus sit de sua essentia?

Solutio. Ita restauratur intelligibilitas per credere, sicut visibilitas per imaginari.

159. QUÆSTIO. Utrùm Conscientia sit de Anima & de corpore?

Solutio. Conscientia est de Differentiâ Animæ & corporis & de Contrarietate amborum; & ideo est conscientia ille carcer, in quo Anima cruciat se ipsam.

160. QUÆSTIO. Cùm Anima non sit cor-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

corpus, quomodo potest facere pœnitentiam?

Solutio. Pœnitentia est magis per pœnitere, quàm per jejunare, loqui & vigilare.

161. QUÆSTIO. Quare est Confessio?

Solutio. Confessio est, ut Anima sciat facere satisfactionem & pœnitentiam, & ut habeat verecundiam, in qua agat pœnitentiam.

162. QUÆSTIO. Quomodo acquirit Anima meritum gloriæ aut pœnæ?

Solutio hujus quæstionis significatur per *Regulam* K. in *Quæstione* de *Peccato*.

163. QUÆSTIO. Utrùm rationalis Anima subjaceat infortunio?

Solutio. Liberum arbitrium non cogitur per fortunam.

164. QUÆSTIO. Utrùm una Anima sit naturaliter meliùs conditionata per creationem ad recipiendum majorem gratiam, quàm alia Anima?

Solutio. Si omnes Animæ æqualiter fuissent creatæ, essent omnes majores gratiæ superfluæ, & minores essent defectivæ.

165. QUÆSTIO. Quid est Deformitas Animæ?

Solutio. Injustum memorare, intelligere & amare privant Animam suâ pulchritudine.

166. QUÆSTIO. Quid est Infirmitas Animæ?

Solutio. Sicut corruptio est infirmitas corporis, sic privatio Finîs est infirmitas Animæ.

167. QUÆSTIO. Quomodo est Anima similitudo DEI?

Solutio. Anima est una per substantiam, & est de tribus potentialibus proprietatibus, videlicet Memoria, Intellectu & Voluntate: & habet Anima unam Bonitatem, quæ est de tribus essentialibus concretis, videlicet bonificativo, bonificabili & bonificare: & hoc idem de Magnitudine, Duratione & aliis formis.

168. QUÆSTIO. Quæ est Natura Animæ?

Solutio. Animæ est magis naturale memorare, intelligere & amare, quàm corpori vegetare & sentire.

169. QUÆSTIO. Quomodo Anima consentit corpori?

Solutio hujus quæstionis significata est in *Arte Inventiva* in *Regula* K. & in *Quæstione* E.

170. QUÆSTIO. De quo vivit Anima?

Solutio hujus quæstionis est data in *Quæstione* de *Angelis* per *Regulam* E.

171. QUÆSTIO. Utrùm Anima moveat hominem, aut homo moveat Animam ad faciendum bonum vel malum?

Solutio. Si pars moveret totum, moveret omnes partes totius.

172. QUÆSTIO. Quando homo moritur, per quem locum exit Anima è corpore?

Solutio. Sicut Anima sinè successione est in principio infusa per omnes partes corporis, sic in morte sinè successione exit per omnes partes corporis.

173. QUÆSTIO. Quando Anima exit de corpore, in quo sustentatur?

Solutio. Spirituales substantiæ non sunt calidæ nec frigidæ, nec humidæ nec siccæ, nec leves nec ponderosæ.

174. QUÆSTIO. Quomodo separata Anima potest sinè imaginatione memorare corporales substantias & illarum operationes?

Solutio. Separatus intellectus in suo proprio intelligibili retinet imaginabilia entia.

175. QUÆSTIO. Utrùm habitus scientiæ remaneat in separata Anima?

Solutio. Est impossibile, quòd DEUS faciat injuriam alicui beatæ Animæ.

176. QUÆSTIO. Utrùm damnata Anima habeat Spem?

Solutio hujus quæstionis est significata in *Quæstione* de *Inferno* secundùm *Regulas* E. & H.

De Imaginatione.

177. QUÆSTIO. Utrùm Imaginatio sit?

Solutio. Si Imaginatio non esset, intelligeret Intellectus conjunctus cum sensibus absentia corporalia objecta sinè mensuris & figuris, & irrationalia animalia non possent redire ad absentia loca.

178. QUÆSTIO. Quid est Imaginatio?

Solutio. Imaginatio est illud speculum, in quo repræsentantur particularibus sensibus similitudines absentium corporalium substantiarum.

179. QUÆSTIO. De quo est Imaginatio?

Solutio. Imaginatio est de corporali insensibili Bonitate, Magnitudine, Duratione, Potestate, naturali instinctu & appetitu; & ideo est Imaginatio illa forma, quæ mediat inter intellectum & sensibiles figuras.

180. QUÆSTIO. Quare est Imaginatio?

Solutio. Imaginatio est ideo, quia est de subtili corporali forma abstracta à grossis corporalibus formis, & hoc idem de materia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ri a illaru m; & etiám ideo eſt, ut in illa appareant & reluceant figuræ groſſarum formarum & materiarum, & ut cum illâ animalia inquirant ſuas neceſſitates.

181. QUÆSTIO. Utrùm Imaginatio habeat Quantitatem?

Solutio. Si Imaginatio non haberet Quantitatem, non poſſet extendere ſubtilem corporalem formam ſuper groſſam corporalem formam, & corporalia objecta non poſſent menſurari in imaginari ſecundùm Majoritatem & Minoritatem.

182. QUÆSTIO. Utrùm Imaginatio ſit calida aut frigida, humida aut ſicca, alba aut nigra?

Solutio. Si Imaginatio eſſet ſubjectum caloris & coloris, eſſet ſenſibilis.

183. QUÆSTIO. Utrùm Imaginatio ſit in ſucceſſivo Tempore?

Solutio. Imaginatio eſt indiviſibilis pars corporis, & ideo ſimilitudines diviſibilium rerum eunt & redeunt ad ipſam.

184. QUÆSTIO. Utrùm Imaginatio occupet Locum?

Solutio Imaginatio habet ita parvam materiam & remotam à groſſa materia, quòd non habeat, cum quo occupet Locum, nec ipſum impediat.

185. QUÆSTIO. Quomodo Imaginatio conſervat ſpecies ſeu ſimilitudines corporalium ſubſtantiarum?

Solutio. Imaginatio eſt abſtracta à tenebris, quæ ſunt de colore aquæ & terræ, & hoc idem eſt de ejus materia & de ejus Concordantia, quæ ſunt remotæ ab illis tenebris & à Contrarietate; & ideo apparent in illa & relucent ſpecies cum Concordantia ſuarum partium.

186. QUÆSTIO. Cum quo apprehendit Imaginatio ſpecies?

Solutio. Imaginatio eſt de circulari, quadrangulari & triangulari figura, quæ ſunt inſenſibiles figuræ, & cum illis apprehendit ſimilitudines ſenſibilium figurarum, quæ ſunt de groſſa forma & de groſſa materia.

De Viſiva Potentia.

187. QUÆSTIO. Utrùm Viſiva Potentia attingat objectum ſinè Medio?

Solutio. Si Viſiva Potentia attingeret remotum objectum ſinè Medio, conveniret, quòd eſſentia objecti eſſet in oculis, vel conveniret, quòd potentia eſſentialiter iret extrà ad objectum, vel quòd illi transmitteret ſuam propriam virtutem ſinè proprio ſubjecto, & omnia iſta ſunt impoſſibilia: & etiam deſtrueretur rubeus triangulus in illo ſpatio, quod eſt inter potentiam & objectum.

188. QUÆSTIO. Quid eſt Viſus?

Solutio. Viſus eſt teſtimonium præſentium viſibilitatum, per quod illarum ſimilitudines ponuntur in imaginativa potentia.

189. QUÆSTIO. De quo eſt Viſus?

Solutio. Viſus eſt de eſſentiali viſivo, viſibili & videre, & attingit in ſuo proprio viſibili extraneas viſibilitates.

190. QUÆSTIO. Quare eſt Viſus?

Solutio. Viſus eſt ideo, quia convenit, quòd viſibilitates videantur & imaginentur, & eſt ideo, quia eſt de viſivo, viſibili & videre.

191. QUÆSTIO. Utrùm Viſus habeat Quantitatem?

Solutio. Si Viſus non haberet Quantitatem, non haberet, cum quo multiplicaret Quantitatem usque ad viſibiles terminos, qui ſunt extrà, & videret ultra terminos, qui ſunt ſui horizontis.

192. QUÆSTIO. Utrùm Viſus habeat colorẽ?

Solutio. Viſus cum ſuo interiori colore ſic attingit exteriorem colorem, ſicut cum ſuo interiori viſibili attingit exteriores viſibilitates.

193. QUÆSTIO. Utrùm Viſus conſiſtat in momentaneo vel ſucceſſivo Tempore?

Solutio. Viſus, in quantum habet principium, eſt in momentaneo indiviſibili Tempore, ſed convenit, quòd ejus operatio ſit in ſucceſſione & in motis partibus.

194. QUÆSTIO. Utrùm Viſus ſit collocatus & incluſus in oculis?

Solutio. Viſus eſt per totum corpus, in quantum eſt una pars communîs Sensûs, qui eſt per totum corpus, & ejus operatio eſt in oculis, qui ſunt ejus inſtrumenta.

195. QUÆSTIO. Quomodo Viſus attingit objecta, quæ apprehendit?

Solutio. Hæc quæſtio poteſt ſolvi per *Quæſtionem* H., quæ eſt in *Arte Inventiva.*

196. QUÆSTIO. Cum quo attingit Viſus viſibilia objecta?

Solutio. Viſus attingit viſibilia objecta cum ſuo viſivo, quod illa attingit cum ſuo proprio viſibili, & attingit illa cum oculis & cum mixtione partium, quæ ſunt inter ipſum & objectum, & attingit illa cum natura viſibilitatum, quæ ſunt intùs & extrà.

De Auditiva Potentia.

197. QUÆSTIO. Utrùm Auditiva Potentia ſit corpus?

Solu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Solutio. Auditiva Potentia non est corpus, sed est corporalis pars abstracta & separata à grossa materia communîs Sensûs, qui est remotus à grossa materia, quæ est de Vegetativa potentia remota à grossa elementali materia.

198. QUÆSTIO. Quid est Auditus?

Solutio. Auditus est illa potentia, quæ attingit sonum, qui exit de corporibus motis uno contra aliud.

199. QUÆSTIO. De quo est Auditus?

Solutio. Auditus est de exterioribus audibilitatibus, quæ sunt necessariæ, ut audiantur & imaginentur, sicut martelli de clavo.

200. QUÆSTIO. Quare est Auditus?

Solutio. Auditus est ideo, quia est necessarius ad vivendum & ad acquirendum habitum scientiæ & artium mechanicarum.

201. QUÆSTIO. Utrùm Auditus habeat Quantitatem?

Solutio. Si Auditus non haberet Quantitatem, suum audire non posset extendi in viridem, rubeum & croceum triangulum.

202. QUÆSTIO. Utrùm Auditus habeat colorem?

Solutio. Auditus sic habet motum sinè colore, cum quo attingit sonum, qui exit de corporibus invicem percussis, sicut Visus habet colorem sinè sono, cum quo attingit visibilitates coloratas remotas à sono.

203. QUÆSTIO. Quando est Auditus melior?

Solutio. Cùm Auditus sit calidæ & siccæ complexionis, meliùs audit in meridie & æstate, quàm de nocte & in hyeme.

204. QUÆSTIO. Quomodo Auditus est in Loco?

Solutio. Auditus sic est in Loco, sicut pars in suo toto, cùm Auditus sit unum particulare communîs Sensûs; & est in auribus & in spatio, quod est inter aures & cerebrum.

205. QUÆSTIO. Quomodo Auditus attingit sonum?

Solutio. Aër, qui est inter contacta corpora usque ad aures & ad cerebrum, sic est de multis partibus mixtis una in alia, sicut linea est de multis punctis; & ideo tactâ unâ parte tanguntur omnes aliæ partes, dante unâ parte suam similitudinem alteri, & hoc successivè usque ad terminum, in quo Auditus intra aures & in superficie cerebri attingit similitudinem soni.

206. QUÆSTIO. Cùm sit Differentia inter sonum tonitrui & sonum campanæ & vocem linguæ, quæritur: cum quo dat Auditus judicium de uno sono & de alio, & de sono unius vocis & alterius?

Solutio. Cùm Auditus sit pars communîs Sensûs, habet per illum sensum communem proprietatem & communem naturam attingendi multos sonos & multas voces, & per Differentiam, quæ est de ejus essentia, judicat sonos & voces cum Differentia.

De Odoratu.

207. QUÆSTIO. Utrùm Odoratus sit necessarius sensus ad vivendum?

Solutio. Si Odoratus non esset, homines non haberent, cum quo evitarent malos odores, qui corrumpunt corpus, nec vultur posset vivere de mortuis animalibus, nec canis posset invenire perdicem.

208. QUÆSTIO. Quid est Odoratus?

Solutio. Odoratus est illa potentia, quæ est induta bono vel malo odore, qui venit ab extrà, & sentitur in odorabilitate intrà, quæ est de essentia sensûs.

209. QUÆSTIO. De quo est Odoratus?

Solutio. Odoratus est de sanitate corporis & de vita animalium, quia aliqua animalia non possent vivere sinè odoratu, nec homines sinè odoratu possent vitare malos odores corrumpentes corpus.

210. QUÆSTIO. Quare est Odoratus?

Solutio. Odoratus est ideo, ut det delectationem corpori per bonum odorem, & est propter sanè vivere, & est, ut per illum aliqua animalia possint vivere.

211. QUÆSTIO. Utrùm Odoratus habeat Quantitatem?

Solutio. Si Odoratus non haberet Quantitatem, omnes odores essent æqualiter odorabiles, & sic esset contradictio, quoniam haberet Quantitatem per Æqualitatem, & non haberet quantitatem.

212. QUÆSTIO. Utrùm Odoratus appropriet suam propriam Qualitatem aliis particularibus sensibus?

Solutio. Particulares sensus sunt adeò distincti & ab invicem separati, quòd nullus alteri appropriet suam Qualitatem.

213. QUÆSTIO. Utrùm Odoratus consistat in *nunc* vel in successione Temporis?

Solutio. Odoratus consistit in *nunc* per se ipsum, in quantum est indivisibilis, sed ejus operatio consistit in successione Temporis moti in odoribus, qui intrant in odorare.

214. QUÆSTIO. Utrùm Odoratus attingat odores ab intrà vel ab extrà?

Solutio. Sicut auditus Attingit sonum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

intra aures & cerebrum, ſic Odoratus attingit odorem intra nares & cerebrum.

215. QUÆSTIO. Quomodo Odoratus attingit odores?

Solutio. Odoratus induit ſuum interius odorabile exterioribus odorabilitatibus, & ideo eſt ejus odorare indutum duabus veſtibus, quæ non ſunt ejusdem panni.

216. QUÆSTIO. Cum quo judicat Odoratus differentes odores?

Solutio. Odoratus attingit diſtinctos odores cum communi natura, quam retinet à communi Senſu, & judicat cum Differentia Differentiam cujuslibet odorabilitatum.

De Guſtu.

217. QUÆSTIO. Utrùm natura habeat in guſtare majorem delectationem per comedere, quàm per bibere?

Solutio. Animalia habent naturaliter majorem delectationem, quando poſſunt habere magìs neceſſaria ad vivendum, quàm alia, quæ illis non ſunt ita neceſſaria.

218. QUÆSTIO. Quid eſt Guſtus?

Solutio. Guſtus eſt illa potentia, cum qua attinguntur ſapores rerum.

219. QUÆSTIO. De quo eſt Guſtus?

Solutio. Guſtus eſt de vita animalium, & eſt de ſaporibus, qui appetunt ſentiri.

220. QUÆSTIO. Quare eſt Guſtus?

Solutio. Guſtus eſt, ut animalia habeant delectationem per guſtare, & ut per illam delectationem inquirant neceſſaria ad vivendum.

221. QUÆSTIO. Utrùm in guſtare ſit continua vel diſcreta Quantitas?

Solutio. Animalia maſticant cibos, ut continuas partes dividant in diſcretas, à quibus extrahitur major ſapor & major digeſtio, quàm à continuis.

222. QUÆSTIO. Utrùm ſapor ſit propria Qualitas Guſtûs?

Solutio. Sapor eſt propria Qualitas Guſtûs, & eſt appropriata Qualitas exterioribus guſtabilitatibus.

223. QUÆSTIO. Cùm ſapor ſit objectum Guſtûs, quomodo poteſt homo meliùs attingere ſaporem in uno Tempore, quàm in alio?

Solutio. Si animatum corpus non impleretur cibis, inveniret Guſtus in omni Tempore ſaporem in guſtare.

224. QUÆSTIO. In quo Loco attingit Guſtus magìs intensè ſapores?

Solutio. Guſtus fortiùs attingit ſaporem in illa linea, quæ eſt à gutture usque ad cerebrum, quàm in lingua.

225. QUÆSTIO. Quomodo dulcis ſapor videtur amarus Guſtui?

Solutio. Sicut ſana ſubſtantia extrà transmittit veras ſimilitudines, ſic corrupta ſubſtantia transmittit illas falſas.

226. QUÆSTIO. Cum quo attingit guſtare ſaporem?

Solutio. Guſtare attingit ſaporem cum maſticatione & cum motu linguæ implet ſapore illam continuam lineam, quæ eſt de gutture usque ad cerebrum.

De Tactu.

227. QUÆSTIO. Utrùm Tactus ſit major ſenſus, quàm alii?

Solutio. Nullus ſenſuum eſt ita extenſus, ſicut Tactus, nec ullus ſenſus habet ita intenſum ſentire, ſicut Tactus per generationem.

228. QUÆSTIO. Quid eſt Tactus?

Solutio. Tactus eſt ille ſenſus, qui eſt priùs in actu, quàm alii ſenſus, & per quem animalia ſentiunt majorem delectationem per generationem.

229. QUÆSTIO. De quo ſunt exteriores tangibilitates?

Solutio. Exteriores tangibilitates ſunt de interiori tactivitate & tangibilitate, & è converſo.

230. QUÆSTIO. Quare eſt Tactus?

Solutio. Tactus eſt, ut ſit generatio, & ut animalia per illum poſſint ſentire delectationem & pœnam.

231. QUÆSTIO. Utrùm Tactus ſit in ſpecie Quantitatis?

Solutio. Si Tactus non haberet Quantitatem, non eſſet una pars corporis magìs tangibilis, quàm alia.

232. QUÆSTIO. Utrùm caliditas ſit propria Qualitas Tactûs?

Solutio. Tactus attingit calorem per tangere, & guſtus attingit calorem per guſtare, & odoratus per odorare, & auditus attingit tantùm figuram caloris per audire, & oculi attingunt per videre figuram caloris in flamma vel pruna.

233. QUÆSTIO. Quare Tactus habet majorem virtutem de die, quàm de nocte?

Solutio. Communis Senſus reſtringitur per præſentiam Solis.

234. QUÆSTIO. Quare habet Tactus majorem virtutem in uno Loco, quàm in alio?

Solutio. Objectum Tactûs eſt tangibilitas,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tas, & subjectum tangibilitatis meliùs conservatur per caliditatem, quàm per frigiditatem, & meliùs per humiditatem, quàm per siccitatem.

235. QUÆSTIO. Quomodo habent animalia delectationem in tangendo mollia, & quomodo habent pœnam in tangendo aspera?

Solutio. Per tangere mollia conservatur mixtio partium corporis, & per tangere aspera separantur partes una ab alia.

236. QUÆSTIO. Cum quo unum corpus tangit aliud?

Solutio. Tactivum, quod est intra tangens corpus, tangit cum sua tangibilitate tangibilitates alterius tacti corporis.

De Affatu.

237. QUÆSTIO. Utrùm sit Sextus Sensus?

Solutio. Probatum est, quòd sit Sextus Sensus, qui vocatur *Affatus*, & ejus probatio est in *Tractatu*, quem fecimus de *Sexto Sensu*.

238. QUÆSTIO. Quid est Affatus?

Solutio. Affatus est illa potentia, quæ concipit conceptum, quem animal habet, quam conceptionem extrà manifestat alteri animali per sonum specificatum in voce vel in verbo.

239. QUÆSTIO. De quo est Affatus, & cujus est?

Solutio. Affatus est materialiter de suis concretis, sed formaliter & finaliter est de conceptione, quam unum animal per vocem aut per verbum manifestat alteri animali.

240. QUÆSTIO. Quare est Affatus?

Solutio. Affatus est ideo, ut unum animal alteri possit manifestare suos conceptus, quos concipit per delectationem vel per iram; Affatus tamen maximè est, ut per ipsum DEUS nominetur, laudetur & illi serviatur; & ut per ipsum sit habitus scientiæ & septem Sacramenta.

241. QUÆSTIO. Quousque potest extendi Quantitas Affatûs?

Solutio. Quantitas Affatûs extenditur ab interiori conceptione usque ad manifestationem factam de conceptione in voce vel in verbo.

242. QUÆSTIO. Quale est objectum Affatûs, & quale est ejus organum & ejus instrumentum?

Solutio. Objectum Affatûs est manifestatio interioris conceptûs, & ejus organum est lingua & motus pulmonis usque ad vocem, & vox est ejus instrumentum.

243. QUÆSTIO. Utrùm Affatus meliùs manifestet suam conceptionem in uno Tempore, quàm in alio?

Solutio. Affatus meliùs manifestat id, quod conceptum est, in vere, quàm in autumno, & in æstate, quàm in hyeme, & ideo cantant aves in vere & in æstate, & homines sunt illo Tempore hilariores in loquendo.

244. QUÆSTIO. In quo Loco concipit Affatus? & ubi facit manifestationem suæ conceptionis?

Solutio. Affatus concipit in corde & in cerebro illorum animalium, quæ habent cor: & solùm in cerebro illorum animalium, quæ non habent cor, & facit manifestationem in voce vel verbo de omnibus, quæ concipit.

245. QUÆSTIO. Quomodo concipit Affatus? & quomodo facit manifestationem de objectis, quæ concipit?

Solutio hujus quæstionis significatur in *Regula* K. & in *magnis Quæstionibus*.

246. QUÆSTIO. Cum quo manifestat Affatus interiorem conceptionem?

Solutio. Affatus cum naturali & corporali affativo conceptivo & cum suo proprio affabili conceptibili concipit exteriores conceptibilitates, quæ in specie participant cum interiori conceptibilitate, & cum lingua movet vocem & verbum, in quo exteriùs manifestat, quod interiùs conceperat.

De Communi Sensu.

247. QUÆSTIO. Utrùm sit Communis Sensus?

Solutio. Si non esset Communis Sensus, essent multæ individuatæ Sensitivæ, quæ non essent sub una specie, & haberent nullam naturam, per quam possent habere communitatem ad attingendum plura & diversa objecta.

248. QUÆSTIO. Quid est Communis Sensus?

Solutio. Communis Sensus est Sensitiva Potentia, à qua derivantur particulares sensus, & quando deficiunt illorum organa, illorum operationes manent in potentia in Communi Sensu.

249. QUÆSTIO. De quo est Communis Sensus?

Solutio. Communis Sensus est de communi sensitivitate, sensibilitate & sen-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tire, & eſt de particularibus, in quibus ſuſtentatur.

250. QUÆSTIO. Quare eſt Communis Senſus?

Solutio. Communis Senſus eſt, ut ſua particularia habeant communes proprietates, cum quibus poſſint attingere plura diverſa & contraria objecta: ſicut Viſus per colorem attingit album & nigrum, & Guſtus per ſaporem attingit dulce & amarum.

251. QUÆSTIO. Utrùm Communis Senſus ſit de continuis vel diſcretis partibus?

Solutio. Communis Senſus, in quantum eſt unus, eſt de continuis partibus, & in quantum eſt de multis particularibus, quæ habent diverſa objecta & organa, eſt de discretis partibus.

252. QUÆSTIO. Quales ſunt Qualitates Communîs Sensûs?

Solutio. Qualitates Communîs Sensûs ſunt communis Bonitas, communis Magnitudo & aliæ abſtractæ formæ.

253. QUÆSTIO. Utrùm in ſenſata ſubſtantia particulares Senſus producantur illo Tempore, quo producitur Cõmunis Senſus?

Solutio. Illo Tempore, quo producitur Communis Senſus in actu, producuntur particulares Senſus in potentia ſuſtentata in Communi Senſu.

254. QUÆSTIO. In quo Loco exiſtit Communis Senſus in animata ſubſtantia?

Solutio. Communis Senſus collocatur per totam ſubſtantiam, ut per illum tota ſubſtantia ſit ſenſata.

255. QUÆSTIO. Quomodo ſuſtentatur Communis Senſus in particularibus Senſibus? & quomodo ſuſtentantur particulares Senſus in ipſo?

Solutio hujus quæſtionis eſt ſignificata ſecundùm *Regulam* K.

256. QUÆSTIO. Cum quo ſufficit Viſiva Potentia ad videndum plura objecta, cùm ipſa ſit una?

Solutio. Cùm particulares Senſus habeant naturam communitatis à Communi Senſu, habet quilibet particularis communem proprietatem, cum qua attingit multa objecta.

De Vegetativa.

257. QUÆSTIO. Utrùm Vegetativa ſit communis potentia ad vegetandum?

Solutio. Si Vegetativa Potentia non eſſet communis potentia ad vegetandum, eſſet Senſitiva Potentia communis plantis.

258. QUÆSTIO. Quid eſt Vegetativa Potentia?

Solutio. Vegetativa Potentia eſt anima plantarum, & eſt id, de quo animalia vivunt, & id, per quod elementa ſunt vegetata.

259. QUÆSTIO. De quo eſt Vegetativa Potentia?

Solutio. Vegetativa Potentia eſt de Appetitivitate, Retentivitate, Digeſtivitate & Expulſitivitate.

260. QUÆSTIO. Quare eſt Vegetativa Potentia?

Solutio. Vegetativa Potentia eſt, ut animalia poſſint vivere.

261. QUÆSTIO. Utrùm Vegetativæ Potentiæ ſufficiat trina Quantitas?

Solutio. Vegetativa non poſſet eſſe abſtracta forma, ſi illi non ſufficerent tria eſſentialia concreta, unum activum, aliud paſſivum, & tertium productum de ambobus.

262. QUÆSTIO. Quæ ſunt propriæ Qualitates Vegetativæ?

Solutio. *Sapor*, *color* & *odor* ſunt *propriæ* Qualitates Vegetativæ Potentiæ, & ſunt *appropriatæ* Senſitivæ: ſed *caliditas*, *humiditas*, *frigiditas* & *ſiccitas* ſunt Qualitates *appropriatæ* ipſi Vegetativæ, ut ſint illius *inſtrumenta* in vegetare.

263. QUÆSTIO. In quo Tempore habet Vegetativa majorem virtutem?

Solutio. *Appetitiva habet in vere majorem virtutem, & Retentiva in autumno, & Expulſiva in æſtate, & Digeſtiva in hyeme.*

264. QUÆSTIO. In quibus membris corporis habet Vegetativa majorem virtutem?

Solutio. *Vegetativa Potentia habet per aërem magnam virtutem in corde, & per ignem in hepate, & per aquam in cerebro, & per terram in ſplene.*

265. QUÆSTIO. Quomodo tranſeunt elementa in ſpeciem Vegetativæ?

Solutio. Vegetativa ſic vivit in vegetare per tranſubſtantiare & generare de Elementativa, ſicut Senſitiva in ſentire per tranſubſtantiare & generare de Vegetativa.

266. QUÆSTIO. Cum quo movet Vegetativa ſe ipſam ad vegetandum, & Senſitivam ad ſentiendum, & Elementativam ad elementandum?

Solutio. Vegetativa cum ſuis propriis qualitatibus & cum qualitatibus ſibi appropriatis eſt ratio vegetativo, quòd moveat vegetabile in vegetare, & cum ſapore, colore & odore movet Senſitivam ad ſentiendum, &

cum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cum calore, quem illi dat ignis, movet aquam in vegetare & elementare.

De Appetitiva.

267. QUÆSTIO. Utrùm Appetitiva sit de essentia Vegetativæ?

Solutio. Omnes Appetitivitates non sunt de essentia Vegetativæ, quia Voluntas habet in Intellectu & Memoria appetitum ad amandum: & Intellectus habet in Imaginativa appetitum ad intelligendum corporales naturas: & Sensitiva habet appetitum ad sentiendum per videre & per alios sensus: & ignis habet in aëre appetitum ad mortificandum aquam, & Vegetativa habet appetitum ad vegetandum Elementativam & Sensitivam.

268. QUÆSTIO. Quid est Appetitiva Potentia in Vegetativa Potentia?

Solutio. Appetitiva est in Vegetativa illa potentia, quæ ab elementis appetit colorem, saporem & odorem in vegetare, ut sit appetibilis in sentire.

269. QUÆSTIO. De quo est Appetitiva Potentia?

Solutio. Appetitiva Potentia est de Bonitate, quæ appetit esse magna & durabilis, & est de Magnitudine, quæ appetit esse bona & durabilis, & sic de aliis formis, de quibus Appetitiva est conjuncta.

270. QUÆSTIO. Quare est Appetitiva?

Solutio. Appetitiva Potentia est ideo, ut ejus qualitates appetant sentiri, & ut in vegetare appetatur elementare.

271. QUÆSTIO. Utrùm Appetitiva sit tanta in Vegetativa, quantæ sunt reliquæ potentiæ ipsius Vegetativæ?

Solutio. Æqualitas Quantitatis potentiarum ipsius Vegetativæ concordat cum generatione & augmento.

272. QUÆSTIO. Quæ sunt Qualitates Appetitivæ Potentiæ?

Solutio. Qualitates Appetitivæ Potentiæ sunt appetibilitates in Sensitiva per colorem, saporem & odorem, & in Vegetativa sunt appetibilitates per caliditatem, humiditatem, frigiditatem & siccitatem.

273. QUÆSTIO. In quo Tempore habet Appetitiva majorem appetitum?

Solutio. In vere habet magnum appetitum per generare & per colorem, & in hyeme per digerere & per saporem.

274. QUÆSTIO. In quo Loco arboris habet Appetitiva majorem appetitum?

Solutio. Appetitiva habet majorem appetitum in branchis, quàm in radicibus, & in ramis, quàm in branchis, & in foliis, quàm in ramis, & in floribus, quàm in foliis, & in fructibus quiescit ejus appetitus.

275. QUÆSTIO. Quomodo habet Appetitiva appetitum?

Solutio. Appetitiva habet appetitum in Sensitiva per colorem, saporem & odorem Vegetativæ, & habet appetitum in Vegetativa per caliditatem, frigiditatem, humiditatem & siccitatem Elementativæ, & habet appetitum in Elementativa, ut ipsa habeat appetitum in vegetando per saporem, colorem & odorem.

276. QUÆSTIO. Cum quo colore habet Appetitiva majorem appetitum?

Solutio. Quia viridis color est magìs extensus in Vegetativa, quàm alius, habet majorem appetitum per viridem colorem, quàm per alium.

De Retentiva.

277. QUÆSTIO. Utrùm Retentiva sit major in vegetare per frigiditatem, quàm per caliditatem?

Solutio. Ignis separat in vegetare unam partem ab alia, ut possit dare, sed aqua congregat partes, ut alia in alia possit conservari.

278. QUÆSTIO. Quid est Retentiva Potentia?

Solutio. Retentiva Potentia est id, per quod Bonitas retinet similitudinem, quam Magnitudo illi tribuit, ut sit magna, & est id, per quod Magnitudo retinet similitudinem, quam Bonitas illi tribuit, ut sit bona, & sic de reliquis; & etiam est id, per quod simplicia elementa retinent suas simplicitates & naturas in elementatis.

279. QUÆSTIO. De quo est Retentiva Potentia?

Solutio. Retentiva Potentia est de retentione partium retentarum per Concordantiam.

280. QUÆSTIO. Quare est Retentiva Potentia?

Solutio. Retentiva Potentia est ideo, ut Digestiva habeat in vegetare materiam ad digerendum.

281. QUÆSTIO. Utrùm Retentiva Potentia sit major per comedere, quàm per bibere?

Solutio. In Digestiva est comedere per necessitatem, & bibere est per instrumentum.

282.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

282. QUÆSTIO. Per quam Qualitatem habet Retentiva majorem retentionem?

Solutio. Retentiva habet majorem retentionem in Senſitiva per dulcedinem, quàm per alium ſaporem.

283. QUÆSTIO. In quo Tempore habet Retentiva majorem virtutem?

Solutio. Retentiva habet majorem virtutem in æſtate per dare, & in hyeme per accipere.

284. QUÆSTIO. In quo Loco corporis habet Retentiva majorem virtutem?

Solutio. Retentiva habet majorem virtutem in cerebro, quàm in hepate, & in ſplene, quàm in corde, & in humido radicali, quàm in nutrimentali.

285. QUÆSTIO. Quomodo retinet Retentiva in vegetare partes per contrariari?

Solutio. Retentiva retinet cum majori caliditate frigiditatem in hepate, & cum majori frigiditate retinet caliditatem in cerebro, & cum majori humiditate retinet ſiccitatem in corde, & cum majori ſiccitate retinet humiditatem in ſplene.

286. QUÆSTIO. Cum quo retinet Retentiva digeſtas partes intrantes in nutrimentum?

Solutio. Retentiva retinet cum Fine humidi radicalîs appetitum humidi nutrimentalîs.

De Digeſtiva.

287. QUÆSTIO. Utrùm Digeſtiva ſit de eſſentia Vegetativæ?

Solutio. In vegetare eſt Digeſtiva inſtrumentum motum per Vegetativam, ſicut pars movetur à ſuo toto.

288. QUÆSTIO. Quid eſt Digeſtiva Potentia?

Solutio. Digeſtiva eſt illa potentia, quæ in vegetatione ſpoliat materias antiquis formis ideo, quia Appetitiva in vegetare appetit novas formas.

289. QUÆSTIO. De quo eſt Digeſtiva?

Solutio. Digeſtiva eſt de tranſubſtantiatione, quam ſubſtantiæ faciunt de una ſpecie in aliam.

290. QUÆSTIO. Quare eſt Digeſtiva?

Solutio. Digeſtiva eſt ideo, ut ſit inſtrumentum tranſubſtantiationis generatarum & vegetatarum ſubſtantiarum.

291. QUÆSTIO. Cùm Digeſtiva Potentia ſit major in hyeme, quàm in æſtate, quare habet majorem Quantitatem per calorem, quàm per frigus?

Solutio. Inter ſphæram ignîs & Lunæ incipit influentia, quam elementata corpora recipiunt à ſupracœleſtibus corporibus.

292. QUÆSTIO. Quæ ſunt Qualitates Digeſtivæ?

Solutio. Mixtio eſt propria Qualitas Digeſtivæ in vegetare, & caliditas, frigiditas, humiditas & ſiccitas ſunt ejus inſtrumenta, cum quibus facit mixtiones partium, & movet unam partem in aliam.

293. QUÆSTIO. In quo Tempore attingit Digeſtiva ſuum Finem?

Solutio. Maturare eſt Finis Digeſtivæ, & ideo fructus ſunt maturi in æſtate, & incipiunt maturare in hyeme.

294. QUÆSTIO. In quo Loco corporis incipit Digeſtiva ſuam operationem?

Solutio. Digeſtiva incipit in ſtomacho animati corporis, & in vegetatis incipit in corde.

295. QUÆSTIO. Quomodo eſt motus Digeſtivæ?

Solutio. Motus Digeſtivæ eſt per circulum, quadrangulum & triangulum & per converſionem omnium trium.

296. QUÆSTIO. Cum quo movet Digeſtiva elementa ad vegetandum?

Solutio. Digeſtiva & Elementativa habent æqualia inſtrumenta, quæ participant in vegetare.

De Expulſiva.

297. QUÆSTIO. Utrùm Appetitiva & Expulſiva Potentia ſint contrariæ?

Solutio. Ut Appetitiva Potentia poſſit habere hoc, quod appetit, habet Expulſiva naturalem appetitum ad expellendum extra corpus partes, quæ non intrant in nutrimentum, ut non occupent locum partibus, quæ intrant in nutrimentum.

298. QUÆSTIO. Quid eſt Expulſiva Potentia?

Solutio. Expulſiva Potentia eſt illa forma, quæ expellit partes, quæ ſunt in corpore, ut emittantur foras, quibus aperit foramina, per quæ poſſint exire.

299. QUÆSTIO. De quo eſt Expulſiva Potentia?

Solutio. Expulſiva Potentia eſt de hoc, quod Retentiva Potentia non retinet in corpore.

300. QUÆSTIO. Quare eſt Expulſiva Potentia?

Solutio. Expulſiva Potentia eſt ideo, ut Reten-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Retentiva retineat partes, quæ sunt appetibiles ad nutriendum.

301. QUÆSTIO. Utrùm Expulsiva Potentia sit tanta, quanta est Retentiva?

Solutio. Quando Retentiva est major, quàm Expulsiva, tunc ejus majoritas est causa & augmentum infirmitatis.

302. QUÆSTIO. Quæ sunt Qualitates Retentivæ Potentiæ?

Solutio. Si Concordantia Qualitatum est pars Retentivæ, est Contrarietas partium Qualitas Expulsivæ.

303. QUÆSTIO. Quo Tempore est Expulsiva fortior?

Solutio. In illo Tempore, quando Digestiva hàbet suum complementum, hàbet Expulsiva fortiorem motum.

304. QUÆSTIO. Utrùm Expulsiva sit in ossibus?

Solutio. Nullum corpus esset elementatum, si motus non esset in omnibus ejus partibus.

305. QUÆSTIO. Quomodo expellit Expulsiva articularem morbum, quem appellant guttam?

Solutio. Ignis cum sua magna calidate expellit frigiditatem ab aëre.

306. QUÆSTIO. Cum quo movet Expulsiva excrementà & fæces?

Solutio. Impulsio & apertio sunt instrumenta Expulsivæ.

De Communi Elemento.

307. QUÆSTIO. Utrùm sit Commune Elementum?

Solutio. Si non esset Commune Elementum, non essent elementa sub communi Principio, & sub communi Bonitate, Differentia, Concordantia & Contrarietate.

308. QUÆSTIO. Quid est Commune Elementum?

Solutio. Commune Elementum est illud chaos, quod existit de communibus & continuis partibus, quod complet totam concavitatem, quæ est sub sphæra Lunæ.

309. QUÆSTIO. De quo est Commune Elementum?

Solutio. Commune Elementum est de prima materia & de prima forma & de abstractis partibus, de quibus prima forma & materia sunt conjunctæ.

310. QUÆSTIO. Quare est Commune Elementum?

Solutio. Commune Elementum est ideo, ut sit Elementativa Potentia communis quatuor Elementis, à qua particularia Principia recipiant influentiam ab universalibus.

311. QUÆSTIO. Utrùm Quantitas Communis Elementi sit continua vel discreta?

Solutio. Discretæ Quantitates sunt de continuis Quantitatibus.

312. QUÆSTIO. Quæ sunt Qualitates Communis Elementi?

Solutio. Quatuor Elementa sunt potentiæ Communis Elementi, & Qualitates illorum sunt particulares Qualitates universalium abstractarum Qualitatum, sicut caliditatis, humiditatis, frigiditatis & siccitatis, sub quibus existunt calor, humor, frigus, siccor.

313. QUÆSTIO. Utrùm partes Communis Elementi transeant in præsens & futurum Tempus?

Solutio. Nullæ abstractæ partes multiplicant dies.

314. QUÆSTIO. Utrùm Commune Elementum existat per totum spatium, quod est sub Luna?

Solutio. Plenum particularium partium est de pleno universalium partium.

315. QUÆSTIO. Quomodo movet Commune Elementum suas potentias?

Solutio. Bonitas est ratio bono, quòd moveat bonificativum ad movendum bonificabile, & quòd ab ambobus moveatur bonificare.

316. QUÆSTIO. Cum quo Commune Elementum est commune?

Solutio. Naturalia & communia entia sunt communia entia cum abstractis partibus.

De Igne.

317. QUÆSTIO. Utrùm simplex Ignis sit in composito Igne.

Solutio. Si simplices partes non essent in compositis, non possent compositæ partes complere & perficere substantias.

318. QUÆSTIO. Quid est Ignis?

Solutio. Ignis est illa substantia, in qua propriè sustentatur igneitas, quæ est ejus essentia.

319. QUÆSTIO. De quo est Ignis?

Solutio. Ignis est de ignitivo, ignibili & ignire, quæ sunt ejus essentiales partes, in quibus sustentatur, & illæ sustentantur in ipso.

320. QUÆSTIO. Quare est Ignis?

Solutio. Ignis est ideo, quia omnes ejus partes habent inclinationem ad ignificare & calefacere.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

321. QUÆSTIO. Utrùm Quantitas ſimplicis Ignîs & compoſiti Ignîs ſit una & eadem Quantitas?

Solutio. Simplex Ignis & compoſitus Ignis habent unam eandem Quantitatem in ignificare & calefacere.

322. QUÆSTIO. Quæ ſunt Qualitates Ignîs?

Solutio. Caliditas eſt propria Qualitas Ignîs, & ſiccitas, Bonitas, Magnitudo & aliæ formæ ipſius ignire & calefacere ſunt ejus appropriatæ Qualitatés.

323. QUÆSTIO. In qua hora diei habet Ignis majorem virtutem?

Solutio. Ignis inter ſextam & ſeptimam horam habet majorem Concordantiam cum Sole, quàm in aliis horis.

324. QUÆSTIO. Quare in flamma Ignîs eſt major calor in uno Loco, quàm in alio?

Solutio. Flamma Ignîs eſt ſituata triangulariter, & angulus, qui eſt ſuperior, eſt propinquior centro Ignîs, quàm alii anguli.

325. QUÆSTIO. Quomodo calefacit Ignis aërem?

Solutio. Ita proprium eſt Igni calefacere, ſicut naturalis Bonitas eſt ratio naturali bono, quòd producat bonum.

326. QUÆSTIO. Cum quo aſcendit & deſcendit Ignis?

Solutio. Ignis aſcendit cum levitate & cum Fine ſui centri, & deſcendit cum ſiccitate & cum Fine elementatarum ſubſtantiarum.

De Aëre.

327. QUÆSTIO. Utrùm inter aëreïtatem & Aërem ſit Differentia?

Solutio. Aëreïtas eſt ita Aëri ratio humefaciendi, ſicut poſſibilitas eſt poteſtati ratio poſſificandi.

328. QUÆSTIO. Quid eſt Aër?

Solutio. Aër eſt ſuppoſitum, in quo aëreïtas propriè ſuſtentatur.

329. QUÆSTIO. De quo eſt Aër?

Solutio. Aër eſt de partibus differentibus ab aliis partibus per propriam humiditatem, diaphanitatem & proprium locum.

330. QUÆSTIO. Quare eſt Aër?

Solutio. Aër eſt ideo, ut non ſit vacuum illud ſpatium, quod eſt in his & in illis ſubſtantiis.

331. QUÆSTIO. Per quid eſt Quantitas Aëris continua & diſcreta?

Solutio. Quantitas Aëris eſt continua per ſua concreta, & diſcreta per alia Elementa.

332. QUÆSTIO. Quæ ſunt Qualitates Aëris?

Solutio. Humiditas eſt propria Qualitas Aëris; & Bonitas, per quam Aër eſt bonus, eſt ejus appropriata Qualitas, & hoc idem de ejus Magnitudine & de aliis formis.

333. QUÆSTIO. In qua hora diei habet Aër majorem virtutem?

Solutio. Aër habet majorem virtutem per humiditatem primâ horâ diei, & per caliditatem illo tempore, quod eſt Medium inter tertiam & quartam horam.

334. QUÆSTIO. Utrùm ſphæra Ignîs ſit Locus appropriatus Aëri?

Solutio. Si ſphæra Ignîs non eſſet Locus appropriatus Aëri, non poſſet Aër recipere virtutem à Luna nec ab aliis Planetis, & hoc idem de Signis.

335. QUÆSTIO. Quomodo Aër eſt inviſibilis?

Solutio. Quia Aër participat cum oculis per contactum, non poteſt videri.

336. QUÆSTIO. Cum quo eſt Aër contrarius Aquæ?

Solutio. Aër cum calore & levitate mortificat Aquam, & cum humiditate & diaphanitate fortificat illam.

De Aqua.

337. QUÆSTIO. Cùm Aqua ſit ſimplex corpus, quare eſt inviſibilis?

Solutio. Simplices ſubſtantiæ ſunt inviſibiles in compoſitis.

338. QUÆSTIO. Quid eſt Aqua?

Solutio. Aqua eſt illa ſubſtantia, in qua propriè ſuſtentatur frigiditas.

339. QUÆSTIO. De quo eſt Aqua?

Solutio. Aqua eſt de Bonitate, Magnitudine, Duratione & Poteſtate, quæ habent majorem Concordantiam cum frigiditate, quàm cum caliditate & humiditate.

340. QUÆSTIO. Quare eſt Aqua?

Solutio. Si Aqua non eſſet, non eſſet in elementatis ſubſtantiis viridis triangulus.

341. QUÆSTIO. Utrùm Aqua habeat tantam virtutem in frigefaciendo, quantam habet Ignis in calefaciendo?

Solutio. Quia Ignis priùs recipit virtutem à cœleſtibus corporibus, quàm Aqua, ideo habet Ignis majorem virtutem in calefaciendo, quàm Aqua in frigefaciendo.

342. QUÆSTIO. Utrùm frigiditas ſit ſubſtantialis vel accidentalis Qualitas Aquæ?

Solutio. Si frigiditas eſſet ſubſtantialis Qualitas Aquæ, poſſet Aqua Terræ appropriare ſuam ſubſtantiam.

343.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

343. QUÆSTIO. Quare habet Aqua majorem frigiditatem in aurora, quàm in media nocte?

Solutio. Ignis fugat Aquam cum siccitate & Aqua fugat Ignem cum humiditate, quæ humiditas est fortior in aurora, quàm in media nocte.

344. QUÆSTIO. Quare est Aqua salsa in uno Loco & dulcis in alio?

Solutio. Aquæ sunt salsæ per magnum calorem, siccitatem & circularem motum.

345. QUÆSTIO. Cùm Aqua sit ponderosa, quomodo potest existere supra Terram?

Solutio. Per Concordantiam humiditatis & frigiditatis suspendit Aër Aquam sursum, & Aqua trahit Aërem deorsum.

346. QUÆSTIO. Cum quo intrat simplex Aqua in compositionem?

Solutio. Compositæ substantiæ sunt de simplicibus cum circulari, quadrangulari & triangulari motu.

De Terra.

347. QUÆSTIO. Utrùm Terra sit in medio loco sphæræ Lunæ?

Solutio. Si Terra non esset in medio loco sphæræ Lunæ, non esset magna Concordantia inter assituationem superiorum sphærarum & inferiorum sphærarum.

348. QUÆSTIO. Quid est Terra?

Solutio. Terra est illa substantia, in qua est plus materiæ, quàm in ulla alia substantia.

349. QUÆSTIO De quo est Terra?

Solutio. Terra est de illis partibus, ex quibus oriuntur majores tenebræ.

350. QUÆSTIO. Quare est Terra?

Solutio. Terra est ideo, ut de ea nascantur plantæ, & ut in illa habitent animalia.

351. QUÆSTIO. Utrùm materia Terræ correspondeat in Quantitate formæ Aëris?

Solutio. Inter formam & materiam est major Quantitas per Concordantiam, quàm per Contrarietatem.

352. QUÆSTIO. Utrùm tenebræ sint Qualitates Terræ?

Solutio. Terra sic appropriat tenebras Aquæ contra diaphanitatem, sicut Aqua frigiditatem Terræ contra caliditatem.

353. QUÆSTIO. Cùm Terra & Aër sint contrarii, quare habet Terra majorem virtutem in vere, quàm in autumno?

Solutio. Ignis & Aër habent Concordantiam in vere per generationem, & in autumno per corruptionem.

354. QUÆSTIO. Quare est Terra in infimo Loco?

Solutio. Terra habet minus de virtute & plus de materia, quàm alia Elementa.

355. QUÆSTIO. Quomodo Terra potest putrefacere elementatas substantias?

Solutio. *Terra & Aqua destruunt cum frigiditate id, quod Ignis & Aër ædificant cum calore.*

356. QUÆSTIO. Cùm medullæ sint de humida & calida complexione: cum quo habet Terra majorem virtutem in medullis, quàm in ossibus, quæ sunt de sicca & frigida complexione?

Solutio. Terra habet majorem virtutem in medullis cum siccitate, quam tribuit Igni, quàm in ossibus cum frigiditate, quam recipit ab Aqua: & hoc est ideo, quia virtus est major per dare, quàm per recipere.

De Motiva.

357. QUÆSTIO. Ubi incipit Motiva Potentia?

Solutio. Motiva Potentia incipit in similitudinibus, quas una pars dat alteri: & est mota in Principio per creationem, & movet se ipsam in Medio, & quiescit in Fine.

358. QUÆSTIO. Quid est Motiva Potentia?

Solutio. Motiva Potentia est illa, per quam partes substantiæ sunt moventes & motæ.

359. QUÆSTIO. De quo est Motiva Potentia?

Solutio. Motiva Potentia est de suis concretis, videlicet de motivo, mobili & movere, & ideo movent substantiæ se ipsas.

360. QUÆSTIO. Quare est Motiva Potentia?

Solutio. Motiva Potentia est ideo, ut sit rubeus triangulus, & ut una eadem Potestas sit unum movens in Principio, aliud in Medio, & aliud in Fine.

361. QUÆSTIO. Utrùm Motus habeat Quantitatem?

Solutio. Si Motus non haberet Quantitatem, non esset unus idem Motus major circa Finem, quàm circa Principium.

362. QUÆSTIO. Quæ sunt Qualitates Motûs?

Solutio. Finis & necessitas sunt Qualitates Motivæ Potentiæ.

363. QUÆSTIO. In quo Tempore est Motus major in substantia?

Solutio. Motiva Potentia est magis extensa

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tenſa per ſphæram ignîs & terræ, quàm per ſphæram aëris & aquæ; & ideo eſt velocior per calidum & ſiccum, quàm per humidum & frigidum.

364. QUÆSTIO. In quo Loco ſubſtantiæ habet Motus majorem virtutem?

Solutio. Omnes vegetatæ & animatæ ſubſtantiæ incipiunt in corde.

365. QUÆSTIO. Quomodo movet Motus ſubſtantias?

Solutio. Motus in ſuo proprio mobili movet ſe ipſum ad mobile exterius.

366. QUÆSTIO. Cum quo movet Motus ſe ipſum?

Solutio. Sicut Anima movet ſe ipſam de uno loco in alium cum corpore, & ſicut ignis movet ſe ipſum ad aquam cum aëre, ita movet motivum ſe ipſum ad exteriores res.

De Generativa.

367. QUÆSTIO. Utrùm Generativa Potentia generet ſe ipſam?

Solutio. Si aliquod ens generaret ſe ipſum, eſſet illud ens, antequam eſſet.

368. QUÆSTIO. Quid eſt Generatio?

Solutio. Generatio eſt illa potentia, cum qua pater eſt pater, & filius eſt filius.

369. QUÆSTIO. De quo eſt Generatio?

Solutio. Generatio eſt de motivitate formarum & de hoc, quod partes ſubſtantiæ recipiunt & dant.

370. QUÆSTIO. Quare eſt Generatio?

Solutio. Generatio eſt ideo, quia eſt de generativo, generabili & generare.

371. QUÆSTIO. Utrùm Generativa Potentia & Generabilis Potentia ſibi invicem correſpondeant in æquali Quantitate, in quantum ſunt de una eſſentia?

Solutio. Generativa Potentia & Generabilis Potentia ſibi invicem æqualiter correſpondent, in quantum ſunt de una eſſentia; ſed in quantum Bonitas, Magnitudo, Duratio & Poteſtas habent majorem virtutem per actionem, quàm per paſſionem, habet Generativa Potentia majorem Quantitatem per illas formas, quàm Generabilis Potentia; & ideo non poſſunt in naturalibus operibus materiæ ſufficere formis.

372. QUÆSTIO. Quæ ſunt Qualitates Generationis?

Solutio. Motus, Renovatio, Nutritio & Multiplicatio ſunt in generare Qualitates Generationis.

373. QUÆSTIO. In quo Tempore habet Generatio majorem virtutem?

Solutio. *Generatio habet majorem virtutem per humidum & calidum, & corruptio per ſiccum & frigidum.*

374. QUÆSTIO. In quo Loco ſubſtantiæ habet Generatio majorem virtutem?

Solutio. Quia Generatio priùs incipit in corde, quàm in aliis membris, habet majorem motum in corde, quàm in aliis membris, & hoc idem de Nutritione & Multiplicatione.

375. QUÆSTIO. Quomodo generat una planta aliam plantam?

Solutio. Quando ſubſtantia transmittit ſuam ſimilitudinem extra ſuam eſſentiam & & intra ſuam ſpeciem, habet modum generandi aliam ſubſtantiam.

376. QUÆSTIO. Cum quo generat una planta aliam?

Solutio. Una ſubſtantia generat aliam ſubſtantiam cum Motu, Nutritione, Multiplicatione & cum conſervatione & fine ſuæ ſpeciei.

De Nutritiva.

377. QUÆSTIO. Utrùm Nutritiva Potentia ſit de Generativa Potentia in naturalibus rebus?

Solutio. Elementatæ ſubſtantiæ ſunt priùs per Generationem, quàm per Nutrimentum.

378. QUÆSTIO. Quid eſt Nutritiva Potentia?

Solutio. Nutritiva Potentia eſt illa, quæ ſubſtantiæ adducit ea, quæ illi ſunt neceſſaria ad vivendum, quæ Appetitivá Potentia appetit, & Retentiva retinet, & Digeſtiva digerit, & Nutritiva ponit illa in Nutrimento.

379. QUÆSTIO. De quo eſt Nutritiva Potentia?

Solutio. Nutritiva Potentia eſt de illis partibus, quæ dimittunt ſuas formas, ut radicalis forma poſſit conſervari in ſua ſpecie.

380. QUÆSTIO. Quare eſt Nutritiva Potentia?

Solutio. Aqua eſt, ut plantæ & animalia vivant, & ſiccitas eſt in igne, ut poſſit durare, & in ſe ipſo habere motum & augmentum.

381. QUÆSTIO. Utrùm Radicalis Potentia & Nutrimentalis Potentia habeant æqualem Quantitatem?

Solutio. Si Radicalis & Nutrimentalis Potentia eſſent æquales, eſſet nulla ſubſtantia mortalis.

382. QUÆSTIO. Quæ ſunt Qualitates Nutritivæ Potentiæ?

Solu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Solutio. Motus, Augmentum, Conservatio & Restauratio sunt Qualitates Nutritivæ Potentiæ.

383. QUÆSTIO. In quo Tempore est Nutritiva Potentia fortior?

Solutio. In illo Tempore, quo Generativa Potentia habet majorem virtutem (quod Tempus est in vere) est Nutritiva Potentia fortior.

384. QUÆSTIO. In quo membro corporis habet Nutritiva Potentia majorem virtutem?

Solutio. Nutritiva Potentia sequitur conditiones Generativæ Potentiæ, quæ est major in corde, quàm in aliis membris, quia in corde primò incipit.

385. QUÆSTIO. Quomodo est Nutrimentum in vegetare & sentire?

Solutio. Per dare & recipere existit Nutrimentum in vegetare & sentire?

386. QUÆSTIO. Cum quo intrat Nutritiva Potentia in Radicalem Potentiam?

Solutio. Substantia cum suis propriis qualitatibus attrahit ad se appropriatas qualitates.

De Multiplicativa.

387. QUÆSTIO. UtrùmMultiplicativa Potentia multiplicet Generativam per extensitatem?

Solutio. Multiplicativa Potentia multiplicat Generativam, quando Nutritiva servit Generativæ per nutrimentum.

388. QUÆSTIO. Quid est Multiplicativa Potentia?

Solutio. NaturalisMultiplicatio est illa potentia, per quam radicale humidum extenditur in nutrimentale, & in illo extensum existit.

389. QUÆSTIO. De quo est Multiplicativa Potentia?

Solutio. Multiplicatio est de hoc, per quod Magnitudo multiplicatur per Bonitatem, quia per Bonitatem est bona; & Multiplicatio etiam est de hoc, per quod Bonitas multiplicatur per Magnitudinem, cùm per eandem sit magna, & sic de aliis partibus substantiæ.

390. QUÆSTIO. Quare est naturalis Multiplicatio?

Solutio. NaturalisMultiplicatio est ideo, ut radicale humidum habeat, in quo se possit extendere.

391. QUÆSTIO. Utrùm Multiplicativa Potentia multiplicet Quantitatem in Radicali Potentia?

Solutio. Si Nutritiva Potentia multiplicaret intensam Quantitatem in Radicali Potentia, esset nullum animal filius sui patris.

392. QUÆSTIO. Quæ sunt Qualitates Multiplicativæ Potentiæ?

Solutio. In Multiplicativa Extensitas, quamBonitas habet per Magnitudinem, & quam Magnitudo habet per Bonitatem, est Qualitas Multiplicativæ Potentiæ.

393. QUÆSTIO. In qua hora est Multiplicativa Potentia fortior?

Solutio. *Multiplicativa Potentia est fortior in tertia hora per humidum & calidum, & in primo somno per siccum & frigidum.*

394. QUÆSTIO. In quo Loco animatæ substantiæ est Multiplicativa Potentia principalior?

Solutio. Multiplicativa Potentia principaliter existit in illo Loco substantiæ, in quo caliditas & humiditas habent majoremConcordantiam cum motu.

395. QUÆSTIO. Quomodo crescit animata substantia?

Solutio. Sicut partes substantiæ se habent in dando, recipiendo, retinendo & digerendo, sic habet substantia modum in crescendo.

396. QUÆSTIO. Cum quo sufficit Multiplicativa Potentia ad multiplicandum?

Solutio. Multiplicabilitas sufficit ad multiplicandum cum extensitate discretarum partium conjunctarum in continua quantitate.

397. QUÆSTIO. Quare estConsummativa Potentia?

Solutio hujus quæstionis potest intelligi secundùm *Regulam* E. in præcedenti *Quæstione*, quæ est de *Multiplicatione*.

398. QUÆSTIO. Utrùm aliquod producibile ens, quod non est productivum, possit esse Principium?

Solutio. Convenit, quòd solutio hujus quæstionis sit affirmativa, & significatur in *Arbore Philosophiæ* in Conditionibus ipsorum E. L. S. V., & etiam in Conditionibus *Artis Inventivæ* per omnes illas Conditiones, in quibus continetur Principium.

De Homine.

399. QUÆSTIO. Utrùm Homo, qui est species, sit reale ens?

Solutio hujus quæstionis est affirmabilis,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& ejus affirmatio eſt ideo, ut non perdatur rubeus triangulus in univerſalibus naturalibus Principiis hujus Scientiæ; & etiam ſignificatur ſolutio in *Arbore Philoſophiæ* in Conditionibus ipſorum E. L. N. Q.

400. QUÆSTIO. Quid eſt Homo?

Solutio. Homo eſt homificans ens, & eſt Finis omnium corporalium entium.

401. QUÆSTIO. De quo eſt Homo?

Solutio. Homo eſt de quinque potentiis, quæ ſunt elementativa, vegetativa, ſenſitiva, imaginativa & rationativa.

402. QUÆSTIO. Quare eſt Homo?

Solutio. Homo eſt propter memorare, intelligere & amare DEUM, & illi ſervire, & propter honorare illum de toto ſuo poſſe; & Homo eſt ideo, ut ſit ſubjectum omnibus corporalibus entibus, in quantum per Hominem conſiſtit illorum Finis in DEO.

403. QUÆSTIO. Utrùm Anima & corpus habeant in Homine continuam vel diſcretam Quantitatem?

Solutio. In naturalibus rebus poteſt nulla ſubſtantia eſſe una & de multis partibus ſinè diſcreta & continua Quantitate.

404. QUÆSTIO. Quæ ſunt Qualitates Hominis?

Solutio. Qualitates Hominis ſunt Bonitas, videre, vendere, emere & navigare &c.

405. QUÆSTIO. Utrùm, antequam Adam eſſet creatus, fuerit ſpecies Hominis?

Solutio. Species Hominis fuit creata, antequam Adam eſſet, & fuit ſuſtentata & ſeminata in univerſalibus Principiis, & DEUS ſupra naturam produxit in actum noſtros primos Parentes.

406. QUÆSTIO. In quo Loco exiſtit Homo, qui eſt ſpecies?

Solutio. Homo, qui eſt ſpecies, exiſtit in generalibus Principiis, quæ ſunt, ut Homo ſit, & exiſtit in illis ſecundùm Regulam C. & D. & ſecundùm alias Regulas.

407. QUÆSTIO. Quomodo eſt Homo virtuoſus?

Solutio. Homo eſt virtuoſus ſecundùm Finem ſuæ ſubſtantiæ & ſuorum principiorum; & in quantum eſt contra illum Finem, eſt vitioſus.

408. QUÆSTIO. Cum quo eſt Homo Finis omnium corporalium entium?

Solutio. Homo eſt Finis omnium corporalium entium cum Fine, propter quem eſt creatus, qui eſt memorare, intelligere, amare & honorare DEUM, & illi ſervire ex toto poſſe.

De Fide.

409. QUÆSTIO. Utrùm Fides principaliter ſit, ut homines per ipſam habeant meritum?

Solutio. Si Fides eſſet principaliter creata, ut homines haberent meritum, eſſet Finis intellectûs major per credere, quàm per intelligere, & Voluntas poſſet plus amare per ignorare, quàm per intelligere.

410. QUÆSTIO. Quid eſt Fides?

Solutio. Fides eſt credere veras res de DEO absque experientia aut argumento illarum.

411. QUÆSTIO. De quo eſt Fides?

Solutio. Fides eſt de veris ſimilitudinibus, cum quibus homines, qui habent Fidem, ſupponunt de DEO veras res.

412. QUÆSTIO. Quare eſt Fides?

Solutio. Fides eſt ideo, ut in illa reſtauretur illa vera ſimilitudo, quam intellectus neſcit intelligere, in qua vult voluntas, quòd intellectus eam credat, ut ipſam poſſit amare.

413. QUÆSTIO. Utrùm Fides habeat Quantitatem?

Solutio. Si Fides non haberet Quantitatem, non poſſet unus homo habere majorem Fidem, quàm alius, nec poſſet unus homo habere majorem Fidem in uno tempore, quàm in alio.

414. QUÆSTIO. Quæ ſunt qualitates Fidei?

Solutio. Qualitates Fidei ſunt Qualitates principiorum ejus.

415. QUÆSTIO. Utrùm Fides ſit in Tempore?

Solutio. Habitus Fidei exiſtit per præteritum & futurum Tempus, & ejus Tempus exiſtit in præſenti Tempore.

416. QUÆSTIO. In quo Loco eſt Fides in homine?

Solutio. Fides exiſtit in voluntate, quæ præcipit intellectui, in quantum intelligit, quòd credat hoc, quod non intelligit.

417. QUÆSTIO. Quomodo habent homines Fidem?

Solutio. Sicut ſcriba habet Modum in ſcribendo ratione voluntatis, quæ movet manum, & per manum movet calamum, & per calamum atramentum ad imaginatam literam, ſic habet homo Modum ad credendum veras res de DEO, qui imprimit in voluntate illarum amabilitates, quæ voluntas movet intellectum ad credendum ipſas amabilitates.

418.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

418. QUÆSTIO. Cum quo est Fides?

Solutio. Fides est cum gratia DEI & cum obedientia, quam intellectus habet erga voluntatem, in quantum captivat & constringit se ipsum, ut voluntas possit amare: & est cum bono exemplo, quod dant cultores Fidei, in quantum faciunt bona opera.

De Spe.

419. QUÆSTIO. Utrùm homo, qui est in peccato & rogat DEUM, ut ipsum extrahat è peccato, habeat Spem?

Solutio. Ille Homo est vitiosus, qui non movet se ipsum ad faciendum bonum & evitandum malum, & sperat & exspectat, quòd DEUS ipsum moveat.

420. QUÆSTIO. Quid est Spes?

Solutio. Spes est desiderare bonas & amabiles res, quæ videntur posse certò haberi.

421. QUÆSTIO. De quo est Spes?

Solutio. Spes est de bono & justo memorare, intelligere & amare, per quæ homo sperat & exspectat habere bonas res ad memorandum, intelligendum & amandum.

422. QUÆSTIO. Quare est Spes?

Solutio. Spes est ideo, ut homo per illam consequatur dona, & ut moveat Misericordiam ad parcendum, & Justitiam ad satisfaciendum, & ut nemo desperet de DEO, nec magìs confidat in se ipso vel in alio, quàm in DEO.

423. QUÆSTIO. Quanta est Spes?

Solutio. Mensura Spei est Quantitas boni & justi memorare, intelligere & amare.

424. QUÆSTIO. Quæ sunt Qualitates Spei?

Solutio. Oratio, Contritio, Satisfactio, Justitia & Charitas qualificant Spem.

425. QUÆSTIO. Utrùm possint homines habere tam magnam Spem, quando infirmantur, sicut, quando sunt sani?

Solutio. Bonæ amabilitates sunt infirmæ in infirmitate infirmorum hominum.

426. QUÆSTIO. In quibus objectis significatur meliùs Spes?

Solutio. In nullo objecto ita fortiter significatur Spes, sicut in Incarnatione Filii DEI & in ejus Passione & in Sacramento Altaris.

427. QUÆSTIO. Quomodo cadunt peccatores in Desperationem?

Solutio. Desperatio fit per oblivisci Bonitatem, Magnitudinem & Æqualitatem in Misericordia & in Justitia DEI.

428. QUÆSTIO. Cum quo habent homines Spem?

Solutio. Cum memorare, intelligere & amare Bonitatem, Magnitudinem & Potestatem in Misericordia & Justitia habent homines Spem recipiendi gratiam à DEO.

De Charitate.

429. QUÆSTIO. Utrùm possit homo habere majorem Charitatem per negationem, quàm per affirmationem?

Solutio. Voluntas habet majorem virtutem per amare veras res, quàm per odire falsas res.

430. QUÆSTIO. Quid est Charitas?

Solutio. Charitas est illa virtus, quæ facit amare omnia cum intentione amandi DEUM & illi serviendi.

431. QUÆSTIO. De quo est Charitas?

Solutio. Charitas est de illo amare, per quod homo plùs amat DEUM, quàm ullum aliud.

432. QUÆSTIO. Quare est Charitas?

Solutio. Charitas est ideo, quia DEUS & ejus Operationes sunt amabiliores, quàm omnia alia.

433. QUÆSTIO. Utrùm Quantitas Charitatis sit simplex vel composita?

Solutio. Charitas, in quantum est una, est ejus Quantitas simplex, & in quantum est composita de pluribus, habet compositam Quantitatem.

434. QUÆSTIO. Utrùm Charitas sit Qualitas ipsius intelligere?

Solutio. Charitas est propria Qualitas boni amare, & est Qualitas appropriata bono intelligere.

435. QUÆSTIO. Utrùm Charitas possit esse major in illo Tempore, quando homines sunt hilares, quàm in illo Tempore, quo sunt tristes?

Solutio. Illa Charitas est infirma, quæ difficulter potest haberi.

436. QUÆSTIO. Utrùm Charitas possit esse major per abundantiam temporalium bonorum, quàm per indigentiam illorum?

Solutio. Charitas est major per dare, quàm per accipere.

437. QUÆSTIO. Quomodo principiat Charitas?

Solutio. Desideratus Finis ipsius amare principiat Charitatem secundùm Finem ipsius desiderare.

438. QUÆSTIO. Cum quo est principiata Charitas?

Solutio. Charitas est principiata cum Fine,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Fine, propter quem est data, & conservatur cum Magnitudine ipsorum amare, intelligere & memorare.

De Justitia.

439. QUÆSTIO. Utrùm Justitia cogat Bonitatem, quòd moveat bonum ad agendum bonum?

Solutio. Sicut Justitia est bona per Bonitatem, sic Bonitas est justa per Justitiam.

440. QUÆSTIO. Quid est Justitia?

Solutio. Justitia est illa virtus, quæ ponit Æqualitatem in Magnitudine & Bonitate.

441. QUÆSTIO. De quo est Justitia?

Solutio. Cùm Magnitudo sit bona per Bonitatem, est Justitia de hoc, per quod Bonitas est magna per Magnitudinem.

442. QUÆSTIO. Quare est Justitia?

Solutio. Justitia est ideo, ut natura habeat id, quod illi convenit, & ut homines habeant pacem inter se.

443. QUÆSTIO. Utrùm Justitia sit tanta per Bonitatem, quanta per Æqualitatem?

Solutio. Æqualitas est propria qualitas Justitiæ in judicando, & Bonitas est appropriata.

444. QUÆSTIO. Quæ sunt Qualitates Justitiæ?

Solutio. Qualitates Justitiæ sunt mensuræ Bonitatis, Magnitudinis, Sapientiæ & Voluntatis æquales in judicando.

445. QUÆSTIO. Utrùm Justitia sit in illo Tempore, quo DEUS dat veniam peccatoribus?

Solutio. Sic justum est, quòd DEUS parcat illis, qui petunt veniam, sicut justum est, quòd puniat illos, qui non petunt veniam.

446. QUÆSTIO. Utrùm Justitia sit major in puniendo honoratos homines, quàm viles homines?

Solutio. Secundùm quòd materia est magna, potest extendi Justitia.

447. QUÆSTIO. Quomodo quidam homines sint magìs justi, quàm alii?

Solutio. Justitia potest meliùs extendi per bonum & magnum amare & intelligere, quàm per parvum & bonum amare & intelligere.

448. QUÆSTIO. Cum quo amatur Princeps à suo populo?

Solutio. Princeps magìs amatur à suo populo cum Fine, propter quem est, quàm per aliquid aliud.

De Misericordia.

449. QUÆSTIO. Utrùm homines plùs debeant timere Justitiam DEI, quàm amare ejus Misericordiam?

Solutio. DEUS citiùs parcit illis, qui amant suam Justitiam, quàm illis, qui illam timent.

450. QUÆSTIO. Quid est Misericordia?

Solutio. Misericordia est id, per quod DEUS hominibus dat dona, & remittit ipsis pœnas & culpas.

451. QUÆSTIO. De quo est Misericordia DEI?

Solutio. Actus Misericordiæ est de Charitate, Libertate, Magnitudine, Bonitate, Pietate, Humilitate & Patientia.

452. QUÆSTIO. Quare est Misericordia?

Solutio. Misericordia est ideo, quia ipsa est DEUS; & est propter parcere, quia homines non possunt tantum satisfacere, quanta est offensa, quam fecerunt DEO; & Misericordia etiam est ideo, ut peccatores habeant Spem in DEO.

453. QUÆSTIO. Utrùm Misericordia sit major per Contritionem, quàm per Charitatem?

Solutio. Justitia, quæ est soror Misericordiæ, vult, quòd Misericordia sit major in illis, qui amant Justitiam, quàm in illis, qui illam timent.

454. QUÆSTIO. Utrùm Misericordia sit Qualitas Justitiæ in judicando?

Solutio. Sicut Justitia est propria Qualitas Misericordiæ in parcendo, sic Bonitas est propria Qualitas Justitiæ in judicando.

455. QUÆSTIO. Utrùm in Principe sit Misericordia in illo Tempore, in quo punit malos homines?

Solutio. Nulla Misericordia est contra Justitiam.

456. QUÆSTIO. Ubi terrarum est Misericordia major virtus?

Solutio. In illa terra, ubi est major Justitia, est Misericordia major virtus.

457. QUÆSTIO. Quomodo exponitur illa Authoritas, quæ dicit, quòd terra sit plena Misericordiâ Domini?

Solutio. Terra, quæ est una pars Corporis Christi, est plena Misericordiâ, quæ est DEUS.

458. QUÆSTIO. Cum quo movent pectores homines citiùs DEUM ad parcendum?

Solutio. Cum illo Fine, propter quem homines sunt creati, possunt citiùs movere DEUM ad parcendum, quàm cũ aliquo alio.

De

(c) 2006 Ministerio de Cultura

De Prudentia.

458. QUÆSTIO. Utrùm Prudentia sit practica Sapientiæ?

Solutio. Si Prudentia non esset practica Sapientiæ, non posset esse habitus scientiæ.

459. QUÆSTIO. Quid est Prudentia?

Solutio. Prudentia est id, per quod homines sciunt habere modum ad eligendum bonum, & evitandum malum.

460. QUÆSTIO. De quo est Prudentia?

Solutio. Prudentia est de experientia prævisa in principio; & est de illo amare, per quod homines plùs amant majora bona, quàm minora.

461. QUÆSTIO. Quare est Prudentia?

Solutio. Prudentia est ideo, ut homines veniant ad electionem cum ordinato & practico judicio.

462. QUÆSTIO. Utrùm Prudentia sit tanta per eligere bonum, quanta per evitare malum?

Solutio. Nullum malum potest esse tantum, quantum est bonum.

463. QUÆSTIO. Quæ sunt Qualitates Prudentiæ?

Solutio. Subtilitas & elevatio Intellectûs & electio sunt Qualitates Prudentiæ.

464. QUÆSTIO. Utrùm Prudentia sit magìs necessaria in uno Tempore, quàm in alio?

Solutio. Quando homines sunt liberi & sani, potest Prudentia esse fortior, quàm quando homines sunt capti vel infirmi.

465. QUÆSTIO. In quibus hominibus est Prudentia magìs necessaria?

Solutio. Prudentia est magìs utilis in publicis Personis, quàm in privatis.

466. QUÆSTIO. Quomodo potest homo habituari de Prudentia?

Solutio. Amor, timor, experientia & habitus scientiæ sunt gradus, per quos homines ascendunt ad Prudentiam.

467. QUÆSTIO. Cum quo sunt homines meliùs dispositi ad habendum Prudentiam?

Solutio. Cum amare & intelligere Fines, propter quos res sunt, sunt homines magìs dispositi ad habendum habitum Prudentiæ.

De Fortitudine.

468. QUÆSTIO. Utrùm Fortitudo sit fortior virtus per Potestatem, quàm per Voluntatem?

Solutio. Objectum Fortitudinis est desideratus Finis.

469. QUÆSTIO. Quid est Fortitudo?

Solutio. Fortitudo est illa virtus, quæ fortificat animos hominum ad conservandum amabiles & cum labore acquisitas res; & ideo sunt homines fortes per Fortitudinem in periculis, & etiam contra tentationes.

470. QUÆSTIO. De quo est Fortitudo?

Solutio. Fortitudo est de Finibus illarum rerum, quæ sunt amabiles & desiderabiles, & acquiruntur cum labore.

471. QUÆSTIO. Quare est Fortitudo?

Solutio. Fortitudo est ideo, ut homines sint fortes in acquirendo virtutes & in destruendo vitia.

472. QUÆSTIO. Utrùm Fortitudo sit major virtus per amorem, quàm per timorem?

Solutio. Fortitudo per primam intentionem est in amore, & per secundam in timore; & ideo homines, qui habent fortem animum, non timent minas.

473. QUÆSTIO. Quæ sunt Qualitates Fortitudinis?

Solutio. Honores, laudes, humiditas & calor sunt Qualitates Fortitudinis.

474. QUÆSTIO. Quâ horâ diei est animus naturaliter fortior?

Solutio. Humiditas & calor habent majorem Concordantiam tertiâ horâ diei, quàm ullâ aliâ horâ, & siccitas & frigiditas decimâ quintâ horâ; & ideo habent amantes homines fortiorem animum tertiâ horâ, & timentes decimâ quintâ horâ.

475. QUÆSTIO. In quo Loco est Fortitudo hominis fortior?

Solutio. In corde hominis est Fortitudo magna virtus per amare, & in cerebro per intelligere & memorare, & in splene per timere.

476. QUÆSTIO. Quomodo vincitur Fortitudo?

Solutio. Fortitudo vincitur cum ignorantia & oblivione Finîs ipsorum amare, laudare & honorare.

477. QUÆSTIO. Cum quo habet Fortitudo victoriam?

Solutio. Fortitudo habet victoriam cum bono contrariari illius, per quod vincitur.

De Temperantia.

478. QUÆSTIO. Utrùm Temperantia sit fortior per amorem, quàm per timorem?

Solutio. Temperantia est in amore per primam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

primam intentionem, & in timore per ſecundam.

479. QUÆSTIO. Quid eſt Temperantia?

Solutio. Temperantia eſt illa virtus, per quam corpus hominis eſt magìs ſanum, quàm per ullam aliam virtutem.

480. QUÆSTIO. De quo eſt Temperantia?

Solutio. Temperantia eſt de temperatè comedere & bibere & de Fine ſanitatis &c.

481. QUÆSTIO. Quare eſt Temperantia?

Solutio. Temperantia eſt ideo, ut corpus hominis ſit ſanum, leve & agile; & etiam eſt ideo, ut homines, quando biberunt, non loquantur ſtultè.

482. QUÆSTIO. Utrùm Temperantia ſit major per comedere, quàm per bibere?

Solutio. Bibere eſt naturaliter per conſequentiam comedendi.

483. QUÆSTIO. Quæ ſunt Qualitates Temperantiæ?

Solutio. Juſtitia, Fortitudo & Prudentia in menſa ſunt Qualitates Temperantiæ.

484. QUÆSTIO. Quo Tempore eſt Temperantia magìs neceſſaria?

Solutio. Medium eſt magìs conveniens ſubjectum menſuris in comedendo & bibendo, quàm Principium & Finis.

485. QUÆSTIO. In quo Loco habet Temperantia ſuum judicium?

Solutio. Temperantia habet ſuum judicium in Fine ſanitatis & urbanitatis.

486. QUÆSTIO. Quomodo poteſt homo habere Temperantiam?

Solutio. Finis, propter quem homo vult vivere & ſapienter loqui poſt comedere & bibere, facit, quòd Temperantia memoretur, intelligatur & ametur.

487. QUÆSTIO. Cum quo perdit homo Temperantiam?

Solutio. Homo perdit Temperantiam cum ignorare & obliviſci ſuum finem & poteſtatem digeſtivæ potentiæ & diſcretivæ potentiæ.

De Abſtinentia.

488. QUÆSTIO. Utrùm Abſtinentia à licitis rebus ſit virtus?

Solutio. Abſtinentia habet unum judicium ſecundùm obedientiam, quæ eſt contra licitas res, & habet aliud judicium ſecundùm obedientiam, quæ eſt contra illicitas res.

489. QUÆSTIO. Quid eſt Abſtinentia?

Solutio. Abſtinentia eſt illa virtus, quæ continuam quantitatem voluntarii motûs ſcindit & dividit in diſcretas quantitates.

490. QUÆSTIO. De quo eſt Abſtinentia?

Solutio. Abſtinentia eſt de practica voluntatis, quæ ſubjicitur judicio Prudentiæ & Fortitudinis.

491. QUÆSTIO. Quare eſt Abſtinentia?

Solutio. Abſtinentia eſt ideo, ut Prudentia habeat deliberationem in faciendo ſuum judicium tunc, quando vult eligere aliquid; & eſt ideo, ut Fortitudo habeat ſubjectum, in quo poſſit exercere ſe ipſam.

492. QUÆSTIO. Utrùm Abſtinentia habeat majorem virtutem in hilari homine, quàm in triſti homine?

Solutio. Abſtinentia eſt in triſti homine, ut fiat hilaris.

493. QUÆSTIO. Quæ ſunt Qualitates Abſtinentiæ?

Solutio. Qualitates, quas Abſtinentia habet in abſtinendo, ſunt illæ ſimilitudines, quas partes, quæ ſunt intra ſubſtantiam, transmittunt extrà.

494. QUÆSTIO. Quâ horâ diei eſt abſtinentia naturaliter fortior?

Solutio. Quia tertia hora eſt fons & origo illius Concordantiæ, quæ eſt inter humiditatem & caliditatem, eſt Abſtinentia fortior tertiâ horâ, quàm aliquâ aliâ horâ diei, cùm Abſtinentia habeat majorem Cõncordantiam cum ſanguine, quàm cum aliqua alia complexione.

495. QUÆSTIO. In quo Loco eſt Abſtinentia major virtus?

Solutio. Abſtinentia eſt in nullo Loco tam magna virtus, ſicut in illo, qui eſt in medio affirmationis & negationis.

496. QUÆSTIO. Quomodo poteſt haberi Abſtinentia?

Solutio. Motus Prudentiæ & Fortitudinis ſuper *ita* & *non* eſt cauſa Abſtinentiæ.

497. QUÆSTIO. Cum quo eſt Abſtinentia fortis?

Solutio. Abſtinentia eſt fortis cum memorare, intelligere & amare pacem & evitare mala, quæ poſſunt evenire.

De Patientia.

498. QUÆSTIO. Utrùm Patientia vincat omnia ſua contraria?

Solutio. In Patientia vincunt virtutes ſua contraria, & ideo vincunt homines ſe ipſos cum Patientia.

499. QUÆSTIO. Quid eſt Patientia?

Solu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Solutio. Patientia est illa virtus, cum qua homo vincit omnia.

500. QUÆSTIO. De quo est Patientia?

Solutio. Patientia est de actibus virtutum, & ideo habent homines tam magnam potestatem cum Patientia.

501. QUÆSTIO. Quare est Patientia?

Solutio. Patientia est ideo, ut cum illa acquiramus virtutes, & vincamus vitia.

502. QUÆSTIO. Quare habet Patientia tam magnam potestatem?

Solutio. Patientia habet tam magnam potestatem, quia nulla allegatio valet contra ipsam.

503. QUÆSTIO. Quæ sunt Qualitates Patientiæ?

Solutio. Omnes virtutes sunt ancillæ Patientiæ.

504. QUÆSTIO. Quâ horâ diei est Patientia fortior?

Solutio. Patientia est tanta virtus, quòd omnes horæ diei & noctis illi sunt æquales.

505. QUÆSTIO. In qua potentia Animæ principaliùs existit Patientia?

Solutio. In hac vita nulla potentiarum habet tantam passionem, quantam voluntas.

506. QUÆSTIO. Quomodo conservatur Patientia?

Solutio. Patientia conservatur multiplicando actus aliarum virtutum.

507. QUÆSTIO. Cum quo vincunt homines DEUM & diabolum?

Solutio. Homines inclinant cum Patientia DEUM ad Humilitatem, Misericordiam & Pietatem, & vincunt cum Patientia superbiam diaboli & ejus malam voluntatem.

De Perseverantia.

508. QUÆSTIO. Utrùm Perseverantia sit major virtus in Fide, quàm in Spe?

Solutio. Homines habent majorem virtutem credendo Trinitatem & Incarnationem, quàm habendo Spem salvationis.

509. QUÆSTIO. Quid est Perseverantia?

Solutio. Perseverantia est illa virtus, quæ ligat & connectit quamlibet virtutem cum alia.

510. QUÆSTIO. De quo est Perseverantia?

Solutio. Perseverantia est de Fortitudine, de Prudentia & de Fine Durationis.

511. QUÆSTIO. Quare est Perseverantia?

Solutio. Perseverantia est ideo, ut sit subjectum, in quo possint durare amabilitates desideratarum rerum.

512. QUÆSTIO. Utrùm Perseverantia habeat continuam vel discretam Quantitatem?

Solutio. Privatio continuæ Quantitatis in desiderare est privatio Perseverantiæ.

513. QUÆSTIO. Utrùm Perseverantia sit Qualitas Durationis?

Solutio. Perseverantia in memorare & intelligere unam eandem rem cum majori Fine amandi est Qualitas Durationis.

514. QUÆSTIO. Utrùm Perseverantia magìs assuefaciat homines ad amandum in uno Tempore, quàm in alio?

Solutio. Si Perseverantia non esset continua virtus à Principio usque ad Finem, non esset id, quod est.

515. QUÆSTIO. Utrùm Perseverantia sit magìs necessaria Prælatis, quàm Principibus?

Solutio. Perseverantia principaliter est propter Finem Animæ, & secundariò propter Finem corporis.

516. QUÆSTIO. Quomodo conservatur Perseverantia?

Solutio. Perseverantia conservatur cum aggregatione multarum virtutum desideratarum ad unum Finem.

517. QUÆSTIO. Cum quo potest homo habere Perseverantiam?

Solutio. Perseverantia potest haberi cum majori Fine memorandi, intelligendi & amandi.

De Conscientia.

518. QUÆSTIO. Utrùm Conscientia sit virtus?

Solutio. Si Conscientia non esset virtus, illi non essent in vitio, qui faciunt contra Conscientiam.

519. QUÆSTIO. Quid est Conscientia?

Solutio. Conscientia est illa virtus, quæ pungit corda hominum, quando agunt vel volunt agere contra Bonitatem, Justitiam & Legalitatem.

520. QUÆSTIO. De quo est Conscientia?

Solutio. Conscientia est de amicitia Bonitatis, Magnitudinis, Sapientiæ & Voluntatis, Veritatis, Fidei, Spei & aliarum virtutum; & ideo habent homines tristitiam, quando faciunt contra Conscientiam.

521. QUÆSTIO. Quare est Conscientia?

Solutio. Conscientia est ideo, ut aliis virtutibus annunciet defectus, quos homines faciunt contra illas.

522. QUÆSTIO. Quanta est Conscientia?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Solutio. Conſcientia eſt tanta, quantam voluntas illam vult habere.

523. QUÆSTIO. Utrùm Conſcientia ſit Qualitas aliarum virtutum?

Solutio. Sicut calor eſt Qualitas, cum qua ignis ſe defendit à frigiditate, ſic eſt Conſcientia Qualitas, cum qua virtutes ſe defendunt à ſuis contrariis.

524. QUÆSTIO. Quo Tempore eſt Conſcientia major, an illo Tempore, quo homo vult facere peccatum, an illo Tempore, quo fecit peccatum?

Solutio. Magnitudo Conſcientiæ eſt in Magnitudine memorandi & intelligendi peccatum, & odiendi illud.

525. QUÆSTIO. In qua virtute eſt Conſcientia fortior?

Solutio. Conſcientia eſt fortior in Fide per timorem, & in Charitate per amorem.

526. QUÆSTIO. Quomodo defendit Conſcientia virtutes à ſuis contrariis?

Solutio. Conſcientia defendit virtutes à ſuis contrariis excitando illas ad licitum motum, & dando cordi remorſum cum paſſione.

527. QUÆSTIO. Cum quo denunciat Conſcientia aliis virtutibus motum, quem vitia habent contra licitas res?

Solutio. Conſcientia denunciat aliis virtutibus cum ordinata intentione illos defectus, quos homo facit contra Juſtitiam.

De Diligentia.

528. QUÆSTIO. Utrùm Diligentia ſit virtus?

Solutio. Si Diligentia non eſſet virtus, pigritia non eſſet vitium.

529. QUÆSTIO. Quid eſt Diligentia?

Solutio. Diligentia eſt illa practica, quæ defendit virtutes ab Otioſitate.

530. QUÆSTIO. De quo eſt Diligentia?

Solutio. Diligentia eſt de magno Fine amandi, & magna pericula evitandi.

531. QUÆSTIO. Quare eſt Diligentia?

Solutio. Diligentia eſt ideo, ut aliis virtutibus præparet materiam, de qua poſſint operari.

532. QUÆSTIO. Quanta debet eſſe Diligentia?

Solutio. Quantitas formæ debet reſpondere Quantitati materiæ.

533. QUÆSTIO. Utrùm Diligentia ſit propria vel communis Qualitas?

Solutio. Diligentia eſt Qualitas communis omnibus virtutibus, ut quælibet cum illa ſe miſceant ad invicem.

534. QUÆSTIO. Quo Tempore eſt Diligentia major?

Solutio. Quantò potentiæ ſunt propinquiores ſuo Fini, tantò magìs properant.

535. QUÆSTIO. In qua virtute eſt Diligentia major?

Solutio. Nulla potentia eſt ita velox, ſicut Voluntas.

536. QUÆSTIO. Quomodo movet Diligentia alias virtutes ad citò agendum?

Solutio. Modus, quem Diligentia habet contra pigritiam, eſt aliis virtutibus Modus ad citò agendum.

537. QUÆSTIO. Cum quo movet Diligentia virtutes ad properandum?

Solutio. Diligentia movet virtutes ad properandum cum Prudentia & cum magno Fine amandi.

De Amicitia.

538. QUÆSTIO. Utrùm Amicitia ſit virtus?

Solutio. Legitur in Evangelio, quòd homo diligat ſuum inimicum: unde, ſi Amicitia eſt virtus in amando ſuum inimicum, quantò magìs eſt virtus in amando ſuum amicum.

539. QUÆSTIO. Quid eſt Amicitia?

Solutio. Amicitia eſt illa virtus, quæ conjungit plures voluntates ad amandum unum eundem Finem.

540. QUÆSTIO. De quo eſt Amicitia?

Solutio. Amicitia eſt de multis amativitatibus & amabilitatibus, quæ ſibi invicem obviant in uno & eodem amare.

541. QUÆSTIO. Quare eſt Amicitia?

Solutio. Amicitia eſt ideo, ut homines juvent ſe invicem ad aſſequendum id, quod deſiderant.

542. QUÆSTIO. Utrùm Amicitia ſit virtus per continuam vel diſcretam Quantitatem?

Solutio. Amicitia ſtat naturaliter per communes res, & perit per ſpecificas.

543. QUÆSTIO. Utrùm Amicitia ſit propria vel communis Qualitas?

Solutio. Amicitia eſt communis Qualitas in Concordantia plurium Finium.

544. QUÆSTIO. In quo Tempore habet Amicitia majorem virtutem?

Solutio. Amicitia exiſtit magìs per humidam & calidam complexionem, quàm per aliam complexionem; & ideo eſt Virtus major ſecundùm naturã tertiâ horâ, quàm aliâ.

545. QUÆSTIO. In qua virtute eſt Amicitia fortior?

Solutio. Amicitia eſt fortior in Juſtitia, quàm

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quàm in alia virtute; & ideo homines, qui sunt amici, serviunt sibi invicem.

546. QUÆSTIO. Quomodo conservatur Amicitia?

Solutio. Amicitia conservatur in conjungendo quamlibet virtutem cum alia in Concordantia ratione Finîs; & ideo homines, qui habent contrarias credulitates, non possunt esse amici.

547. QUÆSTIO. Cum quo vincit Amicitia suum contrarium?

Solutio. Amicitia vincit suum contrarium cum Justitia, Humilitate, Patientia & cum Concordantia amandi.

De Legalitate.

548. QUÆSTIO. Utrùm Legalitas magìs se habeat ad unam virtutem, quàm ad aliam?

Solutio. Prima fundamenta Legalitatis sunt Charitas, Liberalitas, Justitia & Fortitudo.

549. QUÆSTIO. Quid est Legalitas?

Solutio. Legalitas est illa virtus, per quam habent homines majorem timorem de infamia & verecundia.

550. QUÆSTIO. De quo est Legalitas?

Solutio. Legalitas est de rebus motis ad veros Fines.

551. QUÆSTIO. Quare est Legalitas?

Solutio. Legalitas est ideo, ut unus homo possit confidere in alterum.

552. QUÆSTIO. Quanta est Legalitas?

Solutio. Legalitas est tanta, quantam quilibet ipsam vult habere.

553. QUÆSTIO. Cujus Qualitas est Legalitas?

Solutio. Legalitas est Qualitas hominis, in quo aliæ Qualitates virtutum conservant Legalitatem in homine.

554. QUÆSTIO. In quo tempore est Legalitas?

Solutio. Legalitas semper permittit se attingi, quandò homo illam vult habere.

555. QUÆSTIO. In quo Loco corporis est regio Legalitatis?

Solutio. In illo membro, in quo humiditas & caliditas habent majorem Concordantiam, est regio Legalitatis; & ideo homo potest cognoscere, quòd humiditas & caliditas habeant majorem Concordantiam in corde, quàm in alio membro.

556. QUÆSTIO. Quomodo legales homines vincunt non legales?

Solutio. Legales homines cum fundamentis & principiis Legalitatis destruunt non legales.

557. QUÆSTIO. Cum quo conservatur Legalitas?

Solutio. Legalitas conservatur cum natura suorum fundamentorum & suorum principiorum, quæ superiùs diximus.

De Discretione.

558. QUÆSTIO. Utrùm inter Discretionem & Prudentiam sit Differentia?

Solutio. Discretio & natura sibi correspondent, & Libertas & Prudentia invicem concordant.

559. QUÆSTIO. Quid est Discretio?

Solutio. Discretio est illa virtus, per quam homines sunt magìs remoti à stultitia, quàm per aliquam aliam virtutem?

560. QUÆSTIO. De quo est Discretio?

Solutio. Discretio est de inventione, perceptione & vero judicio.

561. QUÆSTIO. Quare est Discretio?

Solutio. Discretio est ideo, ut homines sciant sapienter loqui, & percipere secreta rerum.

562. QUÆSTIO. Utrùm Discretio habeat majorem virtutem per naturam, quàm per acquisitionem?

Solutio. Discretio est per naturam naturalis virtus, & illius practica est acquisita virtus.

563. QUÆSTIO. Quæ sunt Qualitates Discretionis?

Solutio. Bonitas & Veritas sunt propriæ Qualitates Discretionis secundùm naturam, per acquisitionem verò sunt illi appropriatæ Qualitates.

564. QUÆSTIO. In quo Tempore est Discretio fortior?

Solutio. Discretio est fortior in illo Tempore, quo est magìs necessaria.

565. QUÆSTIO. In quo Loco corporis est regio Discretionis?

Solutio. In cerebro est regio Discretionis secundùm naturam imaginandi, intelligendi & memorandi, & in corde secundùm naturam cogitandi & amandi.

566. QUÆSTIO. Quomodo habent sapientes homines Discretionem?

Solutio. Sapientes homines sequendo naturam memorandi, intelligendi & amandi sciunt invenire & percipere secreta rerum, & de illis sciunt dare verum judicium.

567. QUÆSTIO. Cum qua virtute habet Discretio majorem Concordantiam?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Solutio. Discretio habet majorem Concordantiam cum Prudentia, quàm cum alia virtute, & hoc ideo, quia electio est Qualitas communis Prudentiæ & Discretioni.

De Obedientia.

568. QUÆSTIO. Utrùm Obedientia, quæ est per timorem, sit virtus?

Solutio. Obedientia, quæ est per timorem, est consequentia Obedientiæ, quæ est per amorem.

569. QUÆSTIO. Quid est Obedientia?

Solutio. Obedientia est illa virtus, quæ Charitatem facit existere inter Humilitatem & Patientiam.

570. QUÆSTIO. De quo est Obedientia?

Solutio. Obedientia est de dominio & servitute, quæ se habent ad unum Finem per Concordantiam.

571. QUÆSTIO. Quare est Obedientia?

Solutio. Obedientia est ideo, ut communes personæ possint deducere ad Finem id, quod desiderant.

572. QUÆSTIO. Utrùm Obedientia sit tam magna virtus, quòd acquirat meritum domino obedientis vasalli?

Solutio. Obedientia est communis virtus domino per actionem, & vasallo per passionem.

573. QUÆSTIO. Utrùm Obedientia sit Qualitas?

Solutio. Obedientia est illa Qualitas, per quam significatur servitus & dominium.

574. QUÆSTIO. Utrùm Obedientia sit major in uno Tempore, quàm in alio?

Solutio. Obedientia simpliciter non minuitur nec augetur, sed illius practica est major in uno Tempore, quàm in alio.

575. QUÆSTIO. Utrùm Obedientia sit tanta in intelligere, quanta in amare?

Solutio. Obedientia est tanta in intelligere per passionem, quam passionem habent illi servi, qui sunt contra hoc, quod intelligunt, quanta est in voluntate illorum servorum, qui eligunt servitutem.

576. QUÆSTIO. Quomodo conservatur Obedientia?

Solutio. Obedientia conservatur cum Justitia, Charitate, Amicitia, Legalitate & Concordantia activarum & passivarum rerum.

577. QUÆSTIO. Cum quo est Obedientia?

Solutio. Obedientia est cum principiis, de quibus est constituta, quæ diximus in tertia Quæstione hujus Capitis.

De Curialitate.

578. QUÆSTIO. Utrùm Curialitas sit virtus?

Solutio. Necessarium est, quòd Curialitas sit virtus, ut Charitas, Humilitas & Discretio habeant subjectum, in quod transmittant suas similitudines.

579. QUÆSTIO. Quid est Curialitas?

Solutio. Curialitas est illa virtus, quæ conservat amicitiam, & per amicitiam societatem personarum.

580. QUÆSTIO. De quo est Curialitas?

Solutio. Curialitas est de humili affativo, charitativo & discretivo conceptu, qui est intra mentem, quem affatus extrà manifestat in verbis.

581. QUÆSTIO. Quare est Curialitas?

Solutio. Curialitas est ideo, ut alter alteri exhibeat honorem, & ut evitentur inurbana & turpia verba & opera.

582. QUÆSTIO. Utrùm Curialitas melius conveniat fœminis, quàm viris?

Solutio. Curialitas magìs convenit viris per Discretionem, & fœminis per Verecundiam.

583. QUÆSTIO. Quarum virtutum Qualitas est Curialitas?

Solutio. Curialitas est Qualitas Charitatis, Humilitatis, Discretionis, Verecundiæ & Legalitatis.

584. QUÆSTIO. Quare est homo magìs curialis in uno Tempore, quàm in alio?

Solutio. Curialitas, quantum ad se ipsam, est omni Tempore necessaria; sed quia una & eadem Curialitas non convenit omnibus personis, ideo aliqui homines sunt incuriales & inurbani tunc, quando putant, quòd sint curiales & faceti.

585. QUÆSTIO. In quo Loco est Curialitas magìs necessaria?

Solutio. In mensa per comedere & bibere & per verba & reverentiam.

586. QUÆSTIO. Quomodo sunt quidam homines minùs curiales?

Solutio. Cum privatione Discretionis habent quidam homines malam Curialitatem, in quantum alios homines faciunt incuriales.

587. QUÆSTIO. Cum quo sunt homines curiales?

Solutio. Homines sunt curiales cum fine Curialitatis, propter quem est Curialitas.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

De Consolatione.

588. QUÆSTIO. Utrùm Consolatio sit virtus?

Solutio. Si Consolatio non esset virtus, non esset Desolatio vitium.

589. QUÆSTIO. Quid est Consolatio?

Solutio. Consolatio est illa virtus, in qua Spes, Patientia & Fortitudo faciunt oblivisci damna & pœnas.

590. QUÆSTIO. De quo est Consolatio?

Solutio. Consolatio est de practica Discretionis & compassionis voluntatis.

591. QUÆSTIO. Quare est Consolatio?

Solutio. Consolatio est ideo, ut tristes habeant Lætitiam, Humilitatem, Patientiam & Spem.

592. QUÆSTIO. Utrùm Consolatio sit tanta per Spem, quanta per Patientiam?

Solutio. Consolatio est magna cum Spe per gaudium, & cum Patientia per tristitiam.

593. QUÆSTIO. Cujus virtutis est Consolatio propria Qualitas?

Solutio. Consolatio est propria Qualitas Patientiæ, & est Qualitas appropriata Spei.

594. QUÆSTIO. Quâ horâ est Consolatio fortior;

Solutio. Consolatio est tertiâ horâ diei causa majoris Lætitiæ, & decimâ quintâ horâ majoris Tristitiæ.

595. QUÆSTIO. In qua potentia Animæ est Consolatio fortior?

Solutio. Consolatio est fortior in intellectu cum Spe, & in voluntate cum Patientia.

596. QUÆSTIO. Quomodo incipit Consolatio?

Solutio. Consolatio incipit miscendo quasdam virtutes in aliis, & applicando illam mixtionem Patientiæ & Spei.

597. QUÆSTIO. Cum quo potest homo melius habere Consolationem?

Solutio. Id, cum quo homo melius potest habere Consolationem, est major Finis amandi & intelligendi.

De Pietate.

598. QUÆSTIO. Utrùm Pietas sit necessaria virtus?

Solutio. Pietas est necessaria virtus, ut Misericordia habeat subjectum, in quo possit significare suam similitudinem.

599. QUÆSTIO. Quid est Pietas?

Solutio. Pietas est illa virtus, quæ movet hominem ad flendum & ad suspirandum ratione necessitatum sui proximi.

600. QUÆSTIO. De quo est Pietas?

Solutio. Pietas naturaliter est de parvis similitudinibus, quæ sunt inter quosdam homines & alios.

601. QUÆSTIO. Quare est Pietas?

Solutio. Pietas est ideo, ut faciat participare divites & pauperes in Charitate, Humilitate & Spe.

602. QUÆSTIO. Utrùm Pietas sit major virtus per dare, quàm per parcere?

Solutio. In Essentia D E I est dare, in quantum Pater dat esse Filio, & in quantum Pater & Filius dant esse Sancto Spiritui, sed in Essentia DEI non est parcere, quia non convenit DEO parcere sibi ipsi, cùm non habeat culpam.

603. QUÆSTIO. Utrùm Pietas sit bona Qualitas?

Solutio. Pietas est bona Qualitas, quia facit, quòd divites se inclinent ad pauperes, & est magna, quia per illam magni homines se inclinant ad parvos.

604. QUÆSTIO. Utrùm Princeps illo Tempore, quo facit Justitiam, debeat habere Pietatem?

Solutio. Princeps, in quantum est homo, debet habere Pietatem, sed non debet habere Pietatem, in quantum est Judex.

605. QUÆSTIO. In quo Loco existit principaliùs Pietas in corpore?

Solutio. Pietas existit in corde per Charitatem, & in oculis per Discretionem.

606. QUÆSTIO. Quomodo movent se pii homines ad Pietatem?

Solutio. Secundùm Modum Charitatis, Humilitatis & Libertatis habent divites Pietatem de pauperibus.

607. QUÆSTIO. Cum quo destruitur Pietas?

Solutio. Pietas mortificatur per Superbiam, Crudelitatem, Avaritiam & Acediam.

De Verecundia.

608. QUÆSTIO. Utrùm Verecundia sit virtus?

Solutio. Per Verecundiam sunt plures fœminæ castæ, & quàm plurimùm evitant verba turpia ad dicendum: & per Verecundiam etiam plures viri honestè amant, & sunt liberales & comes.

609. QUÆSTIO. Quid est Verecundia?

Solutio. Verecundia est virtus, quæ facit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cit timere reprehenſionem & infamiam à gentibus.

610. QUÆSTIO. De quo eſt Verecundia?

Solutio. Verecundia eſt de diſcretione & timore infamiæ, & de motu ſanguinis, qui de corde movetur ad faciem.

611. QUÆSTIO. Quare eſt Verecundia?

Solutio. Verecundia eſt ideo, ut homines aſſueſcant laudare illos, qui non faciunt turpia & defectus.

612. QUÆSTIO. Quare eſt Verecundia major in uno homine, quàm in alio?

Solutio. Verecundia eſt multiplicabilis, ſecundùm quòd homines illam volunt multiplicare.

613. QUÆSTIO. Utrùm Verecundia ſit Qualitas amandi vel odiendi?

Solutio. Verecundia eſt, ut amentur virtutes, & odiantur vitia.

614. QUÆSTIO. Quare habent fœminæ citiùs Verecundiam, quàm viri?

Solutio. Fœminæ habent plures turpitudines, quàm viri, & Verecundia etiam eſt de ſubjectis & paſſivis rebus.

615. QUÆSTIO. In quo Loco eſt regio Verecundiæ in homine?

Solutio. Intellectus facit claudere oculos per Verecundiam, & voluntas movet ſanguinem de corde in faciem per Verecundiam.

616. QUÆSTIO. Quomodo homines habent Verecundiam de illo, de quo non debent habere illam?

Solutio. Magnus timor infamiæ mortificat judicium Verecundiæ.

617. QUÆSTIO. Cum quo moritur Verecundia?

Solutio. Verecundia moritur cum privatione illius, de quo vivit.

De Audacia.

618. QUÆSTIO. Utrùm Audacia ſit major per amorem, quàm per timorem?

Solutio. In bello eſt amor domina, & timor eſt ancilla.

619. QUÆSTIO. Quid eſt Audacia?

Solutio. Audacia eſt illa virtus, quæ facit homines ſubire magna pericula, ut aſſequantur id, quod deſiderant.

620. QUÆSTIO. De quo eſt Audacia?

Solutio. Audacia eſt de deſiderare honorem per victoriam, & de evitare puſillanimitatem propter infamiam.

621. QUÆSTIO. Quare eſt Audacia?

Solutio. Audacia eſt ideo, ut homines ſint fortes in acquirendo honorem.

622. QUÆSTIO. Utrùm Audacia habeat majorem Concordantiam cum Valore, quàm timor cum puſillanimitate?

Solutio. In Fortitudine habet Audacia majorem Concordantiam cum Valore, quàm timor cum puſillanimitate, quæ per privationem Fortitudinis habent Concordantiam.

623. QUÆSTIO. Utrùm Audacia & timor ſint una eadem Qualitas in Diſcretione & Fortitudine.

Solutio. In mixtione Diſcretionis & Fortitudinis miſcentur Audacia & timor.

624. QUÆSTIO. Utrùm Audacia meliùs conveniat in principio prælii, quàm in medio?

Solutio. In principio prælii procedit Audacia per Diſcretionem, & in medio per Fortitudinem.

625. QUÆSTIO. Utrùm Audacia & timor habeant unam eandem regionem in corde hominis?

Solutio. Audacia eſt in dextra parte cum Fortitudine, & timor eſt in ſiniſtra parte cum Verecundia, & ideo ſunt homines fortiores in prælio per Audaciam, quàm per timorem.

626. QUÆSTIO. Quomodo exiſtit Audacia per Prudentiam & per Fortitudinem?

Solutio. Audacia exiſtit cum lætitia per Prudentiam, & cum triſtitia per Fortitudinem, & ideo in pluribus præliis fit victoria per Prudentiam, quàm per Fortitudinem.

627. QUÆSTIO. Cum quo conſervatur Audacia?

Solutio. Audacia conſervatur cum Spe, Juſtitia, Diſcretione & Verecundia, quia hæ virtutes ſunt ejus columnæ, in quibus ſuſtentatur.

De Valore.

628. QUÆSTIO. Utrùm Valor ſit virtus?

Solutio. Valor eſt ideo virtus, quia eſt pretium aliarum virtutum.

629. QUÆSTIO. Quid eſt Valor?

Solutio. Valor eſt pretium & practica aliarum virtutum, & eſt id, quod valet contra vitia.

630. QUÆSTIO. De quo eſt Valor?

Solutio. Valor eſt de operibus aliarum virtutum, & ideo tantum valet, quòd pro nullis rebus, quæ non ſunt virtutes, poſſit emi.

631. QUÆSTIO. Quare eſt Valor?

Solu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Solutio. Valor est ideo, ut homines sint boni per Valorem, & ut propter Valorem laudentur & honorentur, & ut filii Valoris laudent & honorent DEUM.

632. QUÆSTIO. Quare est Valor major per Liberalitatem, quàm per aliquam aliam virtutem?

Solutio. Quia Valor, qui datus est per alias virtutes, plus valet per Liberalitatem, quàm per aliam virtutem.

633. QUÆSTIO. Cujus virtutis Qualitas est Valor?

Solutio. Valor est Qualitas aggregata de Qualitatibus aliarum virtutum, quæ honorant Valorem.

634. QUÆSTIO. Quo Tempore est Valor major?

Solutio. Valor est major illo Tempore, in quo est major practica virtutum.

635. QUÆSTIO. In quibus hominibus reperitur citiùs Valor?

Solutio. In illis hominibus Valor citiùs reperitur, quibus virtutes sunt viciniores.

636. QUÆSTIO. Quomodo acquiritur Valor?

Solutio. Valor acquiritur cum conjunctione virtutum contra vitia.

637. QUÆSTIO. Cum quo potest emi Valor?

Solutio. Valor non potest emi sinè pretio cujuslibet aliarum virtutum.

De Liberalitate.

638. QUÆSTIO. Utrùm Liberalitas sit virtus?

Solutio. Si Liberalitas non esset virtus, Avaritia non esset vitium.

639. QUÆSTIO. Quid est Liberalitas?

Solutio. Liberalitas est illa virtus, quæ dat id, quod sibi fuit datum ab aliis virtutibus; & ideo habet liberalis homo magnam Charitatem & magnam Spem.

640. QUÆSTIO. De quo est Liberalitas?

Solutio. Liberalitas est de illis donis, quæ aliæ virtutes illi spiritualiter donant, & est corporaliter de sanguine.

641. QUÆSTIO. Quare est Liberalitas?

Solutio. Liberalitas est ideo, ut sit dare, & ut non sit Avaritia nec aufferre; & ideo non possunt avari homines saturari divitiis, quæ non sunt DEUS nec virtutes.

642. QUÆSTIO. Utrùm Liberalitas sit tanta per intellectum, quanta per voluntatem?

Solutio. Liberalitas est abyssus seu profunditas per Discretionẽ, & superficies per Charitatem, & ideo potest ejus practica plùs durare per intellectum, quàm per voluntatem.

643. QUÆSTIO. Cujus virtutis Qualitas est Liberalitas?

Solutio. Liberalitas est communis Qualitas, in qua apparent dona, quæ illi contribuunt aliæ virtutes.

644. QUÆSTIO. Utrùm Liberalitas sit major per unum Tempus, quàm per aliud?

Solutio. Nullum elementum dat tantum, quantum ignis, nec aliquod elementum implet tantum, quantum aër.

645. QUÆSTIO. Cui personæ magìs convenit Liberalitas?

Solutio. Liberalitas magìs convenit communi personæ, quàm alicui alteri, quia recipit plus honoris, quàm aliqua alia persona.

646. QUÆSTIO. Quomodo durat Liberalitas?

Solutio. Liberalitas durat per Justitiam, Prudentiam & Discretionem, quæ mortificant Avaritiam, & modificant Charitatem in donare.

647. QUÆSTIO. Cum quo dantur dona per mensurationem?

Solutio. Justitia, Prudentia, Discretio & Valor sunt mensuræ, cum quibus sapientes homines mensurant dona, quæ convenit dare vel accipere.

De Honoratione.

648. QUÆSTIO. Utrùm Honoratio sit amabilis?

Solutio. Si Honoratio non esset amabilis, non esset vilipensio odibilis.

649. QUÆSTIO. Quid est Honoratio?

Solutio. Honoratio est aggregatio virtutum, cum qua honorantur illi, qui habent Valorem; & ideo putant aliqui homines, qui parum valent, quòd multùm valeant in Honoratione, cùm honorantur.

650. QUÆSTIO. De quo est Honoratio?

Solutio. Honoratio est de practica virtutum, quæ faciunt honorem valori.

651. QUÆSTIO. Quare est Honoratio?

Solutio. Honoratio est ideo, quia DEO convenit, quòd illi homines honorentur, quos ipse amat, & qui diligunt & honorant DEUM.

652. QUÆSTIO. Per quam virtutem est Honoratio major?

Solutio. Honoratio est major per Fidem in Prælatis, & per Justitiam in Principibus, & ideo convenit, quòd inter Honorationem Prælatorum & Principum sit Concordantia.

653. QUÆSTIO. Cujus virtutis Qualitas est Honoratio?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Solutio. Honoratio eſt Qualitas Valoris; quia honor eſt, ut Valor honoretur.

654. QUÆSTIO. In quo Tempore eſt Honoratio major?

Solutio. Honoratio eſt major in illo Tempore, in quo homo facit DEO majorem honorem.

655. QUÆSTIO. Cui perſonæ magìs convenit Honoratio?

Solutio. Honoratio meliùs convenit communi perſonæ, quàm alteri perſonæ, & hoc ideo, quia nulla perſona poteſt tantum honorare DEUM, quantum communis perſona.

656. QUÆSTIO. Quomodo conſervatur Honoratio?

Solutio. Honoratio conſervatur cum Charitate, Juſtitia, Diſcretione & Patientia.

657. QUÆSTIO. Cum quo acquiritur Honoratio?

Solutio. Acquirendo virtutes acquiritur Honoratio.

De Humilitate.

658. QUÆSTIO. Utrùm homo, qui habet Humilitatem, timeat vilipenſiones?

Solutio. Humilis homo timet vilipenſiones ſecundùm Legalitatem & Verecundiam, & non ſecundùm Valorem & Honorationem, in quæ non poteſt cadere dedecus.

659. QUÆSTIO. Quid eſt Humilitas?

Solutio. Humilitas eſt illa virtus, quæ honoratos homines facit deſcendere ad honorandum homines modici Valoris & ad ſerviendum eis.

660. QUÆSTIO. De quo eſt Humilitas?

Solutio. Humilitas eſt de Pace, Charitate, Pietate, Amicitia & Obedientia.

661. QUÆSTIO. Quare eſt Humilitas?

Solutio. Humilitas eſt ideo, ut homines magni in honore habeant ſocialitatem cum hominibus modici Valoris, Poteſtatis & Honoris.

662. QUÆSTIO. Utrùm Humilitas propter timorem ſit virtus?

Solutio. Humilitas eſt virtus adeò plena Amoris & Valoris, quòd illi eſſet magnus defectus, ſi eſſet virtus propter timorem.

663. QUÆSTIO. Utrùm Humilitas ſit bona Qualitas in vindicta?

Solutio. Humilitas eſt illa Qualitas, quæ facit homines memorare ſuas Minoritates, & facit eos obliviſci ſuas Majoritates & Honorationes.

664. QUÆSTIO. Utrûm Humilitas ſit omni Tempore amabilis?

Solutio. Si Humilitas non eſſet omni Tempore amabilis, eſſet Superbia aliquo Tempore amabilis.

665. QUÆSTIO. Quare eſt Humilitas magìs amabilis in communi perſona, quàm in privata perſona?

Solutio. Quia privatæ perſonæ ſe humiliant communi perſonæ, convenit, quòd Humilitas communîs perſonæ reſpondeat omnibus Humilitatibus privatarum perſonarum; & ideo per contrarium deſiderat ſuperbus, quòd ſit communis perſona.

666. QUÆSTIO. Quomodo fortificatur Humilitas?

Solutio. Per Modum majoris deſcensûs magìs fortificatur Humilitas.

667. QUÆSTIO. Cum quo fortificatur Humilitas?

Solutio. Humilitas fortificatur in fortitudine cum operibus virtutum.

De Caſtitate.

668. QUÆSTIO. Utrùm Caſtitas poſſit eſſe venialis virtutis?

Solutio. Si Caſtitas non poſſet eſſe venialis virtus, peccatum, quod extenditur in veniale & mortale, haberet majores termi-nos, quàm virtus, quod eſt impoſſibile.

669. QUÆSTIO. Quid eſt Caſtitas?

Solutio. Caſtitas eſt illa virtus, quæ magìs conſervat Ordinem Matrimonii, quàm ulla alia virtus.

670. QUÆSTIO. De quo eſt Caſtitas?

Solutio. Caſtitas eſt de Fine Matrimonii.

671. QUÆSTIO. Quare eſt Caſtitas?

Solutio. Caſtitas eſt ideo, ut Finis Matrimonii habeat ordinata inſtrumenta.

672. QUÆSTIO. Utrùm Caſtitas ſit major per corporale opus, quàm per ſpirituale?

Solutio. Delectatio intellectivæ potentiæ mortificat in Caſtitate delectationem imaginativæ & ſenſitivæ potentiæ.

673. QUÆSTIO. Cujus Qualitas eſt Caſtitas?

Solutio. Caſtitas eſt Qualitas Finîs Matrimonii; & ideo non convenit, quòd extra Matrimonium ſit carnalis copula.

674. QUÆSTIO. Utrùm Caſtitas & Luxuria uno & eodem Tempore poſſint eſſe in uno ſubjecto?

Solutio. In uno & eodem Tempore & in uno ſubjecto poſſunt eſſe veniale peccatum & virtus, quia virtus defendit, quòd peccatum non ſit mortale.

675.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

675. QUÆSTIO. In qua complexione habet Castitas majorem actum?

Solutio. Si Luxuria maximè est per humiditatem & caliditatem, convenit, quòd siccitas & frigiditas maximè sit regio Castitatis magìs, quàm aliqua alia complexio.

676. QUÆSTIO. Quomodo senex homo, qui non potest habere carnalem copulam, potest esse castus?

Solutio. Convenit, quòd inter theoricam & practicam, quæ sunt sub una specie, sit Concordantia.

677. QUÆSTIO. Cum qua virtute potest Castitas meliùs acquiri?

Solutio. Fortitudo & Temperantia sunt illæ virtutes, quæ magìs contrariantur Luxuriæ.

De Vitiis.

678. QUÆSTIO. Quid est Avaritia?

Solutio. Avaritia est contrarium Liberalitatis, & ideo potest cognosci solutio ejus Quæstionum cum solutionibus *Quæstionum de Liberalitate*, & etiam cum *Camera* ipsorum G. H., quæ continetur in Capite *de Significationibus*.

679. QUÆSTIO. Quare est Gula?

Solutio. In *Quæstionibus de Temperantia* est ejus solutio, & in *Camera* ipsorum E. K., quæ est in Capite *de Significationibus*.

680. QUÆSTIO. Cum quo Vitio habet Luxuria majorem Concordantiam?

Solutio hujus quæstionis significatur in Capite *de Castitate*, & in *Camera* ipsorum C. K.

681. QUÆSTIO. Quomodo est Superbia?

Solutio hujus quæstionis est significata in Capite *de Humilitate*, & in *Camera* ipsorum C. G.

682. QUÆSTIO. Quare est Invidia?

Solutio hujus quæstionis est significata in Capite *de Charitate* per contrarium, & in *Camera* ipsorum D. E.

683. QUÆSTIO. De quo est Ira.

Solutio hujus quæstionis est significata in Capite *de Patientia*, & in *Camera* ipsorum D. G.

684. QUÆSTIO. Quare est Mendacium?

Solutio hujus quæstionis est significata in *Definitione Veritatis* per contrarium, & in *Camera* ipsorum E. I.

685. QUÆSTIO. De quo est Furtum?

Solutio hujus quæstionis est significata in *Camera* ipsorum D. G., & in *Rubricis:* Duratio Voluntas, Duratio Contrarietas, Duratio Finis, Voluntas Contrarietas, Voluntas Finis, Contrarietas Finis; & istæ Rubricæ sunt in Capite *de Inventionibus*.

686. QUÆSTIO. De quo est Homicidium?

Solutio hujus quæstionis est significata in *Camera* ipsorum G. K., & per contrarium in Capite *de Patientia & Amicitia*.

687. QUÆSTIO. De quo est Inobedientia?

Solutio hujus quæstionis significatur in Capite *de Obedientia*, & in Capite *de Explicitè*, & in *Camera* ipsorum D. E. G.

688. QUÆSTIO. Quomodo fit Deceptio?

Solutio hujus quæstionis est in Capite de *Legalitate* & in *Camera* ipsorum D. G.

689. QUÆSTIO. De quo est Vilipensio?

Solutio hujus quæstionis est significata in Capite de *Valore* & *Honoratione*.

690. QUÆSTIO. De quo est Proditio?

Solutio hujus quæstionis est significata in Capite de *Legalitate*, & in *Camera* ipsorum D. K.

691. QUÆSTIO. Quare est Inimicitia?

Solutio hujus quæstionis est significata in Capite de *Charitate* & de *Amicitia*, & in *Camera* ipsorum D. E.

692. QUÆSTIO. Utrùm Infamatio sit peccatum?

Solutio hujus quæstionis est significata in *Definitione Veritatis*, & in Capite de *Humilitate*.

693. QUÆSTIO. Utrùm divulgare secreta sit peccatum?

Solutio hujus quæstionis est significata in Capite de *Fide, Spe, Legalitate* & *Amicitia*.

694. QUÆSTIO. Quid est Crudelitas?

Solutio hujus quæstionis est significata in Capite de *Charitate, Humilitate* & *Pietate*.

695. QUÆSTIO. De quo est Falsitas & Mendacium?

Solutio hujus quæstionis est significata in *Definitione Veritatis*, & in Capite de *Legalitate*.

696. QUÆSTIO. Quare est Pusillanimitas?

Solutio hujus quæstionis est significata in Capite de *Audacia* & de *Fortitudine* & in *Regula* ipsius E.

De Mixtione Principiorum.

697. QUÆSTIO. Utrùm Magnitudo sit Bonitas?

Solutio. Si Magnitudo in DEO non esset Bonitas, non esset Magnitudo bona per se ipsam tantùm.

698. QUÆSTIO. Quid est Magnitudo, quæ est Bonitas?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Solutio. Magnitudo, quæ eſt Bonitas, eſt illud ens, quod extra ſe non indiget aliquo.

699. QUÆSTIO. De quo eſt Magnitudo, quæ eſt Bonitas?

Solutio. Magnitudo, quæ eſt Bonitas, eſt de ſe ipſa, quia, cùm ſit Bonitas, non eſt neceſſarium, quòd ſit de alio, ſed de ſe ipſa.

700. QUÆSTIO. Quare eſt Magnitudo, quæ eſt Bonitas?

Solutio. Magnitudo, quæ eſt Bonitas, eſt ideo, ut ſit aliquod ens ita magnum & ita bonum per agere, ſicut per exiſtere.

701. QUÆSTIO. Quanta eſt Magnitudo, quæ eſt Bonitas?

Solutio. Magnitudo, quæ eſt Bonitas, eſt quanta in Ternario Numero, videlicet in Magnificativo, qui eſt bonus, & in Magnificabili, qui eſt bonus, & in Magnificare, quod eſt bonum; ſed Magnitudo, quæ eſt Bonitas, non eſt quanta in extenſitate in Æternitate nec in Poteſtate nec in aliis ſuis Dignitatibus, & ideo poteſt eſſe infinita.

702. QUÆSTIO. Qualis eſt Magnitudo, quæ eſt Bonitas?

Solutio. Magnitudo, quæ eſt Bonitas, eſt illud ens, quod eſt DEUS, quia nulli alteri enti convenit illa Unitas, quam Magnitudo & Bonitas habent in Numero.

703. QUÆSTIO. Quando fuit Magnitudo, quæ eſt Bonitas?

Solutio. Magnitudo, quæ eſt Bonitas, fuit, eſt & erit in Æternitate, cum qua eſt unum idem.

704. QUÆSTIO. Ubi eſt Magnitudo, quæ eſt Bonitas?

Solutio. Magnitudo, quæ eſt Bonitas, eſt in bonificare & in magnificare, quia magnum bonum eſt, quòd in illo ſit.

705. QUÆSTIO. Quomodo eſt Magnitudo, quæ eſt Bonitas?

Solutio. Magnitudo, quæ eſt Bonitas, eſt ſecundùm Modum Complementi, in quo non poteſt eſſe ullus defectus, quia magnum bonum eſt.

706. QUÆSTIO. Cum quo eſt Magnitudo, quæ eſt Bonitas?

Solutio. Magnitudo, quæ eſt Bonitas, eſt cum Unitate, quam Bonitas & Magnitudo habent in uno eodem Numero, & eſt cum Bonificativo, qui eſt Magnificativus, & eſt cum Bonificabili, qui eſt Magnificabilis, & eſt cum Bonificare, quod eſt Magnificare.

707. QUÆSTIO. Utrùm in Magnitudine, quæ eſt Bonitas, ſit Differentia?

Solutio. In Magnitudine, quæ eſt Bonitas, non eſt Differentia per Eſſentiam, quia magnum bonum eſt, quòd in illa non ſit: tamen magnum malum eſſet, ſi in Magnitudine, quæ eſt Bonitas, non eſſet Differentia Suppoſitorum, videlicet Differentia, quæ eſt inter Patrem & Filium & Sanctum Spiritum, quæ Differentia eſt magnum bonum.

708. QUÆSTIO. Quid eſt Differentia, quæ eſt in Magnitudine, quæ eſt Bonitas?

Solutio. Differentia, quæ eſt in Magnitudine, quæ eſt Bonitas, eſt DEUS, ut non ſit bona per accidens, quia eſſet magnum malum, ſi ita eſſet.

709. QUÆSTIO. De quo eſt Differentia, quæ eſt in Magnitudine, quæ eſt Bonitas?

Solutio. Differentia, quæ eſt in Magnitudine, quæ eſt Bonitas, eſt de Differentiativo, qui eſt Bonificativus & Magnificativus, & eſt de Differentiabili, qui eſt Bonificabilis & Magnificabilis, & eſt de Differentiare, quod eſt Bonificare & Magnificare, & hoc eſt bonum magnum, quòd ita ſit.

710. QUÆSTIO. Quare eſt Differentia, quæ eſt in Magnitudine, quæ eſt Bonitas?

Solutio. Ideo eſt Differentia in Magnitudine, quæ eſt Bonitas, ut ſit plena Magnificativo, Magnificabili & Magnificare, quia hoc eſt illi bonum & magnum Complementum.

711. QUÆSTIO. Quanta eſt Differentia, quæ eſt in Magnitudine, quæ eſt Bonitas?

Solutio. Differentia, quæ eſt in Magnitudine, quæ eſt Bonitas, eſt tanta, quanta eſt Magnitudo, & quantum eſt bonum Bonificativi, Magnificativi, Differentiativi, Bonificabilîs, Magnificabilîs, Differentiabilîs, Bonificare, Magnificare, Differentiare.

712. QUÆSTIO. Qualis eſt Differentia, quæ eſt in Magnitudine, quæ eſt Bonitas?

Solutio. Illa Differentia eſt ideo, quia in DEO ſunt Pater, Filius & Sanctus Spiritus, & ideo eſt illa Differentia magnum bonum.

713. QUÆSTIO. Quando fuit Differentia, quæ eſt in Magnitudine, quæ eſt Bonitas?

Solutio. Fuit, eſt & erit in Æternitate, cui Æternitati eſt illa Differentia magnum bonum, quia ſinè illa non poſſet habere in ſe ipſa Æternativum, Æternabile & Æternare, & eſſet vacua & otioſa magno bono.

714. QUÆSTIO. Ubi eſt Differentia, quæ eſt in Magnitudine, quæ eſt Bonitas?

Solutio. Illa Differentia eſt in Patre & Filio & Sancto Spiritu, & ideo eſt Differentia magnum bonum, quia ſinè illa non poſſent eſſe Pater, Filius & Sanctus Spiritus.

715.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

715. QUÆSTIO. Quomodo est Differentia, quæ est in Magnitudine, quæ est Bonitas?

Solutio. Est generante Patre de se ipso Filium cum Differentia & Magnitudine, & spirante Patre & Filio de se ipsis Sanctum Spiritum cum Differentia & cum magno bono, & ideo est Modus Differentiæ magnum bonum.

716. QUÆSTIO. Cum quo est Differentia, quæ est in Magnitudine, quæ est Bonitas?

Solutio. Est cum Bonitate, Magnitudine & cum se ipsa, & ideo est Differentia magnum bonum.

717. QUÆSTIO. Utrùm Magnitudo, quæ est Bonitas, sit infinita?

Solutio. Si Magnitudo, quæ est Bonitas, esset finita, non posset esse magnum bonum.

718. QUÆSTIO. Quid est Infinitas Magnitudinis, quæ est Bonitas?

Solutio. Est Ens, quod est bonum per Bonitatem, & magnum per Magnitudinem, & infinitum per Unitatem Bonitatis & Magnitudinis.

719. QUÆSTIO. De quo est Potestas, quæ est Æternitas?

Solutio. Est de Æterno Possificativo, de Æterno Possificabili & de Æterno Possificare.

720. QUÆSTIO. Quare est Sapientia, quæ est Potestas?

Solutio. Sapientia, quæ est Potestas, est ideo, ut omne id, quod est possibile, sit intelligibile & intellectum.

721. QUÆSTIO. Quanta est Voluntas, quæ est Sapientia?

Solutio. Voluntas, quæ est Sapientia, est quanta secundùm Ternarium Numerum, extra quem non est quanta.

722. QUÆSTIO. Qualis est Virtus, quæ est Voluntas?

Solutio. Est Virtus DEI, & ideo in Voluntate DEI non potest esse Vitium.

723. QUÆSTIO. Quando fuit Veritas, quæ est Virtus?

Solutio. Fuit, est & erit in Æternitate, & ideo non potest esse in Tempore.

724. QUÆSTIO. Ubi est Veritas, quæ est Gloria?

Solutio. Est in Paternitate, Filiatione & Spiratione DEI, quæ sunt veræ & glorioſæ Personæ.

725. QUÆSTIO. Quomodo est Differentia, quæ est Gloria?

Solutio. Est secundùm Modum, quem DEUS habet per Generationem & Spirationem.

726. QUÆSTIO. Cum quo est Concordantia, quæ est Differentia?

Solutio. Est cum Concordativo Differentiativo, Concordabili Differentiabili, & Concordare Differentiare, & ideo non potest esse in illa Differentia Confusio nec Contrarietas.

727. QUÆSTIO. Utrùm Contrarietas possit esse Concordantia?

Solutio. Si Contrarietas posset esse Concordantia, posset esse DEUS, qui est Concordantia.

728. QUÆSTIO. Quid est Principium, quod non est Contrarietas?

Solutio. Principium, quod non est Contrarietas, est in DEO Concordantia, & ideo est illud Principium æternaliter & infinitè remotum à Contrarietate; & Principium, quod non est Concordantia, est propinquum Contrarietati.

729. QUÆSTIO. De quo est Medium, quod est Principium?

Solutio. Est de Principiativo, Principiabili & Principiare per Essentiam.

730. QUÆSTIO. Quare est Medium, quod est Finis?

Solutio. Est ideo, ut habeat in se ipso omne id, quod illi convenit; & ideo tale Medium indiget nullo extra se per essentiam.

731. QUÆSTIO. Utrùm Majoritas possit esse Finis?

Solutio. Majoritas non potest esse sinè Minoritate, & ideo convenit, quòd habeat Quantitatem, cum qua non potest esse Finis, quia, si posset, posset esse DEUS, qui est Finis sinè Quantitate.

732. QUÆSTIO. Qualis est illa Æqualitas, quæ potest esse sinè Majoritate?

Solutio. Nulla Æqualitas potest esse sinè aliqua Majoritate, nisi illa tantùm, quæ est Patris & Filii & Sancti Spiritûs.

733. QUÆSTIO. Quando fuit Minoritas, quæ non est Æqualitas?

Solutio. Fuit in sua creatione, & ideo Mundus non potest esse æternus.

734. QUÆSTIO. Ubi est Minoritas?

Solutio. Est in Differentia, quæ non est Concordantia, & est in Concordantia, quæ non est Differentia; & ideo est Majoritas inter Differentiam & Concordantiam, quæ sunt creaturæ.

735. QUÆSTIO. Quomodo est Minoritas?

Solutio. Est secundùm Modum Majoritatis & Contrarietatis.

736. QUÆSTIO. Cum quo est Minoritas?

Solutio. Est cum accidente & cum mi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

norificativo, minorificabili & minorificare, ſinè quibus non poſſet eſſe.

De Eccleſia.

737. QUÆSTIO. Utrùm quilibet Chriſtianus teneatur toto ſuo poſſe defendere & exaltare ſanctam Eccleſiam DEI?

Solutio. Omnes illi peccant, qui ſunt contra univerſale Bonum.

738. QUÆSTIO. Quid eſt Eccleſia DEI?

Solutio. Eccleſia DEI eſt congregatio fidelium hominum, qui in hac vita tractant honorem & ſervitium DEI.

739. QUÆSTIO. De quo eſt Eccleſia DEI?

Solutio. Eccleſia DEI eſt de ſanctis & electis hominibus, ut perpetuò ſint in triumphante Eccleſia.

740. QUÆSTIO. Quare eſt Eccleſia DEI?

Solutio. Eſt propter conſervandam & multiplicandam Fidem, & ut ſit Lumen ad acquirendum virtutes, & mortificandum vitia.

741. QUÆSTIO. Utrùm Eccleſia ſit major in Quantitate perſonarum, vel in ſanctitate earum?

Solutio. Magnitudo eſt major in Bonitate per Sanctitatem, quàm per Quantitatem numeri.

742. QUÆSTIO. Quæ Qualitates ſunt neceſſariæ Eccleſiæ?

Solutio. Eccleſiæ eſt neceſſaria Bonitas, ut ſit bona, & Magnitudo, ut ſit magna, & Duratio, ut duret, & Poteſtas, ut poſſit contra ſuos inimicos, & Sapientia, ut ſciat deſtruere errores, & Amor, quia eſt amabilis.

743. QUÆSTIO. Quando incepit Eccleſia?

Solutio. Incepit Tempore Adæ per Pœnitentiam, & Tempore Abelis per Fidem & Patientiam.

744. QUÆSTIO. In quibus hominibus habet Eccleſia majorem virtutem?

Solutio. Habet majorem virtutem in illis, qui habent ſacerdotalem Ordinem, & in illis, qui ipſam plùs diligunt, cognoſcunt & honorant.

745. QUÆSTIO. Quomodo poteſt Eccleſia DEI magìs honorari?

Solutio. Cum humili & juſto memorare, intelligere & amare, & cum multiplicatione ejus honoris per univerſum Mundum.

746. QUÆSTIO. Cum quo mali homines faciunt Eccleſiæ majus vilipendium?

Solutio. Cum ſuperbo & ignorante intellectu, & cum majori dilectione temporalium & terrenorum bonorum, quàm cœleſtium.

De Prælato.

747. QUÆSTIO. Utrùm Prælatus ſit neceſſarius Eccleſiæ DEI?

Solutio. Specialia bona naturaliter debent conſervari in generalibus bonis.

748. QUÆSTIO. Quid eſt Prælatus?

Solutio. Prælatus eſt illa communis perſona, per quam Fides plùs debet excoli, quàm per aliam perſonam.

749. QUÆSTIO. De quo eſt Prælatio?

Solutio. Prælatio eſt de uno lumine conjuncto de pluribus luminibus ad illuminandum & honorandum Vicariam & exemplum beati Petri.

750. QUÆSTIO. Quare eſt Prælatus?

Solutio. Prælatus eſt ideo, ut ſit unum lumen, ex quo accendantur plures candelæ ad illuminandum vias beatitudinis.

751. QUÆSTIO. Quanta eſt Prælatio?

Solutio. Prælatio debet eſſe tanta inclinando ſe ad ſuas oves, quòd illarum Minoritates aſcendere faciat ad recipiendum beneficium à ſua Majoritate.

752. QUÆSTIO. Quæ ſunt Qualitates Prælati?

Solutio. Qualitates Prælati ſunt communes, quia ſunt de communi officio, ratione cujus ipſe eſt communis perſona; & ideo non permittit bonus Prælatus ſuas oves devorari à lupis.

753. QUÆSTIO. Quo Tempore incepit Prælatio?

Solutio. Prælatio incepit Tempore Abrahæ per figuram, & Tempore Sancti Petri per formam.

754. QUÆSTIO. Cui hominum meliùs convenit Prælatio?

Solutio. Prælatio meliùs convenit illi Sacerdoti, qui eſt magis communis perſona.

755. QUÆSTIO. Quomodo debet Prælatus defendere ſuas oves à lupo?

Solutio. Prælatus cum ſua Sanctitate & cum Sanctitate ſui Collegii cuſtodit & paſcit ſuas oves.

756. QUÆSTIO. Cum quo eſt Prælatus gratus ſuo populo?

Solutio. Prælatus eſt gratus ſuo populo cum bonis procuratoribus, qui plùs diligunt æviterna bona, quàm temporalia.

De Religione.

757. QUÆSTIO. Utrùm Religio ſit neceſſaria in Eccleſia DEI?

Solutio. Concordantia dividitur in intenſam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tensam virtutem contemplativæ vitæ, & in extensam virtutem activæ vitæ.

758. QUÆSTIO. Quid est Religio?

Solutio. Religio est Ordo congregatus & ordinatus ad intensas virtutes.

759. QUÆSTIO. De quo est Religio?

Solutio. Religio est de religiosis personis deputatis ad habendam altiorem vitam.

760. QUÆSTIO. Quare est Religio?

Solutio. Religio est ideo, ut sint aliquæ personæ, quas temporalia bona non impediant in Oratione, Devotione, Prædicatione & in aliis operibus, quæ sunt altioris exempli.

761. QUÆSTIO. Utrùm Religio sit major per amare, quàm per intelligere?

Solutio. Pauperi Religioso æqualiter prohibentur divitiæ, ut sit occupatus in magnis operibus sanctæ vitæ, & in memorando, intelligendo & amando DEUM & suum proximum.

762. QUÆSTIO. Quæ sunt majores Qualitates Religionis?

Solutio. Ignis habet suum calorem in pipere in quarto gradu, & in cinamomo in tertio, & in fœniculo in secundo, & in aniso in primo.

763. QUÆSTIO. Quo Tempore incepit Religio?

Solutio. Incepit Tempore Prophetarum secundùm figuram, & Tempore JESU Christi & Apostolorum secundùm formam.

764. QUÆSTIO. Ubi est Religio?

Solutio. Religio est in Intensitate & Extensitate suorum suprædictorum Principiorum.

765. QUÆSTIO. Quomodo debet vivere Religiosus?

Solutio. Finis, propter quem est Religio, est Religioso lumen suæ vitæ.

766. QUÆSTIO. Cum quo durat Religio?

Solutio. Religio durat cum Fine suorum principiorum, & moritur cum Privatione illorum.

De Militia.

767. QUÆSTIO. Utrùm Militia sit necessaria in Mundo?

Solutio. Si Milites bene servarent suum ordinem, Justitia extenderetur per universum Mundum.

768. QUÆSTIO. Quid est Militia?

Solutio. Militia est ordo personarum, quæ per vires armorum alias personas faciunt esse in timore.

769. QUÆSTIO. De quo est Militia?

Solutio. Militia est de magnanimis personis electis ad fortes actus per vires armorum & per artem bellandi.

770. QUÆSTIO. Quare est Militia?

Solutio. In camera, in qua sunt libri, convenit esse murilegos, ut destruant mures.

771. QUÆSTIO. Utrùm genus magìs exaltetur per Justitiam in Militia, quàm per divitias?

Solutio. Electi mores exaltant genus.

772. QUÆSTIO. Quæ sunt Qualitates Militiæ?

Solutio. Miles habet unum brachium ad defendendum se, & habet aliud ad vincendum, & ideo est clypeus in Militia per secundam Intentionem, & ensis per primam, cui convenit brachium dextrum & clypeo siniſtrum.

773. QUÆSTIO. Quo Tempore habet Miles majorem virtutem?

Solutio. Illo Tempore, quo Justitia est magìs necessaria, meliùs significatur Fortitudo Militis.

774. QUÆSTIO. Ubi est Fortitudo Militis?

Solutio. In corde per Audaciam, & in Anima per Justitiam & Prudentiam.

775. QUÆSTIO. Quomodo est Miles bonus?

Solutio. Illi Milites sunt boni, qui sequuntur Finem, propter quem sunt Milites.

776. QUÆSTIO. Cum quo durat & conservatur Militia?

Solutio. Militia conservatur & durat cum Fine, ratione cujus est inventa.

De Principe.

777. QUÆSTIO. Utrùm Princeps, qui est contra ordinem Militiæ, sit Miles?

Solutio. Omne particulare existens contra suum universale est corruptibile & contra finem, propter quem est.

778. QUÆSTIO. Quid est Princeps?

Solutio. Princeps est ille liber homo, quem injusti homines magìs timent.

779. QUÆSTIO. De quo est Princeps?

Solutio. Princeps est de pluribus honoribus ab antiquo convenientibus suo officio.

780. QUÆSTIO. Quare est Princeps?

Solutio. Princeps est ideo, ut in suo officio habeant plures personæ utilitatem.

781. QUÆSTIO. Quare magìs convenit Principi dare, & non recipere?

Solutio. Quia dare est nobilior usus, quàm accipere.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

782. QUÆSTIO. Quæ ſunt Qualitates Principis?

Solutio. Juſtitia, Amor, Timor, Sapientia, Honor &c.

783. QUÆSTIO. Quo Tempore eſt Princeps magìs amabilis?

Solutio. Illo Tempore, in quo ejus ſubditi habent majores neceſſitates; & ideo eſt bonus Princeps Columna Spei.

784. QUÆSTIO. Ubi habet Princeps majorem virtutem?

Solutio. Quia Princeps eſt electus per æquales Humilitates, eſt major in Juſtitia & in Humilitate.

785. QUÆSTIO. Quomodo debet Princeps regnare?

Solutio. Secundùm Modum Finîs, propter quem eſt Princeps: quia ille Finis dirigit ipſum ad tenendum ſuum officium.

786. QUÆSTIO. Cum quo habet Princeps legale Conſilium?

Solutio. Cum Legalitate ſuî ipſius & cum Fine ſui Officii.

De Procuratore.

787. QUÆSTIO. Utrùm Procurator poſſit dimittere ſuum officium ſinè licentia ſui Domini?

Solutio. Omnis bona promiſſio debet ſervari, poſtquam poteſt ſervari, & ratio eſt, ut Fini bonæ intentionis non fiat injuria.

788. QUÆSTIO. Quid eſt Procuratio?

Solutio. Procuratio eſt illa actio vel defenſio, quæ datur ſub conditione juvaminis.

789. QUÆSTIO. De quo eſt Procuratio?

Solutio. Procuratio eſt de Poteſtate collata per Dominum, qui requirit juvamen.

790. QUÆSTIO. Quare eſt Procuratio?

Solutio. Quia homo per ſe ipſum non poteſt habere hoc, quod ad illum pertinet, ideo facit Procuratorem, qui ipſum juvet ad habendum hoc, quod illi convenit.

791. QUÆSTIO. Utrùm Procurator ſe poſſit tantum extendere per Procurationem, quantum Dominus, in hoc, quod petit vel defendit?

Solutio. Abſoluta Procuratio nihil excipit.

792. QUÆSTIO. Utrùm Procuratio ſit propria vel appropriata Qualitas?

Solutio. Si procuratio eſſet propria Qualitas, eſſent Procurator & Dominus una eadem perſona.

793. QUÆSTIO. Utrùm Procurator & Dominus poſſint uno eodem Tempore uti petitâ vel defenſâ re?

Solutio. Finis, propter quem eſt Procuratio, non patitur, quòd Procurator & Dominus uno eodem Tempore habeant eandem actionem.

794. QUÆSTIO. Utrùm Procuratio ſuſpendatur in Loco, in quo eſt principalis perſona, quæ dedit Procurationem?

Solutio. Dominus, qui facit Procurationem, poteſt ſibi retinere aliquam conditionem.

795. QUÆSTIO. Quomodo eſt Procurator legalis?

Solutio. Procurator eſt legalis ſecundùm Finem, ratione cujus eſt factus Procurator.

796. QUÆSTIO. Cum quo durat Procuratio?

Solutio. Id, cum quo Procuratio durat, ſunt ſuæmet conditiones.

De Judice.

797. QUÆSTIO. Utrùm Princeps poſſit eſſe Judex in propria cauſa?

Solutio. Illud, propter quod Princeps non poteſt eſſe Judex illius, quod petit à ſuo vaſallo vel defendit, eſt, quia Judicium convenit communi perſonæ.

798. QUÆSTIO. Quid eſt Judex?

Solutio. Judex eſt communis perſona, cui multi homines, qui ſunt contrarii, committunt ſuum jus.

799. QUÆSTIO. De quo eſt Judicium?

Solutio. Judicium eſt de Duratione affirmationis vel negationis ſuper veras res.

800. QUÆSTIO. Quare eſt Judex?

Solutio. Judex eſt ideo, quia ad Judicium pertinet communis perſona, quæ ſciat cognoſcere verum & falſum, & quæ habeat libertatem in amando & cognoſcendo; & ideo bonus Judex libenter ſtudet Juri dicendo, & non recipit munera ab illis, qui ipſius Judicium exſpectant.

801. QUÆSTIO. Utrùm virtus Judicis tantum extendatur in Judicio per amare, quantum per intelligere?

Solutio. Differentia naturalis Juris & poſitivi Juris confundit intellectum Judicis in Judicio.

802. QUÆSTIO. Utrùm Jus magìs exiſtat per proprias Qualitates, quàm per appropriatas?

Solutio. Nullus Judex eligitur ad judicandum ſecundùm credentiam, & ideo eſt neceſſarium, quòd Jus ſit de Scientia.

803.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

803. QUÆSTIO. Utrùm Judex, quando profert sententiam, sit magìs obligatus ad amandum veritatem, quàm ad intelligendũ?

Solutio. In Judicio est veritas magìs necessaria per intelligibilitatem, quàm per amabilitatem, & ideo debet intellectus in Judicio præcedere voluntatem.

804. QUÆSTIO. Utrùm Scientia sit necessaria in Judicio?

Solutio. Sinè habitu scientiæ habet nullus intellectus Finem, in quo possit quiescere; & ideo habet intellectus passionem in credentia.

805. QUÆSTIO. Suppositо, quòd Jus non sit Scientia, quomodo potest Judex judicare?

Solutio. Ex naturalibus principiis naturalîs substantiæ descendunt naturales & necessarii habitus, qui vitam hominis dirigunt & instituunt; & ideo sunt illi habitus boni, magni, durabiles, & sic de aliis principiis hujus Scientiæ.

806 QUÆSTIO. Utrùm luxuriosus homo possit esse Judex?

Solutio. Quia Judicium est secundùm plures fines, & si castus homo non potest inveniri pro Judice, potest luxuriosus homo eligi in Judicem secundùm finem temporalium bonorum, sed non secundùm finem Castitatis; & ista solutio significatur secundùm Regulas supradicti Capitis de Judice, secundùm quas Regulas homo potest applicare Jus ad necessariam Scientiam sub brevi compilatione; *& ideo esset rationabile, quòd Doctores & Domini Jurisperiti applicarent Jus ad Scientiam sub brevi compilatione, cùm sit ita prolixum & confusum.*

De Medicina.

807. QUÆSTIO. Utrùm Medicina possit applicari ad necessaria principia sub brevi compendio?

Solutio. Secundùm ordinationem datam in decem Regulis hujus Scientiæ est signficatum, quòd Medicina sit applicabilis ad necessaria principia abbreviatè; & quòd hoc sit verum, significavimus *in Principiis Medicinæ*, quæ fecimus.

808. QUÆSTIO. Quid est Medicus?

Solutio. Medicus est ille homo, qui procurat, quòd natura in homine sit ordinata.

809. QUÆSTIO. De quo est Medicina?

Solutio. Medicina est de naturali motu, qui movetur ab artificiali motu ad Finem Sanitatis.

810. QUÆSTIO. Quare est Medicina?

Solutio. Medicina est ideo, ut sanitas, quæ exivit extra substantiam, reducatur intrà, ut substantia sit sana.

811. QUÆSTIO. Quare continua febris est magìs periculosa, quàm alia febris?

Solutio. Nulla febris potest esse tanta in discreta Quantitate, quanta in continua.

812. QUÆSTIO. Utrùm avarus homo possit licentiari in Medicina?

Solutio. Secundùm Finem sanitatis debent Qualitates Medici esse communes in sanitate, cùm ipse sit communis persona rationе sanitatis.

813. QUÆSTIO. In qua hora naturalîs diei potest Medicus meliùs cognoscere infirmitatem subjecti?

Solutio. Quælibet febris habet suam regionem in naturali die, prout significavimus in *Principiis Medicinæ.*

814. QUÆSTIO. In quo particulari sensu potest Medicus meliùs habere cognitionem infirmitatis?

Solutio. Nulla sensitiva potentia potest Medico ita manifestare infirmitatem, sicut affativa potentia.

815. QUÆSTIO. Quomodo scit Medicus gradare Medicinam, quam ministrat?

Solutio hujus quæstionis tradita est in *Principiis Medicinæ.*

816. QUÆSTIO. Quomodo scit Medicus concordare theoricam & practicam Medicinæ?

Solutio. Secundùm decimam Regulam & practicam, quam de illa dedimus, potest Medicus in hac Scientia concordare practicam & theoricam Medicinæ.

De Mercatura.

817. QUÆSTIO. Utrùm Mercatura sit virtus?

Solutio. Nulla res est virtus, cum qua homo potest vivere vitiosè.

818. QUÆSTIO. Quid est Mercator?

Solutio. Mercator est illa persona, quæ unam rem permutat pro alia, ut possit habere lucrum.

819. QUÆSTIO. De quo est Mercatura?

Solutio. Mercatura est de permutatione rerum, ut habeantur divitiæ & honores, & ut possint vivere alii cum aliis.

820. QUÆSTIO. Quare est Mercator?

Solutio. Mercator est ideo, ut illa, quæ sunt necessaria, apportentur in illas terras, quæ illis indigent.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

821. QUÆSTIO. Utrùm Mercatura ſit major per liberalem hominem, quàm per avarum?

Solutio. Omnis res poteſt eſſe major per virtutem, quàm per vitium.

822. QUÆSTIO. Quæ ſunt Qualitates Mercaturæ?

Solutio. Neceſſitas permutabilium rerum eſt propria Qualitas Mercaturæ, & ſufficientia illarum eſt appropriata Qualitas Mercaturæ.

823. QUÆSTIO. Quando fuit Mercatura inventa?

Solutio. Illo Tempore fuit Mercatura inventa, quo primò incepit indigentia rerum.

824. QUÆSTIO. In quo homine habet Mercatura majorem virtutem?

Solutio. Legalitas, Diſcretio & Prudentia faciunt bonum Mercatorem.

825. QUÆSTIO. Quomodo conſervatur & durat Mercatura?

Solutio. Mercatura conſervatur cum Legalitate, Diligentia, Diſcretione & Humilitate; & ideo non vult ſapiens Mercator, quòd ſuus filius fiat Miles vel Eques.

826. QUÆSTIO. Cum quo poteſt homo eſſe bonus Mercator?

Solutio. Homines, qui ſunt boni Mercatores, habent magnum capitale ſeu divitias, & ſequuntur Finem Mercaturæ.

De Oratione.

827. QUÆSTIO. Utrùm Oratio meliùs conveniat cum cogitare, quàm cum loqui?

Solutio. Quia DEUS eſt ſpirituale Ens, convenit Oratio meliùs cum cogitare, quàm cum loqui.

828. QUÆSTIO. Quid eſt Oratio?

Solutio. Oratio eſt vicinitas DEI & hominis.

829. QUÆSTIO. De quo eſt Oratio?

Solutio. Oratio eſt de amicitia, quæ eſt inter DEUM & hominem.

830. QUÆSTIO. Quare eſt Oratio?

Solutio. Oratio eſt ideo, ut DEUS & homo efficiantur amici, & ut DEUS det pacem in terra.

831. QUÆSTIO. Utrùm Oratio ſit major per intenſam Quantitatem, quàm per extenſam?

Solutio. Omnis virtus eſt clarior per intenſam Quantitatem, quàm per extenſam.

832. QUÆSTIO. Utrùm Oratio moveat DEUM ad donandum & parcendum, vel ejus Qualitas?

Solutio. Ignis cum ſuo calore movet aërem ad calefaciendam aquam, & homo cum bona & magna Oratione movet DEUM ad donandum & parcendum.

833. QUÆSTIO. Quando habet Oratio majorem virtutem?

Solutio. Oratio habet majorem virtutem, quando cor facit aquam aſcendere ad oculos, ut lacrymentur, & quando emittit extrà ſuſpiria, & calefacit corpus propter amare DEUM & ſua opera.

834. QUÆSTIO. In quo homine habet Oratio majorem virtutem?

Solutio. Oratio habet majorem virtutem in illo homine, qui habet majus & nobilius officium, dummodò in illo Oratio & officium habeant Concordantiam.

835. QUÆSTIO. Quomodo eſt Oratio?

Solutio. Oratio eſt cum ſuis primis principiis & cum Concordantia mentis & verborum, & eſt cum conceptione mentis ſinè motu linguæ.

836. QUÆSTIO. Cum quo habet Oratio majorem virtutem?

Solutio. Oratio habet majorem virtutem cum Majoritate Fidei, Charitatis & Spei & memorandi, intelligendi & amandi DEUM; & ideo ſunt ſtulti illi homines, qui credunt magìs rogare DEUM per loqui, quàm per meditari.

De Confeſſione.

837. QUÆSTIO. Utrùm Confeſſio ſit virtus?

Solutio. Si Confeſſio non eſſet virtus, non eſſet inſtrumentum ad remittendam pœnam & culpam.

838. QUÆSTIO. Quid eſt Confeſſio?

Solutio. Confeſſio eſt revelatio peccatorum cum Contritione & Verecundia.

839. QUÆSTIO. De quo eſt Confeſſio?

Solutio. Confeſſio eſt de peccatis, quando homo ſe accuſat cum affatu, ut faciat Pœnitentiam & Satisfactionem.

840. QUÆSTIO. Quare eſt Confeſſio?

Solutio. Confeſſio eſt ideo, ut fiat reconciliatio & detur conſilium ſub ſpecie Pœnitentiæ & Satisfactionis.

841. QUÆSTIO. Utrùm Confeſſio ſit major per Contritionem, quàm per Verecundiam?

Solutio. Virtus Confeſſionis eſt major per operationem cordis, quàm oculorum, & hoc ideo, quia operationes mentis ſunt majores, quàm oculorum.

842.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

842. QUÆSTIO. Utrùm Confessio habeat majorem Concordantiam cum negatione, quàm cum affirmatione?

Solutio. Confessio habet Concordantiam cum negatione per Pœnitentiam, & cum affirmatione per Amantiam; & ideo homines, qui sunt in peccato, & volunt confiteri, plùs timent Verecundiam, quàm Contritionem.

843. QUÆSTIO. Utrùm Confessio sit virtus, quando homines, qui sunt in peccato, confitentur, & non proponunt tunc exire de peccato?

Solutio. Omnis Confessio, quæcunque sit, affert aliquam utilitatem ratione Verecundiæ.

844. QUÆSTIO. Utrùm Confessio sit vera in homine, qui confitetur sinè Contritione?

Solutio. Confessio habet unum Judicium per Contritionem, & aliud per Verecundiam; & ideo homines, qui confitentur sinè Contritione, & habent Verecundiam, Virtus Verecundiæ parat illis vias, per quas veniunt ad Contritionem.

845. QUÆSTIO. Quomodo est Confessio?

Solutio. Confessio est cum Revelatione peccatorum alteri personæ, quæ habeat Ordinem & Potestatem remittendi pœnas & culpas, & dandi Pœnitentiam.

846. QUÆSTIO. Cum quo constringit & cogit se ipsum homo, qui est in peccato, quòd veniat ad Confessionem?

Solutio. Homines, qui cogunt & constringunt se ipsos ad Confessionem, sæpiùs memorant magnam Justitiam DEI, & magnas & perpetuas pœnas, quas dat infernalis ignis, & memorant magnas glorias Paradisi, quas amittunt peccatores.

De Prædicatione.

847. QUÆSTIO. Utrùm Prædicatio sit magìs utilis per Sermonem, quàm per bonum exemplum?

Solutio. Necessitas Sermonis completur per Doctrinam, & ejus testimonium est bona vita Prædicatoris.

848. QUÆSTIO. Quid est Prædicatio?

Solutio. Prædicatio est dare Doctrinam illis, qui DEUM non sciunt cognoscere, amare, honorare nec ipsi servire.

849. QUÆSTIO. De quo est Prædicatio?

Solutio. Prædicatio est de verbis congregatis ex Scientia & Amantia, & est de bono exemplo, quod Prædicator dat, in quantum possidet bonam vitam.

850. QUÆSTIO. Quare est Prædicatio?

Solutio. Prædicatio est ideo, ut oves JESU Christi habeant Pastores, qui ipsas defendant à lupis.

851. QUÆSTIO. Utrùm Prædicatio sit major per Authoritates, quàm per moralem Philosophiam?

Solutio. Duæ sunt terræ, in quibus seminatur Prædicatio, de una oritur Intelligentia, & de altera oritur Credentia.

852. QUÆSTIO. Quæ sunt Qualitates Prædicationis?

Solutio. Intelligere & amare sunt propriæ Qualitates Prædicationis, ut Prædicatio sit intelligibilis & amabilis, & ornamenta verborum sunt appropriatæ Qualitates.

853. QUÆSTIO. Quare habet Prædicatio majorem virtutem in tertia hora, quàm in alia hora diei?

Solutio. Nulla complexio habet tantam Concordantiam cum amare & intelligere, quantam habet humida & calida complexio.

854. QUÆSTIO. In quo Loco est Prædicatio magìs necessaria?

Solutio. Prædicatio est magìs necessaria in Loco, ubi DEUS minùs intelligitur, amatur, memoratur, honoratur & illi servitur.

855. QUÆSTIO. Quomodo facit Prædicator bonum Sermonem?

Solutio. Prædicator facit bonum Sermonem per bonum exemplum & per bona & magna verba, quorum Bonitas & Magnitudo sit bonus & magnus Finis, & eorum major virtus ponatur in fine Sermonis, ut Sermo remaneat desiderabilis.

856. QUÆSTIO. Cum quo movet Prædicator audientes ad devotionem & contritionem?

Solutio. Bonus Prædicator ornat bona verba cum magna scientia, & ornat magnam scientiam cum bonis verbis, & cum tali ornatu verborum ornatorum de substantialibus principiis movet audientes ad contritionem & devotionem: & etiam movet illos cum sua devotione & contritione per bonum exemplum.

De Doctrina.

857. QUÆSTIO. Utrùm Doctrina sit magìs inventa propter amare, quàm propter intelligere?

Solutio. Doctrina est ideo inventa, quia est amabilis & intelligibilis; & ideo est ma-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gis inventa propter intelligere, quàm propter credere.

858. QUÆSTIO. Quid eſt Doctrina?

Solutio. Doctrina eſt docere ea, quæ homo ignorat, & ipſum aſſuefacere ad bonos mores.

859. QUÆSTIO. De quo eſt Doctrina?

Solutio. Doctrina eſt de illis ſimilitudinibus, quæ extrà naſcuntur de naturalibus ſubſtantiis, & eſt de manifeſtatione, quam dat affatus.

860. QUÆSTIO. Quare eſt Doctrina?

Solutio. Doctrina eſt ideo, ut ſequatur Finis intelligibilitatis & amabilitatis.

861. QUÆSTIO. Utrùm poſitiva Doctrina habeat tam nobilem Finem, ſicut probativa Doctrina?

Solutio. Probativa Doctrina eſt per continuam Quantitatem, & poſitiva per diſcretã.

862. QUÆSTIO. Quæ ſunt Qualitates Doctrinæ?

Solutio. Qualitates Doctrinæ ſunt intelligibilitas & amabilitas illarum rerum, quæ ſunt utiles intelligi & amari.

863. QUÆSTIO. Quando incepit Doctrina?

Solutio. Doctrina incepit illo Tempore, quando intellectus de Imaginatione accepit ſimilitudines corporalium rerum in abſentia particularium ſenſuum.

864. QUÆSTIO. Cui homini eſt Doctrina magis neceſſaria?

Solutio. Doctrina eſt magis neceſſaria illi perſonæ, quæ eſt magis communis; & ideo curabant antiqui Principes ſuis filiis Doctrinam tradi.

865. QUÆSTIO. Quomodo datur Doctrina?

Solutio. Doctrina datur demonſtrando ſimilitudines, quæ extramittuntur ex naturalibus ſubſtantiis, quæ ſunt de earum principiis, & etiam datur docendo conſuetudinem bonorum morum.

866. QUÆSTIO. Cum quo datur Doctrina?

Solutio. Doctrina datur cum Credentia in principio, & in fine cum Experientia & cum intelligere; & ideo eſt Doctrina poſitiva à principio usque ad medium, & à medio usque ad finem eſt demonſtrativa.

De Conſilio.

867. QUÆSTIO. Utrùm Conſilium magis exiſtat per poſitivam Doctrinam, quàm per demonſtrativam?

Solutio. Poſitivæ res ſunt in intellectu, ut in illo ſint demonſtrativæ.

868. QUÆSTIO. Quid eſt Conſilium?

Solutio. Conſilium eſt auxilium petitum ad intelligendum modum, per quem poſſit haberi deſideratus finis.

869. QUÆSTIO. De quo eſt Conſilium?

Solutio. Conſilium eſt de multis intellectivitatibus concordatis ad unum finem intelligendi & amandi.

870. QUÆSTIO. Quare eſt Conſilium?

Solutio. Conſilium eſt ideo, quia unus intellectus non ſufficit ad intelligendum modum, ſecundùm quẽ deſiderata res ſe habet.

871. QUÆSTIO. Utrùm Conſilium ſit melius per Legalitatem, quàm per Doctrinam?

Solutio. Nullum Conſilium eſt completum ſinè Legalitate & Doctrina.

872. QUÆSTIO. Quales ſunt naturæ Conſilii?

Solutio. Finis Conſilii eſt ejus propria Qualitas, & fines conſiliatorum ſunt appropriatæ Qualitates.

873. QUÆSTIO. Quando eſt Conſilium in rubeo triangulo magis neceſſarium?

Solutio. Convenit, quòd complementum Conſilii ſit in Principio, ut poſſideat ſuam virtutem per Medium usque ad Finem, in quo homo attingit id, quod deſiderat.

874. QUÆSTIO. Cui homini eſt Conſilium magis neceſſarium?

Solutio. Illi homines, qui habent majorem poteſtatem, & ſunt nobiliores, ſunt in majori periculo, quàm cæteri homines.

875. QUÆSTIO. Quomodo eſt Conſilium bonum?

Solutio. Conſilium eſt bonum per bonum Dominum & per bonos Conſiliarios.

876. QUÆSTIO. Cum quo eſt Conſilium magis ſecurum?

Solutio. Conſilium eſt magis ſecurum cum bonis Conſiliariis, qui habent communem intellectum; & ideo eſt *Generalis Scientia* bona ad Conſilium, cùm Conſilium ſit de pluribus rebus; & ideo cum illa poterit nullus errare in dando Conſilium, quia Conſilium eſt de faciendis aut ſolvendis quæſtionibus.

De Regimine.

877. QUÆSTIO. Utrùm Regimen meliùs conveniat cum amore, quàm cum timore?

Solutio. Illa communis perſona plus ſcit de Regimine, quæ cum amore regit illos, qui amant virtutes, & quæ infert timorem illis, qui amant vitia.

878. QUÆSTIO. Quid eſt Regimen?

Solu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Solutio. Regimen est id, quod conservat finem dominii & servitutis.

879. QUÆSTIO. De quo est Regimen?

Solutio. Regimen est de virtutibus, quæ sunt circumstantiæ servitutis & dominii.

880. QUÆSTIO. Quare est Regimen?

Solutio. Regimen est ideo, ut ordo justitiæ & pax habeant, in quo possint existere.

881. QUÆSTIO. Quare Regimen melius convenit viro, quàm fœminæ?

Solutio. Regimen est tanti laboris, quòd virtutes habeant in regnando necessarias omnes suas vires.

882. QUÆSTIO. Cui virtuti melius convenit Regimen?

Solutio. Regimen est officium adeò periculosum, quòd omnes virtutes illi æqualiter conveniant.

883. QUÆSTIO. In qua hora diei habet Regimen majorem virtutem?

Solutio. Regimen convenit naturaliter melius sanguineo homini, quàm alicui alteri homini.

884. QUÆSTIO. Utrùm Regimen melius conveniat cultoribus Fidei, quàm cultoribus corporis?

Solutio. Regimen habet majorem Concordantiam cum majoribus principiis, quàm cum minoribus; & ideo sunt illi stulti, qui in Regimine plùs diligunt minora principia, quàm majora.

885. QUÆSTIO. Quomodo potest Regimen melius haberi?

Solutio. Potestas virtutum imprægnat Concordantiam, quæ est inter dominum & subditum, & parit Regimen in lecto pacis.

886. QUÆSTIO. Cum quo durat Regimen?

Solutio. Amor & timor sunt principaliter columnæ, in quibus sustentatur Regimen.

De Devotione.

887. QUÆSTIO. Utrùm DEUS habeat Devotionem?

Solutio. Id, propter quod DEO non convenit Devotio, est, quia Devotio non habet modum, quia facit plus amare alium, quàm se ipsum.

888. QUÆSTIO. Quid est Devotio?

Solutio. Devotio est illud amare, quod est in summitatibus voluntatis, sicut Fides est in summitatibus intellectûs.

889. QUÆSTIO. De quo est Devotio?

Solutio. Devotio est de illo amare, quod transcendit omnes infimitates voluntatis.

890. QUÆSTIO. Quare est Devotio?

Solutio. Devotio est ideo, ut inferiora voluntatis sint in summitatibus.

891. QUÆSTIO. Quantum extenditur Devotio?

Solutio. Devotio sic extenditur per totum amare, sicut videre per totum horizontem.

892. QUÆSTIO. Quæ est propria Qualitas Devotionis?

Solutio. Propria Qualitas Devotionis est illa mensura, quæ comprehendit totam potestatem, quam voluntas habet in amare.

893. QUÆSTIO. Quando est Devotio magìs necessaria?

Solutio. Devotio est magìs necessaria, quando memoria recolit, & intellectus intelligit DEUM & ejus operationes.

894. QUÆSTIO. In quo homine potest Devotio habere majorem virtutem?

Solutio. Devotio potest habere majorem virtutem in illo homine, qui habet majorem potestatem tractandi honorem DEI, quia ille potest inducere plures homines ad amorem DEI, quàm alius homo, dummodò plùs diligat DEUM, quàm se ipsum.

895. QUÆSTIO. Quomodo multiplicatur Devotio?

Solutio. Devotio multiplicatur per conjunctionem virtutum, quæ ideo conjunguntur, ut multiplicent Charitatem.

896. QUÆSTIO. Cum quo durat Devotio?

Solutio. Devotio durat cum frequenti recolere, intelligere & amare DEUM & ejus operationes.

De Contritione.

897. QUÆSTIO. Utrùm Contritio sit virtus?

Solutio. Concordantia rogavit Contritionem, ut veniret ad serviendum Devotioni.

898. QUÆSTIO. Quid est Contritio?

Solutio. Contritio est opus ipsius non velle sic existens in summitatibus ipsius pœnitere, sicut Devotio in summitatibus ipsius amare.

899. QUÆSTIO. De quo est Contritio?

Solutio. Contritio est de magno pœnitere, quod Voluntas habet pœnitendo, quòd dilexerit malum, & odiverit bonum.

900. QUÆSTIO. Quare est Contritio?

Solutio. Contritio est ideo, ut serviat Devotioni, & ut moveat cor ad suspirandum, & oculos ad plorandum.

901. QUÆSTIO. Utrùm Contritio tantum extendatur in pœnitere, quantum Devotio in amare?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Solutio. Cor extenditur per amorem, & reſtringitur per timorem.

902. QUÆSTIO. Utrùm Contritio ſit Qualitas Devotionis?

Solutio. Calor aëris ſervit calori ignîs, & juvat calorem ignîs ad mortificandam aquam: & negatio ſervit affirmationi, & ſecunda intentio primæ.

903. QUÆSTIO. Quando eſt Contritio magìs neceſſaria?

Solutio. Illi homines ſunt ſtulti, qui putant habere majorem Contritionem, quando ægrotant, quàm Tempore ſanitatis, cùm Tempore infirmitatis plùs deſiderent frigidam aquam propter calorem, quàm Miſericordiam propter timorem.

904. QUÆSTIO. Ubi eſt Contritio?

Solutio. Contritio eſt in Voluntate per Pœnitentiam & in corde per reſtrictionem.

905. QUÆSTIO. Quomodo eſt Contritio in corde?

Solutio. Contritio eſt in corde, ut amare ſerviat ipſi odire odibiles res & illicitas ad amandum.

906. QUÆSTIO. Cum quo ſervit Contritio Devotioni?

Solutio. Juſtum pœnitere eſt inſtrumentum motum per Contritionem, cum quo Contritio ſervit Devotioni, in quantum movet peccatores ad Confeſſionem, Pœnitentiam & Satisfactionem

907. QUÆSTIO. Utrùm omne Mendacium ſit mortale peccatum?

Solutio. Si in nulla Contrarietatum, quæ ſunt inter mentem & affatum, eſſet Virtus, non eſſent Bonitas, Magnitudo & Veritas cum majori Fine in mente, quàm in verbis.

De Expoſitione.

908. QUÆSTIO. Quomodo fit Expoſitio Sacræ Scripturæ ſecundùm iſtam Scientiam?

Solutio. Illi, qui ſciunt hanc Scientiam, poſſunt exponere Authoritates Sanctorum, & interpretari Leges, Decreta, Decretales & Aphoriſmos & alias Scientias ſervando proceſſum iſtius Scientiæ ſecundùm decem Regulas & Principia, quia fit alia expoſitio per unum modum ſecundùm unam Regulam, & alia expoſitio ſecundùm aliam Regulam, & ſic de Principiis hujus Scientiæ.

909. QUÆSTIO. Quomodo fit Diſputatio?

Solutio. Diſputatio fit iſto Modo, nempe quòd diſputans concordet cum ſuo adverſario in Maximis hujus Scientiæ, ſecundùm quas fiant neceſſariæ poſitiones, & quòd ſuum adverſarium adigat ad inconveniens tangendo ipſum modò per unum principium, modò per aliud, faciendo quæſtiones modò per unam Regulam, modò per aliam ſub una eadem concluſione.

910. QUÆSTIO. Utrùm Poteſtas beatæ Animæ habeat tantam Gloriam per Poteſtatem, quantam per Voluntatem?

Solutio. Cùm Voluntas ſinè Poteſtate non poſſit attingere, habet Poteſtas tantam Gloriam per poſſificare, quantam Voluntas per amare.

911. QUÆSTIO. Utrùm Mundus ideo ſit creatus, ut DEUS amet ſuum effectum, vel ideo, ut DEUS ametur?

Solutio. Majoritas Bonitatis, Magnitudinis & aliarum creatarum formarum habent majorem Finem in DEO, quàm in homine.

912. QUÆSTIO. Quomodo dæmones tentant homines?

Solutio hujus quæſtionis eſt ſecundùm proceſſum hujus Scientiæ, quia, ſicut in hac Scientia quædam Principia miſcentur cum aliis, & ſic de Regulis, & hoc apparet in Capite de *Significationibus* & de *Inventionibus* & in *decem magnis Quæſtionibus*, ſic dæmones miſcent contraria Principiorum ad captandum homines, quam tentationem poteſt homo cognoſcere cum mixtione Principiorum hujus Scientiæ.

Nota, quòd ad complendum millenarium numerum minutarum Quæſtionum non paucæ adhuc deſiderentur, quia non fuerunt inventæ nec in Latino MSto tanslato Barcelonæ jam ante trecentos annos, nec in ipſo Originali Lemovicenſi adhuc antiquiore, nec in impreſſo Valentiæ jam ante ducentos annos ab Alphonſo de Proaza, qui teſtatur, quòd „ hæc ultima Pars tertiæ Diſtinctionis manca reperitur & imperfecta in omnibus Exemplaribus, quæ ad manus ſuas pervenêre, quæ fuerunt profectò non pauca, quod, an injuriâ temporis, quod, quæ meliora ſunt, invidet ſemper, an Auctoris induſtriâ, quæ, ut hominum ingenia ad inveniendum fortiùs excitet, materias nonnunquam relinquit detruncatas, factum ſit, ignoramus: „ & ſic non eſt mirum, quòd non habeatur millenarius numerus in Germania, cùm non potuerit haberi in Hiſpania.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

B. RAYM. LULLI
OPERUM
TOMUS V.

R.
Llull
13

© 2006 Ministerio de Cultura